Mückel
Comment
ad Titulo
Digesto

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
8 E
38

13-8-E-38

1.

GABRIELIS MVDÆI

BRECHTANI IVRISCON-
SVLTI, LOVANIENSIS ACADE-
MIAE PROFESSORIS, DVM
VIXIT, CELEBERRIMI,

COMMENTARII AD TITV-
LOS DIGESTORVM,

Pro Socio.

De contrahenda emptione & venditione.
Item, De Actionib. empt. & vend.

De Pignoribus & hypothecis.

ADIECTO RERVM AC VERBORVM
Indice copioſiſſimo.

LOVANII

Excudebat Seruatius Saſſenus, ſumptibus viduæ & hæredum Gabrielis Mudæi, Menſe Auguſto.

M. D. LXIII.

Cum Cæſ. Maieſtat. & Catholici Regis Hiſpaniarum Priuilegio ad decennium.

13-8-E-38

PRIVILEGIVM.

DIPLOMATE *Ferdinandi Cæſaris ac Rom. Imperatoris interdictum eſt omnium Lucubrationum & Commentariorum ſeu Annotationum D. Gabrielis Mudæi impreſſione diſtractioneque, omnibus Typographis ac Bibliopolis vſque ad decennium, in terris Imperij, aut hæreditario iure ſuæ Maieſt. ſubiectis: Niſi quibus imprimere eos, ac diſtrahere vidua & hæredes D. Mudæi permiſiſſent. Diploma ſigno Cæſareo maiore obſignatum eſt, cui D. Chriſtophorus Seldus libellorum magiſter, & M. Singkhmeſer viri clariſſimi ſubſcripſerunt. Viennæ Auſtriacæ: 23 menſis Auguſti.* 1561.

SIMILI *priuilegio cautum eſt, ne quis per Brabantiam, & cæteras ditiones circumuicinas, præter viduam & hæredes D. Mudæi, iſtas D. Gabrielis Mudæi lucubrationes proximo decennio excudat, excudi procuret, aut alibi fortè excuſas importet diſtrahatve. Præuaricatori confiſcatio iſtiuſmodi librorum, & grauis mulcta pecuniaria in pœnam conſtituta, iuxta tenorem binarum literarum patentium, in Senatu ſecretiore, & Senatu Brabantiæ datarum Bruxellis, Iunij 3.* 1560. *& Auguſti* 16. 1563.

Subſig. I. de la Torre.
& Boote.

CLARISSIMIS AMPLISSIMISQVE VIRIS D. LADISLAO VRSELIO, D. ADRIANO ROVCOVKS CONſulibus, totiq́; ordini Decurionum, ac Populo Antwerpienſi: Iacobus Roelants, ſuo hæredumq́; D. Gabrielis Mudæi nomine S. D.

PRAECLARE DE REPVBLICA MERERI SEMPER mihi viſi ſunt (viri ampliſſimi ornatiſſimiq;) qui dotes à natura ſibi datas, ac multa longaq; exercitatione auctas, ad eam in Repub. partem, quæ ad legum à Romanis iam olim poſteritati traditarum interpretationem conſeruationémq; conferunt, ſummaq; fide ac diligẽtia munus hoc à Deo ſibi collatum exequuntur. Verſantur certè hi ipſi non in leui ſeu vulgari functionis Reipub. parte, ſed in ea quæ iudicio ſummorum virorum præcipua ſemper habita eſt: eóq; cæteris eſt præſtantior, quo eius ſubiectum dignius nobiliuſq; habetur. Cùm enim artes omnes atque ſcientiæ ſubiectis diſcernãtur, ea certè præclariſſima habeatur neceſſe eſt, quæ Iuſtitiam ipſam tanquam ſcopum & finẽ humanarum actionum conſiderat, ipſumq; iuſtum & iniuſtum, æquum & iniquum, in rebus humanis contemplatur, inuentumq; in lucem & actum deducit: vt nõ immeritò hæc philoſophiæ pars præcipua habeatur, vtpote quæ ad actionum humanarum in ciuili ſocietate moderationem pertineat, ac totius eius ſocietatis conſeruationem complectatur. Cùm enim nulla Reſpub. nulla ciuitas, nulla ſocietas vel collegium, nulla denique domus aut familia ſine legibus conſiſtere vel conſeruari diu poſſit, quis ita ab omni humanitate alienus eſt, qui non eorũ beneficium in Rempub. agnoſcat atque amplectatur, qui omnes neruos, ingenijque vires eo conferunt, vt optimas leges à prudentibus Romanis toti orbi latas, legum ſtudioſæ iuuentuti, atque futuri Magiſtratus ſeminario inſtillent, quibus ipſa Reſpub. in ſuis partibus bene beatéque adminiſtrari poſſit? Exiſtimo autem in confeſſo haberi, non apud vos tantùm, Viri ampliſſimi, verùm apud omnes qui hanc philoſophiæ partem vel ſummis labijs deguſtarunt, rerumq; publicarum diuerſas formas, conſtitutioneſq; in hiſtorijs nobis propoſitas aliquatenus obſeruarunt. Romanorum leges tanto aliarũ omnium gentium præſtantiores ſemper habitas fuiſſe, quantò ea philoſophiæ pars quæ ad mores ciuilemq; adminiſtrationem pertinet, apud eos in maiori pretio ſemper habita fuit. Nã quę poteſt gens vlla cõmemorari, quę quod ad ius ciuile Remq; publicam, bonis & inſtitutis & legibus temperandam attinet in hoc genere, nõ dico certare cum populo Romano poſſet: ſed in qua ſtudium illud aliquo in pretio habitũ, vel non negligenter etiam excultum fuiſſe videatur; vbi aut inſtitutas de iure diſputationes, aut ſcriptos libros fuiſſe legimus, vbi nomen ipſum vel Iuriſ-

conſultorum, Iuriſprudentium, vel Iuriſperitorum auditum ſit? Neque ſanè mirum videri debet hanc prę cæteris laudem illos conſecutos eſſe, cum Pomponius in hiſtoria de origine Iuris teſtatum nobis reliquerit, Pop. Romanũ non ſolùm maxima cura ac religione leges ſuas vel condidiſſe, vel ab alijs etiam pręſtantiſſimis Græcorũ Rebuſpub. in ſuam ciuitatem attuliſſe: verùm etiam ſummos clariſſimoſq; viros vſu multáque experientia claros, eius iuris veluti cuſtodes aſſiduos adhibuiſſe, qui rebus ciuilibus ac priuatis negotijs pro ſua prudentia præeſſent, à quibus reliqui ciues quid æquum bonumq; eſſet in controuerſijs dubijſque fori diſceptationibus exquirerent. Et quamuis negare non debeam iuſto Dei iudicio ampliſſimum illud Romanum Imperium ob verbi Dei contemptum, atque in Chriſtianos trecentis penè annis exercitam crudelitatem, partim inteſtinis ciuilibuſque bellis, partim à Barbaris, Gothis, Vandaliſque vaſtatum ac penè euerſum fuiſſe: intereaq; legum atque Iuriſconſultorum admodum diminutam fuiſſe authoritatem, ſilentibus inter arma legibus: poſtea tamen recuperantibus ac è barbarica tyrannide vindicantibus illud Chriſtianis Cæſaribus, in eo pretio nihilominus ſemper haberi cœpit, vt cõſtitutis profeſſoribus, additiſque è publico ſtipendijs in Græcia etiam prælegi & explicari meruerint. Quod ipſum diuiſo poſtea inter Græcos ac Romanos Imperio, non in Italia tantùm, ſed in Gallia atque Germania, pari æmulatione accedentes Imperatores imitati ſunt: conſtitutis atque erectis primum paucioribus, ſed temporum rerumq; ſucceſſu plurimis additis Academijs: inter quas ſanè Louanienſis non infimum locum hodie obtinet. In qua quãta fide diligentiaq; Dominus Gabriel Mudæus hoc ipſum Romanum ius in frequentiſſimo auditorio enarrauerit, plerique veſtrum, Viri ampliſſimi, teſtes eſſe poſſunt. Nam ſtatim quidem atque à muſis manſuetioribus ad ſeueriora grauioraq; iſta Iuriſprudentiæ ſtudia ſeſe contuliſſet, illiſque artibus imbutus eſſet, quibus verum perfectumq; Iuriſconſultum oportebat, nihil magis in votis habuit, quàm ipſam Iuriſprudentiam à ſitu & ſqualore, quibus temporis iniuria obſita inuolutaq; iacebat, priſtinæ integritati ac ſplendori reſtituere. Vidit ſanè hoc ipſum non exoptari tantùm à plurimis, ſed in alijs quibuſdam Europæ Academijs, à nonnullis qui ſimilem in Republica functionem ſuſtinebant, non infeliciter pertentari, quorum induſtria fieret, vt quẽadmodum elegantiores diſciplinæ, quæ expulſa barbarie ſuo iam nitori ita reſtitutæ eſſent, vt ad ſui ſtudiũ amoremq; facilè quemuis allicerent: ita & in ciuilibus diſciplinis, quæ & ipſæ rudioribus illis ſeculis parum ciuiliter humaniterq; acceptæ iacuiſſent, in ſuam libertatem vindicarentur. Quorum certè egregiam voluntatẽ atque conatum vt ſuſpiciebat, ita etiam manum dextramq; ac communem operam cum illis in hac Louanienſi Academia coniungebat,

idemq;

idemq; ipſe in hac,quod illi in ſuis Academijs, præſtabat. Neque ſanè dubitandum eſt,quin ipſe quod tam pio egregioq; conatu agebat, ad quendam veluti perfectionis apicem perduxiſſet,vt omnis ſcilicet corruptio quæ veram legum interpretandarum rationem oppreſſerat,ex ſchola tandem exturbaretur ; ſed cùm illud minimè pro ſumma ingenij ſui ſagacitate rerumq; experientia qua pollebat,expedire etiãnum Reipub.intelligeret, quo tempore omnium penè iudiciorum adhuc ſubſellia plena eſſent,nec ab alijs occupari videret,quàm qui in veteri quidem atque à maioribus accepta,licet corrupta,legum tractandarum ratione verſati eſſent,maluit mediam quandam viam ingredi,in eaq; perſiſtere,qua,quæ à maioribus tradita erant non planè reſpuerentur , & quam politius ſeculum nunc requirere ſolam videbatur (quanquam eam pro vera agnoſceret)minimè negligeretur : ita temperans orationem,vt legum primùm ſententiam nudè auditorio proponeret,eamq; Doctorum Interpretumq; aliquot ſuffragijs confirmaret:refutans interim eorum opiniones,qui nota aliquid dignum , aut non ſatis ad rem attuliſſent:Non quod demõſtrationem illam qua rei natura affirmatiuè explicatur,non ſufficere arbitraretur , niſi adderetur & negatiua,qua quid oſtenditur illud non eſſe (non vitioſum tantum me hercule docendi genus,vbi affirmatiuæ rei natura aſſeri poteſt,ſed etiam ſuperuacuum, vt in Analyticis Ariſtoteles oſtendit) ſed quod præmaturum & incommodum arbitraretur, omnia ſubitò reijcere,mutare, ac etiam euertere,quæ in iudicijs (ad quæ præparandi inſtituendiq; erant auditorum animi)ſine graui iactura obtineri necdum poterant. Quo etiam accedebat,quod pleroſque auditores optimis quibuſq; diſciplinis pro ætate imbutos , Græcarum Latinarumq; literarum & hiſtoriarum non imperitos , videbat præmaturè nimis, antequam philoſophicis rationibus atque præceptis animum aduerſus ambitionem lucriq; nimiam cupiditatem (quæ pleroſque in diuerſum præcipites agunt) ſatis confirmaſſent, in forum atque tribunalia non tam prorumpere,quàm à parentibus malè inſtitutis rerumq; imperitis detrudi:Alios verò contrà, nullis artibus præclarioribus inſtructos, illotis (quod aiunt) manibus ad tribunalia accurrere, locaque alijs meritò debita præripere . Quorum ſanè priores, quòd præmaturè Academias deſeruiſſent: poſteriores verò, quòd nec tardè quidem Iuriſconſulti nomen ſibi mereri aut conſequi potuiſſent(vti de Græcis artificibus dici ſolet, qui citharœdi eſſe non poſſent,eos aulœdos fieri) ad iudiciorum formulas decurrere,ac formularijs quibuſcunq; ſeſe mancipare,de quibus certè quid præclari ſperare debuiſſet, non videbat. Verùm cùm non hiſce tantum , ſed & alijs plurimis difficultatibus (quod illũ priuatim ac familiariter ſæpe magno cum animi dolore conquerentem audiuimus)tantarum cogitationum ac conatuum ſucceſſu

defraudari ſeſe conſpiceret: neq; quod optimum in interpretãdis legi-
bus cognouerat, ſequi pro arbitrio poſſet, ſed in media illa via quam
minus incommodi inuehere putabat, perſeueraret: certè hoc tamẽ per-
feciſſe illum ingenuè fateantur omnes oportet, ſucceſſoribus facilem
viam ſtrauiſſe qua ad conſtitutam metam nunc pertingere poſsint,
præſertim hoc ipſo tempore quo iudicia atque tribunalia acceſsione
ſummorum clariſsimorumq; Iuriſconſultorum augẽtur, qui omnibus
humanitatis atque philoſophiæ diſciplinis inſtructi, iam olim in eadem
paleſtra ſeſe exercuerunt. In hoc ergo genere ſtudiorum excolendo ex-
ercendoq;, vitijsq; quibus ſcatebat repurgãdo, quatenus per iniuriam
temporum vel licebat vel expedire exiſtimabat, cùm totam ſuam æta
tem conſumpſiſſet Mudæus, præclaraq; ſuorum laborum teſtimonia
atque monumenta reliquiſſet, quæ in hęreditate reperta, ſanctè regio-
ſeque ab hæredibus ſeruarentur, perſuaſum planè habui ſine iniuria
Reipub. fieri illud minimè poſſe, vt ſoli & vix quidem ipſi fruerentur
ijs quæ ad communem omnium vtilitatem magno labore ab ipſo col-
lecta extabant. Itaque tam pro officio in Rempub. meo, quàm gratitu-
dine erga eius familiam atq; in ipſum pietate atq; obſeruantia qua me
affinem generumq; ſibi aſciſcere dignatus fuit, cohæredes hortari nun
quam deſtiti, vt tam præclaros eius labores pro bono Reipub. euulga
rent, neq; Rempub. eius fructu diutius defraudari paterentur. Viſum
eſt autem initium facere à tribus hiſce capitibus, De Societate, De Em
ptione & venditione, item De Pignoribus & hypothecis, quòd his in
Republica nihil ſit vel frequentius vel vtilius, vel quod maiori-
bus votis & poſtulationibus à pleriſque iamdiu efflagitetur, qui non
mediocriter me ad hanc editionem, ad quam vltro aliquando ferebar,
inflammarunt. Vt autem veſtro nomine, viri ampliſsimi clariſsimiq;
in publicum exirẽt, effecit non ipſius tantùm natale ſolum atq; patria,
quæ ſub veſtra eſt iuriſdictione atque clientela; vt veſtro etiam iure
merito à nobis illud exigere atque de iniuria conqueri, ſi ſub alio no-
mine exijſſent, poſſetis: verùm etiã ingens eius quoad vixit in veſtram
Rempub. ſtudium & officium, veſtramq; tam viciſsim in ipſum huma
nitatem quàm beneuolentiam, qua illũ vnicè amplecti, patronorumq;
vice vos erga ipſum gerere dignati ſemper fuiſtis. Quibus etiam acce-
debat, quòd ea quæ hiſce tractatibus continentur, in ampliſsima ve-
ſtra ciuitate ac territorio in maximo quotidianoq; exercitio habeãtur.
Eſt enim ea eius ciuitatis, in qua, Dei Opt. Max. beneficio princi-
pem locum tenetis, amplitudo, commercijs ciuium atque peregrino-
rum ex omnibus Europæ partibus illuc confluentium ita frequentata,
vt nulli in tota Europa facilè cedat, vtq; hæc ipſa quæ commerciorum
præcipuas leges continent, vobis veſtræque Reipub. potiſsimum de-
beantur: Vt taceam, hæc à Mudæo ita ad veſtram Rempub. accom-

modata eſſe, vt in ijs non facilè quid reperiatur, cuius non maximus fructus ad veſtram Iuriſdictionem foriquc vſum redundare poſsit. Accipite ergo ampliſsimi clariſsimiq; viri veſtræ editionis harum lucubrationum primitias: non quidem ea orationis elegantia vel ſermonis ſplendore ornatas, quem multi deſiderabunt, vel quem alioqui habituræ fuiſſent, ſi extremam illis manum imponere autori per mortem licuiſſet, ea tamen fide atque integritate vobis redditas, vt ipſum autorem ex ſuo partu facilè agnoſcatis. Relucet etiam in ijs eadem ſermonis phraſis qua illum in prælectionibus vti audiuiſtis, quæ ſanè vt vulgaris planè abiectaq; non fuit, ita nec Lectori faſtidium parere merito debet: Quas ſanè ſi gratas acceptasq; legum ſtudioſis, vt vobis erunt, accepero: efficiam vt plura ſanè ac maiora, & maioribus ſumptibus impenſisq;, Deo Opt. Max. adiuuante, accipiant: qui vos veſtramq; Rempub. incolumem tranquillamq; conſeruet.

(.·.)

IN COMMENDATIONEM

Autoris, ad ſtudioſam Iuris iuuentutem, Carmen M. V. H.

Si ſtudioſa cohors, loca & aſpera & ardua Iuris
Perfacili & certo vis ſuperare pede,
Perplexasque adeò legum penetrare latebras,
Et plana eſſe tibi, quæ ſalebroſa prius,
Volue laborata hæc Mudæi ſcripta frequenter,
Iſta per ambages fila ſequenda dabunt:
Iſta locis tibi in obſcuris triuijsq; vaganti,
Effigies veluti Mercurialis, erunt.
Iſta, prius fuerant quæ tecta & operta, recludunt,
Difficiles ſalebras expediuntque tibi.
Tempore nam noſtro haud Mudæo doctior alter
Interpres legum, candidiorque fuit.
Lumen Iuris erat mirabile, nemoque duros
Explicuit nodos dexteritate pari.
Iuſtitiæ hic vt Iuris erat conſultus, habebat,
Tollere enim lites quàm ſtatuiſſe, prius.
Hic erat ante alios virtute ornatus & arte,
Eloquio clarus, iudicioque potens.
Huius & in grauibus prudentia cognita rebus,
Integritas, candor, conſiliumque fuit.
Hic pupis viduisq; iniuſta fraude grauatis
Perfugium, portus, grande leuamen erat.
Denique cunctorum eſt applauſu iura profeſſus,
Atq; fuit patriæ ſpesq; decusq; ſuæ.
Hunc igitur quamuis manibus ſubduxit auaris
Mors nimium doctis inſidioſa viris:
Attamen à nullo nomen delebitur æuo
Huius, at æternum fama ſuperſtes erit.
Virtutis ſiquidem, doctrinæ & gloria ſemper
Viuit, in hanc iuris mors habet atra nihil.
Interea vos cum fructu hæc monumenta legentes
Dicite, Mudæi molliter oſſa cubent.

FINIS.

13-8-E-38

DECIMI SEPTIMI LIBRI
Pandect. Titulus ſecundus.
PRO SOCIO.
AD RVBRICAM.

SVMMARIA.

1 *Collegium & ſocietas in quo differant.*
2 *Collegia ſine autoritate ſuperioris, cur reprobentur.*
3 *Societatem quis contrahere poßit.*
4 *Iudæi in ſocietatem aliorum quomodo admittãtur.*
5 *Societas alia contracta, alia incidens, alia conſuetudinaria, & harum differentia.*
6 *Societas non contrahitur, niſi rei honeſtæ.*

INSCRIPTVS EST TITVLVS, NON VT ALIO
loco [a], de contractu hoc, qui ſolo conſenſu obligationem
parit [b]: ſed potius de actione ſiue iudicio ſocietatis ex om
ni parte directo,& vnius generis ac nominis, quamuis iudi
cia mandati, depoſiti, commodati, & alia nonnulla duplicis
ſint generis, directa ſcilicet & cõtraria. Sunt autem in hoc titulo, de ipſo
contractu plurima, quomodo ineatur, quarum rerũ, inter quos, quibus le-
gibus & pactionibus, quæ vis eius ſit, & quomodo finiatur. Et paſsim quoq;
ad iudicia pertinentia hic multa occurrunt: Quid ſocius ſocio præſtet hoc
iudicio, quomodo agatur, quatenus exactio moderanda ſit, ne ſocius con-
demnatus egere cogatur, & ad quæ ſe extendat hic iudicantis arbitriũ, cum
multis ſimilibus. A definitione faciemus initium, quòd ſit duorum plu-
riumve conuentio honeſtè contracta, ad vberiorem quæſtum, & commo-
1 diorem vſum. Differt à collegio multis modis: hæc enim duorum eſt plu-
riumve, illud ab initio non pauciores quàm tres conſtituunt [c]: illius ſemel
conſtituti iura conſeruantur vel in vnico capite [d], hãc verò quotquot cõ-
traxerint, ſemper vnius morte omniũ ſoluitur ſocietas [e]: Illius res bonaque
cùm non ſint ſingulorũ, ſed vniuerſitatis, per vnũ non diſtrahuntur pro
parte, imò ſæpè non à toto collegio, niſi difficulter, & magna ſolennitate.
Huius verò vtilitas cùm ad quæſtum ex negotiatione pertineat, facilli-
mè alienationẽ admittit, ſuæ ſcilicet partis ab vnoquoq; [f], vel totius rei per
vnum aliquem ex ſocijs ad hoc præpoſitum: & ſæpè per quemlibet eorum,
cùm promiſcuè negotiantur omnes, velut ſinguli à ſocijs mãdatum ad hoc
accepiſſent [g]. Illa nõ niſi principis vel ſenatus autoritate coeunt [h], quia ma
2 iores noſtri ſuſpectum habuerunt, multitudinẽ coire ſine legitimo recto-
re, etiã ſub ſacri cõuentus prætextu. Hanc verò negotiationis & lucrorum
cauſa cũ quibuſq; contrahimus legitimè, ſiuè ſui iuris ſint, ſiue in aliena pó
3 teſtate, vt filijfamilias [i], ſiue ſerui [k], non reiecto etiam hinc muliebri ſexu [l],
neq; ætate pupillari, dummodo tutoris accedat autoritas [m]. Quin etiam Iu
dæos nobiſcum in hanc ſocietatem admittimus, qui & ipſi impetrata ab ali
4 quo pro ſe & ſocijs publica ſecuritate, ſiue vt hodie vocamus, ſaluo con-
ductu, ſic fruentur [n]. Illius cauſa, non ſingulorum, ſed totius collegij nomi-
ne agitur. Ex hac verò non ſocietatis nomine, ſed ſingulorum lis agitatur,
ſi Innocẽtio [o] credimus: quod ita tamen moderatur Salicetus [p], ſi inter ſe
agant ſocij: ſed ſi ſimul omnes cõtra aliũ aliquem non ex eorum ſocietate,
iam huius nomine formari libellum [q], ſicut & mandatur procuratori nego
tium aliquod ſocietatis à magiſtro vel inſtitore ſocietatis, quod expirare
crediderim, ſi re integra diſſoluatur ſocietas, vel expiret mãdantis officiũ [r].
5 Diximus in definitiõe, ſocietatẽ eſſe conuentionẽ contractã, vt excludere
tur ea ſpecies, quã vocãt ſocietatẽ incidentẽ, hoc eſt, in quã incidim[us] potius

a in Inſtit. de ſocietate.
b l. qui admittuntur. hoc tit.
c l. Neratius. de verb. ſignif.
d l. ſicut in fin. quod cuiuſq; vniuerſitatis eſt.
e l. adeo. infr. eod.
f l. ſi ſocius. ſi cert. pet.
g j. eod. l. nemo. & ibi latius dicitur. Salicetus hic attigit ad rubricam. Alciat. ad l. Neratius. ex lemo. libr. 39.
h l. 3. et tot. tit. de coll. illic.
i l. ſi id quod quis. §. ſi filius fam. j. eod.
k ead. l. §. ſi ſeruus.
l l. alimenta. §. vlt. de aliment. legat.
m l. vt in conductionibus. verſic. & ideo. infr. eod.
n Ang. in l. 1. ad l. Iul. maieſt. Philip. Dec. Cõſil. 51. Nicol. Boer. deciſ. 179. in priore parte.
o ad c. dilecta. de exceſſ. prælat.
p hic ad fin. rubr.
q arg. l. actionũ. §. Labeo. in verb. quod ſocietati expedit. infr. eod.
r arg. eo. quo notat Bal. ad l. mãdatũ. pa. 3. verſ. nũc venio ad ſecũdũ. C. mãd.

quàm quod eam animo habendæ ſocietatis ineamus & contrahamus, vt ſi quæ res mihi & alij legata vel donata ſit, quæ verius communio vocatur, quàm ſocietas [a], quia non cõſenſus nos coniunxit, ſed res. Et rurſus quoq; talis communionis diſſolutio multum facilis eſt, altero noſtrum ad diuiſionem prouocante, quandocunque velit, etiam ſtatim cùm cœpit res eſſe communis [b]. Contractæ verò ſocietati non ſic ſtatim neque vnquam intempeſtiuè renunciare licet [c]. Eſt & tertij generis ſocietas conſuetudinaria, veluti paſsim inter coniuges diuinæ & humanæ domus ſocios [d]: oritur ex conſuetudine ſocietas omnium bonorum conſtante coniugio acquirendorum, quæ ſocietas non minoris eſt effectus, quàm quæ inita conuentione contrahitur [e]. Sed & honeſtè contrahi ſocietas debet: nam rei turpis vt nullum eſt mandatum [f], ita nec ſocietas, non ſolùm non conuenta [g], ſed nec incidens [h]. 6

a §. item ſi inter aliquos. Inſt. de ob. ex quaſi cõtr. l. 2. de cõmuni diuidun. l. vt ſit. pro ſocio. alle. inf. hoc tit.
b l. heredes. §. nõ tantum. famil. Erciſc.
c l. vlt. C. de commu. diui. §. manet. verſi. ſed planè. Inſtit. eod.
d l. aduerſus. C. de crimine expilat. hered.
e Bald. ad l. rei iudicata. §. ſocero. ſolut. matrim.
f l. ſi remunerandi. §. rei turpi. ſupr. tit. 2.
g l. nec prætermittendũ. j. eo.
h l. communi diuidund. §. inter prædones. commu. diuid.

L. PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Societas in æternum non contrahitur.*
2 *Societas ſub conditione rectè contrahitur.*
3 *Furioſi curator, an ſocietati furioſi renunciare poſſit.*

DE forma conuentionis in principio, de vi & poteſtate, ſiue effectu eius in ſecunda parte huius reſponſi agitur. Et rectè quidẽ illi quod dixit ſocietatem contrahi in perpetuum ſuam ſubiecit interpretationem, videlicet, non quòd in æternum contraheretur [i], ſed dum viuunt, quia is terminus durantis ſocietatis longiſsimus eſt. Et adeò finitur morte ſocie- 1
tas, vt nec liceat ab initio paciſci, quòd ad hæredes tranſitura ſit [k]. Cur autem dubitauerit antiquitas, an ſub conditione cõtrahi ſocietas poſsit [l], non 2
memini legere. Non malè forſan diuines, hanc fuiſſe cauſam, quòd cùm ius quoddã fraternitatis in ſe habeat [m], certo animi iudicio iniri debeat: conditio verò vt ſuſpendit, ita incerta quoque facit vndiq; omnia: aliter quàm ſi ex tempore, vel ad tempus contrahatur ſocietas: hæc enim alterũ extremum ſemper habet certum. Et ex eodem hoc fonte veriſimiliter orta fuit alia veterum dubitatio: An curator furioſi, qui cùm ſanæ mentis eſſet, ſocietatem cum alio inierat, renunciare illi nunc poſsit [n], nimirum quòd hæc colligatio non bonorum tantùm, ſed & animorum ex ſocietate contra- 3
cta difficilius ſeparetur, & non aliorum, vt videbatur, arbitrio aut animo, quàm qui illam ipſi contraxiſſent, quamuis reliqua negotia ad patrimonij adminiſtrationem pertinentia indubiè curator peragat.

i l. nulla ſocietas. j. eod.
k l. ideo j. eod.
l l. de ſocietate. C. eod.
m l. verum. j. eod.
n l. vlt. C. eod.

§. IN SOCIETATE.

SVMMARIA.

1 *Societatis omnium bonorum quæ ſit vis & poteſtas.*
2 *In ſocietate communicantur ſtatim res quæ contrahentium ſunt, non perinde quarum dominium poſtea acquiritur.*
3 *Niſi eo animo ab vno ſocio acquirantur, vt ſtatim communicentur.*
4 *Conſtituti clauſula ad futura bona non pertinet.*
5 *Eccleſia ac pauperes acquirunt ipſo iure dominium rerum quas alienant habet, non etiam futurarum.*

CONTRACTAE ſolo conſenſu ſocietatis omnium bonorum tantam vim eſſe, vt omnes res quæ tunc temporis contrahentium ſunt, continuò & abſque traditione communicentur, hic reſponſum eſt. Sed nulla eſt penè eius reſponſi particula, quæ non aliquam ſecum trahat quæſtio-

quæſtionem. Et in primis quidem illam: An eadem vis ſit ſocietatis particularis quo ad illa quæ comprehendit, vt ſimili proportione quod genus in genere valet, efficiat ſpecies in ſpecie. Quod ſanè longius reſpicit, & maximè ad illud, an ſi res quæ confertur, plerunque conſiſtens in pecunia numerata, fiat communis: quod alio loco latius examinatum eſt[a]. Illud ſanè conſtat, non tantùm ſi pecorum ſocietas ſit inita, illa non communicari, ſed fructum tantùm eorum[b], ſed nec pecuniam, ſaltem antequam collata ſit[c]. Quæ collatio commune periculum ex tunc faciens, vim aliquam habet traditionis. Proxima eſt quæſtio, cur præ-
2 ſentē illam paratamq́; communicationem dominij reſtrinxerimus ad eas tantùm res, quæ tunc cum initur ſocietas, ſunt contrahentium: An quod non comprehendat ſocietas res quoque acquirendas, ſed præſens tantum tempus reſpiciat, quando aliud non eſt comprehenſum[d], præſertim cùm non deſit formula conuentionis, qua & futurum tempus complectamur[e]. Sed hoc admitti non poteſt; cùm non vt in alijs, ſic & in ſocietate inita conſumatur mox omnis effectus eius, in eo quod præſens eſt, ſed ſuapte natura tractum futuri temporis & emolumenti futuri reſpiciat. Alio ergo pertinet quod reſtrictionis cauſa eſt additum de rebus præſentibus, nimirum quòd res acquirendæ pertineant quidem ad ſocietatem, ſed non ſtatim ea conſenſu contracta fiunt commu-
3 munes: niſi tamen communi omnium ſociorum nomine & intentione omnibus acquirendi acquiſitæ & ab vno acceptæ ſint[h]. Sic quoque clauſula conſtituti, quæ in inſtrumentis apponi ſolet, cùm quis ſe alio nomine conſtituit poſsidere[i], non pertinent ad ea quæ poſtea acquirun-
4 tur[k]. Idque etiam recta ratio ſuadet: nam quod omninò non poſsideo, dici non poſſum vel meo vel alterius cuiuſquam nomine poſsidere. Ideoq́; ſi debitor, cùm omnia ſua obligaret creditori, conſtituerit quoque ſe illius nomine poſsidere, ac deinde aliqua alienauerit, refert multum[l] an ex illis alienauerit quæ tunc habebat, cùm ſe poſsidere creditoris nomine conſtitueret, an verò ex bonis poſtea acquiſitis. Priore enim caſu creditor mox de poſſeſsione inuerſa conqueri poſſet[m]. Poſteriore verò caſu ſolam haberet hypothecariam aduerſus nouum poſſeſſorem, atque ita primò excutiendus eſſet nouo iure[n] principalis debitor, eiuſque fideiuſſor, antequam ad extraneum pignorum poſſeſſorem veniretur. Rurſus eodem hoc exemplo creditum eſt, acquiſitionem ex ſolo titulo fauore Eccleſiarum & pauperum[o] procedere in ſolis rebus præſentibus: ſed ſi
5 quis donet præſentia & futura, ad hæc non extendi translationē dominij.

a à Bald. Salic. & alijs ad l. 1. C. eo. & iterum à Salic. ad l. mutuis. hoc tit.
b l. cum duobus. §. ſi in communia. infr. eod.
c l. ſi id quod quis. in princip. & §. item Celſus. inf. eod.
d arg. l. cùm ſtipulamur. de verb. oblig. & l. ſi ita. de aur. & arg. legat.
e l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarũ. in verb. quæ poſtea cuiq; acquiretur. infr. eod.
f l. ſi quis ſocietatem contraxerit. infr. eod.
g d. l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum. eod.
h Alciat. ad l. ſi ſocius. ſi certum petat. Bald. ad rubric. de contrah. empt. quæſt. 11.
i l. quod meo. de acqui. poſ.
k Bald. hic & loco proximè allegat. Caſtr. Raph. Cuma. ad d. l. quod meum.
l teſtante Bald. hic.
m ex l. vlt. C. de acq. & ret. poſ.
n in auth. ſed hodie. C. de act. & obli. & in authẽ. hoc ita. C. de pignor.
o in l. vlt. C. de ſacroſanct. eccle.

L. SECVNDA, QVIA LICET.

SVMMARIA.

1 *Societas cur ſine traditione dominia rerum ipſo iure communicet & transferat.*
2 *Dominium non acquiritur ipſo iure etiam ex ſolo titulo vniuerſali.*

SI quid ſuperiori reſponſo obſtaret, hoc maximè illud eſſet, quod non interueniſſet traditio, ad trãslationem dominij, vt videtur, neceſſaria[p].
1 Sed illud obſtare non poteſt: quia licet ſpecialiter ſingularum rerum traditio non interuenerit, tacitè tamen creditur interueniſſe: hac, ni fallor, ratiõe, quòd ſocietas ius quoddã fraternitatis in ſe cõtinens perſonas ipſas ſociorũ propius reſpiciat, magisq́; cõtingat quàm cæteri contractus: itaq;

p ex l. traditionibus. C. de pactis. l. ſeruum emptor. C. de rei vendicat.

cùm vterque ſe alteri quodammodo tradit, & alter alterum vicíſsim accipit in ſocium, ſic vt eos coniungat labor vnus ad omnia ſiue emolumenta ſiue damna quæ ſunt obuètura, fit vt eam obligationem perſonarũ mox ſubſequatur velut ei cohærens bonorum omnium cõmunicatio, exemplo eorum qui ſe danr arrogandos, & cum capite fortunas quoq; ſuas in familiam & domum alienam transferunt[a]. Et eorum qui religionem profitentur in monaſterijs[b]. Alij verò[c] referunt ad conſtitutum, quaſi vterque id agat, quod quæ prius poſſedit vt propria, ea deinceps poſsideat tanquam communia, vt ea ratione æqualitas in vtriuſque perſona conſeruetur. Certè ad ſolum ſubiectum vniuerſale, videlicet quod omnium bonorum ſocietas ſit, referri non poteſt: nam etiam ſi hæreditatem quis vendat, ex ſolo tamen titulo non tranſit dominium ſingularum rerum hære- 2
ditariarum[d].

a l. qui ex liberis. §. ex teſtamento. de bon. poſſeſ. ſecund. tab.
b Authent. ingreſſi. C. de ſacroſanct. eccle.
c Bald. hic, Paul. Caſtr. & Cumanus. ad d. l. quod meo.
d l. qui tibi hereditatē vendiderit. C. de hered. vel act. vend.

L. 3. EA VERO QVAE IN NOMINIBVS.

SVMMARIA.

1 Societas arrogationi per omnia non comparatur.
2 Ceſſio omnium actionum generaliter permiſſa eſt pemiſſius.
3 In ſocietate cur ipſo iure non communicentur actiones, ſicut res.
4 Societas nominum & obligationum quomodo contrahatur.

NON per omnia arrogationi ſimilis eſt ſocietas, illa enim non res 1
tantùm corporales, ſed & obligationes, & actiones in arrogatorem transfert[e]. hæc ſinit nomina manere in ſuo ſtatu, velut à perſona, cuius ſunt, non facilè ſeparabilia[f]. Non enim aliter quàm aliquo modo ex ijs quibus dicuntur[g] res acquiri per vniuerſitatem, quorum numero non eſt ſocietas, ſed medium tenet inter venditionem hæreditatis, quæ nec corporalium rerum dominium transfert in emptorem, & arrogationem qua transferuntur etiam nomina. Experietur ergo iudicio is ipſe cum debitoribus, cui actiones ſunt acquiſitæ, vel præſtabit, mandabit, aut cedet eas ſocio. Quæ quidem ceſsio omnis generis actionum regulariter, 2
paucis exceptis, fieri poteſt, quarum enumeratio non huius eſt loci. Et alio loco ſingula diligenter collecta ſunt[h]. Sed cur non fingitur hic a- 3
ctionum ceſsio, ſicut corporalium rerum traditio. Accurſius hic putat, quòd cùm earum propriè non ſit vlla poſſeſsio aut traditio, nec fingi eam interueniſſe, quæ per rerum naturam interuenire non poſſet, quaſi ad id ſolùm porrigatur iuris fictio, quòd per rerum naturam non eſt impoſsibile, quod tamen ab alijs[i] vocatur in dubium. Alij[k] eò referunt, quòd ſi hic fingeretur ceſsio, quæ ficta eſt traditio, concurrerent duæ fictiones circa idem, cum ipſa ceſsio actionis per ſe nihil aliud ſit, quàm fictitia quædam abalienatio actionum, in hoc à iure inuenta, non concurrere autem circa idem duplicem fictionem[l]: ſed hæc æquè pertinerent ad quaslibet res incorporales, quæ propriè nec poſſeſsionem, nec traditionem recipiunt[m]. Non tamen de omnibus illis, ſed peculiariter de nominibus eſt dictum, ea manere ſuo loco: & certè conſtitutum poteſt pertinere ad incorporalia[n]. veluti ſi quis ſeruitute vtens aut iuriſdictionem exercens nomine ſuo proprio, conſtituat ſe poſt hac vſurum & exerciturum communi nomine, quare & inter ſocios omnium bonorum communicari videtur, nec incognita ſunt exẽpla[o] translationum nominum & actionũ abſq; ceſsione, ſed ea nõ excedere id genus contractuum, quo nominatim ſuper ipſis nominibus cõtrahitur, vt quia vẽduntur nomina

e §. 1. Inſtit. de acqui. per arrog.
f l. quæ ergo caſus. in fi. l. ſi Sticho. de peculio.
g in §. vlt. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.
h ab Andr. Tiraquell. in tractatu de retract. §. 26. in gloſ. 1. & 3.
i ab Alciat. paradox. 3. cap. 16.
k Bald. & Fulgo. hic.
l l. ſi verò non remuneran di. §. 1. ſupr. tit. 1.
m l. ſeruus. §. incorporales. de acq. rer. dom.
n Barthol. ad fin. d. l. quod meo.
o ex gloſ. ad l. prim. C. de act. & ob.

4 nomina, vel in dotem dantur, &c. Etſi ſic nominatim contraheretur nominum ſocietas, fortaſsis etiam communicarentur actiones ex ſolo titulo abſque traditione.

§. CVM SPECIALITER.

SVMMARIA.

1 Societas omnium bonorum quando ſimpliciter contrahatur.
2 Cautela qua filio ſpurio per patrem prouidetur per contractum ſocietatis.
3 Societas ſic contrahi non poteſt, vt ad ſocios ſeu ſocietatē pertineat morientis vnius ex ſocijs hæreditas.

1 OMNIVM bonorum ſocietas dicitur iniri ſpecialiter, quādo non ſimpliciter & abſque adiectione [a], ſed expreſsè & diſtinctim initur omnium bonorum vel vniuerſarum fortunarum[b], quæ expreſsio tanti momenti eſt, vt & ea quæ abſque opera quæruntur, & in quæſtu non ſunt, vt hæreditates, legata, donata comprehendat, quare è multis quæſitis vijs [c], hæc ſe-
2 curiſsima putatur [d], qua ad filium ex damnato complexu natum perueniat patris hæreditas, bona ex parte, ſi ſcilicet ſocietatem omnium bonorum contraxerit, cum alio hæreditatis illius capacē, & hic ſcribatur hæres à patre: Sic enim dimidium accipiet bonorum paternorum non recta via à patre, neque inſtitutionis iure, ſed à ſocio ſolo hærede & virtute ſocietatis contractæ [e]. Quod verò hic additum eſt: *aut quacunque alia ratione quæſitum acquiri communioni*, reſtrictionem meritò accipit ex alijs Iuriſconſultorum reſponſis [f]. Neque id continet hæc ſocietas, quod vnius ſociorum hæreditas, eo moriente, perueniat ad alios eius ſocios, ſed vt quæ viuo cuique eorum obuenerit hæreditas, illa omnium ſit communis: Deuolutio enim hæreditatis non fit pactis aut conuentionibus, ſed iure publi-
3 co legitimis aut teſtamento ſcriptis hæredibus [g]. Itaque non valeret ſocietas omnium bonorum ſic contracta, vt etiam præmorientis hæres fiat ſuperſtes [h]: nec impedit hæc ſocietas, quin quiſque ſociorum moriens hæredem habeat, quem dat ei lex, vel quem ipſe teſtamento inſtituit [i].

a vt in l. coiri. infr. eo. tit.
b l. ſi ſocietatem vniuerſorum. infr. eod.
c à Ludouic. de Sardis in fin. tractatus de legitimatione.
d Bart. ad l. ſi is qui duos. de libert. legat. Salice. ad l. ſi ſocietates. C. eod. Iaſ. ad l. 1. C. de tranſact.
e d. l. ſi is qui duos. verſic. quòd ſi ſocij ſint. de liber. leg.
f in l. quod autem ex furto. cum tribus ſequent. infr. eod.
g l. hæreditas. C. de pact. cōuentis tā ſuper dote, &c. l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. de verb. obligat.
h Ioan. Ferrarius in tit. de forma libelli in cauſa ſocietat. in gloſ. verbi ſocietatem.
i l. ſi ſocietatis. C. eo. l. 1. C. qui teſta. facer. poſſ.

§. DE ILLO.

SVMMARIA.

1 L. lege obuenire. de verb. ſignificat. intellectus.
2 Iuſta hæreditas quæ dicatur.

TAM exactè & dilucidè hunc locum explicant ſummi noſtri iuris interpretes [k], vt omninò ſuperuacaneum videatur quicquam adijcere. Pugnare prima facie inter ſe videntur duo Iuriſconſultorum reſponſa [l],
1 ſed ſi quis diligentius contempletur, inueniet in illo agi de hæreditate, quæ legibus obuenit, quod non impropriè dicitur etiam de illa quæ ex teſtamento obuenit, cùm & ea ſuccedendi via legibus ſit recepta & comprobata: hic verò de hæreditate iuſta, & quæ omni iure defertur, naturali pariter & ciuili, vt non tam aduentitijs lucris adſcribatur, neque ex ſola permiſsione, & velut indulgentia legis tolerantis teſtamentarias inſtitutiones [m], quin iure naturæ dicatur debita, quam hic in quæſtione propoſita vocauit Iuriſconſultus iuſtam, & in deciſione quæſtionis legitimam, ſed ea ſignificatione qua inſcriptus eſt titulus de ſuis & legitimis hæredibus. Et rurſus vnde legitimi ad differentiam ſcilicet eorum qui teſtamento ſunt inſtituti extranei.

k Budæus in priorib. ſuis annotat. ad hunc §. & Alciat. cap. 7. paradox.
l hic & in l. lege obuenire. de verb. ſignific.
m glo. ad l his verb. de hæred. inſtit.

§. SOCIETAS.

SVMMARIA.

1 *Fraus & dolus magna cognatione coniunguntur.*
2 *Socius per ſocium acquirit, quod per ſe acquirere non poſſet.*

FRAVS & dolus ſunt germana,& magna cognatione cōiuncta [a],neq; 1
tam poſtulat hic locus vt illa diſtinguamus,quàm hæc dolo malo iniri
& fraudandi cauſa iniri ſocietatem.Quorũ prius intelligi putauerim,quan
do alter alterum dolo induxit ad ſocietatem ſecum contrahendam. Po-
ſterius verò,quando neuter eorum intendit fraudare ſocium,ſed ſimul in-
eunt,ſimulant, aut fingunt ſeſe inire ſocietatem in fraudem & præiudiciũ
vel legis vel alicuius alterius [b].Et minimè quidem hic deeſt occaſio con-
trahendæ ſocietatis in fraudem, cùm non pauca commoda ſocius per ſo-
cium accipiat,imò & per communionem ſolam interdum, quæ eſt ſine ſo 2
cietate [c],veluti liberationem ex teſtamento,cuius ipſe eo titulo non fuiſ-
ſet capax [d],ac ſimiliter hæreditatem,vt nunc de ſpurio filio diximus: Imò
& emolumentum iuris retractus accipit per ſocium venditoris conſangui
neum,qui ipſe ab illius familia alieniſsimus eſt [e], & aduena rei immobilis
poſſeſsionem per ciuem ſocium,licet ipſe recta via obſtante forte ſtatuto;
nullum prædium ibi habere potuiſſet [f]: ac denique vacationem à muneri-
bus & præſtationibus ex perſona ſocij exempti [g].

a *gl. & DD. ad l. Iuriſgentium. §. ſed ſi fraudãdæ. de pact. Alberi. ad l. fraudis. de reg. iur. & Alcia. aliud eſt fraus. de verb. ſignif.*
b *videatur Alciat. parerg. 3. cap. 11.*
c *l. ſi communem fundum. quẽadmod. ſeruit. amit.*
d *d. l. ſi is qui duos. de liber. legat.*
e *Andreas Tiraquell. de retractu. ad §. 26. in glo. 1. num. 30.*
f *vt eodẽ loco Tyraquell.*
g *glo. ad verbum fratrib. in l. vlt. C. de honor. & mune. non cõtinuandis. lib. 10. Iaſo. ad l. 1. C. de tranſ. & ad l. ſi emancipati. C. de collat. Nicola Boerius deciſione 300. ſecundæ partis.*

L. SOCIETATEM.

SVMMARIA.

1 *Societas re & verbis quomodo contrahi dicatur.*
2 *Societas factis contrahitur & ſoluitur.*
3 *Societas per nuncium, epiſtolam, aut aliud conſenſum exprimens contrahitur.*

QVOD hic dicitur, ſocietatem contrahi & re & verbis, admonent 1
quidam [h],coniunctim eſſe accipiendum,non diſtinctim, propterea
quòd altero eorum,videlicet re ſola,non ſocietas cõtrahatur, ſed ſola na-
ſcatur communio.Sed cùm tertium quod adijcitur: *& per nuncium*, omni-
nò diſtinguatur ab alijs,magis placet aliorum interpretatio [i], qui hæc om-
nia diſtinguunt, & ſeorſim ſingula accipiunt: eritque ſententia, quòd
non ſolùm verbis expreſsis, verùm etiam factis & rebus ipſis declarari poſ-
ſet,conſenſu ſocietatis:Nam & tacitè facta valet,& diſſoluitur ſocietas diſ 2
ſenſu omnium ſociorum,non verbis tantùm,ſed & factis, atque rebus de-
clarato:vt ſi ſocij ſeparatim agere cœperint,&vnuſquiſq; ſuum negotiũ [k].
Sic ergo & iniri poteſt, vt non rarò fit inter fratres in communione per-
manentes, & lucra in commune conferentes [l], de quo latius ſuo loco [m].
Porrò quòd hic dicitur,& per nuncium contrahi ſocietatem, id generali- 3
ter verum eſt in omnibus obligationibus quæ conſenſu contrahuntur, vt
inter abſentes per nuncium aut epiſtolam contrahi poſsit [n]. Sed etſi con-
ſenſum vltro citroque interpoſitum eſſe conſtaret, aliter quàm per nun-
cium in hoc miſſum,aut id nunciare iuſſum vel per epiſtolam,putant non-
nulli hoc quoq; modo contractum conſenſu perfectum eſſe [o].

h *Accurſ. & Salicet. hic.*
i *Bart. Alberic. hic et Fulg.*
k *l. itaq;. hoc tit.*
l *Bart. ad l. Titium. §. altero. de adminiſtr. tuto. l. ſi patruus. C. cõmunia vtriaſque iudicij.*
m *ad l. fratris. §. idem Papinia. infr. eod.*
n *l. cõſenſu. de act. & obligat. l. 1. in fi. infr. tit. 1. l. qui autem. §. vlt. cum l. ſeq. de conſt. pecu.*
o *Lado. Roma. conſil. 291. Andre. Barbatius conſil. 80. part. 3. arg. l. vlt. de ſponſal.*

L. SOCIETAS CONTRAHITVR.

SVMMARIVM.

1 *Finis in quem ſocietas contrahitur, diligenter expendendus & inſpiciendus eſt.*

MAGNAM

MAGNAM varietatem hic docet rerum, quarum ſocietas iniri poteſt, diuerſitas. duo priora & quartum, decreſcente paulatim generalitate rei ſubiectæ, in priuatis verſantur rebus: tertium in publicis. Vectigalium enim à fiſco conductorum ſocietas publicam quodammodo cauſam concernens, à priuatis ſocietatibus differt [a], & reſpectu fiſei conductio eſt: eorum verò inter ſe eſt ſocietas. Quartum genus videlicet rei vnius, variè adhuc exercetur: Vel enim in re quæ eorum eſt cum ſocietatem contrahunt, vel quæ tunc adhuc eſt aliena, ſed coniuncto dominio ſocietatis gratia ab ijs ſunt emenda [b], idque iterum variè, vel vt habeatur & poſsideatur ab ijs ſimul animo communicandi emolumenta quæ inde ſperari poſſunt, vel vt communi lucro vendatur quod diſcrimen diligenter te
1 nendum erit: vt ſemper inſpiciatur in quem finem directa & contracta ſit ſocietas. Hoc enim ad multa valere in iſto contractu poteſt [c].

a l. actione. §. hæc in priuatis. infra eo. facit. l. 3. §. quod ait. l. licitatio. §. ſocij vectigaliũ. de public.

b l. vlt. C. eod.

c l. ſi id quod quis. l. actione. §. ſi rem incertã. j. eo.

§. SOCIETAS AVTEM COIRI.

SVMMARIVM.

1 *Societas ſic contrahi poteſt, vt vnus tantùm operam conferat.*

LOQVI adhuc videtur Iuriſconſultus de ſocietate vniuerſorum bonorum, alioqui enim quid ad rem faceret facultatum inæqualitas? quid patrimonij comparatio? Nam & qui facultatibus plurimum diſtant poſſent facilè ad vnam aliquam negociationis ſpeciem æqualem conferre ſortem. Obtinet nihilominus quod hic de opera dicitur etiam in alio quocunque ſocietatis genere: & nõ hoc tantùm quòd opera ſuppleat id quod ſorti pecuniariæ deeſt, verùm etiam quod ei qui nullam ad ſocietatem contulit pe
1 cuniam: ſola opera pro pecunia ab alio collata valere poteſt, hoc enim magis obtinuit [d]: imò vt cũ Iuſtiniano [e] hoc aſſeuerẽ, magis dicam non dubitari quin ita ſocietas cõtrahi poſſet vt valeat opera ſola prò pecunia, id eſt, pro interuſurio pecuniæ, ſiue quod tantum conferat ad lucrum faciendum vnius opera, quantum alterius in ocio degentis pecunia, cùm alter alterius conſilio indigeat. An autem pecunia in hoc caſu ab vno collata cõmunis fiat vtrique, ſicut alterius opera vtrique impenditur, nondum in his initijs putaui tractandum, ſed ſuo loco dicemus [f].

d in l. j. C. eod.

e Inſtit. de ſocieta. in prin. verſic. nam & ita coire.

f ad l. ſi nõ fuerint. j. eo.

§. DONATIONIS CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Societas nulla eſt, ſi vtrinque non ſint collatio vel opera vel pecunia.* 6.
2 *Societas donationis cauſa an contrahatur.* 5.
3 *Stipulatio inutilis ne conſtituti nec pacti quidem vim habet.*
4 *Donatio olim genus contractus non fuit, ſed modus acquiſitionis.*
7 *Sors quam quis in ſocietate habet, teſtamento legari vel donari poteſt, ſed hoc caſu legatarius aut donatarius ſocius non erit.*

AB æqualitate ſortis pecuniariæ ad ſocietatem contrahendam conſerendæ ita receſsimus, vt non tantùm ſuppleat opera quod pecuniæ deeſt, verùm etiam vt vna ex parte ea ſola conferri poſsit. At non longius
1 abire debemus & eo deſcendere, quòd etiam ſi ex vnius parte nihil conferatur neque pecunia neq; opera, adhuc dicamus ſocietatem cõnſtare poſſe: ſic enim ex mera liberalitate ille nihil conferens cenceretur in ſocietatem admiſſus, velut donationis cauſa, quod fieri nõ poteſt, nõ magis quàm venditio abſq; pretio [a], ſed vt hæc valet quando non omnino abſq; pretio, ſed minore venditur ex cauſa donationis [b]: ita quoq; ex liberalitate & gratia ſocij poterit quis admitti cum minore ſorte ad æquales partes lucri & damni.

a l. cum in venditione. inf. tit. j. l. ſi donationis cauſa. l. empti. C. de cõtrah. emptio.

b l. ſi quis donationis cauſa. inf. tit. j.

damni. Sed an ſocietas ad quam ſic liberaliter quis admittitur nihil confe-
rens valeat, ſaltem iure donationis? Et ita nonnulli [a] putant, contrà alij [b], 2
cùm inutilis tráſactio nullo ſcilicet dato vel remiſſo, ne pacti quidem iure
valeat, & inutilem ſtipulationem non prodeſſe ad conſtitutum [c] Iuriſcon 3
ſultus ait [d], propterea quòd non animo conſtituentis id factum ſit, ſed pro
mittentis. Et ſic quoque in propoſito Iuriſconſultus indubiè præſuppo-
nit animo contrahendæ ſocietatis hanc conuentionem eſſe initam, quæ
etiam (vt ſemper in ſocietate fit) vtrinq; ſit obligatoria, non verò donatio
nis animo, quæ nec propriè eſt inter contractus habenda, ſed potius ge- 4
nus quoddam acquiſitionis [e]. vnde nec perficiebatur olim conuentione,
ſed requirebat traditionem [f], & ſic neutra ex parte habebat obligationẽ:
& cùm hodie conuentione fit, non niſi ex vna parte, videlicet eius qui pro
miſit donare, obligationem habet. In alia verò conſtitutione [g], de vendi-
tione cauſa donationis facta, interuenerat rei traditio, qua potuit perfici
donatio, & ſic tranſlatio dominij, in quam vterque contrahentium & ex
cauſa eadem conſenſijt, hic verò nuda eſt & ſola conuentio. Qui autẽ do-
nationis iure ſic initam ſocietatem valere putant, adhuc inter ſe diſsident:
vt ferè fieri ſolet cum ſemel à recto tramite eſt diſceſſum, cuius rei ſit do- 5
natio. Lucrorum enim, inquit vnus [h], non ſortis neque partis rerum: Imò
& ſortis inquit alter [i], quæ licet ſic fiat ex conuentione cum alio cõmunis,
negat tamen ſocietatem eſſe, eo quòd non ex collatione ad ſocietatem,
ſed ex donatione cœperit eſſe communis. Ac profectò nihil intereſſe pu-
tauerim, quo titulo quis ſit nactus ſortẽ an oneroſo an lucratiuo, neque à
quo hunc lucratiuum titulum habeat, an ex ipſiuſmet ſocij, an alterius libe
ralitate: demiq; nec illud, an ipſe ab initio contulerit eam ad ſocietatẽ con
trahendam, an verò iam collatam & ſibi pro parte donatã relinquat, ibi ad
ſocietatem exercendam, animo participádi lucra & damna. Exemplo res
erit clarior, Qui hactenus ſibi abſq; ſocio negociatus eſt aureis mille, inſti
tori ſuo traditis, poteſt dicere amico quòd ex illis ducentos aureos ei do-
net, ſed ita vt in ſocietatem habeat, & ex illis quintàm partem expectet ſi-
ue lucri ſiue damni. Erunt certè hi deinceps veri ſocij, licet enim donator
non potuerit efficere vt verè ſibi ſocium haberet nihil omnino conferen- 6
tem, potuit tamen illi donare quod conferret, aut quod velut collatũ apud
inſtitorem eius qui donauit relinqueret, neque tali donatione ſortis con-
ferendæ, impedietur verus contractus ſocietatis. Et poteſt quoque ſeor-
ſim quis vel inter viuos donare vel teſtamento legare ſortem, quam in ſo-
cietate cum alijs contracta habet, vel lucra tantùm, quæ pro ſua parte inue
niuntur facta. Verùm hac via non dicetur admiſſus donatarius ad aliquam
ſocietatem, imò potius finita ſocietas inter alios.

a Accur. hic. & cum eo Salice. & Fulgo. arg. l. empti. verſi. ſed & ſi donationis.
b Iac. Aret. & Alberi. hic.
c l. 3. in fi. C. de repud. her.
d in l. 1. §. eum. de conſtit. pecunia.
e in princ. tit. de donat. in Inſtit. & pulchrè Fortunius Garſia ad l. iuriſgẽtium. in prin. ſub nu. 25. de pactis.
f ante l. ſi quis argentum. §. vlt. de donat.
g d. l. empti. verſi. ſed & ſi donationis.
h Salicetus hic.
i Fulgoſius hic.

L. SI SOCIETATEM MECVM COIERIS.

SVMMARIA.

1 *Lucrorum & damnorum communicatio debet eſſe in ſocietate.*
2 *Socij arbitrio committi poteſt, vt partes lucri & damni conſtituat.*
3 *Aequales debent eſſe in ſocietate lucri & damni partes.*
4 *Pactum de communicandis lucris & damnis duarum aut plurium negociationum per diuerſos exercitarum, ſocietas dici non poteſt, ſed contractus innominatus.*

NON EX ſubſtantialibus, ſed ex naturalibus huius contractus illud 1
eſt, & quidem intrinſecè, vt aliqua ſit inter ſocios lucrorũ & damno
rum communicatio [k], ſic vt in contrarium paciſci non liceat [l], non magis
certè quàm ne rei vẽditæ trànſferatur dominium in emptorem [m]: ſed non
eſt ex

k Tactus quodã cap. intell. ſingul. cuius inſcriptio incipit, Subſtãtialia & naturalia contractuum.
l l. ſi nõ fuerint. inf. eo.
m l. cum manu ſata. §. vlt. inf. tit. j.

eſt ex natura huius contractus æqualitas, nec certa vlla aut definita portio lucrorum & damnorum: licet ergo quantitas pretij quod ex ſubſtantia eſt venditionis & emptionis, non poſſit cõmitti arbitrio alterius contrahen-
2 tium [a]: hic tamen vnius ſociorum arbitrio cõmitti poteſt, vt partes ipſe cõſtituat, qui ſi ſocio nullas daret partes lucri aut ad eum omne damnum referret, aliud & prorſus diuerſum feciſſet ab eo quod ei commiſſum eſt, neque etiam poterit quantumuis modicam partẽ lucri conſtituere ſocio, ſed ad arbitrium boni viri tota hæc res pertinet, vt non captioſè hac facultate ſibi permiſſa vtatur [b]. Et ſic debet in æqualitate eorum quæ conferuntur
3 ſeruare æqualitatem conſtituendarum partium, vt ſi nõ æqualis quoad portiones, æqua tamen ſit diuiſio: nam & æqualitas portionum lucri & damni, conſideratis ijs quæ conferuntur inæqualiter, faceret hic magnam & improbandam inæqualitatem, de quo aliquando latius [c]. Sed nec illud prætereundum duxi, quòd hic dixerit Iuriſconſultus partes conſtitui nõ æquales ex diuerſitate ſortis quam quiſq; collaturus eſt, relatis in futurũ verbis quibus illud ſignificatur non peracta ſocietate, & cum euentus iam docuit quantum lucri aut damni ſit, ſed potius incertis adhuc omnibus & in ſocietatis initio partes conſtitui debeant, fac ergo inter duos quorũ vnus trien nio tribus millibus aureorum negociationem aliquam ſibi ſoli exercuit, &
4 alter eodem tempore eadem pecuniæ quantitate ſibi quoq; ſoli idem illud vel aliud quoduis genus negociationis, conueniſſe de communicandis lucris & damnis, cum fortè vterq; ſperaret alterum bene rem feciſſe, hæc conuentio non erit dicenda ſocietas illarum negociationum anteactarũ, ſed ad innominatum potius contractum referenda: vtputa do vt des, lucrorum ſcilicet meæ negociationis dimidium, pro dimidio lucrorum tuæ, ac ſuſtinere promitto dimidium damnorum ſi quæ perpeſſus ſis, vt dimidium quoque meorum ſuſtineas. quæ conuentio ſi fiat incerto adhuc vtriuſque lucro aut damno, aliquid incertæ ſponſionis in ſe continere videbitur.

[a] l. hæc vẽditio. l. quod ſæpè. §. 3. inf. tit. 1.

[b] arg. c. cum veniſſet. verſic. ipſe verò. de inſtitut.

[c] ad l. ſocietatem mecum. §. arbitrorũ. cum. ll. ſeq. infra eod.

L. COIRI. CVM SEX LEGIB. SEQVENT.

SVMMARIA.

1 Simplex ſocietatis conuentio longè diſtat à ſocietate omnium bonorum.
2 Societatis re contractæ quæ ſit poteſtas, quoad bonorum communicationem.
3 Societas ſimpliciter contracta ad quæſtum tantùm pertinet.
4 Vendito fundo patrimoniali, & ex eius pretio alio empto, an emptus patrimonialis cenſeatur.
5 Quæſtus appellatione non continetur hæreditas, legatum, donatio.
6 Societas quæſtus & lucri quid contineat.
7 Hendiades figurata locutio.

HOC Vlpiani reſponſo cum alijs ſequentibus docemur, quæ veniunt in ſocietatem cõtractam ſimpliciter, hoc eſt vt paulò antè diximus [d], non adiecto cuius rei futura eſſet ſocietas, an omnium bonorum, an nego-
1 ciationis alicuius, &c. ſed eo tãtùm in genere dicto, *Placet, ſimus poſthac ſocij*. quæ conuentio reſtrictior eſt, quàm ſi ſocietas expreſſè eſſet inita omnium bonorum: non enim alia continet quàm quæ ex quæſtu & opera cuiuſque eorum deſcendunt, cùm tamen expreſſa illa omnium bonorum ſocietas contineat & hæreditates & legata, & donationes quaſcunque: & hanc diſtinctionem omnibus placuiſſe video [e]. Quid ergo dicemus de ſocietate nullis verbis contracta, ſed tacito conſenſu rebus ipſis & factis declarato, vt inter fratres in communione bonorum manentes? Et profectò credendum non puto [f] eis qui totũ hoc genus tacitæ ſocietatis referũt ad
2 ſocietatem ſimpliciter contractam, neq; hoc reſponſo agi de ſocietate ſic contracta, ſed expreſsis verbis, æquè vt in alio reſponſo [g] amplioris & la-

tius

[d] ad l. 3. §. cum ſpecialiter. ſupra eo.

[e] Accur. ad l. ſi fratres. §. ſocium vniuerſ. in glo. verbi, omnium. ij. eod. DD. oẽs, hic Raph. Cuma. & alij ad l. adeo. de acquir. hered.

[f] cũ Phil. Decio conſil. 68.

[g] d. §. cum ſpeciali.

tius patentis ſocietatis, & tacitam ſocietatem nunc vni nunc alteri ge-
neri expreſſæ ſocietatis inueniri ſimiliorem: quod diſcrimen ex rebus
atque factis colligetur, ex quibus arguimus tacitum conſenſum contra-
hendæ ſocietatis. Si enim omnes illi actus vniformes ſint & vnius gene-
ris, vtputa quia conferunt tantùm fratres merces, lucra & damna negocia
tionis certæ, iam ſpecialem eſſe ſocietatem illius negociationis: ſi verò
conferant omnis generis quæſtus lucra & damna ex varijs negociationi-
bus, iam ſimilem eſſe eam ſocietatem huic expreſſæ, quæ hic ſimpliciter
dicitur contracta. Si verò intermiſceatur etiam communicatio eorũ quæ
ad quæſtum non pertinent, ſed ad alia lucra hæreditatum, legatorum, &c.
aut ad alia onera quàm quæſtuariæ negociationis, vtputa ex communi do-
tando filias[a]. Nunc dicemus eam reſpondere ſocietati quæ expreſſè eſt
inita omnium bonorum. Porrò quod hic in genere ſocietatis ſimplici- 3
ter contractæ relatum legimus ad quæſtum, tanquam quæſtus loco haben-
dum eſſe lucrum quod ex venditione, emptione, locatione, & conductio
ne deſcendit. Magnam hodie quæſtionem facit apud interpretes conſue-
tudinum, ita pleriſque locis vigentium, quòd coniuges omnium conſtan-
te matrimonio acquiſitorum communionem habeant, patrimonialibus 4
vtriuſque ſuo loco manentibus: An ſi quod prædium paternæ aut amitæ
ſucceſsionis alterius coniugum vendatur, & pretium in emptionem alte-
rius prædij collocetur, & conuertatur hoc ſic emptum, an acquiſitũ cen-
ſeatur, an patrimoniale? Pro priore parte ſtat hic locus, nam verè ex em-
ptione acquiritur: pro poſteriore ſtat regula ſurrogationis, cùm ſit ſur-
rogatum in locum fundi patrimonialis, ijſdem ergo legibus cenſetur[b]:
quod hic in ocioſa quæſtione non conſtitui latius inquirere, quòd ſi vſus
natæ rei poſtulet, deciſio peti poterit ex ijs quæ latiſsimè tractat Andreas
Tyraquellus[c]. Sed cum hic quæſtus nomen conſtituatur veluti ſpecies
lucri, non comprehendens hæreditates, legata, donata, quæ indubiè ad 5
lucratiuos titulos pertinent[d]: quid dicemus ſi in contrahenda ſocieta-
te ſimul hæc inita ſint, vtputa ſi ſit contracta ſocietas quæſtus & lucri, 6
vel quæſtus & compendij? Hic clarè reſponſum eſt[e], ſolius quæſtus ini-
tam eſſe ſocietatem, ſiue quòd ex adiecta ſpecie genus reſtringamus[f], ſi-
ue quòd ita ſuadeat materia ſubiecta, cùm ſocietas ſimpliciter contra-
cta non niſi ad quæſtum pertineat, vt ambiguus ſermo referatur ad id
quod ex natura eſt rei propoſitæ[g], ſiue quod vſus obtinuerit illa com- 7
poſita intelligi quaſi ex duobus vnum dicatur: nimirum ſic quæſtus & lu-
cri, id eſt, quæſtuarij lucri. quæ figura loquendi in iure noſtro alijs quo-
que locis reperitur[h].

a Bart. ad l.legatio. in ſi. princ. de lega. 3.

b arg. l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ibi Iaſ. & alij. ſi quis caution. l. ſi filia. §. Titia. de condi. & demõ. l. pater. de adimẽ. legat. & l. ſi cum doté. §. vlt. ſoluto matrimonio.

c de retract. §. 32. in gl. vni ca nu. 10. cũ multis ſeq.

d l. vnica. C. de imponẽda lucratiua deſcrip. lib. 10.

e in l. ſed & ſi adijciatur. & in d. l. additio.

f l. vlt. §. vlt. de trit. vin. oleo legat.

g Bar. Bal. Alberi. Fulgoſ.

h Alciat. lib. 4. de verbor. ſig. ex l. Lucius. §. Gaio. ad Trebell. & l. 3. §. poſſumus. nautæ caup. ſtab.

L. SI CONVENERIT. CVM TRIBVS SEQ.

SVMMARIA.

1 *Societate adhuc durante poteſt fieri diuiſio emolumentorum, & diuiſa ſocietate quoque res manere communes.*
2 *Pactũ ne à ſocietate vnquam recedatur, non valet.*
3 *Pactum ne à ſocietate intra certum tempus recedatur, an valeat.*
4 *Et quæ ſit huiuſmodi pacti vis.*
5 *Intempeſtiua renũciatio ſocietatis quæ ſit ante conuentum tempus.*
6 *Fruſtra dicta ad effectum refertur.*
7 *Societatis intempeſtiua renunciatio nunquam prodeſt.*
8 *Societate ad certum tempus contracta, interdum rectè ab ea ante recedi.*
9 *Renunciandi ſocietati cauſæ vnde ſubministrentur.* 13.
10 *Conductore mercedem non ſoluente, poteſt locator à locatione recedere.*
11 *Communia teſtamento imperata, ex cauſis diſſolui poteſt.*
12 *Rixæ cauſam iuſtam præbent cur etiam minor ad diuiſionem prouocare poſsit.*
14 *Procuratorem in graui cauſa nemo conſtituere cogitur, niſi velit.*
15 *Socius an partem ſuam ante diuiſionem vendere poſsit.* 18.

16 Socio-

16 *Exceptio etiam ad ſingularem ſucceſſorem interdum tranſit.*
17 *Socius qui contra ſocietatis leges facit, ſocietatis in dicto conueniri poteſt, etiam ſi portionem ſuam in alium tranſtulerit.*
19 *Societatē nemo ſuo haredi paciſci poteſt.*
20 *Renunciare ſocietati ſocio abſenti an domi maneti poſſit, & quo modo.*
21 *Et qua ratione hoc caſu ad alterutrum pertineat damnum & lucrum.*
22 *Abſens ſi renunciatur, an interſit ſciat an ignores renunciationem.*

RES communes non diuidi, & à ſocietate non abiri, diuerſa ſunt, non ſolùm ob id quod communes poſſunt eſſe res ſine ſocietate eaq; nulla vnquam contracta [a], verùm etiam quòd poſt diſtractam ſocietatem poſſint adhuc res eſſe communes & earum ſupereſſe diuiſio [b]: poteſt quoque
1 emolumentorũ ſocietatis fieri diuiſio, manente ſorte cuiuſq; & ſocietate. Non ergo ſi conuenerit res communes etiam ex ſocietate intra certũ tem
2 pus non diuidi, debebit videri in conſequentiam conueniſſe, ne à ſocietate abeatur, cùm ex diuerſis & ſeparatis non fiat illatio [c]: ſeorſim ergo de vtriuſque partis vi & effectu videndum eſt. Et quidem ad perpetuam communionem neutrum valet [d], ad certum verò tempus reſtricta vtrumq; valet, quod in ſocietate dupliciter contingere dicitur [e], vel quòd ineatur ſocietas ſtatim & ab initio ad certum tantùm tempus, quæ eo finito expiret ipſo iure, adeò quòd nec debeat denunciari eius finis ijs qui cum inſtitore
3 fortè poſt tempus eſſent contracturi [f]: vel quòd ſocietate ſimpliciter inita fiat pactum ne ab ea intra certum tempus diſcedatur. De cuius vi & effectu dubitarũ ſcio, exiſtimantibus nonnullis [g] omnino non valere & nihil operari: alijs [h] verò, quòd ex ſe quidē valeat ſed in ſe habeat conditiones [i], ſi non ante tempus interceſſerit iuſta aliqua cauſa renunciandæ ſocietatis. Sed quid ergo eſt quòd hic commendat Vlpianus eleganter à Pomponio ſcriptum fruſtrà hoc conueniri? Subindicat hic quidam [k] hoc intelligi de pacto generali, ne vnquam à ſocietate abeatur, quod abſque dubio improbatum eſt: argumentum ex eo deſumens, quòd quæſtio ſimpliciter & generaliter ſit propoſita, *Quid tamen ſi hoc conuenerit ne abeatur?* Ecce non adduntur hic neque repetuntur illa verba in principio huius legis poſita, *Intra certum tempus.* Sed hæc conſideratio mihi vana videtur, cùm in explicanda bimembri ratione cur fruſtrà conueniatur Iuriſconſultus, præſupponat in vtraque parte, imò & in altera [l] clarè exprimat conuentionem ad
4 certum tempus reſtrictam. Crediderim ergo ita dicendum, quòd ſi conuenerit, ne à ſocietate ante quinquennium abeatur, huius pacti eam vim eſſe, quòd etiam ſi ante finem quinquennij, ſecundo, tertio, aut quarto fortè anno, res & negocia ſocietatis patiantur commodè recedi à ſocietate, & melius fortè atque expeditius quàm in fine quinquennij cùm erunt im-
5 plicatiora, magiſq; inuoluta negocia, recedi tamen non poſſe altero nolente, & vel hoc ipſo intempeſtiuè renunciari, quod ante præfinitum tempus nulla vrgente alia iuſta ratione renũcietur. voluiſſe autem Vlpianum cum Pomponio ſic conueniri fruſtrà, ſi quis eam cõuentionem vel factam
6 vel omiſſam ſperet, firmo ac ſtabili iure valere poſſe ad omnes caſus qui incidunt, & ſic fruſtrà quoad eũ effectũ: nam ſolet dictio, *fruſtrà*, ad effectũ referri [m]. Vt ecce ſi is qui renunciare intendit ſocietati ex omiſſa hac conuentione, eam conceperit opinionem, quòd putet ſe liberè quandocunq; velit renunciare poſſe ſocietati, quia certi temporis non eſt facta conuen
7 tio, multum errauerit: nam ipſo iure ſocietatis intempeſtiua renunciatio ei non proderit [n]. Contrà verò, conuentioni ſic factæ non poterit omnino confidere qui ſocietatem durare cupit, ſic ſecum cogitans, curem an negligam, diſperdam an conſeruem ſocietatis negocia, parũ refert, contracta eſt enim vſque ad tempus certum, & tam diu velit nolit ſocius cogetur

a *§. item ſi inter aliquot. Inſtitut. de oblig. quæ ex quaſi contract.*
b *l. actione. §. ſi poſt diſtractum. infra eo.*
c *l. vlt. in fi. & ibi Bar. de calum. l. ſi maritus quondam. in fi. & ibi Bal. C. de dona. inter vir. et vx. l. Papinianus. de minor. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. verſi. ſed hæc diſſimilia ſunt. de verb. obli.*
d *l. nulla. 3. eo. l. in hoc iudicium. §. ſi conueniat. de communi diuid. l. vlt. C. de commu. diuid.*
e *gl. d. l. actione. §. itē qui ſocietatem in tempus. ad verbũ, ſed dolo. ƥ eo.*
f *Pau. Caſtr. ad l. 3. §. non autem. de exercit. act. & conſil. 104. ƥma. vol. Phi. Decius ad l. ſi ſocius. ſi certum petatur.*
g *Accur. in d. glo. ad verba. ſine dolo. in. §. item qui ſocietatem. & Salic. hic.*
h *Fulgo. hic ſub fi.*
i *Bar. & Bald. hic.*
k *Fulgoſius in princ.*
l *hic in verſi. ſed & ſi conuenerit ne intra certum tempus.*
m *Alcia. ad l. verbis ciuilibus. in princip. & notat. ad verb. fruſtra. de vulgar. & pupil. ex l. 3. C. de non num. pecun.*
n *hæc in l. ſi conuenerit. in l. ſed & ſocius. §. vlt.*

getur in ea perſeuerare. Nam certè quamuis ita conuenerit, poteſt tamen 8
ante tempus facta renunciatio habere rationem : non quod pro ratione ſit
ſola voluntas cupientis à ſocietate ante tempus diſcedere, ſic enim non re
mitteret nos Iuriſconſultus ad cauſas iuſtas & rationes, quæ ſi ſola volun-
tas ſufficeret, nunquam profectò deeſſet: neque etiam aduerſus rationem
quæ vni ſociorum videtur iuſta, ob quam à ſocietate diſcederet, permiſiſ-
ſet ex alia parte replicationem [a], & rurſus ab altera parte duplicationē [b].
Rationes autem iuſtæ renunciationis ante tempus conuentum, hic conſi-
derabimus in triplici genere & differentia: nam pleriq; ſuppeditantur no- 9
bis & earum præbetur occaſio à ſocio cui renunciamus, aliæ quoque à ter-
cio quouis, vel deniq; eas à nobiſmetipſis & ex noſtra perſona deſumimus
qui renunciare volumus. Primi generis hæc ſunt exempla, ſi ſocius nobis
non ſeruet cōditiones, pacta, & leges quibus eum in ſocietatē recepimus,
qua ex cauſa poteſt & locator (ſi mercedem non ſoluat conductor) à loca 10
tione recedere [c]. Neq; de publico loco fruendi aliter cōductori ſocióue
eius agere permiſſum eſt, quàm vt ex lege conductionis frui liceat [d]. Item
ſi tam iniurioſus aut damnoſus eſſe cœperit ſocius, vt non expediat diutius
eum pati, quod longius in exemplum trahitur, vtputa ſi fortè pater teſta- 15
mento ſuo iuſſerit ſimul habitare liberos, & in cōmunione bonorū aliquo
tempore permanere, nihilo firmiorem eſſe illam ex patris præcepto com-
munionem vera ſocietate, quin ſcilicet ex iiſdem cauſis poſsit diſſolui [e].
Et minoribus vigintiquinque annis, qui ad diuiſionem prouocare prohi- 12
bentur [f], relaxari illam prohibitionem quando rixæ & iniuria ſocij ita po-
ſtulant, vt diuidatur potius quod cōmune eſt, quàm creſcēte indies diſcor
dia & communis rei detrimento in communione permaneat, quamuis in-
terdum his malis occurri poſſet, diſtinctis cōmunibus prædijs culturæ tan-
tùm gratia, nō perpetuæ alienationis cauſa [g]. Secundi generis exemplum
erit, ſi qua ex cauſa aliunde quàm à ſocijs naſcente, frui non liceat ea re
quam ſimul conduxerunt ſocietatis habēdæ gratia [h]: vtputa conduxerunt
vectigalia publica, & incidit reipub. cuius ea ſunt, neceſsitas, vt eis permit
ti nō poſsit frui illis: vel conduxerunt paſcua communi lucro paſcendis pe
coribus quæ diſtrahant, ſed ea lege, ſi non alius meliorem offerret condi- 13
tionem, & venit qui plus offert. Tertij generis exemplum erit ex abſentia
diuturna & neceſſaria, vtputa ex legatione vni eorum obeunda [i], ob quam
renunciare ſocietati velit: & vt in grauibus cauſis non cogitur quis pro- 14
curatorem conſtituere niſi velit [k], ita quoque non cogitur abſens totam
adminiſtrationē relinquere ſocio, niſi valde idoneo, nec alium ſubſtitue-
re niſi facilè inueniat idoneum.

Hactenus ſatis de pacto ne à ſocietate abeatur, reuertamur ad alterum
illud, ne res ex vera ſocietate vel ſine ea communes diuidantur: quod &
ipſum eaſdem recipit leges quas diximus, videlicet nō diuidi niſi iuſta ali-
qua cauſa intercedat [l]. Sed an quod non prohibet ſola communio, videli-
cet, partem cuiuſque diſtrahi ante diuiſionem [m], hoc ſaltem prohibitum 15
cenſeatur virtute talis pacti: hoc eſt, an qui promiſit non diuidere, poſsit
partē ſuam vendere? Et hic quidem prima facie videtur id eum non poſſe,
nam ſic facilis eſſet tranſgreſsio conuentionis, ex ſola venditione partis in
re communi, prouocāte ſcilicet emptore ad diuiſionem, qui per hoc nihil
contra pactionem faciet, quia ipſe de non diuidendo non promiſit, & con
tra, venditor qui id promiſerat, ipſe non prouocat ad diuiſionem, ſed ven
dit tantùm quod ſe non facturum non promiſerat [n]. Placuit hic media ſen-
tentia, vt vendere quidem poſsit, & iuris ſui vel retinendi vel dimittendi
arbiter

a vt hic in l. idemq;. verſ. quinimo nūquam ei obijci poſſet.
b in ead. l. verſi. ſed hoc nō aliter.
c l. quæro. §. inter locatorē. locati.
d l. j. & vlt. de publico loco fruen.
e Bart. Bal. Fulgoſ. hic, & alij ad l. vlt. C. de communi diuid.
f l. ſi pupillorum. de rebus eorū qui ſub tut. vel cur.
g l. Lucius & Titia. famil. erciſc. Salic. ad prin. l. in bonis nulli. C. de ſacroſ. eccleſijs.
h vt hic. l. quod ea.
i l. j. l. legatus creatus. de legatio.
k c. querelam. de procurat.
l hic in l. idem quæ. §. qui igitur.
m l. j. C. de commu. diuid. l. falſo. C. de cōmu. rer. ali.
n arg. l. 3. §. opus. de alien. mutan. iudi. cauſ. quam citat Bal. hic ad l. ſed & ſocius.

16 arbiter ſit [a], ſed emptor repelletur eadẽ exceptione qua eius author vendi *a l. in rem mãdata. C. mãda.*
tor repelli potuiſſet, ſi ipſe contra pactionẽ ad diuiſionẽ prouocaſſet, ita vt
hic exceptio tranſeat aduerſus ſingularẽ ſucceſſorẽ, ſicut alio loco ſingula
ri ſucceſſori datur [b]. Exceptio inquam, quæ nõ cohæret perſonæ [c], neque *b in l. etiam. de iureiur.* *c l. exceptiones quæ perſonæ. de except.*
enim ſi minor vẽdiderit ritè partẽ quam habebat indiuiſam in prædio cõmu
ni, prohibẽdus erit emptor ne ad diuiſionem prouocet, eo quòd à minore
emerit [d], qui ſingulari ætatis ſuæ ratione prohiberi potuiſſet à diuiſione [e]. *d Alberi hic in fi.* *e d. l. ſi pupilli.*
Sed hunc articulũ de tranſmiſsione iuris excipiendi, latius hic explicare *f ex Bart. ad l. ſi tertium. §. ſi quis prim. ad fi. de aqua plu. arcen. Alberi. Bal. Salic. ad d. l. etiam. de iureiur.*
nõ conſtitui, cuius deciſio aliunde [f], ſi vſus natæ rei poſtulet, facilè peti po
terit. Neq; hic ſolo illo exceptionis beneficio ſe tuebitur ſocius aduerſus
17 emptorẽ, verùm etiam ſocium qui contra pactionem commiſit conuenire
poterit [g], vel ſocietatis iudicio, ſi in cõtrahenda ſocietate cõueniſſet quã- *g hic in l. ſed & ſocius.*
do res cõmunes deberẽt diuidi: vel iudicio cõmuni diuidundo, ſi abſq; ſo-
cietate fuerint cõmunes. Quid ergo ſi ab emptore prouocatus ad diuiſio-
nem omiſerit excipere, an nihilominus cum ſocio agere poterit? Accurſ.
putat [h], quòd de ſe cõqueri debeat, & nõ agere cũ ſocio ad id quod inter- *h hic in glo. ſ.*
eſt, ſi hoc ſua culpa ſit paſſus, omiſſa exceptione, ſcilicet, ſi tũc æquè cogni
tas & paratas habuit probationes illius conuẽtionis de nõ diuidundo, nõ ſi
poſtea illam primũ nactus ſit [i]. Sed hic dubitauerim, num indifferenter ab *i arg. l. argẽtarius. §. cum autem. de edendo.*
vtrolibet remedio vel actionis vel exceptionis initium facere poſsit, præ-
ſertim vbi verè dicere poſsit ſocium contra pactionẽ feciſſe quòd aliena-
uerit [k], vt quia nõ alienare promiſit: hic enim ipſius culpa in tranſgreſsio- *k vt hic in primis verbis huius l. ſed & ſocius qui alienauerit contra pactionem.*
ne conuentionis, per alienationẽ præuenit diuiſionẽ ab emptore, in quem
alienauit, petitam: & quod poterat ſocij intereſſe ob alienationẽ, nunc ab
emptore per diuiſionẽ deducitur à potentia ad actũ, ita vt rationi non con
grueret denegari ex præcedente alienatione actionẽ, eo quòd ex ſequenti
diuiſione cõpetere poſsit exceptio. Sed & ſi cõueniſſet tantùm nõ diuidi,
nõ verò vtrũq;, videlicet nõ alienari neq; diuidi: adhuc videri poſſet quòd
ab alienatione fuerat abſtinendũ, nõ quin ea ſummo iure teneret, ſed quòd
ſic in effectu contra pactum faceret, occaſionẽ præbens emptori qui nihil
18 eſt pactus, vt is ad diuiſionẽ prouocaret. Vnde etiam ſi exceptionem ex in
duſtria omiſiſſet aduerſus emptorẽ, videtur tamen quòd hoc nõ poſsit ven
ditor illi imputare ad culpã, cũ ipſe alienãdi partẽ ſuã præbuerit occaſionẽ,
ſuper quo latius erit cogitandum. Illud ſanè mihi videtur quòd non rectè
hinc quidam [l] colligit modũ finiendæ ſocietatis, ſi quis ſociorũ vendat par *l Salice. ad hanc l. ſi conuenerit. ex. §. qui igitur. l. idemq;.*
tem ſuã alteri, ſic fieri, vt nouus ſocius ſocio detur: quod verũ eſſe non po
19 teſt ſi de vera ſocietate intelligat, quam nemo hæredi ſuo paciſci poteſt [m], *m l. nemo poteſt ſocietatem. infra eod.*
multò ergo minus ſingulari ſucceſſori. Fefellit autẽ eum quòd nõ ſatis per
penderit Vlpia. cũ diceret, *Qui igitur paciſcitur ne diuidatur, &c.* omiſſo pa-
cto ne abeatur à ſocietate, de quo ſatis multa dixerat, rediſſe ad aliud pa-
ctum ne res cõmunes diuiderẽtur: de quo in principio ſui reſponſi [n] obiter *n d. l. ſi conuenerit.*
attigerat. Quo quidem pacto nõ obſtante, certum eſt quòd vẽditione vel
donatione partis indiuiſæ alius fieri poſſet dominus, cui res cum alio fiat
communis. Cùm [o] autem dixerimus poſſe nobis ſocietatem durare cum *o §. SI ABSENTI.*
eo qui diu & neceſſario abfuturus eſt, imò quòd eum inuitum in ſocieta-
te retinere poſsimus, ſi facilis ei ſit ſocietatis per alium adminiſtratio, vi-
20 dendum hic erit obiter, quomodo is qui domi permanſit & abfuturi ſocij
excuſationem admittere noluit, renunciare poſtea ſocietati poſsit. Certè
procuratoris abſentis renunciatio facta non ſufficeret, niſi ille ratum ha-
beret [p]: ipſi ergo ſocio abſenti renuncianda erit ſocietas, quæ renunciatio *p l. actione. §. item ſcriptũ. infra eod.*
præter difficultatẽ hoc etiam habet incõmodi, quòd quoad abſens ſciuerit

 renun-

a hic in l. ſed & ſocius. §. ſi abſente.

renunciatã eſſe ſocietatẽ, non liberabitur ab eo is qui renunciauit, contra
tamẽ ſimulatq; hic domi renunciationẽ fecit, ſociũ abſentẽ à ſe liberabit [a]:
hoc eſt, renũciantis lucrum redigetur in cõmune, damnũ verò eius ſolius
erit: & cõtra, abſentis damnũ erit cõmune, & lucrũ eius propriũ. Sed quis,
inquies, nobis tã æqua iura definit, vt quod æquũ ſit in vno, aut ex vnius per
ſona cõmunicari alij, id ex alterius perſona æquũ ſit eius ſolius eſſe? Facit
hoc certè renũciatio, nã abſens lucrũ facit rectã intẽtione vt id acquiratur
ſocietati: ſed alter qui domi permanſit, ipſe exemit ſe per renũciationẽ ex

b Bart. & clarius Bal. hic.

ea ſocietate cui hoc lucrũ acquiri poterat [b]. Non priuat ergo eo emolumẽ
to abſens præſentẽ, ſed hic ipſe priuat ſe. Contra verò damnum quod caſu 21
& ſine culpa abſentis euenit, cum adhuc bona fide credit ſocietatẽ durare,
meritò debet eſſe commune: Nam ſi renunciatã ſocietatem ſciuiſſet, fortè
nõ ſubijſſet ſibi ſoli tam dubiam aleã contractus, ex quo ſine culpa damnũ
caſu aliquo eſt ſubſecutũ. In renunciante verò hæc omnia aliter ſe habẽt,
nam hic quantum in eo eſt diſſoluit ſtatim ſocietatem, quæ tam diu durat

c l. tam diu. C. eo.

quàm diu conſenſus partium integer perſeuerat [c], ipſe autem ſuum conſen
ſum mutans, fecit vt nõ permanſerit integer contrahentium conſenſus. Et
largiturus aliquid abſenti etiã quod in inuitũ conferre poſſet, veluti liber-
tatẽ, ſi ad abſentem ſeruũ ſcripſerit vt in libertate moretur, poſſeſſionẽ ſer

d l. qui abſenti ſeruo. in princ. de acqui. poſſeſſ.

ui nõ ante perdit, neque is ſeruus liber ſit ante acceptas literas [d]: quãtò mi
nus ergo in præiudiciũ abſentis ſeſe ab illo liberabit renũciatione ſocieta
tis antequam illa ei innotuerit. At inquies, ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit ab
ſens, æquè nõ manet integer vtriuſq; conſenſus, & verè diſſoluta eſt ſocie
tas renũciatiõe: cur ergo nõ tollitur illud diſcrimẽ ſciuerit an ignorauerit?
an qa ſi ſciuerit abſens & nihilominus id agat vt vtriq; acquirat ſibi & pau-
lò ante ſocio, licet hoc lucrũ non cogatur cõmunicare ſocietatis iudicio,

e Bal. hic ex l. actione. §. ſi poſt diſtractam. ʒ. eo.

alio tamẽ de cõmuni diuidũdo iudicio cõmunicabitur [e]. Et meritò hic re-
quiremus abſenti innotuiſſe renunciationẽ, nã eius verè intereſt, & ſic vbi 22

f Alberi. & Fulgoſ. hic ex l. 2. de diuort. & repud. & l. ſi pater filio permiſe rit. verſic tin autem igno rante filio. de manumiſ. vindict.

non diſtinguitur ſciuerit an ignorauerit aliquis, hoc fit cum eius non in-
tereſt, neque pecuniarum damnum ex hoc ſentire poteſt [f].

L. SI SERVVS.

SVMMARIA.

1 *Seruus ſocius an ſocietati renunciet, an illius dominus.*
2 *Societas cum ſeruo contracta eo ſolo non ſoluitur, quia dominus ſeruo iuſſerit vt ſocietati renunciet.*

ALII alio hoc reſpõſum referũt, Accur. hic vult ab ipſo ſeruo ſocio,
nõ à domino eius renunciari ſocietatẽ, hac maximè ratione, quod cũ 1
prohibere nõ poſſit dominus quin ſeruus peculiũ habẽs cõtrahat, & cõtra

g l. ſi quis ſeruũ. §. vlt. de pecul.

h arg. l. patre furioſo. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt.

i Fulgo. hic.

k l. qui autem. §. ſi ſeruũ. de his quæ in frau. cred.

hendo dominũ peculiotenus obliget [g], multò minus efficere poſſit vt à cõ
tractu inito, & qui iam aliquamdiu vires ſuas habuit, recedatur [h]. Alius hic
tradit [i] etiam dominũ renũciare ſocietati poſſe à ſeruo contractæ, æquè vt
hæreditatẽ ſeruo delatam ipſe repudiat [k]. Et quãuis tunc ſeruus eodem die
vel poſtea iterũ eam cõtrahere poſſit, aliã tamẽ illam futurã ſocietatẽ. Sed
hic diceret fortè aliquis ꝓ Accurſ. ſentẽtia, quòd nõ par ratio ſit repudiãdæ
hæreditatis delatæ ſeruo, in qua repudiatiõe nihil negocij cũ alio geritur,
& renũciandæ ſocietatis cõtractæ cõſenſu ſerui, cũ id facere poterat quaſi
infixa ſit quodãmodo ipſius pſonæ ſocietas, & ex cõſequẽti quoq; renũcia

l arg. l. vlt. C. eo.

tio [l]. Mihi ſanè hic neutrũ ſignificari videtur, neq; ſcilicet an ſeruus ipſe re

m Odofred. hic.

nunciare debeat, neq; an dominus pro eo renunciare poſſit: ſed illud tan-
tùm [m], qd ad diſſoluẽdam ſocietatẽ à ſeruo initã nõ ſatis erit, quòd iuſſerit
dominus

7 dominus abire eum à ſocietate, neq; eo ſolo iuſſu cenſebitur mox diſſolu
ta, ſed eo amplius oportebit vt exequatur ſeruus qđ facere iuſſus eſt, hoc
eſt, vt abeat atq; renũciet, & tunc demũ eam ſoluit. Neq; tamẽ interim ne
gat, quin ſeruo cunctante poſſet ipſe dominus ſocietati renunciare.

L. QVI ADMITTITVR. CVM SEPTEM SEQ.

SVMMARIA.

1 *Socius mihi eſſe non poteſt quem ſocium eſſe nolo.*
2 *Socij mei ſocius, meus ſocius non eſt: & quare. 4.*
3 *Libertus mei liberti, meus libertus non eſt.*
5 *Socius vnus qui alium ſolus admiſit, tenetur de fa cto ſocij ſic admiſſi alijs ſuis ſocijs.*
6 *Socius an ſua parte alium ſibi aſciſcere poteſt ſociũ, etiam breuiore tempore.*
7 *Socio per vnum ex ſocijs admiſſo, an alijs ſocijs in ſubſidium contra admiſſum detur actio.*
8 *Compenſatio in ſocietate, an admittatur in lucro & damno.*
9 *L. ſi negocia abſentis. in ſi. de nego. geſt. intellectus.*
10 *Diligẽtia in ſocietate quæ à ſocio præſtanda ſit.*
11 *Diligentia quæ præſtãda ſit à negociorum geſtore.*

1 CVM ſocietas conſenſu contrahatur vt diximus, ſocius mihi eſſe non
poteſt quẽ ego ſocium mihi eſſe nolo. Quid ergo ſi eum voluerit ſo-
cius meus cũ quo ſocietatẽ cõtraxi? Ne ſic quidẽ ille ſocius fiet mihi, etiá ſi
cũ pluribus mihi eſſet ſocietas, quorũ maior pars velit eũ recipere [a], ſed ei
2 ſoli erit ſocius à quo eſt admiſſus, velut ad ſubalternatam ſocietatẽ ſuæ par
tis. Quòd enim ſocius ſocij mei nõ ſit meus ſocius, in regulis iuris eſt [b] ſi-
3 cut nec libertus liberti mei, meus libertus eſt [c]: nec cliens cliẽtis mei, meus
cliẽs: colonus coloni mei, meus colonus, cũ alijs ſimilibus deciſionib. qua
rũ rationẽ hãc eſſe arbitratur Alciat. [d] quòd verba de eo qđ prius eſt, ꝓpriè
accipiãtur, nõ de eo qđ poſterius & ꝑ aliã perſonã aſſumitur [e]. Quæ quidẽ
ratio vt fortè ad earũ deciſionũ aliquas referri nõ incõmodè poſſit, in ſocie
4 tate tamẽ efficax viua & vera ratio eſt, quã ipſe I.C. adiecit [f], nimirũ quòd
ſocietas cõtrahatur cõſenſu: & ergo in quẽ nõ cõſenſiſti, illũ nec primario
nec ſecũdario per aliũ tibi ſociũ habere intelligeris. Longius verò petita
& oĩno, vt puto, impertinẽs eſt ratio quã dedit alius [g], quòd in cõtractibus
perſona nõ expreſſa nõ intelligetur extrinſecus [h]. Non enĩ vlla eſt hìc du
bitatio an primo cõtractui ſocietatis intelligatur ineſſe perſona tũc nõ ex
preſſa, quaſi extũc in ſocietatẽ cũ alijs noĩatis ſocijs recepta & admiſſa. Sed
an is q ex interuallo recipitur & admittitur ab vno ſociorũ, fiat etiam alijs
5 ſocius? Et ſanè quãuis nõ fiat hic ſocius alijs, hi tamẽ putare nõ debebũt ni
hil prorſus ad eos pertinere quicquid illi in negocijs ſocietatis, in quã quo
dammodo ſaltẽ pro parte ab vno introductus eſt, fecerit, curauerit, negle-
xerit aut perdiderit. omniũ enim eorũ ratio habebitur in eo iudicio ſocie
tatis, quo qui nõ admiſerũt eum agẽt aduerſus admittentẽ: vt ſcilicet lucra
per eũ facta, vel quæ ex rebus ſocietatis ad eius manus peruenerunt, ſocie-
tati cõmunicet is qui eum admiſit, damna ille reſarciet: qui verò illum nõ
admiſerunt, nihil cũ eo recta via cõmunicabũt, ne ſic videãtur rebus & fa-
ctis admittere in ſocietatẽ eorũ quẽ ſocius expreſſè recepit: & ſi quid ille
qui admiſit eiúsue ſocij negligentia perdiderint, id ipſe reſarciat ei quem
admiſit. Ita vt meritò dicas, hunc qui alium admiſit in ſociũ, velut in medio
poſitũ vtrinq; oĩum excipere actiones, & nõ ſuũ tantũ, ſed & alterius factũ
alijs præſtare [i]. Et quidẽ interdum prius ex hac ſubalterna & quæ ſequitur
ex ſocietate ſocietas, quã ipſe admittẽs ex principali ſocietate cum ſocijs
ſuis poſſit agere [k], vt etiam diuerſo tempore hæ ſocietates finiri poſſint:
6 & qui cum alio ſocietatẽ habet in quinquennium, poteſt ſibi ſuæ partis ſo-
cium aſciſcere tantùm in biennium. Quinetiam hoc ſuſtinet ille qui alium
admiſit ſatis durum, quòd quæ neglexerit ille admiſſus & perdiderit, ſocijs

[a] *Pet. de Vbal. in 10. parte ſui tract. de duob. fratribus & quibuſcunq; ſocijs. nu. 30.*
[b] *l. conſilij. §. vlt. de reg. iuris.*
[c] *l. Modeſti. reſpondet. de verb. ſig.*
[d] *in d. l. modeſtinus.*
[e] *l. qui liberis. §. j. de vulga. & pupill.*
[f] *in princ. huius l. qui admittitur.*
[g] *Meynerius ad d. §. vlt. l. conſilij. de reg. iur.*
[h] *l. ſi ita ſtipulat⁹ fuero. §. Chryſogonus. de verbor. oblig.*
[i] hic in l. & quicquid. & l. ex cõtrario.
[k] hic in l. ex contrario. §. itẽ certum eſt.

omnino reparare debet, ita vt nõ ſufficiat mandare actiones ſuas aduerſus illũ à ſe admiſſum, vt ipſe qđ peccauit reſarciat[a]. Quid enim ſi ille quod verè debet facere nõ poſsit? Certè omni modo ſocijs tenebitur qui eũ ad miſit, quibus nõ idcirco tenetur quod aduerſus illũ à ſe admiſſum actionẽ habeat (quo caſu delegatio debitoris ꝓ iuſta præſtatiõe eſſet[b]) ſed ex propria eius culpa, quòd videlicet talẽ nõ conſentiẽtibus ſocijs ſólus ipſe in ſocium admiſerit. Quòd ſi fortè is qui eũ admiſit ſoluẽdo nõ ſit, an eo caſu in 7
admiſſum fortè locupletiorẽ ſocijs actio detur, dubitabilius eſt, & quærit hic ſed nõ reſpondet Bald. alij[c] aſſerunt actionẽ in eum dari in ſubſidium. Eſt & aliud aduerſus eũ qui admiſit multò adhuc durius cõſtitutũ[d], Quòd ſcilicet ſi ab eo admiſſus vna ex parte auxerit abundè lucra ſocietatis, & alia in parte per culpam dederit damnum, hoc reſarcire omnino ſocijs debet, nulla admiſſa compenſatione lucri cum damno: idque argumento à 8
maiori (vt opinor) ducto ſic colligitur. Non eſt talis compenſatio lucri & damni permittenda domino, qui faciens quod iure potuit & ad adminiſtrationẽ ſpectat ſocietatis, eiusq; cõmune commodum præ oculis habens, ſeruum ſuũ gerendis cõmunibus negocijs quo in ſuis vtebatur proprijs, præpoſuit, ſi ſcilicet hic ſeruus partim ſua induſtria lucrũ fecerit, partimq; in alijs rebus ac negocijs per negligẽtiam dederit damnũ, ſed hoc reſarcit in ſolidum actione ſocietatis ex ſuo ipſius contractu: qui quidem ſeruus ſi ab alijs quoque ſocijs præpoſitus eſſet, ceſſante ſocietatis iudicio conueniretur tantùm vt dominus de peculio ex contractu ſerui[e]. Multò minus ergo id permittendũ erit ei qui alium ſibi ſocium aſſumpſit in ſua portione, ſuũ non cõmune ſpectàs cõmodum, neq; faciens actũ qui ſpectat ad ſocietatis adminiſtrationẽ. Neq; hic audiá ſi obieceris[f], quòd quáuis via cõpenſationis nõ ſuccedat volenti lucrũ imputare, ad diminutionẽ damni vt diximus, ſaltẽ via connexionis naturalis ex altera parte præberi impedimentũ, vt ſecundum æquitatẽ naturalem abſtinere debeat lucro, qui petit ſibi reparari damnũ[g]. Hanc obiectionẽ mouet Iuriſconſultus at nõ reſpondet, niſi hoc ſolũ id dici nõ poſſe[h]. Quare hoc reſponderi poterit, quòd ſi ille admiſſus ab vno ſociorũ, & ſeruus à domino rebus ſocietatis præpoſitus auxerint ſocietatẽ lucrorũ, vtiq; fecerũt quod debuerũt, quia lucri cauſa pecunias & operas cõiunxerũt ſocij[i]: ſi quid verò illi neglexerint, fecerũt quod nõ potuerũt. Et ſic in cõtractu ſocietatis non omnino fieri cõparationẽ lucri & damni, quaſi inſeparabiliter cohærẽtium, non enim quia damni partẽ ſiſti neo quod tu dediſti, igitur & lucri partẽ peto quod feciſti. Sed lucrũ cũ lucro potius conferendũ eſt hac in parte, & damnũ cũ damno: hoc eſt, quia te mei lucri ex diligẽti opera mea participẽ te facio, æquũ eſt vt & tuũ lucrum tecum diuidas. Et cõtrà, ſicut damni quod ex mea negociatione caſu aliquo citra dolum & culpá meam cõtigiſſet, te vellem participem eſſe, vt illud mecũ feras: ita & eius damni quod fortè circa negocia à te contracta contigit ſine culpa, particeps fieri non recuſo: ſed quod alterutrius culpa datũ eſt damnũ, reſarciat qui dedit, & nihilominus ex vi & proprietate ſocietatis cõtractæ lucrũ in cõmune cõferet. Meritò ergo huiuſmodi prohibitio cõpenſationis lucri & damni eo vſq; perducta eſt, vt etiá ſi vnus ſociorũ qui ſimul ſocietatis negocia ipſe adminiſtrat, vna in re per culpam & negligentiá damnũ dederit, in alio lucrũ, hoc cõmune eſſe ſinat, illud verò ſocijs reparet[k]. Sed qui fieri id poteſt, cùm alio loco[l] ſit apertè reſpõſum cõpenſari lucrũ cũ damno? Variè inueſtigatur horũ cõciliatio, & quidá effugere magis ſtudẽt quàm verè cõciliare: vtputa q dixerũt, illud reſpõſum 9
obtinere in obligatione ex quaſi cõtractu, videlicet negociorũ geſtorũ, &

quod

a hic in l. de illo. in princ.

b l. quod debetur. in fi. de pecul. l. etiam. in fi. ſolu. matrim. l. cum in plures. §. meſſem. locati.

c Pet. de Vbald. in preall. 10. parte ſui tractat. q. j. nu. 2. arg. l. j. §. vlt. cum ſeq. de inſtit. act.

d hic in l. de illo. §. idem quærit.

e hic in l. planè.

f ex hac. l. de illo. in fi. ibi, nec poſſe dici, &c.

g l. ſecundum naturam. de reg. iur.

h in d. verſ. nec poſſet dici.

i Albericus hic.

k hic in l. non ob eam rem. & in l. & ideo.

l in fi. l. ſi negocia abſentis. de nego. geſt.

quod hic verſemur in obligatione ex vero cõtractu ſocietatis. Sed hoc ſa-
nè nullá rationẽ habet, nõ enim tá conuenit inſpicere quomodo obligatio
cõtrahatur aut vnde naſcatur, q̃; quid in eá veniat & quá laxa aut quá ſtricta
ſit. Sociũ nobis eligimus quẽ volumus, ideoq́; in eo culpa non ad exactiſsi-
10 má diligẽtiam dirigenda eſt, ſed ad eá qualẽ ſuis rebus adhibere ſolet, & im
putet ſibi qui parũ diligentẽ ſocium aſſumpſit[a]: negociorũ verò geſtor ad
exactiſsimá diligentiam cõpellitur, nec ſufficit talẽ adhibuiſſe qualẽ ſuis re
11 bus adhibere ſolet, ſi modò alius diligẽtior ea aggreſſurus erat & curaſſet
melius[b]: ita vt hac cõſideratione meritò durius agi deberet cũ negociorũ
geſtore q̃; ſocio, & minus in eo admitti hæc lucri cũ damno compenſatio.
Sed nec alia via cõciliandi ab alijs[c] tẽtata placet, videlicet quòd hic damnũ
& lucrũ cõtigerint in diuerſis negociationibus, ibi verò in eadẽ: nihil enĩ
ad rẽ ptinere puto ac ꝓinde in diſtinctione nõ haberi an plures fuerint di-
uerſi generis negociationes, an vna & vnius generis, quæ tamẽ plura in ſe
cõplectatur negocia: neq; minus diuerſitas negociationũ q̃; negociorũ in
vno negociationis genere ad rationẽ cõpenſationis (ſi hæc alioqui ꝑ ſe iu-
ſta eſſet) facere videtur. Omiſsis ergo his diuinationibus, vera ratio cõci-
liádi aptiſsima eſt, quòd hic in cõtractu ſocietatis intelligamus damnũ qđ
ꝑ culpá & negligẽtiá datũ eſt: in alio verò reſpõſo damnũ qđ caſu cõtigit.
Cùm enĩ negociorũ geſtor aliquo caſu, videlicet, cũ nouũ negociũ qđ nõ
ſolet abſens facere, noĩe eius eſt aggreſſus, ſingulari ratiõe nõ tantũ culpá,
ſed & caſum præſtet[d]: meritò is rigor iuris moderãdus eſt æquitate huiuſ-
modi cõpenſationis lucri & damni.

[a] in Iuſti. eod. §. vlt. ad fi.
[b] in Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi cõt. naſc. §. 1. ad fi.
[c] ab Accur. hic & Salic.
[d] in d. l. ſi negocia abſentis. paulò poſt princ.

L. OMNE AES ALIENVM. CVM L. SEQ. SI SOCII.

SVMMARIA.

1 Socius quod ſoluit nomine ſocietatis, ex ſocietate recuperare debet.
2 Socio quomõ reſtituẽdũ ſit quod erogauit, aut cuius nomine ſe obligauit ſtãte vel finita ſocietate. 3. 4. 5.
6 Cautionũ vſus pro indemnitate.
7 Retrahenti conceditur tempus ſoluendi, principali emptori indultum.
8 Solutũ à ſocio ante diẽ ſolutionis quũ recuperetur.
9 Fideiuſſor ante diem ſoluens, non agit ante diem contra debitorem.

SI QVID vnus ſociorũ in cõmunẽ cauſam ſocietatis ſoluerit, vel ſeſe
1 in aliquo obligauerit, quærẽda erit via qua ſic ei cõſulatur, vt ex diſtra-
ctione ſocietatis & diuiſiõe rerũ cõmuniũ, nihil retineat detrimẽti diſtra-
ctis in plures aduerſarios, locis fortè longè diſsitis, à quibus vix tandẽ parti
cularibus ſolutionibus conſequatur, quod ipſe omniũ noĩe erogauit. Et cõ
tra quoq; prouidendũ erit ſocijs, vt cõmunis debiti ſuſpẽſione vel dilatiõe
in eorũ portionibus nõ fraudentur: hoc eſt, vt ſocio omniũ noĩe obligato
2 nõ debeát ſtatim pro eorũ portionibus ſoluere, vel ex diuiſione rerũ com
muniũ apud illum relinquere, quod ille non niſi longiore interuallo credi
toribus poſtea ſoluat, ſed media via tenenda erit qua conſulatur ſingulorũ
indemnitati: hæc ſcilicet, vt ſi vnus eorũ ſoluerit cõmuni noĩe æs alienum
contractũ, manente ſocietate & in cauſam eiuſdem[a], hoc de cõmuni an-
tequam diuidant detrahatur, & ei qui ſoluit reſtituatur. Idem fuerit ſi for-
tè poſt diſtractam ſocietatem ſolutum ſit, ſed antequam res ex ſocietate
3 communes diuidantur[b], hæc enim diuerſa ſunt[c]. Si verò poſt diſtractam
ſocietatẽ debitum eſſet contractum, ratione tamen rerum cõmunium & ab
vno ſolutũ, in non veniret in hoc iudiciũ aut actionẽ pro ſocio, ſed in aliud
de cõmuni diuidundo[d], vnde ad hunc locum non pertinet. ideoq́; hic eſt
4 dictũ, *manente ſocietate contractum*. In promiſsis verò ab vno ſociorũ, ante-
quam diſtraheretur ſocietas, refert quomodo ꝓmiſſa ſit: ſi enim ſub cõdi-
tiõe, nemo iá dubitat, quin iniquũ eſſet ex aliorũ portionib. retineri, quod

[a] l. ſed nec adiecit. 1. eod.
[b] hic in verſ. licet poſteaſ.
[c] l. actione. §. ſi poſt diſtractam. 3. eod.
[d] d. §. ſi poſt diſtractam.

fortè deficiente conditione is qui promiſit non ſoluet vnquam. Niſi ergo
antequam dirimatur ſocietas, ita vt etiam diuidantur res ex ſocietate com
munes, conditio euenerit, ſiue manēte adhuc ſiue diſtracta ſocietate, nihil
ex rebus cōmunibus retinebitur aut ſeponēdum erit ad ſolutionem: Imò 5
& ſi ex die vnus pecuniam debeat, quamuis hoc firmius ſit quàm conditio-
nale debitum, (ceſsit enim licet non venerit dies [a]) diuiſio tamen ante diē
non impedietur, nec fiet vlla retentio ex rebus communibus [b], ſed vtroq;
caſu cautiones interponendæ erunt, ita vt idoneè caueatur de indemnita-
te illius qui promiſit. Cuiuſmodi cautionum remedium, locum quoq; ob- 6
tinet inter fratres, qui poſt mortē patrisfamilias peculium in quo ſint nego
ciati nominibus cōtractis diuidunt [c], & in hæreditatis petitione ſic quoq;
cauebitur [d]. Quinetiam in materia retractus conſuetudinarij, cùm ſcilicet
proximior agnatus venditoris prædium ab eo diſtractū retrahit, nōnulli [e]
locum habere exiſtimant, vt dilatione ſoluendi quam venditor emptori 7
indulſerar, ipſe quoq; in emptoris locū ſuccedens frui poſsit, præſtita cau-
tione de ſoluendo ad diem, ne ſi ſtatim ſoluere cogatur quod emptor ad
diem ſoluiſſet, plus ſoluere cenſeatur quàm cōuentū pretium [f]. Sed quid
ſi alio trahat forma obligationis, alio verò facta ſolutio, quid in hoc caſu
mixto dicemus? Verbi gratia, Quam pecuniam omnium nomine vnus ſo- 8
ciorum promiſit ad diem, ſoluit ante diem, nec venit adhuc dies cum res
ex ſocietate diſtracta diuidendæ ſunt: vtrum horum iam potius ſequemur,
an formam obligationis quæ ſine detractione aut reſeruatione aliqua è re-
bus communibus permitteret diuiſionem fieri, & ſuam cuique partem tol
lere ſub cautione [g], aut potius ſolutionem quæ facta ante diuiſionem per-
mitterer tantundem de communi retineri & detrahi [h]? Et hic fortaſsis
exemplo fideiuſſoris ante diem ſoluentis, qui nō agit ante diem [i], dicemus 9
obligationis formam inſpiciendam eſſe, & ſequendam potius quàm ſolu-
tionem ante diem prærogatam.

a l. cedere dič. de verb. ſig.
b d. l. ſi ſocij.
c l. frater à fratre. verſic. igitur & ſi re integra. & ibi glo. ad verb. indēnis. et Azo. de condict. indeb.
d l. ſi poſſeſſor hereditatis. §. ait ſenatus. verſic. ſed & ſi ob venditionem. de petit. hered.
e Tyraq. de retract. §. j. in glo. 18. nu. 44.
f l. eum qui. §. melior. de in diē addict. l. ſi cui. §. minus. de verb. ſignif.
g d. l. ſi ſocij.
h d. l. omne at.
i l. ſi mādauero tibi. §. idē tractatū eſt. §. tit. j.

L. SI NON FVERINT PARTES.

SVMMARIA.

1 *Portiones in ſocietate quomodo conſtituantur.*
2 *Operarum æſtimatio an in ſocietate fiat.*
3 *Portiones diſpares in ſocietate conſtitui poſſunt.*
4 *Azonis & Ioannis contentio, circa portionū æqualium diſtributionem in ſocietate.*
5 *Fulgoſij ſententia in hoc articulo.*
6 *decipere inuicem, contrahentibus permiſſum eſt.*
7 *Operæ & induſtriæ incerta eſt æſtimatio.*
8 *Euentus ſtultorum magiſter.*
9 *Mudæi ſententia in hoc articulo.* 14.
10 *Conuenire poteſt vt nullam partem damni vnus ſocius ferat, lucrum tamen commune ſit.*
11 *Mercatori pecunia ad partem honeſti lucri recipiendam dari poteſt, etiam iure Canonico.*
12 *Idq; etiam ſub nomine mutui.*
13 *Res potius quàm nomen cōtractus inſpici debet.*
15 *Periculi ſuſceptio admiſſa, & æſtimabilis eſt.*
16 *Socius qui pecuniā vel operā ponit, quomodo paciſci poſsit, & quo effectu ne de damno teneatur.*
17 *Sors per vnum ex ſocijs collata, altero operam tantùm conferente, an in fine ſocietatis diuidatur.*
18 *Leonina ſocietas damnata.*
19 *Leonina ſocietas etiam eſt, cū vnus totū damnum ſuſtinet, & lucri exiguā tantùm partem percipit.*

SI IN ſocietate cōtrahenda non cōuenerit de partibus lucri & damni,
neque alterius arbitrio permiſſum ſit vt ipſe eas conſtituat [a], dicemus 1
æquas, id eſt, quantitate æquales intelligi conſtitutas: ſcilicet ſi æqualem
ſortem contulerint [b]: ſi verò diſparem, conſequetur eadem proportione.
Diſparitas quoque partium lucri & damni, vtputa negociantur ſimul duo
ter mille aureis, quorum vnus duo millia contulit, alter mille: vni duas, al-
teri tertiam lucri & damni dicemus deberi. Et quamuis ſint [c] qui & æſti- 2
mationem operæ cuiuſque fieri putant, hoc alijs [d] tamen non placuit, quaſi
vtroque operam adhibente videantur compenſaſſe operas, eo ipſo quòd
pacti nō ſint alterutrius operam ſingulariter maiore aliqua lucri portione
dignam.

a l. ſi ſocietatē meā coieris §. eo. & l. ſocietatem. §. arbitrorum. j. eo.
b glo. j. hic, & in verſi. & quidem. Inſti. eo. in prin.
c Bal. ad l. j. C. eo. Fab. ad d. verſi. & quidem.
d Salic. ad d. l. j. pa. 4. verſic. quæro ſeptimò, quid ſi vterque.

dignam,alioqui rarò aut nunquam contingeret abſque conuentione ex-
preſſa lucri partes eſſe æquales,quia inquiunt,hominũ induſtria, animorũ
vis & vigor magná vbiq; habẽt diſparitaté, quæ in cõſideratione eſſe non
debet, niſi vbi ipſi contrahentes ad illam reſpexiſſe compériuntur[a].
3 Certè diſparium partium conuentio bene permiſſa eſt[b], nec dubiũ vn-
quam fuit, quin valeat conuentio,ſi duo inter ſe pacti ſint,vt ad vnũ eorum
duæ partes lucri & damni pertineant,ad alterum tertia[c]. Quod tamen hic
ita reſtrictum videmus, *Si modo aliquid plus contulerit ſocietati*: qua de re opi-
4 niones ab antiquo Azonis & Ioannis variaſſe leguntur[d]. hic enim voluit,
quamuis non plus collatum ſit operæ aut pecuniæ ab vno quàm ab altero,
conuentionem tamen diſparium partium valere: ille verò, non valere, &
hoc ipſa verba huius legis omninò ſuadere videntur,hæc ſcilicet: *ſi modò a-
liquid plus*, quæ ſuapte vi reſtrictiua ſunt, & quidem tam manifeſtè, vt penè
ridiculum credi debeat,hic ſubaudiri (vt ſæpè ad manum habet Accur-
ſius) *maximè*.nam ita coniungerentur contraria,extenſiua reſtrictiuis.Eſt
5 tamen qui[e] opinioni Azonis hoc cõcedens quòd receptior ſit, procliuior
videtur in ſententia Ioannis tribus maximè rationibus. Primò,quòd Iuſti-
nianus nullam adhibens diſtinctionem aut reſtrictionem, conſtantiſsimè
eam conuentionem approbauerit[f]. Secundò,quòd ſi oporteat plus col-
latum eſſe ab eo qui plus lucri accepturus ſit, diſparitatem partium ſocie-
tatum non faciet conuentio(cui tamen potiſsimum id tribui videtur[g]) ſed
magis diſparitas eorum quæ conferuntur,præſertim cùm id ſola rerum in-
æqualitas per ſe poſsit,vt diximus,& non poſsit ex Azonis ſententia id ef
ficere ſola conuentio,abſque diſparitate eorum quæ cõferuntur.Deniq; in
6 alijs etiam bonæfidei contractibus naturaliter conceſſum eſt cõtrahẽtibus
inuicem ſe circumſcribere[h],quod hic fieri non poteſt,ſi ad amuſsim requi
ramus in ſingulis ſocijs æqualem proportionem eius quod à ſingulis con-
fertur,cum lucri quantitate quam ſunt accepturi. Verùm hæ rationes ne-
minem dimouere debent ab Azonis ſententia: nam quod primo loco ad-
ductũ eſt dubium nõ fuiſſe vnquam,quin ea cõuentio diſpariũ partiũ va-
leat,id equidem æquè verũ manet in genere,quamuis interim exactior il-
lius cognitio & diſtinctio ex hoc loco Pandectarũ (quod nõ infrequẽs eſt
in Inſtitutis) ſumi debet. Quod verò ſecundo loco eſt adductum, rebus
collatis magis quàm conuentioni inæqualitatem tribui debere,ſi Azonem
ſequamur, parui momenti eſt: nam hoc ſaltem conuentioni debebitur,
quòd certam & definitam faciet inæqualitatem, quæ alioqui incerta eſ-
ſet, & boni viri arbitrio relinquenda[i]. Imò nec aliquo modo conſideran-
da eſſet qualiſcunque inæqualitas rerum collatarum, ſi non ipſi contrahen
tes in eorum conuentione indicaſſent,rationem eorum habere debere ſal
tem in genere reiecta partium diſtributione ad alterius arbitrium. Tertio
loco facta obiectio minoris adhuc ponderis eſt: nam non vſque adeò ad
amuſsim expendi debebit,an is cui maior pars lucri tribuitur,re vera cõfe-
rat plus pecuniæ,quod ignorari nõ poſſet, aut potius plus operæ, quæ verè
maioré adfert vtilitatem ſocietati, & tantam,quanti æſtimata eſt,ſed ad o-
pinionem contrahentium ea verba, *Si modò aliquid plus contulerit*, referenda
7 ſunt, hoc eſt,ſi contulit aliquid,præſertim operá induſtriamq́;(cuius incer
ta eſt æſtimatio) quod pluris æſtimatum eſt, quàm reuera adferat emolu-
menti,& hoc illud eſt,in quo naturaliter decipi contingit in hoc genere
contractus, ſicut in cæteris. verbi gratia, ſi quis prætextu operæ ſuæ ad-
miſſus ſit ad dimidium lucri, quæ verè non merebatur amplius quàm ter-
8 tiam lucri partem,non quidem ſolum ex euentu, qui ſtultorum magiſter

a *vt in d.l. ſi ſocietatẽ medi. & in d. §. arbitrorũ.*
b hac in l. in verſ. ſi verò placuerit
c *d. verſic. & quidam.*
d *hic in gloſ. verbo ſocietati.*
e *Fulgo. hic.*
f *in d. verſic. & quidam.*
g *in princ. huius l. in verb. adiecta. & hic in verbo placuerit.*
h *l. in cauſæ. §. idem Pomponius. ff. de minorib. & l. item ſi pretio. §. vltimo locati.*
i *d. l. ſi ſocietatẽ medi. & d. §. arbitrorum.*

 eſt,

eſt,ſed rebus adhuc dubijs,&cũ ab initio aſſumeretur in ſocietatẽ,ſi quàm
exigua eſſet eius induſtria,tunc bene cognitum ſocio fuiſſet.Et hæc qui-
dem adferre lubuit,non tam quòd opinionem Azonis omninò ſequendã
putem, quàm vt eam à Fulgoſij impugnationibus defendam. Mihi autem 9
veriſimile eſt,vt valeat pactio inæqualiũ partiũ ſocietatis,non hoc omni-
nò neceſſarium eſſe,quod ab vna parte plus collatum ſit pecuniæ aut ope-
ræ, verùm etiam talem conuentionem fieri poſſe cuiuſcunque alterius
rei cauſa, vtputa præclaræ artis,vel quòd gratioſus ſit apud omnes ordi-
nes, qui ſic admittitur,vel quod aliquando iuuerit eum re aut conſilio, à
quo ſic admittitur, in cuius remunerationem, maiorem ei lucri partem
nunc lubens velit concedere,vel denique liberalis donationis cauſa,vt di-
ximus[a]. Sed interim ſocietatem ſuapte natura ius quoddam fraternitatis
ſic in ſe complectitur ad finem æqualitatis lucri & damni, vt in contra-
rium non valeat pactio, quæ non aliqua ex cauſa ſit facta, quaſi non de-
beat vnquam ſine cauſa videri temerè receſſum ab æqualitate, quam ſo-
cialis hæc fraternitas & quaſi fraterna ſocietas videtur exigere.

Sed neque his finibus ſtetit vis conuentionum ſuper diſparitate par-
tium lucri & damni: imò ſic quoque ſocietatem coiri placuit, vt nullam 10
partem damni quis ſentiat, & lucrum tamen commune ſit[b], quod Theo-
philus[c] intelligit, verum eſſe etiam de eo qui pecuniam confert,hoc ſci-
licet exemplo, ſi cùm millenos aureos ſinguli in ſocietatẽ attuliſſent,ſub-
ſecuta prædicta conuentione, ducentorum aureorũ damnum in negocia-
tione acceptũ ſit,& lucri nihil factũ in ſocietatis diſſolutiõe,alter mille au
reos quos intulit accipiat,alter tantùm octingẽtos. Et hic quoq; ſpectare
videtur facti ſpecies,de qua reſpõſum eſt[d] in actionẽ pro ſocio venire, vt
is qui pecuniã poſuit, cũ certa lucri quãtitate recipiat,& ſuperfluũ ſit eius
qui operã poſuit.Quin etiã Iure Canonico[e] recepta eſt conuẽtio, vt de 11
pecunia mercatori tradita,honeſti lucri pars aliqua recipiatur. Quod non
obſcurè Hoſtienſi placuiſſe videtur[f], & Fulgoſius[g] quoq; ſubmurmurat
neſcio quid quod conſtitutionẽ non viderit, neque rationem vigentem
quæ contrarium conuinceret, ipſe tamen cedit, & meritò, tutiori ſen-
tentiæ[h], & vel eo nomine amplectendæ[i], quæ habet, non rectè coiri ſo-
cietatem, cùm is qui pecuniam ponit, nullius damni periculum ſuſtinet,
ſed re potius inſpecta quàm verbis, id ſapere cõtractum mutui ſub ſpe lu-
cri, & abſque damno,& rectè, ſi res ipſa ſubiectaque materia improban-
da ſit, non purgabis vitium, licet ſocietatis aliúdve quantumuis hone- 12
ſtum nomen contracto negotio dederis[k]. Et contra, ſi res quæ verè
geritur, per ſe inculpata ſit, nihil eſt quod offendat nomen mutui for-
tè imprudentius contractui datum, vt ſi quis ſe dixerit mercatori mu-
tuò dare mille aureos, ad certi generis negotiationem, communi lu-
cro & damno[l]. Nam id profectò generale eſt, rem potius quæ geri- 13
tur, quàm nomen quod contractui datur, inſpici oportere[m]: vnde tan-
dem in hoc articulo controuerſo[n] ita concludendum videtur, quod ex 14
parte eius qui operam ponit, ita conueniri poſsit, vt non aliam is ia-
cturam ſuſtineat, quàm operæ, quæ interdum tam eſt pretioſa, vt non
minus damni accipiat qui illam perdit, quàm qui bonam partem pecu-
niæ ad ſocietatem collatæ: Sed ex parte eius qui pecuniam dat, nul-
la ex mutuo lucri pars in conuentionem deduci poſſet, ex ſocietate ve-
rò nulla pars honeſti lucri (ad quod ſolum mercatori pecuniam da-
ri permiſit canon[o]) niſi & aliqua damni pars ſuſtineatur. Neque tamen
interim hoc negandum videtur, quòd ſi quis ſortem ſuam committens
ſocio

a ad l.5.§.donationis, s.eo.
b hac §.ita coiri.
c in Inſtit. eod.tit. §.de illa.
d in l.ſi fratres. §.item ex facto.infr.eod.
e in c.per veſtras.de dona. int er vir. & vxor.
f in ſumma.tit.de vſuris. §.an aliquo. verſic.quid ſi peculium.
g hic & in d.§. item ex facto.
h gloſ.in c.plerique.14.q. 3.ad verb.negotiationib.
i c.iuremus.de ſponſa.
k Iaſon.cõſil.174. 2.volu. Panor.conſ.114.
l Guido Papæ. deciſ.186. incip.ſi quis mutuat pecuniam ad mercandum.
m l.ſi vno.in princ. verſic. ſed etſi donationis verb. locati. l. inſulã. de præſcript.verb.
n Conrard.quæſt.97. de contractib.
o in d.c.per veſtras.in fin. & ibi Panor.

ſocio, velut inſtitori ſuo, qui ſolus vtriuſq; nomine negotietur, ſtipuletur
eam ſibi reddi finita ſocietate, rectè ſtipulatus ſit: nam quid obſtat, quo mi-
nus ita ab eo vt à procuratore ſuo aut inſtitore ſtipuletur. Quid item ob-
ſtat, quo minus is inſtitor cuſtodiam rei diuerſis locis perferendæ in ſe ſu-
ſcipiat, cum omni periculo incurſus hoſtium, latronum, &c. At certè ſal-
uam reddi ſortem, nullo damno quod fortè accipiet ſocietas ex pretijs re-
rum creſcentibus aut decreſcentibus [a], diminutam, hoc certè in ſocietate
ſtipulari non poteſt [b]. Et hæc quidem indubiè tenenda ſunt, quādo illi qui
ſuſtinet omne periculum damni, non penſatur hoc aliquo commodo pe-
cuniario: cùm enim ſuſceptio periculi totius damni ſit aliqua pecunia æ-
15 ſtimabilis [c], certè & pēſabilis eſt: ſed referre videtur à quo, cui, conueniat
penſari: ſi enim ab eo qui ex lege & iure ſocietatis periculum damni ſu-
ſtineret, & quod ad ſocium attinet verè ſuſtinet, detur aliquid tertio ali-
cui, vt is periculum damni in ſe ſuſcipiat: verbi gratia, mercator paciſcitur
cum extraneo ſi perdat, refundi ſibi damnum ab illo, vel totum, vel vſq; ad
certam quantitatem, & viciſsim ſi lucretur, daturum ſe tantam ſummam ſu
per lucro: iam quod ſic geritur inter eos, neque mutuum eſt, neq; mutuo
ſimile. Quia inter eos ipſos nō eſt vni ab altero facta ſortis numeratio, ſed
eſt contractus quidam innominatus: Si verè periculum illud imponatur à
numerante pecuniam ei qui operam ponit, propius accedit is contractus
ad mutuum, quamuis & vera intentione habendæ ſocietatis ſic conueniri
poſsit, etiam abſque iniquo grauamine eius qui operā ponit, & periculum
in ſe ſuſcipit, vt quidam [d] ait, addens tamen, quòd magna aperta eſſet via
16 omnibus vſurarijs, ſi ille contractus admitteretur. Atqui, inquies, ſi non po
teſt ſtipulari is qui pecuniam ponit, ne de damno teneatur, & hoc ille poſ-
ſit qui operam ponit, non ergo verum erit hoc tantùm, quòd opera pro pe
cunia valet [e], ſed quòd multo plus valeat & poſsit, quàm pecunia. Verùm
qui ita exiſtimat, fallitur comparatione: neuter enim poterit ſtipulari ſor-
tem ſibi in omnē euentū ſaluam, nec ille pecuniam, nec hic ſuam operam,
ſed hic illud tantū agit, vt diſcedat è ſocietate non alio damno, quàm quod
oleum & operam perdiderit, quæ ſanè non exigua iactura eſt: valeret tamē
conuentio ſic inita, vt quis circa duo milia quæ alius confert, ponat ſolus
operam aliquo tempore, retenta ſibi aliqua portione lucri, quod ſi nullum
ſit citra dolum & culpam eius, vt tunc in ſingulos annos aliquot aureos re-
cipiat pro opera, non quòd ſic cenſeretur contracta ſocietas, ſed potius lo
catio operarum, partim certa partim incerta mercede, ſed nō ſic poteſt ex
parte eius qui pecuniam confert deflecti contractus in aliam vicinam al-
terius generis ſpeciem contractus, quin ſi tantam pecuniam ſtipuletur ſibi
ſaluam reddi, proximè ad mutuū tendat datū ſub ſpe & conuētione lucri.

Occurrunt & aliæ quæſtiones ſuper hoc ſocietatis genere, in quo vnus
operam ſolus ponit, alio magis loco tractatæ [f], quarum hæc ferè principa-
17 lis eſt, vt ex qua reliquæ deriuantur, an ſcilicet eo caſu pecunia collata ve-
niat in fine ſocietatis diuidenda (vti ſonare videtur verbum collationis,
quaſi in cōmune cōtulerit, ſicut alter operā) an verò præcipuā habeat is qui
confert. Et hoc magis placuiſſe [g] video, alioqui ſequeretur, quod euidēter
eſt abſurdum, eum qui decem milia confert ad ſocietatem, operam confe-
rente alio, qui negotiando quatuor milia ſit ſuperlucratus, triū milium ia-
cturam facere, & alium lucrari ſeptem milia, ſi non lucra tātùm, ſed & ſors
ex æquo diuidi debeat. Sanè damnum diminutæ ſortis ſi non aliud conue-
nerit, concesſerim eſſe commune [h]. Neque hoc iniquū videri debet, fer-
re eum iacturam ſortis, cui ea non ſit communis, quamuis enim non expe-
ctet

a l. pretia rerum. ad l. Falcidiam.
b Fulg. ad d. §. item ex facto.
c arg. l. periculi pretium. de nautico fœnore.
d Conrard. præalleg. quæſtion. 97.
e l. 1. C. eod.
f ab Accurſ. & DD. ad l. 1. C. eod.
g Bald. Paul. Caſtr. Fulgo. Sali. ad d. l. 1. C. eo. et hic ad l. Lucius. hoc tit. in 7. quæſt.
h cū Salic. locis præalleg.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ctet lucrum ex communicatione ſortis, ob eam tamen, ſiue eius occaſione
accedente opera ſua lucrum ſperás, ſocietatem iniję. Porrò ſocietatẽ eam 18
minimè recipiendam eſſe, & velut leoninam dãnari & improbari cõſtat [a],
quæ omne lucrum vni, & nihil illius alteri adijcit, ſed ſolum damnum, idq́;
vel totum, vel ex parte aliqua [b]. Imò nec illud ad ſocietatem rectè contra- 19
hendam ſatis fuerit, quòd is qui omne damnum ſuſtinet, lucri ex quantula-
cunque portiõe ſit particeps, ſed iuſta proportio eſſe debet, quæ res cum
certis terminis non ſit à iure definita, arbitrio boni viri erit relinquenda.

a ex §. Ariſto. huius legis.
b gloſ. hic ad verb. ſed damni.

L. MVTIVS.

SVMMARIA.

1 *Societas coiri an poßit, ſic vt vnus duas lucri, & vnam damni ferat, & è contra.*
2 *Argumentũ à defectu eius, quod præſupponendũ eſt, vſus frequens eſt.*
3 *Fructus alij naturales, alij ciuiles.*
4 *Decimæ ex fructibus naturaliter acceptis, hoc eſt, expenſis non deductis ſoluendæ ſunt.*

DVBITATVM non eſt vnquam, quin valeat ea ſocietatis conuen-
tio, vt quis duas aut tres lucri & damni partes ferret, alter tertiã aut
quartam [a]. Sed de illa conuentione quæſitum eſt [b], an valeat, vt vnus duas 1
lucri, & vnam damni ferat, alter verò damni duas, & lucri vnam, propterea
quòd in priori illa conuentione conuenta, diſparitas & inæqualitas quan-
dam in ſe habeat paritatẽ & æqualitatẽ: nimirũ eam, quòd in ſingulis ſocijs
portio lucri reſpondeat portioni dãni, in hac verò eſt in ipſa inæqualitate
partium lucri & damni, alia adhuc maior inæqualitas, eò quòd ſingulis alia
pars lucri quàm damni ſit conſtituta, quod ſanè magis videtur naturali æ-
quitati repugnare, vnde ſuper hac conuentionis forma variè ab antiquiſſi-
mis Iuriſcõſultis reſpõſum eſt. Quintus Mutius damnauit iniuſtitiã talis pa
cti, velut aduerſantis naturæ ſocietatis [c]. Seruius Sulpitius verò, nec cõtra-
hi quidem ſic poſſe ſocietatem aut animo concipi poſſe ſic contractam pu
tauit, argumento deſumpto (quod in iure noſtro non infrequens eſt [d]) à 2
defectu eius quod præſupponendum eſſet, videlicet in vna eadem ſocie-
tate ſimul conſiſtere & lucrum & damnum, ſi vterque vtriuſque diſpares
partes ferret: hoc autem conſiſtere non poterit, ſi extremum ſpectes exi-
tum ſocietatis meritò ſpectandũ, quoniam ſic compenſatiõe facta lucri &
damni, ſemper alterum tantùm in fine ſocietatis eſſe dixeris, hoc ſcilicet,
quod præualet & maius eſt, vel lucrum deducto omni damno, vel dãnum
deducto omni lucro, ciuili ſignificatione danni & lucri, qua totam ſocie-
tatem reſpiciunt ad finem perductam, quamuis naturali ſignificatione in
ſingulis negotijs vnius generis negotiationis ſiue ſocietatis, ea quoq; verè
poſsis dicere conſiſtere, & tunc potiſsimũ ſpectari, cùm vnius ſociorũ cul
pa aduenerit damnum [e], ſicut & fructuum duplex eſt ſignificatio, vna natu
ralis, quæ complectitur quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percipi 3
poteſt [f], ſicut decimæ omnium fructuum cum integritate nullis deductis
impenſis ſoluendæ ſunt [g], alia eſt ciuilis, quæ nihil conſtituit eſſe in fructu, 4
niſi quod impenſis culturæ deductis ſupereſt [h]. Et ad hunc modum retenta
ciuili ſignificatione lucri & damni, præualuit Seruij ſententia, conueniri
poſſe, vt minorem quis partem ſuſtineat damni, ſi illud in ſocietate peracta
ſit reliquum, quàm lucri, ſi hoc factum eſſe comperiatur, veluti vt lucri ha-
beat duas partes, & damni vnam: neque hoc ſolum ſubtili imaginatione in
ocioſa tantùm quæſtione, ſed & in rebus ipſis locum habere putabimus, &
frequenter vſu venire, vt ſic ſocietas cõtrahatur: verbi gratia, ſi inter duos
de con-

a l. proximè præcedente. verſic. ſi verò placuerit.
b hic & in §. de illa, Inſti. eodem.
c In d. §. de illa.
d gloſ. in l. mancipia. ſuper verb. vocand. C. de ſeru. fugit. Ludo. Rom. ſingul. 489. incipient, ſtatuum punit. Philip. Dec. cõſil. 325. beneficit. l. 3. §. non ſolum. ff. de ſtatuliberis. l. 4. de itinere act. priua. l. quæiet. de nouatio.
e l. non ob eam. cum l. ſeq. ſuper. eod.
f l. vem ſi fundi. l. arbores. de vſufruct.
g c. non eſt. c. tua. de decimis.
h l. fructus. & ibi Bartol. ſolut. matr.

de contrahenda ſocietate tractetur, requirente vno tres partes lucri & dāni, & ſolam quartam vtriuſque volente relinquere ſocio: hic verò velit tertiam lucri & damni, ita poterit inueniri media via qua concilietur cōtrouerſia, & coeat ſocietas, vt vnus duas lucri habeat è tribus partibus, & damni vnam, hoc enim pauló plus eſt, quàm habere duas, lucri & damni, cùm ab vna parte damni exoneretur, & minus tamen eſt, quàm habere tres lucri & damni, cùm vſus incidere poſsit, vt præſtet à periculo damni aliquid relaxare, potius quàm ſpé lucri augere, & hoc efficit operapretioſa vnius, vt æquū ſit eum meliore conditione in ſocietatē admitti [a], & certè vtroq; modo fit melior, ſiue de lucro ei augeas, ſiue de dāno diminuas.

a d. §. de illa.

L. VT SIT PRO SOCIO ACTIO, CVM tribus LL. ſequentibus.

SVMMARIA.

1 *Communio omnis ſocietas non eſt.*
2 *Legata ignorantibus etiam acquiruntur.*
3 *Emptio vnius rei à plurib. facta, an ſocietatē inducat*
4 *Societas vt ex rei communione inducatur, quid re-* 5. *quiratur.*
6 *Differentia communionis & ſocietatis.*
7 *Pupillus ex communione, non ex ſocietate teneri poteſt.*

DISTINXIMVS obiter communionem à ſocietate [b], quod vt exa-
1 ctius fiat, nunc hic locus poſtulat: non omnis ergo communio eſt cum ſocietate, ſed & abſque ea contingit rem eſſe communem [c]: idq; in re legata duobus, vtroque ad legatū veniente [d], clariſsimum eſt incidiſſe eos in communionem, & quòd res, non conſenſus eos coniunxerit [e], quia legata etiam ignorantibus acquiruntur [f], & ſimiliter in hæreditate,
2 ad quam titulo inſtitutiōis vacati ſunt plures [g]: hi enim quamuis non ipſo iure hæredes fiant, ſi extranei ſint, adeundo tamen hæreditatem non hoc agunt, vt in rebus hæreditarijs ſint & permaneāt ſocij, ſed qui volet, mox
3 poterit prouocare ad iudicium familiæ Erciſcundæ [h]: At in emptione eiuſdem rei à pluribus, difficilius dixeris quo ea pertineat, an ad ſimplicem communionem, an potius ad ſocietatem, & habemus iura, vt videtur diſſidentia: hic enim [i] de re à duobus ſimul empta reſpondetur idem quod in hæreditate & legato diximus. Alijs verò locis hæc diuerſa leguntur [k], & emptio ad ſocietatem relata [l], & conſentiunt pleriq; [m], eo ipſo, quòd res ſimul à pluribus emitur, emptam videri animo ſocietatis contrahendæ, quod ſanè minimè verum eſſe putauerim, ſed reſponſo Vlpiani [n] planè contrarium, quo hic requirit tractatu habito ſocietatem coijſſe, habito, in quam, expreſſè vel tacitè, ſi modò hoc certis indicijs eluceſcat eſſe actū: aliter enim non facilè dices contractum contractui ſuperaddi, emptioni ſocietatem inter ementes: alioqui ſi ibi ſubſiſtas in eo quod tantùm emerunt ſimul rem aliquam, nihil inde aliud, quàm cōmunionem dominij rei emptæ poteris inferre: cùm variè adhuc ſocietas cōtrahi poſſet in re empta, vel ſcilicet habendæ illius rei atque retinendæ ad communem quæſtum, vel communi lucro diuidendæ [o], quorum neutrum diſtinctum ex ſola emptione ab ijs ſimul facta intelligi poteſt aut deprehendi, & à Iuriſconſultis obſeruatum videmus [p], quòd ex actu indifferenti ad ſocietatem aut ad aliam contractus ſpeciem non dicant actionem pro ſocio dari, niſi
4 eo addito, *Si animo contrahendæ ſocietatis id actum ſit*. Quare apertiora argumenta ſocietatis certo commodo contractæ requiri putauerim, alioqui in ſola communione abſque ſocietate contractum conſiſtere [q]: ideoque lex [r] quæ ſocietatis indicium proponit, illud nō ex eo ſolo dedit quod quis cum

b in probemio huius tit.
c L. 2. de commun. diuid. §. item ſi inter aliquos. Inſt. de ob. ex qua. cōtra.
d §. ſi eadem res. Inſtit. de legat.
e l. hæredes. §. non tātum. verſi. eadē ſunt. fa. Erciſ.
f l. cum pater. §. ſurdo. de legat. 2.
g d. §. nō tantum. in princ.
h l. 1. famil. Erciſc.
i in verſic. idem ſi à duob.
k in l. 2. de communi diuidund.
l l. 2. C. eo.
m Bart. Caſtr. Salic. ad l. 2. C. eod.
n hic in l. nam cū tractatur.
o l. ſi id quod quis. infr. eod.
p in l. ſi margaretam. inf. eod.
q D. Zaſi. ad §. quadam. Inſt. de act. citāt t. uma-num. ad l. reos. de duob. reis.
r l. 2. C. eod. in verb. coniunct. eo.

cum alio ſimul prædium emiſſet, ſed ex eo quod coniunćto dominio e-
miſſet, vbi inquit Zaſius [a], pulchra figura loquendi coniunctum dominium
intelligitur ſocietas, nimirum ob id, quòd qui tantũ ſimul emunt, nec quic
quam ante tractarunt de coniuncto dominio retinendo, mox de illo diui-
dendo agere poſſunt [b], vt ſeparatim ſuæ quiſque partis ſollicitudinem ſub-
eat, eam pro ſuo arbitrio colat, & ex ea fructus colligat: qui verò emunt
eo animo vt coniungant dominium, illi indubiè ſpectant commune ali-
quod emolumentum ex coniuncta poſſeſsione, communi ſumptu facta cul
tura, & fructibus in cõmune collectis. Relinquitur ergo verũ eſſe nõ hoc 5
tantũ, quòd nõ omnis cõmunio ſit cũ ſocietate, verùm etiã, quòd nõ omnis
cõuenta cõmunio ad ſocietatẽ referri debeat: vt ecce ſi qua res abſq; ſocie
tate cœperit eſſe cõmunis, vt ſimul duob⁹ legata, nõ eo ſolo deductã puta-
bimus in ſocietatẽ, quòd fortè cõuenerit nõ ante biennium eã diuidi, aut
toto biennio cõmunem permanere: quid enim ſi id non vberioris quæſtus
gratia pacti ſint, ſed tantũ tædio diuiſionis faciẽdæ, vel vt eo tẽpore finito,
tunc deliberẽt, an ſimul vendant, an alter alterius partẽ emat: Idem fuerit, ſi
rei tibi propriæ ego partem aliquam ſtipulatus ſim: hic enim ex conuẽtio-
ne noſtra conſurgiť communio, quam poſsis dicere conuentam, ſed nõ eſt
ſocietas, quod maximè eluceſcet in re neq; venali neq; fructifera. Porrò 6
triplex maximè diſcrimen eſt in ipſis rebus õbtinens communionis à ſocie
tate, videlicet, Primum, quòd communionem liceat cuique dominorũ ſta-
tim diſſoluere, prouocando, quandocunque volet, ad diuiſionem: non ſic
ſocietatem, vt dictum eſt. Secundũ quod ad aliud genus actionis ſpectent
ea quæ ex commnnione deſcendunt [c]: nimirum vel familiæ Erciſcundæ, ſi
ex cauſa hæreditaria res ſint communes, vel de cõmnni diuidundo, ſi non
ex hæreditaria cauſa, & interdum quoque etiam ſi ex cauſa hæreditaria ſint
communes [d], vtputa ſi ſemel iudicio familiæ Erciſcundæ fuerit actum [e], vel
etiam fortè ſi ab initio quarundam tantum rerum hæreditariarum nomine
hæres cum cohærede de communi diuidundo agat [f]. Et ne parum referre
putes, quo genere actionis agatur, erit hoc tertium multò maximum diſcri
men, quod communi diuidundo iudicio (quia eius obligatio ex re ipſa ve- 7
nit) pupillus teneatur ſine autoritate tutoris, ſicut & furioſus [g]: non verò iu
dicio ſocietatis, quam ipſi ſic affecti, & in ea ætate conſtituti non cõtrahũt
abſq; tutore aut curatore: quia ex cõſenſu venire deberet illa obligatio [h].

a DD. d. §. quadam.
b L. vlt. C. de commu. diui.
c l. quibus caſibus hic.
d eadem l. in verſ. inter eos.
e l. ſi filia. §. vlt. familiæ Erciſc.
f l. inter coheredes. famil. Erciſc.
g l. furioſus. de act. & ob.
h l. vt in conductionibus. hic in fin.

L. NEMO, CVM DVABVS SEQVENTIBVS, Et Lex, Hæres ſocij.

SVMMARIA.

1 *Morte cur ſoluatur ſocietas.*
2 *Arbiter electus tacitè etiam conſentire poteſt in cõpromiſſum.*
3 *Socij heres inchoata explicare debet.*
4 *Socij heres quomodo ex ſuo facto teneatur.*
5 *Socij heres ex ſocietate damnatus, infamis non fit.*
6 *Mandatarij heres mandatarius quoque eſt.*

NON ſolùm interit morte ſocietas ſimpliciter contracta, ſed nec ex- 1
preſſa conuentione parare qniſquam hæredi ſuo ſocietatẽ ſic poteſt,
vt ipſe quoq; hæres ſocio ſit, quamuis alioqui plerunq; tam hæredibus no-
ſtris, quàm nobis met ipſi ſtipulari & cauere intelligamur [a], & quidẽ etiam
rem beneficiariã, ſiue vt vocant, feudalem [b], quamuis in ea cõceſsione dñs
qui confert, perſonã ſpectet, quam & iureiurando fidelitatis ſibi aſtringit:
merito ergo dubites [c], cur tam ſtrictis finibus conclnſa ſit ſocietas (in pri-
uatis ſcilicet, nõ pnblicis negotijs) vt ad hæredẽ porrigi nequeat, quòd e-
nim cõmunio diſcordias excitare ſoleat, hoc ad incidẽtẽ magis cõmunionẽ
quàm

a l. ſi pactum. de probat.
b in tit. de eo qui ſibi & heredi ſuo tam maſculo quàm fœmina inueſtitu ram accepit.
c cum Fab. ad §. ſoluitur. Inſtit. eod.
d l. adeo. inf. eod.

quàm ad conuentam ſocietatem eſt relatum[a], neq; hoc pro ratione huc
adferri poteſt:nã ſic permitti quoq; non deberet perpetua,hoc eſt, tota vi
ta durante contracta ſocietas. Putauerim ergo ſic conſtrictam eſſe ſocie-
tatem,quo liberior permaneat ſupremi arbitrij voluntas, nullis conſtricti
ſuaſionibus aut impulſionibus,ſocietatis gratia,quam nõ æquè cum quoli-
bet hærede aut ſucceſſore defuncti ſocij illius continuare vellet,etſi velit,
ſi placeat hæres,quem liberè & pro arbitrio ſuo inſtituit defunctus,iam no
uo conſenſu,vel verbis ipſis,vel tacitè rebus & factis declarato, nouã cum
eodem ſocietatem inire poterit[c]. Non oportuit ergo ſocietatem conuen
tione expreſſa extendere ad hæredem,quæ nec cum ipſo quidẽ defuncto
tam fuit firma & ſtabilis,quin ex cauſa renunciare illi poſſit[d]. Et ad ſimili-
tudinem ſocietatis nouæ tacito conſenſu ad hæredes extenſæ,reſpondent
2 hic quidam[e],eum qui cum electus eſſet arbiter conſentire noluit,ſi ſe præ-
buerit auditorem & cognitorem controuerſiæ, de qua in eum compro-
miſſum erat,videri nouo cõſenſu ſubmiſsionem acceptaſſe,vt alio loco a-
3 pertius colligi poteſt[f]. Sanè hæres ſocij quamuis ſocius non ſit,inchoata
tamen per defunctum ſociũ explicare debet[g],in quo ſi dolum commiſerit,
tenebitur pro ſuo ipſius facto,& occaſione agendi ex ſuo ipſius capite pri-
4 mũ nata, licet defunctus cõtractũ inierit,ex cuius obligatiõe fundamentũ
primum actionis iactũ eſt:nã quæcunq; prioris negocij explicãdi cauſa ge-
runtur,nihil refert, quo tẽpore cõſummẽtur,ſed quo tẽpore inchoarẽtur[h].
Acti verò à defuncto hæres etiã culpam præſtat[i]: quoniã ea actio aduerſus
defunctũ formata trãsfunditur in hæredem eius,ita vt formata eſt, vt ſcili-
cet præſtet culpã à defuncto cõmiſſam,qui nõ niſi dolũ à ſe cõmiſſum præ-
ſtaret ob neceſsitatẽ explicandi quæ defunctus inceperat. Non ſimiliter
ergo tenetur ſocij hæres,vt ipſe ſocius[k],ſicut nec hæres tutoris vt ipſe tu-
tor[l],ideoq; has actiones cõiunctas ex vna parte diſtinguit I.C.[m] ab actio-
5 nibus depoſiti & mandati:his enim directis hæres ex ſuo dolo dãnatus fit
infamis:nõ ſic verò hæres tutoris,aut ſocij: quia ſcilicet hic nõ ſuccedit in
tutelam,nec in ſocietatẽ,ſed finiuntur iſta morte:quod de depoſito inaudi
tũ prorſus eſt,illud morte finiri. Hæres ergo depoſitarij, ipſe quoq; depo
ſitarius eſt:de mandato verò ſcriptum quidẽ eſt, illud finiri morte[n], ſed ea
6 addita reſtrictione,ſi mãdatarius integro adhuc mãdato deceſſerit: à con-
trario ergo,ſi inchoata executione mandati, & re non integra deceſſerit,
nõ finitur mandatũ,ſed in illud ſuccedit hæres, vt & ipſe mãdatari⁹ eſſe cen
ſeatur, & ijſdem omninò modis teneatur mãdati,ſicut ille cui ſucceſsit.

a in l. cum pater. §. dulciſſimus. de legat. 2.
b l. ſi fratres. §. idem reſpondit. infr. eod.
c l. planè ſi hi qui. hoc tit.
d l. ſi conuenerit. ſupr. eod.
e Alberic. & Fulgo.
f ex l. cum in plures. §. locatori. locati.
g l. hæres ſocij.
h l. nam & ſocius. §. ſi viuo. de negot. geſt.
i l. & acti. hoc tit.
k hac l. & infr. eo. l. ſocium qui in eo. verſic. itẽ poſt mortem.
l l. 1. C. de hered. tut. l. nõ ſimiliter. de magiſtr. cõ.
m in l. furti. §. mandati. verſic. illud planè. de ijs qui notan. infam.
n in l. ſi quis alicui. §. morte. ſup. tit. prox.

L. PRO SOCIO.

SVMMARIA.

1 *Caueri debet in omnibus iudicijs bonæ fidei arbitrio iudicis.*
2 *Et aliter in ſpecialibus quàm generalibus.*
3 *Socius ſocio quomodo caueat.* 4 *Bis idẽ exigi non poteſt.*

PAVLO fuſius per enumerationem de varijs iudiciorũ generibus hic
1 explicatur,quod alio loco[o] tantùm in genere eſt dictũ,in omnibus iu-
dicijs bonæ fidei caueri arbitrio iudicis, ſed paulò aliter in ſpecialibus iu-
dicijs, quàm in generalibus,in illis enim agitur, vt vni proſit cautio, nem-
pe creditori, ſuper eo conſequendo, quod principaliter deductum eſt in
contractum, & poſtea in iudiciũ,vbi in ſuſpẽſo adhuc eſt obligatio ex die
aut conditione: in his verò etiam ſi purè contracta ſit ſocietas, imò & per-
acta finitaque, cautio tamen interponenda eſt, vt ſæpè vtrinq; profutura
ex ijs particularibus negocijs,quæ ſic inciderunt in ſocietatẽ, vt adhuc in
ſuſpenſo ſit,an damnũ,an lucrũ ſint ꝓductura, cùm de ijs non aliter ſocijs

o l. in omnibus. ſupr. de iudicijs.

Cc proſpi-

proſpici poteſt, quàm per huiuſmodi cautioné omninò hic neceſſariam, a-
lioqui ſi aliud eſſet remedium quo effici poſſet, ne hæc iu ſuſpēſo maneāt,
iudex officium ſnū ad cautiones præſtandas non interponeret, vtputa ſi ha
beas condēnatum aduerſariū, potes vrgere & inſtare ad iudicati executio-
nē, & ſic præſcindere cnrſum vſurarū, ſaltē poſt tēpora quæ iudicatis dátur:
ideoq; nō pertinebit ad iudicem ſequentis temporis tractus [a]. Quare non 3
ſolùm cauendum erit ratione æris alieni [b] ab vno ſociorum cōtracti, ſed ge
neraliter de alijs quibuſcunque lucrum aut damnū ſuſpenſum habentibus.
Quid ſi lucrum factū, aut damnū datū ſit, antequam ſocietatis iudicio cœ-
ptum eſt agi, veluti ſi in rem ex ſocietate communē aliquam impenſam ſo-
lus fecero, vel tu fruct' ex ea ſolus aut maiores perceperis, ex his cauſis du
plex mihi patebit iudiciū, quo illud proportiōe tua abs te cōſequar [c], vide-
licet, vel ſocietatis, vel cōmuni diuidundo, vt inferius dicetur [d]: ſed cùm v-
traq; actio ſit rei perſecutoria, & bis idem cōſequi nulla æquitas patiatur [e], 4
meritò altera alteram tollet, ſic vt quod vna exegeris, nō rectè iterum alia
actione petas.

a *l. 1. §. 1. inf. de vſuris.*
b *l. omne aes alienum, cum l. ſeq. ſupr. eod.*
c hac l. verſic. ſi tecum.
d *ad l. ſi actum ſit. hoc tit.*
e *l. qui bis. de verb. oblig.*

L. SI QVIS A SOCIO POENAM. CVM L. SEQVEN.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio pœnæ inter ſocios an nouationem inducat.*
2 *Intellectus l. obligationum ferè. §. fin. de oblig. & actio.*
3 *Paria non ſunt, damnum incurrere, & lucrum non capere.*

SOCIVS à ſocio ſi hic dolum aut culpā committeret, ſtipulatus eſt pœ
nam, conditione eueniente ſtipulationis pœnalis, duplex oritur quæ- 1
ſtio, an ſimul vtrunq; petere poſsit ſtipulator, videlicet & dānum reſarciri
quod datū eſt actiōe pro ſocio, & pœnam certi cōdictiōe ex ſtipulatu, etſi
alterum tantùm, vtrū potius horū petat, & maximè quidē, an ſolā pœnam,
quaſi eius ſtipulatiōe intelligatur nouatio facta principalis obligationis, e-
iuſq; in hanc pœnalē transfuſio [f], & quamuis vulgò hunc poſtremū articu-
lum maiore cura excutiant interpretes, quaſi ille præcipuā dederit cauſam
huius dubitationis, mihi tamē videtur verba & ſentētia Vlpiani magis ten-
dere ad priorē dubitationē, & eū reſpondiſſe, cōcurſum actionū nō admit-
ti, nec ſimul rē & pœnā exigi, quod fortaſsis videri hic poterat, eo quòd vbi
aliqua eſt proportio, pœnæ ad rē, alterum in altero imputari poſſet: ſed non
æquè vbi nulla ab initio præuideri poteſt eorū æqualitas: verbi gratia: nego
tiantur ſimul duo ſocij, collatis ab vtroq; decē milibus, hic videtur, quòd al
ter ab altero nō poſsit certā aliquam pœnā ſtipulari, quæ quolibet occur-
rēte caſu bene cōueniat rei, incertū eſt enim magni an exigui momenti e-
rit illud quod ob dolū aut culpam veniret reſarciendū, ita vt nō tā loco rei,
quæ per ſe hic incertiſsima eſt, quàm ad puniendū dolū eius aut culpā, pœ-
na videtur appoſita vltra hoc quod adhuc iactura per dolū aut culpam data
actione pro ſocio reſarcietur. Sed hæc ratio nō efficit, quin quantulacunq;
ſit pœna, rē minuat, vt nec minima rei pars præſtetur bis. Plus verò pōderis
ea ratio habet, ſi illud ex ea inferre velis, quod nō cenſeatur hic aliqua no-
uatio facta, aut transfuſio obligationis vnius in aliam, videlicet actiōis pro
ſocio in pœnalē, ſicut vbi promittitur factum, cuius aliqua certa æſtimatio,
quæ ſi nō fiat quod conuenit, ipſa præſtetur, & non tā pœnā ſapit, q; certam 2
æſtimationē eius quod faciēdum eſſet [g], ſuccedentē poſt morā in locū obli
gationis, facti loco eius quod intereſt [h], niſi expreſſè hoc actum ſit, vt
non quaſi æſtimatio operis debeatur, ſed vt quaſi pœna adiecta cēſeatur [i].
Et hæc ſequi malim, quàm quod hic omnes [k] ferè adferunt ad cōciliationē
huius

f *arg. l. obligationū ferè. §. vlt. de act. & obligat.*
g *vt in d. l. obligationū ferè. §. vlt. de act. & obl. ſicut eam intelligit Alciatus. 1. paradox. cap. 11. & l. ſi ita ſtipulatio à patrono facta ſit. de operis libert.*
h *l. ſtipulationes non diuiduntur. verſ. Celſus. de verb. oblig.*
i *arg. l. qui res. §. qui ſtipulatur. de verb. oblig.*
k *Alberic. Bart. Bald. Ful. Salicet.*

huius loci cum reſponſo Pauli [a], quo deciditur, quaſi nouationem, & in vnius obligationis in alteram transfuſionem eſſe factam: aiunt enim, quòd principalis obligatio hic habeat cauſam oneroſam, illic lucratiuam, cuius diuerſitatis rationem inde petunt [b], quòd duæ cauſæ lucratiuæ nequeant concurrere, & fauorabilius cum eo agi, qui exercet liberalitatem, & quòd non ſit par ratio, lucrum non capere, & damnum incurrere. Verùm quia iſte iuris articulus, an pœnalis ſtipulatio mouet aliam, cui adijcitur, alijs ad huc locis breui occurret [c], finem hic faciam.

a In d.l. obligat. ferè. §. vlt.
b Salicet. hic in fin.
c ad l. duo ſocietatē. hoc tit. & ad l. prædia. infra de act. empt.

L. SI ACTVM SIT.

SVMMARIVM.

1 Actio pro ſocio & communi diuidundo quomodo conueniant.

HIC iam de concurſu agitur earum actionum, quæ ferè ſemper contracta ſocietate naſcuntur, etiam vt nihil alter ab altero ſingulariter ſit ſtipulatus, videlicet pro ſocio, & de communi diuidundo: quatum inter ſe hæc eſt comparatio, quòd vtraque alteram in aliquo excedat, & in cæteris conueniant: hæc enim pro ſocio actio cõprehendit etiam nomina, non verò illa de communi diuidundo, quæ tantum pertinet ad corporalia [d], & è diuerſo hæc recipit adiudicationes [e]: ſed pro ſocio actio adiudicationes non recipit, quia non ad diuiſionem tendit (quæ interdum requirit adiudicationes) ſed potius ad cõmunicationẽ [f]: conueniunt autem in perſonalibus præſtationibus fructuũ & ſumptuũ, & quod quis vna earũ qua experiri cœpit, minus eſt cõſecutus quàm debeatur, ad hoc altera actio ſupereſt.

d l. per hoc iudicium. ſupr. de cõmuni diuidundo.
e l. ad offi ium. C. de communi diuidund.
f l. ſi quis ſocietatẽ cõtraxerit. inſ. eod.

L. SI MARGARITAM.

SVMMARIA.

1 Conciliatio l. ſi rem venditam. de præſcript. verb. cum l. ſi margaritam. ff. pro ſocio.
2 Mandatum vendendi certo pretio, diſtat à ſimplici mandato vendendi.
3 Socius certam lucri quantitatem ſtipulari non poteſt, ſed bene quotam.

ALIVD eiuſdem Iuriſconſulti reſponſum [g] apertè huic repugnare videtur, quo in ſimili ſpecie negatur, actionẽ pro ſocio dari, & quòd eorũ conciliatio ferè peti ſoleat [h] ex ea ſola diſtinctione, an contractũ ſit animo habẽdæ ſocietatis, id per ſe multũ incertã definitionẽ habet, & verbis alterius illius reſpõſi non ſatis eſt cõſentaneũ: illic enim ratio additur, cur pro ſocio actio nõ cõpetat: nõ quidẽ ex aío contrahentiũ deſumpta, ſed ex rebus ipſis, quod nõ admiſerit ſociũ diſtractionis, qui ſibi certũ pretiũ excepit, quæ ratio etiá hic militare videtur, & multò apertius illã quã Paul⁹ Caſtr. illic attulit, caſu (inquit) quo non vendis pluris nihil habebis emolumẽti, quod præter naturã ſocietatis eſt, quæ debet eſſe æqualis. Quæ quidẽ rationes ex rebus ipſis & ſubiecta materia petitæ videntur eo tendere, quòd hæc diſtinctio cõtractuũ ex ſolo animo cõtrahentium nõ pẽdeat, ſed quòd res ſubiecta & forma cõuentionis doceat an ſocietas ſit, an innominat⁹ cõtractus, ex quo agas præſcriptis verbis. Ac ꝓinde diſpiciamus, num aliud ſit ex quo differentia in his reſpõſis fundari poſsit, & maximè nũ illud ſuffecerit, quid illic certo pretio vẽdi mandauerit [i], & ſic ſibi certũ pretiũ excepit, de quo voluit omninò eſſe ſecur⁹, & in quo aliquid etiá lucri ſibi cõſtituit: hic verò nõ iuſsit rẽ vẽdi certo pretio, ſed in cõditione poſuit pretiũ, cuius nõ eſſet particeps is qui rem vẽdendã ſuſcepit [k]: ſuperfluũ verò haberet ſo
2 lus: cognita [l] eſt enim differẽtia mãdati certo pretio vẽdẽdi ab alio nõ limitato: hic enĩ nõ excipit ſibi certũ aliquod pretiũ, neq; ꝓhibet minoris vẽdi,

g l. ſi tibi rem vendendam. de præſcript. verb.
h ab Accurſ. ibi. & DD. vtroque loco.
i in d.l. ſi tibi rẽ. in verb. certo pretio.
k vt hic in verb. ſi eam decem vendidiſſet.
l ex l. diligenter. §. item ſi mandauero tibi. mãdat. & l. qui fundũ. §. ſi procurator tu⁹ pro emptore.

ideoque non vult omninò ſecurus eſſe;de certo pretio cõſequẽdo,ſed tan
tum limitat illud,cuius nullã partẽ vult ſocio tribuere,ſed ſolũ exceſſũ pro
opera.verbi gratia:Si quis eũ, qui hic rẽ quampiam diſtracturus erat octo
aureis,admoneat cur tam vili vendat,cùm poſſit cõſequi alio loco duode-
cim:hic iam ſi inter eos cõuenerit,vt ille operã præſtet, vendẽdo eo loco
quo pluris vendi poſſe dixit,diuiſo reſiduo quod eſt vltra illud quo hic e-
rat diſtractur⁹,vera erit ſocietas,alio rẽ,alio operã cõferente [a]. cõſtat aũt, 3
quòd certã lucri quantitatẽ,velut aliquot aureorũ,ſtipulari ex vera ſocie-
tate nõ liceat:ſed tantùm quotam,vt tertiã,quartam,quintã [b]. Debẽt enim
lucra ſocietatis variari ex loco,tẽpore,alijsq; circunſtãtijs [c]. Quemadmo-
dum is cui creditur actio aliquando competitura ad id quod eius intererit,
non poteſt ab initio contractus certam pecuniæ quantitatem loco illius
quod fortè intererit ſtipulari [d].

a Alberic. hic.
b Accurſ. ad l. ſi fratres. §. item ex facto. ad verba cũ quãtitate certa. j. eod.
c arg. l. ſi ideo in arbitriũ. de eo quod certo loco.
d Bald. ad l. rogaſti. §. ſi tibi 10. ſi cert. peta. Phil. Dec. conſ. 116. 1. partis.

L. REI COMMVNIS, CVM SEX LL. SEQVENTIB.

SVMMARIA.

1 *Dolus in ſocietate quomodo punitur.*
2 *Pœnalis actio, an rei perſecutoriam tollat.*
3 *Probari & oppugnari non debet quod geſtum eſt.*
4 *Conciliatio l. vlt. C. de fur. l. rei communis. ff.*
Pro ſocio. l. qui ſeruũ. in fin. de oblig. & actio. 6
5 *Fur ſemper in mora eſt.*
7 *Delictum in dubio non præſumitur.*

DOLVS in ſocietate cõmiſſus per ſe quidẽ ſemper delictũ eſt & cri- 1
mẽ,ſed interdũ exit in apertã ſpeciẽ nominati delicti,veluti quod ſo
cius furtũ facit rei cõmunis [a],ita vt etiã damnũ in eo dare poteſt ex l. Aqui
lia puniendũ,quo fit vt plures actiones ex vno eodẽq; facto concurrãt ori-
gine & natiuitate. i. ſimul naſcãtur,ſed nõ exercitio:quia nõ indifferenter,
vel ſimul,vel aliæ poſt alias exercẽtur:quod in genere definiri ſic poterit:
Actio merè pœnalis(qualis eſt furti)alias rei perſecutorias actiones, vtpu-
ta conditionem furtiuam [b],pro ſocio,cõmodati,locati [c],ac alias bonæ fidei
actiones non tollit,neq; tollitur ab illis,ne executiõe quidẽ facta [d]. Actio- 2
nes verò rei perſecutoriæ,ſi plures occurrãt vnius rei noĩe, vna tantũ quis
experiri debet [e],ne contra bonã fidem idem bis exigat,& quo ad hæc non
oritur vlla difficultas circa contractũ ſocietatis, quantumuis furtũ à dãno
diſtet,cùm & ipſa res ex ſocietate cõmunis in iudiciũ pro ſocio veniat,ſed
in alijs bonæfidei iudicijs(quamuis hic oĩm eorum eadẽ ratio eſſe dicatur)
occurrẽt aliquæ difficultates,veluti ſuper iudicio mãdati, quod quãuis hic
nominatim ſit additũ [f],legitur tamẽ alio loco [g] electionẽ cõpetere,an fur- 3
ti,an mãdati agas: ſed æqultatis rationẽ nõ pati, vt quis & criminis actionẽ
perſequatur,& contractũ bonæ fidei impleri poſtulet, quod plerɨq; oẽs in
ea ſpecie ſic ſeruari tradũt,quod vtrũq; iudiciũ inſtituẽs ſibi eſſet cõtrari⁹,
dũ vnũ idemq; factũ ſeruorũ ꝓbaret & improbaret. Probaret quidẽ mãdati
agẽdo,& imꝓbaret agẽdo de furto, qđ periculũ minimè eſt in alijs. veluti
in cõtractu ſocietatis:nã vtraq; actio tẽdit ad improbationẽ eius quod fecit
ſocius,& ſi quid ipſe mãdauerit faciendũ,quod mãdatarius eſt execut⁹,ſed
quod mãdanti ſeruari debuerat,vertit in rẽ ſuam furtiuè:hic mãdati & furti
actio cõpetunt,nec improbatur altera actiõe mandatũ,ſed mod⁹ exequẽdi.
Rurſus ad cõmodati iudiciũ occurrunt quoq; difficultates, q̃ hic in varias
diuinatiões diſtraxerũt Accurſ. quibus (vt obiter addã quantũ res ſubie-
cta poſtulat) ſic poteſt finis imponi. vt vno loco [h] qui huic obſtare vide- 4
batur hoc expẽdam⁹ cõmodati iudicio & furti aduerſus diuerſos agi:hic v-
nũ eundẽq; vtroq; iudicio teneri. Alio verò loco [i] qui ſimiliter prima facie
obſtat,dicam⁹ furti agi. i. ratiõe furti,nimirũ cõdictiõe furtiua ex furto nata
non

a l. ſi ſocius. de furt.
b l. ſi pro fure. in princ. & §. pater. de cond. furt.
c l. ſi locatum ſeruum. inf. locati.
d hac l. rei cõmunis. in fi.
e l. nemo ex his. §. quoties occurrunt. de reg. iur.
f in l. idẽ eſt. hoc tit.
g in l. prima. C. de furt.
h in l. vlt. C. de furt.
i in l. ſi is cui cõmodata res erat. de furt.

non vera furti actiõe pœnali, ſicut interdum ſignificatur materia, non ſpe
cies actionis, vt cum dicimur ex ſtipulatu petere, id eſt, ex materia ſti-
pulationis factæ, agere certi condictione, ſi certum quid ſtipulati ſumus[a].
nam I.C. videtur illic comparare inter ſe non actionem commodati cum
actione vera furti, ſed potius cum condictione furtiua, ſicut & alio loco[b]:
diuerſimodè tamen: nam hoc poſteriore loco indiſtinctè dicitur altera a-
ctiõe alteram perimi, aut ipſo iure, aut quod tutius eſt, per exceptionem.
Priore verò loco dicitur, ſi furti actum ſit, commodati actionem extingui
(videlicet ipſo iure) & contra, ſi commodati ſit actum, exceptionem obij-
ci actioni furtiuæ, idque tam diuerſimodè, quòd cõdictio furtiua, vt aiuut[c],
plenior ſit, continens etiam externas vtilitates[d], & à qua liberatio nõ con
5 tingit, etiam ſi caſu fortuito res intereat[e]: nam hoc ſemper poſt morã fie-
ri intelligitur, cùm fur ſemper ſit in mora[f]: quo tamẽ caſu ſi in finibus cõ-
modati res manſiſſet, non teneretur cõmodatarius, ſi nec dolo nec culpa
eius ſecutus eſſet rei commodatæ interitus. At inquies: ſi omne quod qua-
cunq; ratione intereſt in condictionẽ furtiuam venit: cur ergo hic dictum
eſt[g], ſi ex cauſa furtiua cõdixero ceſſare actionẽ pro ſocio, niſi pluris mea
interſit? An fortè quòd interſit quidem pluris quàm deduxeram in interitũ
condictionis furtiuæ, ſed non pluris quàm deducere poteram, ſi tunc me-
miniſſem, cùm omnis generis intereſſe ea condictio recipiat[h]: ideoque
peracto iudicio condictionis furtiuæ, ſi quid amplius interſit, hoc quale-
cunque damnum per ſe venit in actionem pro ſocio: non ſic in ſpeciali iu-
dicio commodati, alió ve ſimili, quod principaliter ad rem ipſam datur, &
acceſſoriè venit id quod intereſt ex officio iudicis, ſopito autem principa
li, finitur & ſuper acceſſorio iudicium[i]: & hactenus de actione furti, &
condictione furtiua. Damnum autem quod in rebus alienis datur, ad l. A-
quiliam pertineret, poteſt etiam in communibus rebus ad eandem legem
pertinere, & ſocietatis iudicium dari, ſi hoc facto ſocietas ſit læſa, vtputa
vulnerato vel occiſo ſeruo qui præpoſitus erat communi negotiationi,
nomine ſocietatis[k]: ſed ſi ex ea lege egeris & exegeris, non ages poſtea
pro ſocio[l]: quia rei perſecutio actioni ex l. Aquilia ineſt, etiam ſic, vt a-
ctiõe pro ſocio hoc reus cõſequatur, quòd debeat actor altera earũ actio-
nũ eſſe cõtentus, hoc eſt, officio iudicis, apud quem agitur pro ſocio: hoc
quoq; cõtinetur, ne poſtea ex l. Aquilia agatur, vt in locati iudicio I.C. re-
tulit[m], ad officiũ iudicis, apud quẽ locati agitur, quod hic retulit ad actionẽ
ꝑ ſocio. Et cũ hic indiſtinctè dicatur, quòd altera actione oporteat eũ eſſe
cõtentum, nec diſtinguitur quæ actio primũ electa ſit, crediderim hoc in
cõmodati iudicio quoq; ſic obtinere, vt etiam ſi eo ſit actũ, nõ ſuperſit po-
ſtea ad id quod amplius eſt ex repetitione triginta dierum actio ex l. Aqui
lia, eo quòd hoc quale quale incrementum ſimplo accedat, & ſimplo ſub-
ducto, tanquam principali, acceſſoria illa æſtimatio quanti plurimi à trigin
ta ſuperioribus diebus locũ habere nõ poſsit, & ſic in eo reſponſo quod de
6 eo dubitatũ legitur[n], lectionem negatiuã veriorem eſſe quàm affirmatiuã,
vt ſcilicet ita legamus: *Sed verius eſt non remanere, quia ſimplo accedit, &c.* Quæ
ratio alias non congrueret rei ſubiectæ: nã ex eo quòd acceſſorium ſit, mi-
nimè ſequitur quo magis, ſed potius cur minus ad illum adhuc actio ſuper-
ſit[o]. Poſtremo autẽ, illud minimè prætereundum erit, ea omnia quæ de furti
actione diximus, ſic reſtringi[p], vt ita demũ vera ſint, ſi cõſtet, quòd ſocius
per fallaciã aut dolũ malũ rem cõmunem amouerit, eo animo, vt ſibi pro-
priã retineret, alioqui in dubio non facilè ſumi coniecturã doli, aut conſi-
7 liũ fraudandi, vt nec in eo, qui re communi vtitur ſuo iure.

a l. petens. C. de pact.
b in l. qui ſeruum. §. ſi is cui rem commodauero. de act. & oblig.
c gloſ. in d. l. ſi is cui commodata.
d l. 3. de condict. furt.
e l. qui furtum. de cond. furt.
f l. vlt. C. de condict. furt.
g in l. ſed ſi ex cauſa.
h d. l. 3. de condict. furt.
i l. 4. C. depoſiti.
k in d. l. ſed ſi ex cauſa. §. ſi dãnũ. cum ſequent.
l l. ſed actiõe. pro ſocio.
m in l. ſi vulnerauerit. locati.
n in d. l. qui ſeruum. in fi.
o l. 4. C. depoſiti.
p in l. merito.
q arg. l. Sabinus. l. ſi ædes. de communi diuidundo.

L. CVM DVOBVS.

SVMMARIA.

1 *Mandans quod mandauit ipſe exequi poteſt.*
2 *Renunciatio ſocietatis intempeſtiua non liberat ſocii.*
3 *Socijs ſibi inuicem mandantibus, vt fundum aliquem emerent, poteſt vnus ſibi ſoli emere.*

QVOD alij mandaui faciendum, nihil impedit quin & ipſe exequar: 1
imò ſic eum actione mãdati libero [a], ſed ſocietatis renunciatione intempeſtiua non liberatur ſocius [b], ſi ergo cum duobus vicinis coniunctus 2
fundus venalis eſſet, alter ab altero petijt, vt eum fundum emeret, ita vt eã pars quæ ſuo, id eſt, petentis fundo iuncta eſſet, ſibi cederet, ille ipſe muta- 3
to conſilio, & non expectato vt ab alio emeret, eum fundũ ſibi ſoli, ignorante vicino, emerit: An aliquam cum eo actionẽ vicinus habeat, quæritur, 4
& facti quæſtio eſt implicita: cuius deciſio ex diſtinctione quam diximus mandati & ſocietatis petenda eſt, cùm vtriuſque contractus ea conuẽtio aliqua habeat inſignia: ſic vt ex eo quod præualet diiudicari debeat. Eſt autem hæc deciſio quæſtionis per ſe tam implicita, vt hic ingenuè fateatur Fulgoſius, ſe non videre, in quo diuerſitatem hic Iuriſconſultus conſtituerit, niſi quod in priore parte [c] deſignata ſit perſona quæ emat: in poſteriore verò [d] indefinitè & imperſonaliter actum eſſe, vt fundus emeretur, nec additum eſſe per quem. Sed veriùs dixeris, non tam hoc intereſſe, vter eorum emat, quàm cui ematur. Prior enim pars deciſionis ſic eſt intelligenda, quòd vicinus rogatus eſſet ſibi emere, ac deinde roganti communicare, quod ſanè facere non poſſet, ſi non prius ſibi proprium titulo emptionis feciſſet, & ſic fit, vt ea res non egrediatur terminos mandati, ſed verè mandatum cenſeatur. In ea ſpecie ſiue genere, quod partim gratia mandantis fit, vt ſcilicet ei pars aliqua communicaretur empti fundi, partim mandatarij gratia, vt is quoque ampliatæ ſuæ poſſeſsionis commodum ſentiret, nec interueniret vicinus, qui vtriq; poſſet eſſe moleſtus: reuocari ergo re integra potuit mandatum, & quidem re ipſa, videlicet ita vt mandans ſibi emeret ipſe, nec eſt quod ſic ſe deceptum conqueratur alter, quia cùm mandans in ea reuocatione mãdati quã re ipſa demõſtrauit, eo quòd ſibi emere feſtinauerit, iure ſuo ſit vſus, cùm liberum eſſet adhuc mandatum reuocare, nemini iniuriam fecit aut dolum, & à ſe deceptus eſt mandatarius ex iuris ignorantia, ſi ob acceptum emendi & communicandi mandatum in eo explendo ceſſauerit, & ſatis ſecurum ſe de parte conſequenda putauerit: In poſteriore verò parte ab initio fuit actum, vt commune negotiũ gereretur, id eſt, vt vtriq; eorum vicinus ille fundus emeretur: qui ergo præripit occaſionem emendi in commune, ſibi ſoli feſtinans emere, is contra pactam ſocietatem agit, & multò quidem magis, quàm ſi omninò non emiſſet, cùm tamen id ſe facturum communi nomine recepiſſet: quo etiã caſu pro ſocio actionem dari conſtat [e].

a *l. ſi procuratorem. §. mandati actio. ſupr. tit. 1*
b *l. actione. §. diximus. inf. eod.*
c *§. ibi nam ſi hoc ſolũ actũ eſt.*
d *ibi ſi verò id actum ſit.*
e *l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem ad emẽdum. infr. eod.*

§. VENIT AVTEM.

SVMMARIA.

1 *Dolus in ſocietate præſtatur.*
2 *Socij hæres quomodo ex ſuo facto teneatur.*
3 *Socius an diligentiam præſtare debeat.*
4 *Infamia irrogatur ſocio condemnato.*
5 *Tutor remotus quando infamia notetur.*
6 *Ciceronis locus in oratione pro Roſcio explanatus.*

ADuerſatur bonæ fidei dolus. cùm ergo in hoc iudicio veniat bona 1
fides: an dolũ abeſſe ſuffecerit: quod ſanè videri poſſet. Nã niſi hoc ſuffecerit, dixiſſet I.C. (vt alio loco [f]) nõ ſolũ bonã fidẽ venire, ſed & diligẽtiam

f *in l. ſi cum fundum. de contrah. empt.*

tiam præſtare, hoc eſt, nõ ſolùm vt dolus malus abſit, ſed etiã culpa. Ad hæc
Celſus reſpondit ſocios dolum & culpã præſtare inter ſe, quod reſtrictio-
2 nis gratia additum eſt, nam hæredes eorum inter ſe aut prædefuncti ſocij
hæredes ſuperſtiti, præſtant in ijs quæ ipſi exequuntur ſolum dolum [a]. Qua
lem autẽ culpam ſocius ſocio præſtet ſuo loco dicemus [b], nunc verò id ſo-
lùm annotare lubet, hinc conuinci quòd bona fides in hoc iudicio ſocieta
3 tis requirat etiam diligentiam, & abeſſe culpam qualem ſocio præſtat ſo-
cius, ita vt qui vel culpæ tantùm reus eſt, dicatur in ſocietate non bona fi-
4 de verſatus, quare & infamem fieri ſi ex culpa damnetur credi veriſimiliter
poſſet, vt & in alijs iudicijs quibus damnati fiunt infames [c]. In quibus illud
diſtinctum legimus, directis an contrarijs actionibus damnatus quis ſit, &
an ipſe autor mali, an hæres eius, ſed in directis actionibus adhuc vlte-
rius diſtingui an ob dolum damnetur, an verò ob culpam, (vbi ſcilicet &
ea præſtatur) non æquè in legibus noſtris, vt apud doctores legitur [d]. Indè
ſi quis fidem in illis rupiſſe conuincatur, hoc ad infamiam omnino ſatis eſ-
ſe videtur [e]: ad fidem autẽ pertinere non hoc ſolùm ne malitioſius, verùm
etiam ne negligẽtius quàm ius poſtulet ſocietas exerceatur [f]. Sane quod
5 de tutore qui vt ſuſpectus remouetur diſtinctum legimus [g], an ob dolum,
an ob culpam remotus ſit, hoc nihil attinet ad actionem tutelæ quæ alijs in
famiam ingerentibus actionibus annumeratur, & ab ea ſuſpecti tutoris cõ-
minatio etiam quod ad infamiam attinet longè lateq; diſtat, vt facilè ſi hic
locus id poſceret demonſtrari poſſet. Ac ſimul fortè & illud quantũ iuſiu-
randum in litem, quod actori non niſi aduerſus doloſum datur [h], ab hac pœ
na infamiæ diſtet quæ reum tenet; quod diligentius ac plenius expenden-
dum relinquo. Certè quod Cicero, qui ad hanc infamiæ notã nihil diſtin-
xerit inter dãnatos ex dolo & culpa, id luculenter teſtatum relinquit [i]. In
6 priuatis (inquit) rebus, ſi quis rem mandatã non modò malitioſius geſſiſ-
ſet, ſuiq; quæſtus aut cõmodi cauſa, verùm etiam negligentius, eum maio-
res ſummũ dedecus admiſiſſe exiſtimarũt. Et paulò poſt: Cur (inquit) mihi
te offers, aut mandatũ recipis, ſi aut neglecturus es, aut in tuum cõmodum
conuerſurus: cur meis cõmodis ſimulato officio officis. Et rurſus multò
ſignificantius: Idcirco, ait, hæc turpis culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas
violet, fidem & amicitiam: Nam neq; mandat ferè quiſquam niſi amico, ne
que credit niſi ei quem fidelem putet: Perditiſſimi igitur hominis eſt ſimul
& amicitiam diſſoluere, & fallere eum qui læſus non eſſet niſi credidiſſet.
Et profectò perfidioſum eſt (vt eodem loco dixit) ac nefarium fidem falle
re ſocio qui ſe in negocio coniunxit. Fidem autẽ fallere eum quis neget, ſi
non eam diligentiam communibus rebus adhibeat, quam ſuis proprijs adhi
bet? Ideoq; nõ immerito notari infamia, ſi quid ab eo peccatũ eſt, & con-
tra bonam fidem factum, id adhuc iudicio defendere velit vt damnari eum
oporteat, nec aliter quàm damnatus velit reſarcire.

a *l. nemo. l. hæres ſocij. ſupra eod.*
b *ad l. ſocius ſocio. j. eo.*
c *§. ex quibuſdam. Inſtit. de pæn. teme. litig. l. j. §. qui pro ſocio. l. furti. §. mandati. de his qui not. infa. & l. vlt. C. ex quibus cau. infa. irrogatur.*
d *in d. §. mandati. verſic. vlt. & in l. Sabinus. de dolo malo.*
e *Accurſ. ad d. §. mãdati. & ad l. vlt. C. ex quib. cau. Bar. ad l. quod Nerua. depoſi. Pau. Caſt. ad l. j. de his qui notã. infa. Iaſ. ad l. in actionibus. de in litem iuran.*
f *l. vlt. C. ex quib. cauſ. in primis verbis, fidem rumpens ſocietati.*
g *in. §. ſuſpectus autem. Inſtit. de ſuſpect. tutor.*
h *l. in actionibus. verſicu. ſed in his omnibus. de in litem iuran.*
i *Pro Roſcio.*

L. SI IN COEVNDA.

SVMMARIA.

1 *Pollitor quis dicatur, & quid ſit polire.*
2 *Diligentia qualis in ſocietate præſtanda ſit.*
3 *Pretium operæ artis eſt velamentum, & quomodo hæc verba intelligenda ſint.*
4 *Colonus partiarius ſocius eſt.*
5 *Colonus partiarius in quo diſtet ab eo qui nummis colit.*
6 *Partiarij coloni cõtractus, morte coloni finitur.*
7 *Partiaria pecora quæ dicuntur.*
8 *Pecora paſcenda varijs modis dantur.*
9 *Societas acceſſionum tantùm contrahi poteſt.*
10 *In dubio facienda eſt interpretatio aduerſus eum qui vult acquirere.*
11 *Traditio in dubio non fit animo transferendi dominij.*
12 *Aeſtimatio non ſemper transfert dominium.*

a In annotat. prioribus ad hunc. §.
b lib. Emendat. 4. cap. 9.

HVIC LOCO manum admouerunt omnes etiam noſtro ſeculo lin-
guarũ, antiquitatis, & iuris peritiſsimi, Holoander, Budæus [a], & An-
thonius Auguſtinus [b], & præcipuè ad initium huius. §. quo agitur de
agro in cõmune quærendis fructibus dato, vel pollicitatori (vt antiquior
eſt lectio, veriſimiliter eo reſpiciẽs quod ſtatim in primis verbis eſt dictũ,
artem operámve eſt pollicitus) vel licitatori (vt Budæus reſtituit) vel de
nique politori, vt Anthonius Auguſtinus docens ex Nonio Marcello po- 5
litiones agrorum eſſe diligentes cultus, & politores qui agros excolerent
atq; polirent. Sed ad verba ſequentia rectè interpretãda nemo ſuccurrit,
ad hæc inquam, *Pretium operæ artis eſt velamentum*. Ex quibus Budæus dixit
ſenſum elici non poſſe qui congruus ſit eloquentiæ Vlpiani: videamus an
verbis nõ magnopere inſiſtẽdo res ipſa intelligi poſsit. Duo profert exem
pla ſocietatis ex Celſo Iuriſconſulto Vlpianus, in quibus non dolum tan-
tùm, ſed & culpam præſtari certius ſit, quàm in alijs ſocietatum generibus,
nimirum vbi ex vna parte ponitur opera, ab eo qui ſe arte aliqua valere pol
licitus eſt, & ſic artem operamq; ſiue artificioſam in eo genere operam ad
ſocietatem confert. Non addidit autem Vlpianus à quo cui culpa præſte-
tur: mihi veriſimillimũ eſt, quòd intellexerit ab artifice eodemq; operario
præſtari culpam domino prædij aut pecoris, nec ſatis eſſe quòd is nihil do-
lo malo fecerit, qui artem operamq; ſuam cõmendauit. Imò quia id fecit,
culpam tam exactè præſtari, vt etiam imperitia culpæ annumerari poſsit,
vt alio loco de locati iudicio Celſum dixiſſe Iulianus ſcripſit [c]: Si quis, in-
quit, vitulos paſcendos vel ſarciendum quid poliendúmve conduxit, cul-
pam eum præſtare debere, & quod imperitia peccauit culpam eſſe. quip-
pe vt artifex, inquit, conduxit, & ſic quoque hic dicere poſſumus, quòd vt
artifex ſocietatem cõtraxit, ideoq; de culpa teneatur ſtrictius quàm in a-
lijs ſocietatum generibus, vbi vulgaris diligentia ſufficit qualem quis ſuis 2
rebus adhibere ſolet [d], hic autem culpam intelligi, vt in locati iudicio etiã
ex imperitia: nam hoc genus ſocietatis locationi & conductioni maximè
accedit, quia etiam artem hic intelligi & æſtimari quodammodo ex euen
tu & rerum ſucceſſu, ſi non fatale aliquod damnum acceſſerit. ita vt hic ar-
tem æſtimemus ex pretio operæ, quod eſt velamentum, ornamentum, & 3
ſimul quoque clariſsimum documentum artis, quam de ſe eſt pollicitus is
qui operam dixit ſe collaturum. Porrò vt vtrumq; exemplum Iuriſconſul
ti nonnihil elucidemus hoc primum ex priore cõſtat, parciarium colonũ
verè ac propriè ſocium dici domino prædij quoad fructus in cõmune quæ- 4
rendos, quamuis & genus contractus locationi & cõductioni proximè ac
cedere dinoſcatur. ita vt olim & nunc quoque paſsim [e] oẽs, colonum vo-
cemus parciarium. Sed ſi rem ipſam ſpectes longè à colono qui nũmis vel
certa mercede colit diuerſum, vt cui nulla ſterilitas dat remiſsionem [f]: & 5
morte quoque coloni parciarij non ſecus quàm vera ſocietas, contractus
finitur ex veriore & cõmuniore ſentẽtia [g]. Sed quia nõnullis [h] aliter de re 6
viſum eſt, tutiſsimũ fuerit occurrẽte caſu recurrere ad loci conſuetudinẽ.
Alterum exemplum de pecore in commune paſcendo latius alio loco [i] 7
eſt tractatum, vbi parciaria pecora vocantur quæ ſic paſcenda data ſunt, vt
fœtus eorum pro portionibus quibus placuit inter dominum & paſtorem
diuidantur, quod qui ſe facturum recepit, fidem domino præſtare compel
litur per iudicem: non quidem ex ſola eius officij imploratione, ſed cum
ius dicet vel ſuper actione pro ſocio, vel ſuper ea quæ præſcriptis verbis
apud eum inſtituitur. Eſt enim ea conuentio vtriq; generi cõtractus tam
nominati ſocietatis quàm innominati, do vt facias, facio vt des, plurimum
vicina

c in l. ſi quis fundum locauerit. §. Celſus. locati.
d l. ſocius ſocio. ij. eo. & §. vlt. Inſtit. eod.
e in l. ſi merces. §. vis maior. in fi. j. locati.
f d. §. vis maior.
g Bart. ad d. §. vis maior. ſub fi. & ibi quoq; Fulg. Luc. Rom. ad l. ſi filiofamilias. §. ad fi. ſolu. matrim. c. propter ſterilitatem. de loca. & conduct.
h Bal. ad l. j. C. de fruct. & l. expẽ.
i in l. ſi paſcẽda. C. de pac.

vicina,& paulo momento nunc ad hanc nunc ad aliam ſpeciem deducitur,
ſemper quidem referendo ad ſocietatem ſi ſocietatis non inita ſit[a], & res
ipſa nõ reclamet, quod plerũq; ex tranſlatione vel retentione dominij pe
corum pendere putarũt, & triplici nota diſtinctũ legitur, vel enim tranſ-
8 fertur omnino in accipientem dominium: ita vt qui pecora tradit illud in
totum à ſe abdicet,vel retineatur in totũ apud eum ipſum qui tradit,vel de-
nique ſic tradit vt fiant communia pecora. Primus caſus non videtur dubi
tationem habere quin non ſit vera ſocietas, ſed cõtractus innominatus ex
generali regula alio loco tradita[b], quod nemo ſocietatẽ contrahendo rei
ſuæ dominus eſſe deſinat. De ſecundo variant opiniones,putantibus non-
nullis[c] æquè nõ eſſe ſocietatẽ dominio in totũ retento vt in alium tranſla-
to: Sed diuerſa[d] ſententia præualuit,non ſolùm ſi conuenerit poſt certum
tempus pecora vendi, & pretium quibus placuit partibus inter dominum
& paſtorem communicari (quo caſu ipſarum & pecorum ſocietatem con
tractam videri certũ eſt[e], quamuis interim eorũ dominus eſſe non deſinat
qui prius fuit) verùm etiam ſi nihil huiuſmodi cõuenerit quod ſocietatem
pecorũ efficiat,ſed tantùm fœtuum[f] exemplo fructuũ fundi[g]: poteſt enim
9 contrahi ſocietas reſpectu acceſsionum tantùm[h]. Tertia verò ſpecies ex
peditiſsimè ad ſocietatem referri poteſt,in quo tamen genere quia perni-
cioſè à ruſticis & iuris ignaris hominibus interdum peccatur,qui iniuſtio-
res & iniquiores leges apponunt,vel de periculo interitus ſuſtinendo, vel
nimis inæquali diſtributione fœtuum: conſulendi erunt alij[i], qui an leges
æquæ an iniquæ fiunt definiunt. Sed an in dubio tranſlatum aut cõmunica
tum dominium cenſeatur, & non transferri[k] pluribus placuit, cùm in du-
10 bio ſit interpretatio facienda aduerſus illum,qui ex negocio quod geritur
intendit acquirere[l]: & quod propius ad hanc rem facit de ipſa traditione
11 legimus[m], nõ cenſeri eam in dubio ad tranſlationem dominij eſſe factam,
præſertim cùm nec natura ſocietatis id ita deſideret,quam diximus in ſolo
fœtu cõmunicando poſſe conſiſtere. Quod ſi exprimatur (vt ferè ſemper
aliquid exprimi ſolet ſuper eo in quem finem traditio fiat) iam nec dubiũ
caſum vocare poterimus: ſed quod dictũ eſt de cõmunicando fœtu, videri
de pecore negatum. Quare nec ſi æſtimatũ pecus datum ſit[n], credam ijs
qui dixerunt[o] dominium idcirco cenſeri tranſlatum: neq; enim ea æſtima
12 tio ſicut in alijs ad dominij tranſlationem ſpectantibus contractibus, ſic &
in ſocietate quæ ſui natura tranſlationem non deſiderat,ac ne communica
tionem quidem vt diximus, dicetur emptionem facere[p], at potius in hoc
factam dicemus, ne per culpam deterior reddatur res, non vt omnino non
reddatur.

a l.prox.ſeq.§.ſub ſi.
b in l.ſi tibi area mea. de præſcrip.verb.
c Pau.Caſt. ad d.l.ſi paſcenda.
d Alex.Alcia.& Curt. ad d.l.ſi paſcenda.
e ex d.l.ſi tibi area.verſi. ſed ſi pecorum.
f vt hoc.§.cum ſeq.
g l.ſi merces. §.vis maior. locati.
h glo.l.j.C.eod.Alciat.& Curt.ad d.l.ſi paſcenda.
i Conrard. de contractib. quæſt. 88. quæ eſt in.5. parte. & quæſt. 92. quæ eſt in.6.
k Bal.Alex.Alciat.ad d.l. ſi paſcenda.
l l.veterib.de pact. l.ſtipulatio iſta. §.in ſtipulationibus.de verb.oblig.
m in l. cum pater. §. pater pluribus. de lega.2.
n vt in ſeq.§.
o Iaſ.ad l.ſi paſcenda.
p Salice. ad ſi.l.Mutius.ff. eo.ex l.3. coniuncta glo. locat.& ex l.cum manu ſata. §. nemo. proximè ſeq. tit.

§. DAMNA.

SVMMARIA.

1 Damnum fatale nemini imputatur.
2 Caſum fortuitum quis probare debeat.
3 Caſu probato, an probari debet dolum aut culpam abfuiſſe.

1 QVOD fataliter accidit, non nocet in lucro quærendo, veluti ad amit
tendum legatum mulieri ſi pareret relictum[q], multò minus ergo no-
cebit ad damnũ incurrendum, veputà ſi ſocietate pecorum contracta, vt
nunc diximus,fatali aliquo malo ad quod omnes ſumus imprudentes,ea pe
cora latrocinio aut incẽdio perierint, ſi nihil dolo aut culpa acciderit eius
2 qui pecora acceperat paſcenda. At cuius inquies hoc erit probare? Certè
quia is qui paſcenda ſuſcepit præſtare debet cuſtodiam pecorum[r], proba
re debebit non tantùm interitum, ſed & caſum fortuitum quo interierũt[s].
Probato

q l.quæret aliquis.de verbor.oblig.
r vt hic in verbis,quia cuſtodiam.
s Bal.ad l.cum ita. §.ſpecies. ad fin. de legat.2.& Iaſ.ad d.l.ſi paſcenda.

Probato autẽ caſu fortuito, an adhuc vlterius grauandus ſit vt probet neq; 3
dolo neque culpa ſua factum eſſe quod is caſus inciderit, dubitabilius eſt,
& videri poſſet illius quoque probationem incumbere, vt in ſpecie non
multum abſimili ſcriptum eſt[a], Si capras latrones citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, &c. Sed non eſt incognita Bartholi diſtinctio, quã diſſentientibus antiquioribus ipſe primus alio loco[b] feciſſe legitur, quam hic non repeto. Illud potius inquiramus, cur hic commune ſit hoc damnum fatale, cùm tamen pecora ſolius domini ſint qui dedit paſcenda, & pro regula receptum ſit, rem quæ perit caſu fortuito perire domino[c]: An quia æſtimatio eſt facta pecorum, quæ ſi non damno abalienationem, ſaltem communicationem fecit dominij pecorum inter dominum & paſtorem. atque ita non mirum eſt quòd ea cum fuit coram omni periculo pereant, vt quidam volunt[d]. An fortè quòd licet paſtor non ſit particeps dominij pecorum, ſperat tamen ex illis lucrum aliquod fœtuum quorum eſt particeps. Quemadmodum enim qui ſolam operam ponit, alio conferente omnem pecuniam, huius quoque damnum & periculum pro parte agnoſcere diximus[e], eo quòd quamuis nullam eius pecuniæ partem in diuiſione ſocietatis expectauerit, ex ea tamen pecunia accedente opera ſua expectauit partem lucri. Qua ratione illud quoque fortaſsis non malè dixeris[f], quòd tranſlato in totum dominio in paſtorem, ſic tamen vt inter eum & priorem dominij fœtus communicari debeat, nec iam quidem omne periculum pertinere ad paſtorem, vt qui non ſolus omnem illius ſui dominij vtilitatem habeat aut expectet, ſed ſunt qui diſſentiunt[g].

a in l.ſi quis fundũ.ſ.imperator. loca.
b ad l.ſi quis.ſ.prætor. verſic.aa heres. de eden. & ad l.ſi creditor. C.de pig.act.
c l.pignus.C.de pig.act.
d Alciat. & Curt. Iunior ad d.l.ſi paſcenda.ſ.vterq;.ſub ſi.
e ad fi.l.ſi non fuerit.ſ.eo. cum Salic. ad l.mutuum. ſ.eo. & ad l.j. C.eo.
f cũ Iaſ. ad d.l.ſi paſcẽda.
g Alcia. ad fi. d.l.ſi paſcẽd.

ſ. QVIDAM SAGARIAM.

SVMMARIA.

1 Dãna in ſocietate quæ cõtingere et quomodo poſſint.
2 Sagum quid ſit.
3 Partiarius colonus damna an ferat.
4 Procurator damna in exequendo mandato paſſa, non repetit à mandatore.
5 Socius damna perpeſſa à ſocio repetit.
6 Intellectus.l.inter cauſas.ſ.non omnia.ff. manda.
7 Legati damna in legatione paſſa recuperant.

IN SOCIETATE triplicis generis damna contingunt, vel in eo quod 1
collatũ eſt aut collationi deſtinatũ, quod ſuo loco[h] diſtinguetur: vel, vt plurimũ fit, in rebus emptis ex ſorte collata: vel deniq; in rebus vni ſociorum proprijs & per ſe ad ſocietatem non pertinentibus, ſed ſocietatis occaſione amiſsis[i]. vtputa ſi is qui cum alio inierat ſocietatem negociatio
nis ſagarũ (ſic dictæ à ſago veſte indice belli, ſicut toga eſt pacis) vel ſtra- 2
gula non diſsimili ſilicio[k], ad merces comparandas profectus in latrones inciderit, & ibi ſuam pecuniam perdiderit, vel ſerui eius vulnerati ſint, aut aliæ res eius propriæ deperditæ, damnum erit commune ſi modò ea ſecum non tuliſſet, niſi ad merces ſocietatis nomine cõparandas eſſet profectus: quæ vtiq; reſtrictio plus hic rationis habet quàm in alia iuris parte, vbi ſimilis facta[l] eſt reſtrictio habere videri poterat. Ex his verò etiam illud conſequens eſſe videtur, quòd ea conſtitutio[m] quæ locatorem prædij ru-
ſtici ſeruat indemnem à damno amiſſarum rerum coloni per incurſum la- 3
tronum, non habeat locũ in colono partiario quẽ ſecum eſſe diximus, præſertim in ijs rebus quas ibi non niſi culturæ & talis partiariæ conductionis gratia partiariè habuit. At inquies procurator non petit hæc ſibi reſarciri ab eo à quo mandatum acceperat, imò ſingula quæ hic imputantur ſocietati vt dimidium damnorum ferat ſocius, deciſum eſt[n] mandatarium caſibus fortuitis potius quàm mandatori imputari debere: vtputa ſi ſpoliatus

h ad l. id quod quis. j.eo.
i vt hic & in l. ſociũ qui in eo.ſ.ſocius cum reſiſteret.j.eo.
k D.Budæus ad d.l.j.depoſi.
l l.ex parte.in verbis, ſi id circo amplius erogant.fa mil. erciſc.
m l.damna. C. de loca. & conduct.
n in l.inter cauſas.ſ.non omnia. manda.

4 ſit à latronibus, naufragio res amiſerit, vel languore ſuo ſuorumq́; appre-
henſus quædam erogauit. Cur ergo hæc tam variè ſint conſtituta? an non
præſtat quoque mandatarius operam mandanti? imò certè illi ſoli plerūq;
5 & ſemper gratis [a] quod ſocius ſpe lucri cōmunis facit: Accurſius [b] eo hoc
retulit, quòd ſocietas ius fraternitatis in ſe habeat, atq; ita meritò hæc om-
nia damna quæ ſuſtinuit is qui communis quæſtus gratia eſt profectus, eſſe
communia, quod etiam tolerabilius eſt, quàm contracto mandato omnia
redundare ad eius ſolius onus & damnū qui mandauit, qui de caſu fortuito
ne cogitaſſe quidem videtur, ideoque nec ſe ad illum obligaſſe aut in ſe
ſuſcepiſſe [c], maximè cùm ferè nemo mandet alij amico quicquā exequen-
6 dum alio loco, quo non is ſui negocij cauſa conſtituit proficiſci: & certè
ſi omnino illius ſolius mandati negocij gratia profectus abſque mercede
huiuſmodi damna incurriſſet, iam videretur ſubeſſe æquitas reſarciendi
ea damna, quæ non ſuſtinuiſſet, niſi ſuſceptum mādatum eſſet executus [d]:
ſed ea æquitas non ſcripta, rigore iuris ſcripti cedit [e]. Adde quòd in ſocie
tate cōtrahenda ſemper de huiuſmodi periculis cogitatū eſt, & propterea
contractus ille hoc continet, vt ſicut lucrum ita & damnum ſit commune.
Sane legatis, cùm vel inuiti id munus ſubeant, magis placet huiuſcemodi
damna reſarciri à principe vel republica [f].

a l.j. in fi. ī. tit. j. Inſti. de mandat.
b ad d. §. non omnia.
c Bar. ad d. §. nō omnia.
d Accur. cū. d. §. nō omnia.
e Bal. & Fulgo. ibidem.
f Bar. ad l. ſi ſocius cōmunis. §. quod verò. de fur. latè Dñs Zaſ. conſil. 10. incip. collegiū capituli. in priore volum.

L. SI FRATRES.

SVMMARIA.

1 Societas varijs modis tacitè contrahitur.
2 Pupillus an tacitè ſocietatem contrahat.
3 Pupillus tutore authorante ſocietatem contrahit.
4 Societas nō præſumitur inter pupillum & tutorem.
5 Nobiles non decet negociatio.
6 Res communio quando ſocietatem inducat.

DE SOCIETATE inter fratres tacitè contracta multi multa ſcripſe-
runt [g], & recidit penè res tota ad diſtinctionem circa perſonas & cir
ca res in perſonis, alia adhuc diſtinctione facta ætatis, officij, profeſsionis,
1 laboris, & operæ. Aetatis quidem illa, an omnes maiores ſint, an aliquis ex
eis adhuc pupillus, qui non poteſt videri ſocietatem tacitè contraxiſſe, vt
2 qui nec poſsit expreſſè illam abſq; tutore contrahere [b]. Idq́; adeo verum
eſt, vt nec ſi expediat pupillo videri contractum, intelligi tamē poſsit eam
contraxiſſe, vt non malè videtur cenſuiſſe Iaſon [i], quem tamen non puto
negaturū fuiſſe, quod conſulendo latè definiuit Romanus [k]: quin ſi expreſ-
ſè ſocietatem abſq; tutore contraxiſſet pupillus ipſe non obligatus ſocio,
haberet tamē obligatū ſocium ſi vellet, exemplo cæterorum contractuū [l]:
quare non merentur eorum opiniones recitari vt contrariæ, quod tamen
fecit quidam [m], à præceptoris ſui Iaſonis ſententia leuiuſculè diſcedens:
ſed potius ita conciliari, quòd alter de tacita ſocietate loquatur, alter verò
de expreſſa. Et ratio diuerſitatis aſsignari poteſt, quòd quæ tacitè contra-
hitur ſocietas plurimum adiumenti requirat ex iure, cùm ex præſumptioni
bus conſiſtat, ex quibus colligendus eſt animus habendæ ſocietatis: quæ
præſumptiones debent ex iure iuuari foueri & ſuſtineri, vt poſsint eo aſſur
gere quòd præbeant ſufficiens argumentum contractæ ſocietatis. Pupillo
rum verò contractibus etiam expreſſè initis minimè aſsiſtit ius: multò mi-
nus ergo dictabit tacitè videri contractum, quod expreſſè contractum non
3 ſineret eſſe ratum. Sanè auctoritate tutoris accedente non minus tacitè
quàm expreſſè pupillus ſocietatem poteſt contrahere, etiam ſi eam auto-
ritatem tutor interponat tacitè: hoc eſt, rebus ſolis & factis demonſtret ſe
conſentiente & auctore actus ſociales geri. vtputa ſi tutor ſui pupilli no-
mine

g Bart. & Pet. de Vbal. de duob. frat. Bar. ad l. Titiū. §. altero. de admin. tut. Sali. ad l. ſi patruus. C. cōmu. vtriuſq; iudic. Iaſ. ad l. j. C. qui teſtam. fac. poſſ. cōmētator Conſuet. Burg. in tit. de ſucceſſ. §. j.
b l. vt in cōductionibus. ī. eod.
i ad d. l. j. C. qui teſt. fac. poſſ.
k conſil. 453.
l Inſti. de auct. tut. in prin.
m cōmentat. Conſuet. Burg. loco præalleg.

mine conferat fructus & emolumenta fratribus eius, & viciſsim ſibi nomi
ne pupilli ab illis conferri ſinat & velit [a], quamuis alioqui ad negocia quæ
expreſſo conſenſu geruntur, tutoris auctoritas deberet palam & verbis ex
preſsis à præſente tutore interponi [b]. Si tamē & teſtamēto pater mandaſ-
ſet in ſocietate retineri pupillum, aliud indubiè dicendū eſſet [c]. Officium
verò hic ſpectatur, ita vt non præſumatur facilè intra ipſum tutorem & pu 4
pillum ſocietatem eſſe contractā [d], cùm inter eas perſonas obligationi lex
non tantùm nō aſsiſtat, verùm etiam reſiſtat [e]. Profeſsionem, laborem, &
operam plerique omnes hic in diſtinctione habent, videlicet an mercato-
res ſint an nobiles, quos nō decet negociatio [f]: & an negocientur omnes 5
operamq́; ſimul ponant, an aliqui tantùm eorum. Sed hæc diſtinctio non
videtur eſſe perpetua, neque ad omne genus ſocietatis referenda: Nihil
enim vetat quin & non negociantes ſocij ſint in hæreditatibus parentum,
ideoq́; hic generaliter eſt dictum, *Si fratres parentum, &c.* non facta diſtin
ctione profeſsionis eorum: & quantumuis diſparis conditionis ſint, om-
nium tamen bonorum ſocij eſſe poſſunt, conferentes ſtipendia, ſalaria, ho
noraria, quæ non ex vera negociatione obueniunt [g]. Sed ſi pater fuiſſet
mercator, & quæreretur num eadē negociatio fratrū ſocietate continuata
videretur, iam quidem hæc quæ diximus diſtingui debere nō negauerim.
Res verò negociaq́; ſemper & vbique diligenter diſtinguere conuenit,
quandoquidem tacitus conſenſus qui ex rebus ipſis & factis colligitur, vl-
tra quàm res & facta demonſtrent colligi nō poſsit [h]. Hoc igitur in diſtin-
ctione haberi debebit, an omnes actus vniformes ſint, id eſt, ad vnius ge-
neris negociationem aut negocia ſpectantes, an difformes & varij gene-
ris, vt ſic vel amplior vel ſtrictior ſocietas tacitè contracta videatur [i]. Et
hoc in vniuerſum haberi debebit, quòd qualeſcunque fuerint ſiue confor-
mes ſiue difformes, debeat ſufficiens argumentum præbere animi coeun- 6
dæ ſocietatis. Nam retinuiſſe multo tempore indiuiſam hæreditatem, non
ſatis eſt ad colligendum ex eo animum habendæ ſocietatis [k]. Niſi ideò re-
tinuerint indiuiſam, vt emolumētum vel damnū in his cōmune ſentirent [l],
non diſcernentes quid cuique eorum in diuiſione hæreditatis eſſet obuen
turum, quidve vnus præcipuum eſſet habiturus. Aut deniq́; an ex loci con
ſuetudine vni plus quàm alteri eſſet ad diuidendum, ſed ſimpliciter & pro
miſcuè contulerunt omnes fructus.

a *Iaſ. & alij locis preall.*
b *l. 3. in princ. de auct. tut. §. tutor autem. Inſtit. eo.*
c *l. qui negociationem. de admin. tutor.*
d *d. §. altero. d. l. ſi patru°.*
e *glo. vlt. l. j. & ibi doct. de nona.*
f *l. nobiliores. C. de cōmer. & mercatorib.*
g *vt ead. hac l. §. idem Papinianus.*
h *arg. l. j. §. ſi quis interdicto. verſic. Iulianus ait quoadusq́; ingreſſus eſt. & ibi Bart. de itin. actu. priuat. & arg. l. vlt. ne vxor pro marito.*
i *Iaſ. & alij locis preall. Phil. Decius conſi. 68. prima parte.*
k *l. ex parte. §. filius. famil. erciſcun.*
l *vt hic in verbis, ideo retinuerunt.*

§. IDEM PAPINIANVS.

SVMMARIA.

1 *Conſortium voluntarium quod dicatur.* 2 *Salaria & ſtipendia quomodo in ſocietatē veniant.*

VOCAVIT hic Papinianus ſocietatem illam omnium bonorum in- 1
ter fratres voluntarium conſortium, ſed eam magis quæ expreſſa cō-
uentione (quam plerūq; in iure noſtro vocamus voluntatem [m]) inita eſt.
Nam hic ex eo quod voluntarium conſortiū eſt initum infert Papinianus,
quòd ſtipendia cæteraq́; ſalaria in cōmune redigi debeant, non verò ex eo
quòd illa in cōmune redigerunt colligit (vt in tacita ſocietate fieri ſolet)
conſortium voluntarium eſſe contractum. Et voluntarium quidem con-
ſortium dicitur, nō tam ad differentiam naturalis, fidens & immutabilis ex
coniunctione ſanguinis, quàm ad differentiam collationis in materia ſuc-
ceſsionum, quæ & ipſa efficit conſortium, ac cōmunes res facit quæ prius
propriè vnius fuerūt, ſed fit neceſsitate quadā, ſi ſcilicet velint ſuccedere [n].
Expreſſè verò contractam hic omnium bonorū ſocietatem eſſe ob id dixi,
quòd

m *l. certi iuris. in princ. C. de loca. & conduct. l. eo iure. 3. in quib. cauſ. pig. vel hypo. tac.*
n *l. prætor. de colla. bonor.*

2 quod in ſocietatem ſimpliciter contractá nõ niſi ea veniant quæ ex quæſtu deſcendunt [a]: & honoraria doctorũ, ſtipendia militũ, ad quæſtũ referre nõ conuenit: ideoq; nõ veniunt in communiouem, niſi ex ſocietate quæ expreſſè contrahitur omnium bonorum, vt nec veniunt in collatiouem. a L.coiri.cum l.ſeq.ũ.eo.

§. IDEM RESPONDIT SOCIETATEM.

SVMMARIVM.

1 Vltima voluntas pactis obſtringi non debet.

SI SOCIETAS expreſſa conuentione vltra mortem poſſet porrigi, magna daretur occaſio couſtringẽdi libertatem vltimarum voluntatũ ex arbitrio ſocij: vt ſcilicet is hæres defuncti eſſet, cuius induſtriã & operã magis probaſſet ſocius: atq; ita frequenter contingeret vlteriorẽ cognatũ proximioribus præferri. Benè ergo factũ eſt, quod ſocietate conſtricta ſit conſeruata libertas vltimarũ voluntatũ, & quod nõ oporteat ſocietatẽ contrahẽtes ſtatim cogitare de hærede habẽdo. Imò ſi quãdo aliquis cõtrahendo aut paciſcẽdo manifeſtauerit quẽ velit poſt mortẽ habere hæredem, ab
1 ea tamen deſtinatione permiſſum eſt ei recedere [b]: ſcilicet ne qua in parte libertas ſupremæ voluntatis, turpi pactione reſtringatur [c]. b L.tale pactũ. §. pater qui dotem. de pact. c l.ſtipulatio hoc modo cõcepta. de verb.oblig.

§. IDEM RESPONDIT SOCIVS.

SVMMARIA.

1 Vrbs ruinis ædificiorum deformari non debet.

2 Socius rem communem reficiens, expenſas cum vſuris centeſimis recipit, aut dominium totius rei acquiritur ſocio vltra quadrimeſtre morante.

3 Poſſeſſio rerum confiſcatarum ipſo iure non transfertur.

QVO MELIVS vrbana ædificia ſarta tectaq; haberẽtur, & ne vrbs de
1 formaretur ruinis [d], & aduerſus id qđ vſu quotidiano experimur, res cõmunis plerũq; negligi contingeret, inuentũ eſt remediũ, vt vno ſociorũ ceſſante ædificium cõmune reficere, poſsit alius omnẽ ſumptum ſolus face d l.ſenatus.ĩ tit.j. l.ſingularum.C.de ædiſ.priua.
2 re, certa ſpe quòd intra quadrimeſtre à moratore ſocio refundi ſibi pars impenſarũ debeat cũ vſuris centeſimis: aut eo adhuc vlterius cunctãte, dominium partis ſocij ad ſe aduocare poſsit, totamq; rem deinceps habere propriam [e]. Meritò autẽ hic morã requirimus interpellati ſocij, alioqui enim tam grauibus vſuris & amittẽdi dominij periculo eum ſubijci profecto graue eſſet & iniquũ: ſed ſi verè morator ſit, ab eo dominiũ aufert & in ſociũ transfert ipſa lex, ita vt vendicare illud poſsit tanquam ipſo iure ſuũ [f]: non e l.ſi vt proponis.C.de ædiſic.priua. f d.l.ſi vt proponis. in ſi. & omnes DD.hic.
3 tamẽ transfertur ſic ipſo iure poſſeſsio, vt nec in confiſcatis rebus & ipſo iure cõmiſsis [g]. Poteſt tamẽ ſi velit ſocius qui ſumptum fecit, nõ decurrere ad extrema hæc iura, ſed leniore cõfligere iudicio, nimirũ ſocietatis, ad portionẽ ſumptuũ quæ ſocium reſpicit, à ſe prærogatã vt illã ſcilicet recuperaret cũ omni eo quod ſua intereſt: atq; ita cũ legitimis vſuris etiã poſt quadrimeſtre per totũ tempus moræ. aut ſi abſq; ſocietate ædificiũ fuerit commune, quod eſt refectũ idem petet actione familiæ erciſcundæ [h], aut communi diuidundo [i]. Et ſolo quidem hoc remedio recuperationis ſumptuũ abſq; vlla ſpe obtinendi dominium vtemur refecto ruſtico prædio [k], non dictis iudicijs, prout res ſubiecta & modus communis poſtulauit. g Baldus hic. h l.his conſequẽter.§.ſumptuum.fam. erciſc. i l.quibus caſibus. ũ.eo. k hac l.§.item ſi in communem riuum. & ibi Odofredus & Albericus.

§. SI QVIS SOCIETATEM.

SVMMARIVM.

1 Societas ad emendum cenſetur perfectè contracta, etiam ante emptionem.

EVIDENTER demonſtrat hic Iuriſconſultus ſocietatẽ verè eſſe cõ 1
tractá, ſcilicet conſenſu ad emendam aliquã rem etiam antequam ea empta ſit. Idem ergo erit ſi ad vendendam ſit inita, vt ſit ſocietas antequam vendatur [a], alioqui non rectè iudicio ſocietatis ageretur, cum nõ poſsit actio obligationẽ & hunc contractũ procedere, quamuis Accur. & pleriq; [b] inconſiderátius negauerint ante venditionẽ aut emptionẽ ſocietaté eſſe contractam.

a Fulgoſius ad l. ſi id quod quis. j. eo.
b Accur. ad d. l. ſi id quod quis in glo. ad verbũ, certam. & ibi Bart. Bal. Salicet. Pet. de Vbal. in princip. octauæ partis in tractatu de duob. fratri. & quibuſcunq; ſocijs.

§. ITEM MELA

SVMMARIA.

1 *Cratitius ſeu concratitius paries quis dicatur.*
2 *Socius an prohiberi poßit in communem parietem tignum immittere, & quomodo ei ſuccurratur.*

RESTITVIT hunc locũ in prioribus ſuis annotationibus Budæus, 1
vt nõ congratitium ſed concratitium parietem legamus, id eſt, cratitium, duobus cõmunem ex aſſeribus ſcilicet qui arrecti & tranſuerſi in modum cratis texuntur. Et meritò hic agitur vt permiſſum ſit tignum im 2
mittere, cùm in eum vſum conſtructus ille paries habeatur, aliàs enim ſocij prohibentis inuiti non deterior eſſet conditio quàm volentis immittere [c]. Illud quoq; prætereundum non erat, quòd cũ ſolùm ſeruitutis mẽtio agere poterit volens immittere, verùm etiam ex interdicto poſſeſſorio aduerſus eum qui immitti prohibet [d], quaſi in ſua poſſeſsione eum turbet qui non ſinit eum vti re ſua ſicut vult & iure poteſt [e].

c l. Sabinus. de communi diuid.
d l. ſi ædes. de cõmu diuid.
e l. vim facit. de vi & vi arma.

§. SI PLVRES.

SVMMARIA.

1 *Lites minuendæ ſunt.*
2 *Socij vnum iudicem adire debent.*
3 *Societatis iudicio aduerſus vnum ex ſocijs agi etiam poteſt.*

AD LITES minuendas, quod omnibus iudicibus curæ eſſe debet [f], 1
conſtitutum eſt, cum plures ſunt inter eaſdem ſocietates, ſufficere ad omnes vnũ iudicium, id eſt, vná in ius vocationem, vnicum libellum, 2
reſponſioné, litis conteſtationem, &c. quod etiam in hæreditatibus eſt receptũ [g], ſic tamẽ vt de ſingulis hæreditatibus liceat etiã ſingulis iudicijs cõtendere [h]: & quẽadmodũ ſi plures ſint hæredes, poteſt inter aliquos eorũ iudicio fam. erciſcũdæ agi [i], necnon cõmuni diuidundo inter aliquos eorũ quibus res aliqua cõmunis eſt [k], tam ſcilicet perſonalium præſtationũ gratia quàm rerũ, vt earũ adiudicatio fiat non diuiſio [l], ſic quoq; imò & multò 3
magis hoc ſocietatis iudicio inter aliquos ex ſocijs agi poterit, cùm interdum cogatur quis aduerſus vnum ſociorum omiſsis cæteris experiri [m].

f l. quidem. ſi cert. pet.
g l. hæredes. §. de pluribus. i. fam. erciſc. l. bona. C. illo tit.
h d. l. hæredes. §. item ſi ex pluribus.
i l. 2. §. dubitandũ non eſt. fam. erciſc.
k l. & ſi nõ omnes. in prin. de commu. diuid.
l Fulgoſ. ad d. l. & ſi non omnes. in prin.
m l. actione. §. ſi communis pecunia. j. eod.

§. SI QVIS EX SOCIIS.

SVMMARIA.

1 *Sumptum profectionis an ſocius ſocio imputet.*
2 *Teſtibus ſumptus exhibendi ſunt.*
3 *Inſtitori an ſumptus præſtandi.*

IMPVTATIO ſimptuum de quo hic agitur ſit non deducto eo quod 1
domi erat expenſurus is qui ſocietatis cauſa aliò eſt profectus (quod tamẽ de ijs qui teſtimonij cauſa euocantur dici ſolet [n]) Nam cũ imputẽtur ſo 2
cietati, ipſe quoq; negocia ſocietatis gerẽs & ſumptũ faciens ſuã ſuſtinet partẽ. Cùm inſtitore verò qui mercedẽ operæ paciſcitur, ferè de hoc conueniri ſolet, an domino imputet, an ſuo ſumptu iter faciet. Sed & man- 3
datarius qui gratis mandatum ſuſcepit & exequitur, ſimiles reputationes

n Salic. ad l. quoniam liberi. C. de teſt.

cogit

cogit mandantem admittere, niſi ſalarium fuerit & hoc conuenerit vt de ſuo, hoc eſt ſalario, ſumptus ad itinera faceret [a]. Denique fit hæc imputatio non ſolum propoſita actione, verùm etiam exceptione, dum fortè conuenitur is qui ſumptum fecit [b].

a l. idemq́. §. idem Labeo. verſi. ſed & ſi ad vectu- ras. ʒ. mandati.
b l. ni. gl. ad d. §. idem Labeo.

§. SOCIVM VNIVERSA. CVM SEX VERS. SEQ.

SVMMARI'.

1 *Socius quod ex delicto acquirit, an & quomodo conferre debeat.*
2 *Contumacia tutoris & procuratoris pupillo ac domino non nocet.*
3 *Socius ex delicto ſocij quando pœnam præſtet.*
4 *In conſe quentiam multa veniunt quæ non directo venirent.*
5 *Falſi iudicium publicum an priuatum ſit.*
6 *Pupillaris actio quomodo creditorem faciat.*

1 EX DELICTO in ſe commiſſo aut negocio alias improbato quod ſocius omnium bonorum acquiſierit, in cõmune confert, quæ verò ex delicto à ſe in alios commiſſo erogat præſtatq́;, non imputat cõmuni damno: non enim pati iniuriam, ſed inferre turpe & inhoneſtum eſt, quod hoc §. & alijs ſex ſequentibus reſponſis exactiore diſtinctione eſt traditum. Et primo quidem in ea ſpecie [c], cùm ſocius ob iniuriam ſibi factã, vel damnum iniuria datum ſuo vel filij ſui corpori egerit vt quod exegerit ſit commune. Et hic nõ ocioſum eſſe videtur, quòd Iuriſconſultus iniuriam ad ſolius ſocij perſonam retulerit, damnũ verò ex lege Aquilia ad ipſius vel filij ſui corpus & perſonam: eo fortè reſpiciens, quòd legis Aquiliæ actio ex
2 damno libero homini dato vna ſit, iniuriarũ duæ: nam quæ filiofa. infertur iniuria, redundat quoq; ad patrẽ [d], & duæ naſcuutur actiones tam diſpares, vt quamuis vna quæ ad filium pertinet referatur ad legẽ Corneliam, altera tamen quæ eſt patris ſit prætoria [e]. & ex diſpari patris & filij dignitate variè æſtimantur [f], & ſibi competentem actionem filius ipſe exercet ſi abſit pater [g], quam nec pater nomine filij, ſi vilior ſit, remittet [h]. Videtur ergo quòd illius actionis quæ filium reſpicit, commodum nequaquam à patre conferri debeat ſocio.

c hoc. §. ſocium. in verſic. & ideo.
d §. patitur. Inſti. de iniur.
e l. lex Cornelia. §. illud quæritur. de iniurijs.
f l. ſeruo autẽ manumiſſo. §. filio. cum l. ſeq. eo. tit.
g l. ſi longius. §. ſi pluresfa- milias. de iudicijs.
h l. ſed & ſi vnius. §. filio fam. verſi. interdum. de iniurijs.

Subiungitur proximè [i], quod quæ ex prohibitis cauſis ſocius acquiſierit non cogatur conferre, cuius exemplum malè dat Accurſius de quæſitis ex furto alióue maleficio, non ſatis expendens quod de tribus vt omnino diuerſis hic legitur, videlicet de ijs quæ ex prohibitis cauſis quærũtur, & quæ ex furto vel alio maleficio [k], & quæ veniunt in condemnationem ex contumacia partis ex iniuria iudicis quæ quaſi maleficium eſt. Primi generis exempla aliunde [l] mihi petenda videntur, vt ſi quis accipiat ob delictum à ſe committendum quod non cadit in ſpeciem delicti nominati, ſed ipſa pactio per ſe turpis eſt & prohibita, etiam ſi ob id fiat ne maleficium quis cõmittat [m], à quo nõ præmio, ſed ſua ſpontè abſtinere debet. Secundi generis exempla ſunt clariſsima, de quibus Iuriſconſultus dixit [n] hoc palàm eſſe, quòd ſic quæſita conferri non debeant: quæ verò tertio diximus, magis videntur recedere à ſpecie delictorum, cùm etiam in ciuili cauſa & rei perſecutoria iudex per iniuriam condemnare aliquem poſsit [o], quæ ſpecies eſt quaſi delicti. Et litigator quoque admittere contumaciam quæ litis damno coercetur [p], velut in pœnam: Ideoq́ue tutor aut procurator ipſe ex ſua contumacia punitur non pupillus aut dominus [q]. & ſi ſic emptor ſuccubuerit, nõ tenebitur de euictione vẽditor [r]. Sicut ergo quod decedit ſocio omnium bonorũ ex delicto in ſe cõmiſſo pertinet ad damnũ ſociorum, ita etiã quod ex quaſi delicto alterius ei abeſſe contingit, veluti iudicis cuius iniuria eſt condemnatus [s], quod hic efficit ius & regula

i in verſi. ibidem ait.
k in l. quod autem ex furto. eod.
l ex l. generaliter. l. veluti. l. ſi ſtipuler vt id fiat. l. ſi plagij. de verb. oblig.
m l. iuriſgentiũ. §. ſi ob maleficium. de pact.
n in d. l. quod autem.
o Inſtit. de oblig. in princ.
p l. contumacia. de re iudi.
q l. vnic. §. ſi procurator et in fi. ſi quis ius dic. non obtemp.
r l. ſi adeo. de euict.
s hic in verſi. per cõtrariũ.

communionis ex ſocietate: vnde non mirabimur ſi inter eos qui ſocij non
ſunt aliud ſeruetur, vtpnta in euictione per imprudentiam iudicis ab em-
ptore facta, quæ non recidit ad damnum venditoris [a], ſanè hæredum cau-
ſa & ſociorum multum ſimilis eſt. Et ſicut ex delicto vel turpi cauſa quæ-
ſita non conferuntur ſocijs, ita nec veniunt in iudicium familiæ erciſcun-
dæ [b], vt nec illud quòd patri adhuc viuo aliquis filiorum ſurripuit [c]: ſed an
aliter hoc fratribus & cohæredibus pro eorum parte reſarciat. Et ſimi-
liter illud quod pro filij condemnatione ſoluit pater, quaſi in eo debi-
torem ſibi filium conſtitueret, longiore indigeret diſtinctione, & al-
terius eſt loci [d]. Vt autem ad inſtitutum redeamus, quamuis non cogatur
ſocius conferre in commune, quod ex delicto vel turpi cauſa acquiſierit,
ſi tamen contulerit commune erit [e], eatenus vt is qui contulit [f], non libe-
re quandocunq; volet reuocare & repetere poterit tanquam proprium,
quamuis verus dominus cui res ex furto aliàue improbata cauſa abeſt, ſuũ à
quocunq; poſſeſſore repetet. Sed & ipſe auctor delicti ſi fuerit domino
condemnatus, iam recipiet rem à ſocio cui eam obtulit vt eam domino re-
ſtituat, imò interdũ & partẽ penè ab eo auferet rem quidẽ ſemper, ſiue ſci-
uerit ſiue ignorauerit malis artibus eſſe partum quod conferebat ſocius: 3
pœnam verò ſi ſciuerit, vt cuius participauit ſciens prudenſq; lucrũ, parti-
cipet & damnũ: & ſic participatio lucri ex delicto poſtquã eſt perpetratũ,
trahit in cõſequẽtiã ſecũ participationẽ pœnæ pecuniariæ per modũ dãni.
Non potuit enim ſocio conferri aut cũ vllo alio diuidi res furtiua ante-
quam ablata eſſet, & ſic cœpit cõmunio rei ablatæ poſt delictũ, non autem
fuit ſocietas delinquẽ, ex qua alter alteri nec indemnitatem à pœna, nec
quod eam ſimul feret promittere poſſet [g]. Communicata quoque fuit res
nõ velut furtiua, ſed prætextu ſocietatis generalis omniũ bonorũ honeſtẽ
cõtracta, quæ non potuiſſet apertè & ſpecialiter contrahi ſuper maleficijs
cõmittendis, vt multa veniunt in conſequẽtiam quæ ſeorſim & per ſe facta 4
nõ eſſent toleranda [h]. His autẽ non multum abſimile eſt teſte Accurſ. hic,
quod de emptore hæreditatis legimus [i], re aliqua hæreditaria ab hærede
priuſquam hæreditatem venderet diſtracta ac deinde euicta, ſi pretium il-
lius emptor qui poſtea hæreditatem emit acceperit, velut loco rei peri-
culum quoque euictionis ac duplæ ſtipulationis ad eum pertinere. Sed ſi
à pretio abſtineat, immunem quoque fore à damno euictionis ſicut hic
ſocius, ſi ex delicto alterius quæſita non participaſſet, poterat à pœna eſ-
ſe immunis. Neque hic diſtinguemus [k], an manente adhuc ſocietate, an
multo tempore poſt eam diſſolutam conueniatur is qui ex turpi cauſa
quæſierat, quin ſemper recurrat ad eum eiúsve hæredem cui tunc ſocio
eam rem fecit communem, quia ex tempore initæ ſocietatis, & ex com-
municatione in vim illius facta, fuit nata inter eos obligatio velut con-
ditionalis, ſcilicet ſi eum qui contulit contingeret condemnari. An ergo
cum diſſoluitur ſocietas, poſtulet iure ſibi eo nomine caueri à ſocio, exem
plo æris alieni honeſta ratione cõtracti [l]: & quid ſi nec quidem reddat ſo-
cius quod principio ignorabat turpiter quæſitũ, an ex eo tempore (velut
iam ſciens turpiter quæſitũ eſſe quod retinet) periculo pœnæ ſe ſubijciat,
an fortè nõ temerè credere ſocio debeat, ne ſcilicet inhoneſta propriæ tur
pitudinis profeſſio adiuuet profitentẽ, & priuet ſociũ parte lucri fortè ho-
neſtè quæſiti, ſicut alio loco eſt ſcriptum [m], quòd honeſta interpretatio nõ
honeſto quæſtu lucrum poſſeſſori hæreditatis facere non debeat. Nec
ocioſum videtur quod hic dictum eſt, quòd nõ aliter repetat à ſocio, quàm
ſi damnatus ſit. Poſtremò quod hic Iuriſcõſultus ait [n], idem eſſe in omni-
bus

a l. ſi per imprudentiam. de euict.

b l. cætera. §. j. fam. erciſc.

c l. & puto. §. & ſi dolo. famil. erciſc.

d Bart. ad l. Stichus. de pecul. lega. Sali. ad l. ſi filia. in ſi. fam. erciſ. nu.

e l. quod autẽ. verſi. planè.

f l. cũ eum. cum l. ſeq.

g l. ſi à reo. §. vlt. in ſi. de ſideiuſſo.

h Fulgoſius hic.

i in l. ſciendum. §. ſicut lucrum. verſic. deniq;.). de hæred. vel act. vend.

k l. nec quicquam intereſt. eo.

l l. omne æs alienum. ĩ. eo.

m in l. ſi poſſeſſor ex hæreditate. de petit. hæred.

n in d. l. nec quicquam. verſ. & in omnibus pœnis.

bus pœnis pecuniarijs quæ accedunt ex publicis iudicijs, referunt docto-
res cum Accurſio hic ad publica delicta ſiue crimina, cùm ex ijs ciuiliter
aliquis agit ratione eius quod priuatim eius intereſt, vt in crimine falſi[a].
Ac fortè rectius dixeris hoc iudicium ciuile, quamuis ex publico delicto
5 detur, priuatū tamen iudicium eſſe non publicum. Hic autem de publicis
iudicijs loquitur, quo nomine hic intelligi poſſent populares actiones,
quibus qui agunt ſaltem poſt litem conteſtatam[b], & nonnulli etiam ante
6 litem conteſtatam[c] dicuntur creditores, ſed ex delictis publicis pœna in-
terdum accedit litigatori, & non infertur in fiſcum, vt ſepulchri violati[d]
albi prætori corrept.[e]

a l.qui nomine prætoris. ad legē Corn. de falſ. l.damnu.C.eo.tit.
b l.ſi cui ex empto. de verbor. ſignif.
c l.licet. §. de procurat.
d l.3. de ſepulchr. violat. in princip.
e l.ſi quis id quod. de iuriſdict. omnium iudic.

L. SI ID QVOD QVISQVAM.

SVMMARIA.

1 *Societate manente an agatur pro ſocio.*
2 *Res domino perit.*
3 *Societati imputatur quicquid ob eam perit, etiam ſi ſocietatis non ſit.*

MIRABERIS fortè ad quæſtionem ſic propoſitam, an pro ſocio agi
poſſit, reſponderi, maneat an non maneat ſocietas. Nec audiam ſi
dixeris non impertinenter ſic reſponderi, eo quòd manente ſocietate non
1 agatur pro ſocio[f]: nam hic non agitur de dilatione actionis, ſed illud
potius quæritur, an omnino vnquam agi poterit. Sed alia ratione & ex ipſa
rum rerum connexione ſtat hoc reſponſum, velut optimè quæſtioni conueniens, quòd videlicet præcedens iactura vnius equi mortui, non poſſet ad commune damnum referri, niſi eius quod ſupereſt, trium ſcilicet reliquorum equorū, inter eos eſſet communio & commune ex illis lucrum: quando ergo hoc non eſt, nec manet in alijs tribus ſocietas ad vtriuſque vtilitatem, neceſſarium quoq; fit damnū interitus vnius illius equi ad eum ſolum pertinere, qui verè non contulerat, ſed erat collaturus. Ac iam ipſa deſtinatione quodammodo contulerat, in vim ſcilicet ſocietatis quā conſenſu inierat. Siue itaque habendæ quadrigæ ſiue vendendæ conuentionem ſimul inierint, vtroq; caſu crediderim & ſocietatem verè contractam[g]: ita tamen vt quæ prioris eſt formæ, non ſolùm contracta ſit, ſed & executionem ſuam acceperit ex cōmunicatione dominij equorum in quam erat inita, nimirum vt fieret quadriga, in qua iam non amplius ſpectentur ſingula equorum corpora, vt vnius permaneat is ſolus equus qui prius eius fuit, & alterius ſint tres equi: ſed tota quadriga velut vnum corpus vnaque res conſideretur, confuſo equorum dominio, & in ea vnus tres partes, alter quartam habere cenſeatur: ſicut & in alijs iuris partibus non ſingulæ res ſeorſim numerantur & æſtimantur, ſed vnum quiddam ex eis compoſitum[h]: quare non mirum eſt, ſi ſic confuſo dominio quicunque equus intereat, is ſocietati interijſſe dicatur, cùm is reuera fuerit ſocio-
2 rum: & ſic ex vulgata illa regula, quòd res quæ caſu perit, domino pereat[i]. Poſterioris verò illa conuentionis vendendæ quadrigæ executio & implementum non exit in aliquam communicationem aut confuſionem dominij equorum, tantiſper dum adhuc ſunt apud eos qui ſocietatem ſic inierunt: hoc enim non agitur illa conuentione, ſed vt communi lucro vendantur, & in emptorem primum concurrat dominium omnium[k]. Antequam ergo venditio facta ſit (quæ vel ſola abſq; traditione periculum transfert ad emptorē[l]) periculum erit non emptoris neq; alterius ſocij qui nunquam in illo equo vllam partem habuit, ſed eius qui ante conuentam ſocietatem fuit, & poſtea permanſit quoq; dominus[m], præſertim

f l.tam diu. C.eod.
g cum Fulgoſ. hic ex verbo text. quo minus. & ex verb. non manere.
h l.cū eiuſdē. de ædil. edic.
i l.pignus. C. de pig. act.
k l.ſi duos. tit. proximè ſeq.
l §. cum autem. Inſtit. de empt. & vend.
m d.l.pignus. & Fulg. hic.

cùm non ſocietatis gratia perierit, quomodo ſi perijſſet (vtputa cùm dedu ceretur ille equus cum alijs tribus ad emptorẽ inſpiciendus, quo deductus non fuiſſet ſi conuenta ſocietas non eſſet) iam fortè non malè diceres com muni damno perijſſe. Neq; enim oportet omnibus ſocijs cõmunem eſſe 3 rem quæ communi eorũ damno intereat, ſed ſatis eſt quòd ſocietatis cauſa perierit, vt in rebus proprijs vnius ſociorum, quas is perdit ex aggreſsione latronum ob ſocietatis negocia aliquo profectus [a]: & hæc quidem magna vis eſſet & poteſtas contractæ ſocietatis, ſi ad hunc effectum ſeſe extende ret (quod fixius examinandum propono) vt certè ſe eo extẽdit, ſi fortè per dolum vel culpam alterius factum ſit quo minus venderetur [b].

a l. cum duobus. §. quidam ſagariam. ff. eo.

b arg. l. ſi fratres. §. ſi quis ſocietatem. ff. eo.

§. IDEM CELSVS.

SVMMARIVM.

1 Deſtinatum pro facto non habetur.

SED ET pecuniam, quamuis res fungibilis ſit, cuius dominium facilius transfertur quàm aliorum corporum, eadem diſtinctio placuit, An ſci licet perierit poſt collationem, an verò antequam eſſet collata: Quinetiã ſi poſt collationem perierit, adhuc occultè hic diſtingui videtur, an cauſa ſocietatis perierit [c], veluti cùm peregre portaretur ad mercem emendam. Sed hoc receptum non eſt, ſed ita potius intelligẽdum [d], quòd tunc maxi mè ſocietati pereat, non quòd tunc ſolùm. Præbet autẽ hic locus dilucidè 1 argumentũ, deſtinatũ non haberi pro facto aut perfecto, quod tamẽ variè tractatum legimus [e].

c hic in verbis, quod non fieret niſi ſocietas coita eſſet.

d cum Fulgoſio hic.

e apud Bar. Bal. Imol. Iaſ. ad d. l. cætera. §. ſed ſi pa rauerit. de lega. j. Felinũ ad. c. cũ adeo. de reſcript. & ab alijs ad l. quid er go. §. vſuri. verſi. quid er go. de cõtrar. & vtil. act. tutel. et ad l. à diuo Pio. §. vlt. de re iudic.

§. SI FILIVSFAMILIAS.

SVMMARIA.

1 Bonæ fidei iudicia, alia ſpecialia, alia generalia.
2 Quaſi contractus facilè multiplicantur.
3 Tutelam inuitus quiſq; ſubire debet.
4 Pater quomodo ex ſocietate vel tutela filij tenetur.
5 Mandatum non ex implemento naſcitur, ſed ex ſuſceptione.

BONAE fidei iudiciorum alio loco [f] tradita eſt diuiſio, quòd quædam ſint generalia, veluti pro ſocio, negociorũ geſtorum, & tutelæ: alia 1 verò ſpecialia, veluti mandati, commodati, depoſiti: ex qua diuiſione ve luti fonte deriuatum eſt quod hic quæritur. Generalia enim iudicia variãt rebus, temporibus, & cauſis: ita ſcilicet, vt cùm materia illorum aliquem tractum temporis deſideret, frequenter contingat interim mutari condi tionem & qualitatem perſonarum ex quibus conſtituitur iudicium: nimi rum vel eorum quorum res geruntur, vel qui eas gerunt. Verbi gratia, Ali ter obligatur pupillus cuius res abſq; mandato geruntur, aliter pubes [g] aut maior: & ſi vt qui pupillus erat cùm eius negocia alius cœpiſſet gerere, in ter moras dum ea geruntur pubes factus ſit [h]. Et filiusfamilias ſcriptus tu tor, ſi aliqua parte temporis durantis tutelæ eam exercuerit, cùm adhuc eſ ſet in patris poteſtate, & reliquam partem peregerit emancipatus, aliter te netur de geſtis vno tempore quàm alio [i]. Denique & in ſocietate ſit, vt quam quis cum filiusfamilias eſſet inchoauerat, emancipatus perficiat, & ſic quoq; alterius tẽporis alia ſit obligatio & actio, non ſolùm quoad ipſum filium, verùm etiam quoad ipſum patrem [k]. An ergo ſicut vis obligationũ & actionum in his ſubinde variat, ita quoque materia & fundamentum eo rum, ita videlicet vt verè plura negocia, plures tutelas, plures ſocietates dicere poſſes: & ſi non, cur facilius numerentur actiones veluti diuerſæ, quàm tutelæ, ſocietates, aut negocia? Et quidem regulariter tenẽdum eſt, hæc

f in l. pro ſocio arbit. ff. eo.

g l. ſi pupilli. in fi. princ. de nego. geſt.

h l. Pomponius. 2. de nego. geſt.

i l. tutorem qui tutelam ge rit. §. inde deſcendit quæ ſtio. de admin. & peric. tutor.

k vt hoc. §.

hæc non mutari in tempora, quæ diximus, niſi quo ad negotia gerenda at-
tinet, vbi facilius obligatio ex quaſi contractu conſiſtens, ex ſolo ani-
2 mo & intentione gerentis ea multiplicatur,idque ex eo pendet, An quis
acceſſerit, quaſi toto tempore vniuerſam negotiorum molem geſturus
(vt hic ſit velut vna geſtio) An verò quaſi ab initio vnum negotiũ geſtur':
& deinde conditione mutata eius,cuius gerit negotia,rurſus velut de no-
uo,alio animo acceſſerit ad aliud, aliáve negotia: vt hic iam numerentur
quaſi contractus & obligationes pro numero negotiorum, quæ quis velut
noua de nouo cum ſuborirentur eſt aggreſſus,quæ occaſio mutandi tute-
las aut ſocietates non æquè expedita eſt.hæ enim duorum conſenſu ineun
tur,retinentur,& obligationem producunt ex iure gentium, quæ natura-
lem habet præſtationem:ideoque capitis diminutione non extinguitur [a].
Tutelam quoque nemo pro ſuo vel pupilli lubito ſibi aſſumit, eamve de-
ponit. ſed ea terminos habet legibus conſtitutos,quibus finiatur: atq; ita
in his ſpectamus primum initium, quo vel tutelam vel ſocietatem aliquis
3 aggreditur duraturam,quoad legibus conſtitutum eſt,& muneris neceſſi-
tas poſtulat,vel ſuo,vel ſociorum conſenſu conuenerit. Negotia verò al-
terius gerenda non niſi qui volet ſuſcipit,& quoad volet:Nam ipſe propria
voluntate finem adminiſtrationis ſuæ conſtituit [b]. Actiones verò plurimũ
habent iuris ciuilis:ideoque mutata agendi forma, actionis fine,aut perſo
nis litigatorum,ipſæ quoque mutantur: cùm aliter conueniatur filius de ijs
quæ geſſit emancipatus,quàm quæ geſſit cùm adhuc eſſet in patria poteſta
te [c]:& ex filijfamilias adminiſtratione non ipſe ſolus,& in ſolidum, ſed &
pater conuenitur,de peculio,intra annum ex quo tutelæ vel pro ſocio agi
poteſt [d],& quidem filius de ijs,quæ vtrolibet tempore geſſerit, pater verò
4 de eo ſolo,cuius dies ante emancipationem ceſſit: à reliquis eſt immunis,
vt nec conueniatur,nec agat de illis.Quod verò traditum eſt [e] aduerſus pa
trem vtiliter agi de eo,quod filius emancipatus exegit,cùm vt exigeret,ei
adhuc in poteſtate conſtituto eſſet mandatum:aliam habet rationem, ni-
mirum,quòd actio mandati non ex implemento,ſed & ex contractu man-
5 dati naſcitur,quem inijt adhuc filiusfamilias: quo fit, vt ſicut is, qui pigno-
ratitia actione cœpit experiri antequam debitum ſolueret, obtinet aduer-
ſarium condemnari, ſi vel lite pendente ſoluat [f],ſic quoque qui mandauit
exigere pecuniam,ſi egerit antequam exacta ſit, vincet,ſi vel pendente iu
dicio ſequatur exactio [g].

a *l.eas obligationes. de cap. diminut.*
b *l.tutori. C. de nego.geſt.*
c *d.l.tutelam. §. inde deſcendunt. & toto titulo quod cum eo qui in alie. poteſt.eſt.*
d *l.prima.§.annus. quãdo actio de peculio eſt annalis.l. tam diu. C. eo. pro ſoci. l.ſi filiusfa. tutelã. de tutelis & ratio. diſtrah.*
e *in l.penult.tit.præced.*
f *l.ſi rem alienam. §. vlt. de pign.act.*
g *l.ſi mandauero tibi vt à Titio. tit.prox.præceden.*

§. SI SERVVS.

SVMMARIA.

1 *Serui pro nullis ſunt, iure ciuili.* 2 *Dominus quomodo ex ſocietate ſerui teneatur.*

1 QVOD attinet ad ius ciuile, ſerui pro nullis habentur [a], & in ijs ipſis
nullum eſt idoneum fundamentum ſuſtinendæ obligationis natu-
ralis & ciuilis, aut ſuſcipiendi iudicium [b]: ideoq; ſi ſeruus ſocietatem con
traxerit,in qua & alienatus perſeueret,alia erit ſocietas. Neque enim hoc
initium aliquod aut fundamentum vnum idemque totius temporis quo ge
ritur ſocietas,inſpicere aut conſtituere poſſumus, neque in ipſo ſeruo ci-
uilium obligationum & actionum incapace,neque in dominis omninò di-
uerſis. Sed quid,ſi poſterior dominus priorem repræſentet vt hæres, & ſic
iuris fictione vna eademque cum illo perſona ſit [c].Nondum dices eandem
ſocietatem perdurare,vt nec ea ſocietas,quæ inter liberos homines eſt cõ
2 tracta,perdurat apud hæredes eorum,quamuis hi nouam ſocietatẽ poſſent

a *l. quod attinet. de reg. iur.*
b *l.ſeruũs.C.de iudic.*
c *In authen. de iure à moriente præſtito. in princi. col.5.*

a l.planè.§.eod. quam ſic intelligit. Panor.conſil. 87.2.volum.
b l. 1. §. item hæres eius. quando actio de peculio eſt annalis.

contrahere nouo conſenſu etiã tacito [a]. Sed & actiones hic variãt: quamuis enim hæres nouus dominus ſerui, quẽ iam cũ peculio habet, de vtroq; tempore geſtis teneatur, hoc tamen diſpariter fit, videlicet de geſtis ante mortem prioris domini, non niſi annali actione conuenitur [b], quæ actio nõ concluditur anno: de geſtis, poſteaquàm ſeruus ſucceſsione hæreditaria mutauit dominum.

L. ADEO MORTE.

SVMMARIA.

1 *Societas morte finitur.*
2 *Etiam ſi ad certum tempus ſit contracta.*
3 *Societas rerum publicarum ad hæredes tranſmitti poteſt.*
4 *Societas alia voluntaria, alia hæreditaria.*
5 *Ciceronis locus in oratione pro Quintio explicatur.*
6 *L. adeò. verſic. ſed ita demum. ff. pro ſocio intellectus.*
7 *Conductio ad hæredem tranſmittitur.*
8 *Clauſula generalis in fine contractuum appoſita, an mutet naturam obligationis.*
9 *Hæredis mentio in contractibus, an primum tantùm, an etiam vlteriorem hæredem contineat.*
10 *L. ſciendum. de verb. ſignific. intellectus.*
11 *Interdictum de loco publico fruendo, cui detur.*
12 *Mulier an ſuccedat ſocio vectigalium.*

c l. verum. §. vlt. verſic. intereunt homines. inf. eod.
d l. actione. §. item ſi alicuius rei. infr. eod.
e l. ſi fratres. §. idem reſpõdit ſocietatem. ſupr. eod.
f §. ſoluitur. Inſti. eod.
g l. generaliter. C. de rebus cred.
h l. tutor incertus. de teſtamenta. tutel.
i l. dummodo. de procurat.
k l. nec prætermittẽdũ. ſup. eod.

MORTE finiri ſocietatem, alijs adhuc locis traditum eſt, & alicubi
extenſum ad capitis diminutionem, velut mortẽ quandam ciuilem [c],
& alio loco [d] (ſi vim & effectũ ſpectes communicandi lucra & damna) re-
ſtrictum, vt intelligatur de morte cognita alijs ſocijs, exemplo contracti,
& ante mortẽ cognitam impleti mandati. Et adeò quidem finitur ſocietas 1
morte, vt nec cõueniri ab initio poſsit: quod ad hæredes ea porrigatur, ne
vel reſtringatur libertas vltimæ volũtatis eius: ad cuius hæredẽ eſſet trãſi-
tura [e], vel alij eius ſocij habere cogantur ſocium quem nolint, cùm ple-
runq; is qui ſocietatem cõtrahit, ſoleat certam ſibi perſonã eligere [f], & nõ
incertam perſonam amplecti hæredis, ſæpe imparis defuncto, ſi probitatẽ,
integritatẽ, diligẽtiam ſpectes & fidem [g], ſicut nec tutor datur incertus [h],
nec procurator [i]. Sed quamuis non apertè ita conueniri poſsit, vt ad hære-
des tranſeat ſocietas: an tacitè tamen id fiat, veluti ſi incertũ tempus coie-
rit, quo nondum finito, mors euenerit: cũ fiat interdum, vt in conſequen-
tiam veniat & toleretur, quod expreſsis verbis non ita cõtrahi potuiſſet [k].
Certè nec ſic ad hæredes tranſitura eſt ſocietas, quæ ita demum toto con- 2
uento tempore durat: ſi non ante mors interuenerit, & morte omninò fi-
nitur, ſi non anteceſſerit alia cauſa, quæ prius eam finiat, ſicut dicimus
tutelam omninò finiri pubertate. Quæ adeò vera ſunt, vt ſi in tempus inita
ſocietate promiſſum ſit, ſortem poſt illud tempus reddi, & fideiuſſor ac-
ceſſerit, poſsit tamen ante tempus, finita ſocietate, vel morte vel alio mo-
do, ſors peti, & fideiuſſor teneri, quaſi contrahentes potiſsimum reſpexe-
rint in genere ad finem ſocietatis. Et quamuis conuento tempore putaue-
rint finiendam, non interſit tamen quo modo finiatur, aut quãdo, nec quid
ex æquipollentibus fiat [l]. Et hæc locum habent in priuatis priuatarum re-
rum ſocietatibus, in vectigalium verò cæterorumque [m], hoc eſt, ſimilium 3
quarumuis rerum publicarum ſocietatibus, poteſt etiam poſt alicuius
mortem manere ſocietas, cuius diuerſitatis rationem obiter vno verbo at-
tigit Iuriſconſultus [n]. cùm hanc vulgarem inter priuatos, & priuatarum re-
rum ſocietatẽ vocaret voluntariam: indicans per contrarium aliã publica-
rum rerum quodammodo eſſe neceſſariam. nam fit interdum, vt etiam
finita conductione vectigaliũ, oporteat eoſdẽ rurſus conducere [o]. Atq; ita
id quod interdũ fit iure cogẽte, hoc iure quoq; permittente inter eos cõue- 4
niri, & in pactionẽ poterit deduci. Sic & Cic [p]. volũtariã ſocietatẽ diſtinxit
ab hæreditaria: Cum eo, inquit, tu voluntariam ſocietatem coibas, qui te 5
in hæ-

l Philip. Dec. conſil. 213. in princip. Alex. conſil. 34. in 2. volum. arg. l. liberto. §. vlt. de annuis lega. & l. 3. C. de inſti. & ſubſti. ſub condi.
m l. verum. §. in hæredem. infr. eo. l. prima. de loco publ. fruend.
n in fin. d. §. in hæredem.
o in l. eotem. §. vlt. de publica.
p in oratione pro Quintio.

in hæreditaria ſocietate fraudauerat. Nã habet & hæc hæreditaria aliquid neceſsitatis, eo quòd cœpta negotia oporteat hæredẽ, quamuis ſocius nõ ſit, peragere [a]. Vt tamen publicarũ rerũ ſocietas tranſeat ad hæredes, oportet quòd pars defuncti ad perſonam hæredis eius ſit aſſcripta [b], quæ verba Iuriſconſulti obſcuriora ſunt: primum in eo, An nominatim debeat hæres, qui deſtinetur ſucceſſor, in contractu comprehendi: quod ita videri poſſet, cùm non generaliter de hærede, ſed de perſona hæredis aſſcribenda locutus ſit, quod & factũ in cõuentionibus interdum legimus [c], & ſic non deerit omninò electio, neq; feretur volũtas ſociorũ prorſus in incertum,
6 cùm in hæredes nominatos aſſcriptosq́ue conſentiunt. Cõtrarium tamen cõmunius placuiſſe video, vt omninò placere debet ijs qui concordi ſententia requirunt (quod omnes faciunt) vt perſona hæredis ſocietati exercẽdæ bene cõueniat. Nã qui nominatim adſcribitur, non poſſet non videri bene conueniens, vtpote in quem ab omnibus eſt cõſenſum. Quo & ſpectat quod ſequitur, velut ad deſignationẽ illius quid debeat eſſe adſcriptũ: videlicet, *Vt hæredi quoque conferri oporteat.* ecce hic nulla eſt certæ perſonæ mentio, conferri, inquam, ab alijs ei tanquam ſocio, & ab eo quoq; cõferri ſocijs: huiuſcemodi enim collationum adſcriptio, quis ſcilicet eorũ, & qua mercede in colligẽdo vectigali operã ponat, quantum cuique pro ſua portione illud diſtribuens cõferat, cum alijs ſimilibus, maximè pertinet ad leges ſocietatis. conductio verò facta, ab eo cui ius eſt locãdi publica, alias habet ſuas leges principẽ concernẽtes, aut rem publicam, cuius ſunt loca-
7 ta vectigalia, neque in ea nomen hæredis adſcribi debet, ſed ſufficit hæredẽ non repelli, neq; excludi à conductione, cùm ſuapte natura ius conductionis tranſeat ad hæredes [d]: atque ita differunt duo hi cõtractus hic permixti, & in vnum concurrẽtes, conductio atq; ſocietas. Conferunt etiam illa verba nouiſsimè ex hoc reſponſo adducta ad illud, in quo demonſtrando laborauit Philip. Decius [e], quod ſi, vt ferè fit, in nouiſsima parte pactorũ ſocietatis adſcriptum ſit, contrahentes omnia ea pacta ſolenniter promiſiſſe ſeruare pro ſe & hæredibus, nec vllo vnquam tempore aut modo contraire. Non ob id tamen videri conuentum, vt ad hæredes trãſeat ſocietas, ſed hoc potius, vt hæredes obſtringantur (quod & in ſocietate minimè tranſeunte verum eſt [f]) pactis & conuentionibus ſocietatis exercitæ per eos ipſos, qui illam inierunt: quemadmodum & in alijs iuris partibus rectè eſt expenſum [g]: quod huiuſmodi clauſula generalis in fine inſtrumentorũ ex more notariorum adſcripta, non immutet naturam principalis contra-
8 ctus, veluti quòd donatio cauſa mortis non ſic tranſeat in oppoſitã ſpeciẽ, quæ eſt inter viuos, niſi ipſis verbis principalioribus donationem ſignificantibus mox vno contextu adijciatur, quod donatio perpetuam habeat firmitatem, neque retractari poſſet [h], & ſic non ſufficeret hic mentionẽ fieri hæredum in ſola illa parte inſtrumenti ſocietatis, qua notarius generaliter ſtipulatur omniũ pactorũ firmitatẽ, ſed fieri debet in ea parte quæ præcipua eſt, & qua continetur, quis, quibus, quãdo, quantã partem iure ſocietatis cõferre debeat. Sanè quod plæriq; definiunt [i], cùm eſt adſcripta ad ſocietatem mentio hæredis, videri tantùm vocatum primum hæredẽ, defuncto ſocio proximè ſuccedentem, hoc quidem non eſt præter exemplum, in alijs ſuapte natura perſonæ cohærentibus, & ad hæredes non tranſitorijs,
9 in quibus hæredum mentio facta intelligitur tantùm de primis hæredibus, & non de hæredibus hæredum, vtpote in vſufructu [k], ſed non omnes hoc ſequuntur. nam ſunt [l] qui hoc putant referendum ad vtilitatem publicam, vt quo illa vocat ſequamur, hoc eſt, ſi publicè expediat trãſire ſocietatem non

a *l. hæredes ſocij. ii. eod.*
b verſic. ſed ita demum.
c *in l. tale pactum. §. pater. de pact.*
d *l. viam veritatis. C. de locat. & cond.*
e *præallegat. conſil. xiij.*
f *c. heres ſocij, cum c. ſeq. ſupr. eod.*
g *à Philip. Decio. conſil. 35.*
h *l. vbi ita donatur. de donat. cau. mort.*
i *Accurſ. ad l. nulla. infra. eod. Alberic. hic. Philip. Dec. præalleg. conſilio.*
k *l. antiquitas. C. de vſufruct.*
l *Petrus de Vbald. in tract. ſocietatis. 13. quæſt. ii. partis. verſic. Bertat. in tract. de gabell.*

non tantum ad primum hæredem, verùm etiam ad hæredem hæredis, id vtique fiat: ſin ſecus, iam concludatur in primo hærede. Sed de his nihil ad- 10
huc apud quenquam, præter meras diuinationes vidi: & reſponſum Pauli [a], quo illud deciditur, hæredis nomen ferè ſemper per multas ſucceſsiones accipi, & raró de primo tantùm hærede intelligi, varió trahit: cur enim hãc ſpeciem paucis aliquot alijs ibi exceptis non annumerauerit, vt potius ad regulam referenda, vt hic etiam hæres hæredis contineatur: contra veró cùm exceperit ſubſtitutionem impuberi factam, his verbis: quiſquis mihi hæres erit, idem filio hæres eſto. vbi hæredem hæredis non contineri ait hac ratione, quia incertus eſt: videri poſſet eadem ratione hæc quoque ſpecies excepta. Nam vt diximus, qui ſocietatem contrahit, ferè certã ſibi perſoná eligit [b]. Mihi ce[rt]è ſecurius eſſe videtur, adhærere regulæ [c], quàm diu nullo certo iure aut efficaciore ratione compertum erit, hanc quoq; ſpeciem exceptam eſſe à regula: nec quam reſtrictionem in alijs exigit rerum neceſsitas, veluti in vſufructu, ne is ſemper recedens à proprietate, hanc prorſus inutilem relinquat [d], eam temerè trahamus ad hanc ſpeciem, quam minimè neceſſarium ſic eſt reſtringere: quod & Baldus cẽſuit [e]. Nec hactenus ab ijs qui accuratè collegerunt [f], vbi hæredis appoſitio ad primũ hæredem conſtringenda ſit, hanc ſpeciem vſquam legi annumeratam. Sic & illud placuiſſe video [g], quod qui ſocij futuri ſunt, & poſt eos hæredes eorum, debeant ſimul conduxiſſe vectigal ab eo, cui ius eſt locandi, quod tamen alio loco [h] Baldus explicans, quæ ad rẽ requirãtur, non addidit. Neq; ſanè putauerim illud neceſſarium, ſi modo tractatu habito inter eos coierit ſocietas [i], etiam ſi vnus aliquis eorũ ſolus cõduxerit, qui alios poſtea aſ-
ſumpſerit ſocios. nam & interdictum de loco publico fruendo, publicæ v- 11
tilitatis gratia proponi generaliter eſt reſponſum [k], & illud tamen competit nõ ei ſoli qui conduxit, ſed & ſocio eius [l], quem ne ſimul cum alio conduxiſſe putes: clarius id eſt expreſſum, cùm addidit I. C.[m] ſi ſimul veniunt ad interdictum mouendum, ipſe qui conduxerit & ſocius eius, magis eſt, vt conductor præferatur: non enim vnum conductorem & aliorum ſocium vocaſſet, & minimè quidem illum huic protuliſſet, ſi ſimul conduxiſſent. Et tranſit ad hæredes ius quoque priuatæ conductionis, ſi qui vel ſimul cõduxerint, vel quod vnus conduxit, alij pro parte fruendum locauerit: qui tamen non ſtatim alterius ſocius dicendus erit: ne in publicis quidem conductionibus [p], ita vt poſsit vera eſſe ſocietas inter eos, qui non ſimul conduxerunt, & contra quoque fieri poteſt, quod qui ſimul conduxerant, non tamen ſocij ſint. Supereſt aliud, quod hic quoque requiri dixit Accurſius, & paſsim ſequuntur omnes: quòd hæredis perſona ſit idonea, quod ſi intelligant ad exercendam ſocietatem vectigalium, ſicut intellexiſſe videntur, qui in genere dicunt, mulieres eſſe inidoneas [q]: in dubium vocari poſſet,
num hoc tam generaliter verum ſit, cùm fieri poſsit, quòd ipſe ſocius nunc 12
defunctus nihil exercuerit aut attigerit ex negocijs ſocietatis, ita vt eius perſona non magis quàm infantis, quem fortè reliquit hæredẽ, inſpici debeat ad exercendam ſocietatem. Neque hoc tam generaliter dixit hic Iuriſconſultus in ſingulis ſocijs eorumque hæredibus: ſed generaliter proponit ex cauſa æſtimandum eſſe (vt fit interdũ etiam contra pactiones initas [r]) an deceſſerit ille, propter cuius operam maximè ſocietas coierit, aut ſine quo ſocietas adminiſtrari non poſsit.

L. SOCIVM

a in l. ſciendum de verb. ſignif.
b d. §. ſoluitur. Inſtit. eod.
c d. l. ſciendum. in princ. l. hæredis appoſitio. de verbor. ſigni. & l. quæ per ſucceſsionem. de reg. iur.
d d. l. antiquitas.
e ad d. l. nulla.
f alij ad d. l. qui per ſucceſ. Alciat. ad d. l. hæredis appoſitio.
g Accurſ. hic in gloſ. 2. & Alber. c.
h l. nemo. ſupr. eod.
i l. iam cũ tractatu. ĩ. eod.
k in l. 1. §. hoc interdum, de loc. pub. fruen.
l d. l. 1. in princip. in verb. ſocione eius.
m in eadem l. 1. verſic. ſed ſi ſimul veniant.
n d. l. viam veritatis. C. de loca. & cond.
o l. nemo prohibetur. C. de loc. & cond.
p l. vt in conductionib. hoc tit.
q Alberic. hic.
r l. ſi conuenerit. ĩ. eod.

L. SOCIVM QVI IN EO.

SVMMARIA.

1 *Vſuras an ſocius ſocio præſtet.* 3
2 *Mandatarius exactæ pecuniæ vſuras præſtat.*
4 *Heres ſocij quomodo vſuras præſtet.*

1 LVCRI facti ſocius, ſocio duobus concurrentibus præſtat vſuras: vi
delicet, ſi in eo reddendo, & in commune referendo, moram fecerit,
& ea pecunia ipſe in ſuis rebus ſit vſus, quorum alterum ſi deſit, non præ-
ſtat vſuras [a]. Ex ſorte verò aut pecunia ſocijs iam communi, non commu-
nicando, vt præſtet vſuras, alterum illorum ſufficit, vel mora, vel conuer-
ſio in vſus proprios [b]: lucrum enim hoc non commune, ſed communi-
candum, antequam in vſus ſocietatis venit conuertendum, æquali interim
iure ab vno ſociorum, vt ab alio tenetur & poſsidetur. Sic quoq; in con-
tractu pignoris, ſi ſuperfluum pretium ſupra debitum, pro quo eſt diſtra-
ctum, non reddatur debitori: quia neque hoc ſuperfluum pretium, neque
vlla illius portio verè competit creditori, alterutrum ſuffecerit, vel mora,
2 vel conuerſio in vſum proprium ad vſuras præſtandas [c]: & in contractu mã
dati, ſi is qui exigendæ pecuniæ mandatum ſuſceperat, illam exactam red-
3 dat tardius [d]. Sed has vſuras non ſimpliciter præſtat ſocius vt vſuras [e], ſicut
cùm vel ſub vſuris accepit ſocius, vel de ſua propria pecunia quod neceſ-
ſariò impendendum fuit in negocijs ſocietatis (quæ quidem veræ vſuræ ex
ſolo tractu temporis vniformem habẽt præſtationem, ad modum à iure [g]
vel more cuiuſque regionis ſtatutum) neque etiam omninò, & per omnia
præſtantur, tanquam id quod intereſt (quod ſæpè caſu aliquo, & vno ali-
quo tempore ſimul totum incurritur [h], etiam vltra legitimum vſurarũ mo
dum [i]) ſed ſic vtriuſque ferunt inſignia vſuræ, quæ hic præſtantur, vt empto
quoque nomine vocare poſsis intereſſe vſurarum [k], quod æſtimetur pro
rata temporis [l], ac præſtetur ratione inſtæ alicuius compenſationis, ne quis
cum aliena iactura lucretur, & plærunque præſtatur vltra legitimum vſu-
rarum modum [m], cùm non præſtetur ratione ſolius tractus temporis, neq;
vniformi reſpectu ad quantitatem ſortis, ſed quatenus intereſt. Sanè poſt
mortem ſocij, nullam talem æſtimationem ex facto hæredis fieri (id eſt, ſi
4 ipſe in ſuos vſus conuertit lucrum quod fecit defunctus) rectè reſponſum
eſt [n], non tam ob id quòd hæres eas vſuras aut quod intereſt non præſtet a-
ctione pro ſocio, ſed vel communi diuidundo, vel negociorum geſtorum,
vt hic quidam dixiſſe videtur [o], ſed potius ea ipſa ratione quæ hic adſcripta
eſt, nimirum quia morte ſocij dirimitur ſocietas, & ſic deficit fundamen-
tum conuertendi lucra ſocietatis, ad communia potius quàm propria ne-
gocia, quia hæres ſocij nulla noua negocia ſocietatis nomine aggredi de-
bet aut poteſt, quamuis acti à ſe, vt cœpta perficeret, rationem debeat red-
dere [p], & quod ad hæredem attinet, omnia quæ ſocio ſuperſtiti debentur,
ſiue ſortis ſiue lucrorum nomine indiſtinctè ſimul venient, tanquam ſors
ſocio debita, in qua reddenda, ſi liquidatis rationibus hæres ſocij moram
fecerit, iam venient vſuræ quaſi vſuræ, vt in bonæ fidei iudicijs.

a *hic in verſic. ſed ſi aut vſus, &c. & hic Fulgo.*
b *l. 1. §. ſocius. de vſur.*
c *l. quamuis. cum l. ſeq. §. vlt. de pig. act.*
d *l. itemque. §. ſi procurator meus.*
e hic in verbis, nõ quaſi vſuras.
f *l. ſi vnus. §. ſi vnus. infr. eod.*
g *l. eos. §. 1. C. de vſur.*
h *l. prima. l. Iulianus. in princip. de act. empt.*
i *l. 3. in fin. de eo quod certo loco.*
k *vt in l. debitor. de lega. 2*
l *l. circa. ad l. Falcid. l. niſi dolo. §. quoties. ſi cui plus quàm per l. Falcid.*
m *d. l. Iulianus. in princip. de act. empti. & d. l. 3. in fi. de eo quod certo loco.*
n hic in verſic. itẽ poſt mortem ſocij.
o *Alberic. hic.*
p *l. & actio. ſupr. eod.*

§. CVM RESISTERET. CVM L. SEQ.

SVMMARIVM.

1 *Damna quæ ſocius ſocio præſtet.*

1 DAMNA & lucra remotiore aliqua occaſione ſocietatis accepta vel
quæſita, non ſunt communia: ſed ea demum, quorum cauſa propin-
qua

qua eſt ipſa ſocietas, eiuſve adminiſtratio, veluti ſi cum reſiſteret ſocius venalibus ſeruis in fugam erumpentibus, vulneratus, impenſam in ſe curando fecerit, quam non feciſſet, neq; vulnera accepiſſet, ſi non geſsiſſet commune ſociorum negotium [a]: Et ad hanc ſolam ſpeciem extenditur Iuliani correctio [b], non ad alia, quæ velut ſimilia in argumentum ſunt adducta, ſed reuera à ſocietate remotiora: ita vt occaſionem ſolam, verius quàm cauſam ſocietas præbuerit, & quæ talia ſunt, ſocietati nō imputantur: neq; ad commodum ſiue vtilitatem (vt ſi fortè quis ex ſocietate quam adminiſtrabat notus, donationem acceperit ab alio) neque ad damnum, vt ſi quis odio ſocij, aut ſocietatis hæres inſtitutus non ſit, qui alioqui veriſimiliter erat inſtituendus.

a *arg. l. cum duobus. §. quædam ſagariam. ſup. eod.*
b *hic in l. ſecundum Iulianum.*

L. SI TITIVS.

SVMMARIA.

1 *Ciceronis locus explicatur.*
2 *Socius ſi commune pretiũ cum ſocio putatiuo diuiſerit, vero ſocio non tenetur, ſed putatiuus ſocius.*
3 *Induſtria puniri non debet.*

HVC ferè deducitur vniuerſa cauſa Gaij Fannij, & Quinti Roſsij, 1
quem defendit Cicero quadam oratione, in qua ſunt multa ad hanc rem pertinentia, de ſeruo eis communi, à Quinto Flauio interfecto, cum quo de ſua parte Roſsius tranſegerat: ſuam, inquit Cicero, quiſque partem integram poſsideat & perſequatur, qui de ſua parte decedit, reliquis integram reliquit actionem. Addit poſt pauca: Nihil captioſius neq; indignius potuiſſe dici, quàm quod ſibi exegit Roſsius, id commune ſocietatis eſſe factum. & ruſus: Simillima, inquit, ſocietas eſt hæreditati, quemadmodum ſocius in ſocietate habet partem, ſic hæres in hæreditate, vt hæres, ſibi ſoli, non cohæredibus petit, ſic ſocius ſibi ſoli, non ſocijs petit, quemadmodum ſuam partem Roſsius ſuo nomine condonare potuit Flauio, vt eam tu non peteres, ſic cùm exegit ſuam partem, & tibi integram petitionem reliquit, tecum partiri non debet: hactenus ille. Non ergo in hac ſola ſpecie rei communis diſtractæ diuiſio facta cum eo quem quis hæredē ſocij ſui eſſe credebat, in cauſa eſt, cur ſuæ partis pretiũ alij vero hæ- 2
redi ſocij defuncti cōmũnicare non debeat. ſed ea potius, quòd ſolùm ſuã partem præcepit, quod locũ habet, etiam ſi ſeorſum pro ſe ſuam dumtaxat partem diſtraxiſſet [c]. de hærede verò ſocij, ſic eſt propoſitum, non quòd in eo ſolo obtineat quod hic dicitur, ſed quòd in eo ſit iuſtior cauſa erroris, quàm in ipſo ſocio: ſi illum in diſtractione præterierit. Nihilominus obtinet etiam in ipſiſmet ſocijs quod diximus [d], quaſi ſuæ partis ſolicitudinem quiſque gerere poſsit: Ita vt neq; proſit, neq; obſit ſocio, ne induſtria pœ- 3
nas deſidiæ ſoluat, quemadmodum de hæredibus, quorũ vnus pro ſua portione depoſitum repetijt, pulchrè conſtituit Iuſtin [e]. Alia verò [f], quæ huic reſponſo aduerſari videntur, alio loco conciliabimus [g].

c *hic in verſic. neq; id eſt.*
d *hic in verſic. alioquin euenturum.*
e *in l. vlt. C. depoſiti.*
f *l. verum. §. ſi cum tres. infr. eod. l. item Labeo. in princip. ſupr. fa. erciſc.*
g *in d. §. ſi cum tres.*

L. VERVM.

SVMMARIA.

1 *Actione de peculio ſolidum non perſequimur.*
2 *Beneficium ne quis condemnetur vltra quàm facere poteſt, cui competat.*
3 *Fratri à fratre conuento, an competat beneficium, ne vltra quàm facere poßit, condemnetur. 5.*
4 *Frater fratrem alere debet.*

ACTIONIBVS omnibus regulariter & perſequi & cōſequi poſſumus ſólidũ quod nobis debetur: quod & ipſa actionis definitio com 1
monſtrat: Actione tamen de peculio non perſequimur ſolidũ quod debét filijfam, aut ſerui à patre aut dño, ſed bene ſolidũ quod hi ipſi debẽt, id eſt,

peculio

peculio tenus[a]. Rurſus autem aliquibus actionibus ſolidum quidem per-
ſequimur & petimus[b], ſed non conſequimur, obiecta ſcilicet exceptione
2 à reis, vt non condemnẽtur, niſi in quantum facere poſsint[c], quod benefi-
cium tribuitur certis perſonis, vt patronis, parentibus, liberis, libertis, ma-
rito, vxori, ad quaslibet actiones defendendas. Aliquando verò certo ge-
neri cauſarũ & iudiciorũ (vtputa ſocietatis & donationis) & aliquãdo quis
ſibi hoc beneficium ad certã aliquam actionẽ parat ſua cõuentione, veluti
ſi creditã acceperit pecuniã pactus vt quatenus facere poſsit cõueniatur[d].

Habet ergo ſocius à ſocio ſocietatis iudicio conuentus hoc beneficiũ,
vt paucis multa cõplexus optimè dixit Iuſtinianus[e], quod cur iam reſtrictè
præfiniuerit, mox dicemus. neq; hic refert, an vniuerſorũ bonorum ſit ſo-
cius, quod alio loco videtur requirere Vlpianus[f]: an verò (vt hic dixit Sa-
binum ſecutus) vnius rei, ſuadente id ſcilicet eadem omninò ratione, quod
quodãmodo ius fraternitatis in ſe habeat ſocietas, nunc amplior, nunc ſtri
ctior: ita vt pro modo cauſæ limitetur effectus, latiusq; hoc pateat benefi-
ciũ ijs qui oĩm bonorũ ſunt ſocij, inter quos vix poteſt incidere cauſa, quæ
nõ pertineat ad ſocietatẽ, & ſtrictiꝰ cõcludatur in ijs qui vniꝰ tãtũ negotia-
3 tionis aut rei ſunt ſocij[g]. An ergo & fratri cõuento à fratre hoc beneficiũ
ſit tribuendũ, ne plus ſit in ſocietate, quæ tantũ imaginẽ refert fraternitatis,
quàm in vera fraternitate[h]: ſcindit hic ſe opinio: nã ſunt[i] qui beneficiũ hoc
extẽdant ad fratres, cùm & patroni filio hic honor tribuẽdus ſit[k], cur ergo
4 non eiuſdem parẽtis filio, ſed & fratrẽ egentẽ alere debet frater[l]: dolo er-
go peteret, fratremq; integrius facultatibus exueret, quem ſic nudatũ ipſe
deberet alere[m]. Ab hac tamẽ ſentẽtia quamuis humanitatis intuitu multum
5 æqua, plæriq; omnes receſſerunt[n], & certè non dixit hic I. C. quod ſocijs
ſuccurratur, vt fratribus, aut exemplo fratrum, ſed ratione contractæ ſocie
tatis, quæ in ſe quodãmodo ius fraternitatis habet, & ſic in eo ſolo cõtra-
ctu & iudicio ſocietatis, quod ſi fratribus hoc beneficium eſſet tributum,
& ſocijs vt fratribus, iam indiſtinctè in quolibet genere iudiciorum id eis
eſſet tribuendum. neq; rectè huic accõmodabis regulã, dolo petis quod es
reſtituturus: nã neq; hoc quod petis à fratre mox ſimul & vna vice totũ re-
ſtitues, ſed petis debitũ (quod tã æquũ eſt te ferre, q̃; aliũ quẽlibet credito-
rẽ) & reſtitues, cũ egebit, alimẽta: at quæ nõ erogatur ſtatim multa pecu-
nia, quæ in aliquot annos ſufficiat, ſed plerunq; præſtantur menſtrua[o].

a l.1. in fin. cum l.2. de cõſtit. pecuniar.
b l.3. de conſt. pecu. l. pen. quod cum eo qui in alie. poteſta. eſt.
c l. ſunt qui in id. cũ l. ſeq. de re iudic.
d l. ſi quis crediderit. de pact.
e in §. ſed et ſi quis cum parente. verſic. itẽ ſi ſocius. Inſtitu. de act.
f d. l. ſunt qui in id.
g Zaſius ad d. l. ſunt qui in id.
h arg. l. filio quem pater. de liber. & poſthu. & authen. multò magis. de ſacroſanct. eccleſ.
i Ioan. Faber ad §. ſed et ſi quis cum parente. Loriotus de reg. iur. axio. 167.
k l. patronus. de re iudic.
l l.1. §. ſed nõnullos caſus. de tutelis et rat. diſtrah. glo. l.1. C. de liberis alen.
m arg. l. dolo. de excep. do.
n Accurſ. Barth. Bald. hic. Alex. conſil. Zaſi. ad d. l. ſunt qui in id.
o l. vlt. de lib. ag. & alendis. & Fulgo. hic.

§. ITEM VIDENDVM EST AN.

SVMMARIA.

1 Fideiuſsionis vtilitas.

INTELLIGE hic fideiuſſorem rei vel actionis[a], id eſt, eius quod de-
bet is cui hoc beneficium competit, & de quo cum eo eſt actio. Debet
autem re vera ſolidum, & cum eo agitur in ſolidum, nec ipſe qui agit
temperare debet actionem ad modum facultatũ eius cum quo agit, ſecus
verò ſi fuerit fideiuſſor iudicij, hoc eſt, iudicio ſiſti, ſiue (vt alio loco[b] I. C.
1 ait) exercitationis litis: itaque hic eluceſcit vtilitas ſecuritatis, quã credi-
tores ex acceſsione fideiuſſorũ accipiũt, dũ ſcilicet hi non ſunt tuti exce-
ptiõe, quæ ipſis debitoribus cõpetit, ſi ea perſonæ cohæreat, & perſonale
beneficiũ cõtineat[c]. Dãt tamẽ cõſiliũ[d] quo & fideiuſſori ꝓuideatur ope rei
principalis, qui ſic arcet à ſe regreſſum fideiuſſoris iudicio mãdati: In quo
gñe actionis nõ fruetur hoc bñficio, videlicet vt fideiuſſor cõuẽtus denũ-
ciet reo quòd ipſe ſuſcipiat iudiciũ vel ſuo vel ꝓcuratorio noĩe fideiuſſoris

a l. et ſi fideiuſſor. de re iudic.
b l. Græci. §. & poſt litem. verſic. an ergo fideiuſſor.
c l. exceptiones quæ perſonæ. de except. §. vlt. Inſt. de replic.
d Bald. hic. Zaſius ad l. ſi cum procuratore. de re iudicat. Fulg. ad l. idemq;. §. vlt. nu. 5. s. tit. 1.

conuenti. Atque ita ipſe ex ſuo capite, velut defenſor ſui fideiuſſoris neceſſarius vtatur hoc beneficio, quo non æquè fideiuſſor vti poſſet [e], quod conſilium tamen non omnibus placuit [f].

e d. l. idemq;. in ſi. l. ſed & ſi lege. §. item ſi rem diſtraxit bonæfidei poſſeſſor. de petit. hæredita. l. procurator ad exhibendũ. §. 1. ff. rẽ ratã habere.
f Raph. Cuma. ad d. l. ſi fideiuſſor.

VERS. SED SI HIC FIDEIVSSOR.

SVMMARIA.

1 *Fideiuſſori ſiu defenſori an competat beneficium, ne condemnetur vltra quàm facere poteſt.*

Defensor eius cui competit hoc beneficium, illo eodem vtetur.
Nam non ex ſua ipſius obligatione, vt fideiuſſor litẽ ſuſtinet, ſed ex 1
capite eius quem defẽdit: Nec debet in aliquo plus grauari, quàm is quem
defendit, præterquam in ſatiſdando [a]. Itaque & fideiuſſor, ſi quaſi defenſor ſocij iudiciũ ſuſcepit, quod nõ minus ei quàm cuilibet extraneo licere debet, ad quem nihil res attinet, obijcere poterit, hoc beneficium ex perſona eius, quem defendit: ſuſcipiet autem, vt defenſor non aliter, quàm ſi ſocius pro quo fideiuſsit, in ius vocatus ſit & conuentus, nõ ſi ipſe ex ſua obligatione, niſi fortè hoc ſolum ei incumbat ex fideiuſsione facta, vt ſocium rectè defendat, vtpote ſi à ſocio fideiuſſor iudicati ſit datus, quem defẽdet, non ex ſuo, ſed ſocij iure: nam ſufficit, non fieri deteriorem cauſam actoris ex eo, quòd alius pro reo defenſor interuenit [b]: maximè ſi accepta eius fideiuſsione illud approbauerit.

a l. ſed & hæ perſonæ. §. defendere auth. de procurator.
b l. non tamen. de procuratore. l. iam tamen. §. ſi plures iudicatum ſolui.

§. PATRI AVTEM VEL DOMINO SOCII.

SVMMARIA.

1 *Pater ex ſocietate filij peculiotenus tantum, an ſemper conuenìatur.*
2 *Iubens an & quomodo contrahere dicatur.*
3 *Hæret vna perſona eſt cum defuncto.*

Recte hic additum eſt: *Si iuſſu eorum ſocietas contracta ſit*: Nam ſi non 1
iuſſu eorum, ſed ex arbitrio aut voluntate filiorum familias aut ſeruorum, non conuenitur, niſi peculio tenus: quæ actio per ſe ſatis moderatè conſtituta eſt, habetque ſuas deductiones de peculio, qui cõuenitur longè ampliores, quàm haberet ex hoc beneficio, quo idcirco non indiget. At ſi iuſſiſſent pater aut dominus, iam in ſolidum tenerentur [c], multumq; conduceret hoc beneficium, ſi eo frui poſſent, quod eis negatum eſt: cùm ipſi quidem ſocij non ſint, neque in eorum perſona reſideat aut fundetur ius ſocietatis, quod ſæpè poſt exercitam ſocietatem multo tempore incipit ad eos pertinere, veluti arrogato ſocio [d]: vel deſinit ad eos pertinere, & continuatur cum filio emancipato, cum quo ſocietas geritur [e]. Atque ita nihil nos moueat, quod alio loco dictum eſt [f], & hic obijcit quidam [g], directò agi poſſe aduerſus patrẽ aut dominũ qui iuſsit, quaſi cum eo ipſo eſſet contractum: quod ſi verè factum eſſet, ſi ipſi ſocietatem contraxiſſent, iam haberent hoc beneficium: nã id non eſt dictum rei veritate inſpecta, ſed ex iuris fictione procedit, & rectius alio loco dicitur [h], quod quis quodámodo cum eo contrahat, qui iubet. Quod autem non verè cum illo contrahat, 2
ſic demonſtrari poteſt: nam in vna eademq; perſona conſiſtere nequeunt principalis obligatio, & fideiuſſoria [i]: fideiubet autem pater pro filio, etiam ſi in ſolidum ipſe teneatur, vt quia inſtitorẽ fecit ſuum [k]. Nõ ergo obligatio quæ filium tenet, tranſijt in patrẽ, ſed alia ſimilis, qua & ipſe principaliter obligatur ex ſuo capite, & acceſſoriè pro alio quod in iure permiſſum legimus [l], & paſsim comparatur pater fideiuſſori [m]. Sed cur ergo hic. I.C. cùm diceret

c tota tit. quod iuſſu.
d l. actione. §. ſocietas autẽ quemadmodum. inſr. eo.
e l. ſi id quod quis. §. ſi filiusfam. 3. eod.
f in §. vlt. Inſtit. quod cum eo qui in aliena poteſt. in l. ſi inſtitorem. ſi certũ petatur.
g Alberic. hic.
h in l. 1. quod iuſſu.
i l. generaliter. l. videamus. de fideiuſſor.
k l. in eum. §. taberna. de inſtit. act.
l l. Romanus. de tuto. & curat. dat.
m l. cum filiusfam. in fin. princip. de verbor. obligat. l. eum qui. §. an pater. de furtis.

diceret iſtud beneficium patri non dari, comparauit eum hæredi? hàc ſubijciens rationem: *quia nec hæredi ſocij, &c.* cùm poterat in ſola ſimilitudine fideiuſſoris conſiſtere? An fortè ob hoc, quòd arctius vinculum ſit inter patrem & filium familias, qui iuris interpretatione eadē perſona cēſentur [n], & vox vnius, vox alterius [o], quàm inter debitorē & fideiuſſorē eius: ideoq; cùm ad hanc rem videretur non ſufficere comparatio patris cum fideiuſſore, maluit facere cum hæredibus, in quibus iuris fictione æquè arctū eſt
3 vinculum. Nā & vna quodāmodo eſt perſona hæredis, & eius qui in eum tranſmittit hæreditatem [p].

n L. vlt. C. de impub. & alijs ſubſt.
o §. ei verò. Inſtit. de inutilib. ſtipulat.
p in authen. de iureiuran. à moriente præſtito. in princip.

§. ID QVOD SOCIVS FACERE POTEST.

SVMMARIVM.

1 Deducere quid poſſit, qui conuenitur in id quod facere poteſt.

1 EORVM qui conueniuntur in id quod facere poſſunt, is ſolus qui ex donatione conuenitur, deducit omne æs alienum, quod ex oneroſa cauſa alijs debetur [a]. Socius verò nihil deducit æris alieni, niſi illud quod ex eadem ſocietate alij ſocio debetur, ne is minus conſequatur ex ſocietate, quàm is qui agit [b]: Imò dubitauit Accurſius [c], an ipſius ſocij qui conuenitur, habenda ſit ratio, ne egeat: quæ dubitatio vana videri nō debet, cùm & ipſe Iuriſconſultus [d] non contentus dixiſſe, quòd ſocius conueniatur quantum facere poſſit, ſubijciat mox velut maius quiddam: *Imò nec totum quod habet extorquendum ei puto, ſed & ipſius ratio habenda eſt, ne egeat.* & hoc ſanè omnibus qui ſic conueniuntur, commune eſt: quòd non ſint ad vltimum aſſem exigendi, ſed habita ratione ne egeant [e], ne hoc ſolum putētur habere beneficij abſque ceſſione, quod paſſim alijs tribuit ceſſio bonorū, vt exuti omnibus bonis, non amplius inquietentur à creditoribus [f], niſi quid poſtea acquiſierint, quod dignum emolumentum habeat [g].

a l. inter eos. §. is quoque de re iudicat.
b ead. hac l. §. ſi cum tert.
c hic ad verb. debetur.
d in d. §. is quoque.
e l. in condemnatione. de reg. iur.
f l. is qui bonis. §. Sabinus. de ceſſione bonorum.
g l. qui bonis. eo. tit.

§. ITEM VIDENDVM AN.

SVMMARIA.

1 Actio de peculio reſpicit tempus condemnationis. 2 Liberari non poteſt, qui nihil debet.
3 Cauere debet, qui vtitur beneficio, ne condemnetur vltra quàm facere poteſt.
4 Qui cauit de ſoluendo, parata executione vrgeri poteſt.

IN actione de peculio cautio non venit plenioris ſolutionis, cùm auctū
1 & locupletius erit peculiū, cùm nō plus debeat pater aut dominus, quàm tempore latæ ſentētiæ eſt in peculio [h]: vſq; adeò, vt dubitatum ſit, An vtile
2 ſit legatum liberationis relictum patri, ſi die legati cedēte, nihil in peculio ſit: atque ita qui nihil debeat, non poſſit liberari: niſi fortè quod ſecuritas ei poſſit præſtari in futurū, ſi cōtingat filiū habere peculium [i]. In his verò qui debēt ſolidū, atq; adeò etiā in marito qui huic beneficio fruſtra renūciat [k], rectè conſtitutum eſt, quòd cauere debeant ſe ſoluturos reliquum cùm po
3 tuerint [l]: Cauere, inquit hic I.C. nuda repromiſsione, quæ & ipſa cautio quædam eſt [m], ne quis putet quòd cauere debeant perſonis, vel rebus, id eſt, fideiuſſoribus vel pignoribus [n], eamque cautionem in iudicio interpo
4 ni expedit, vt ſic habeat executionem paratam, vel vt ſecundum eam præceptum iudicis fiat cautioni conſonum, velut inconfeſſum [o], ſi non ipſa ſententia principali in ſolidum condemnatus ſit debitor, moderata tantū executione ad eius facultates, quæ deinde, eo locupletiore facto, iterum executioni mandari poſſit, vt hoc ſcilicet prouideatur, ne hæc cautio creditorem trahat ad initium nouæ litis, quæ haberet incommoda.

h l. quoties. §. ſi ſemel. de peculio.
i l. ſi quis reum. §. Iulianus ſcribit. de libertat. legat.
k l. alia. §. eleganter. ſolu. matrim.
l hic & in l. vnica. §. cum autem. verſic. cautione. C. de rei vxor. act.
m l. ſancimus. C. de verb. ſignific.
n l. haberet. §. cautum. de verbor. ſignific.
o l. ſi debitori. de iudicijs.
p l. minor 25. annis, cui fideicommiſſum. de minorib.

§. SI CVM TRES SOCII ESSENT.

SVMMARIA.

1 *Societatis natura eſt, vt lucra et dãna cõmunia fiãt.*
2 *Nomina ipſo iure inter heredes diuiduntur.*
3 *Ideóque quod vnus exegit alijs debitore non ſoluendo effecto, communicare non debet.*
4 *Socius vnus quod à ſocio poſtea ſoluendo non effecto exegit, alijs communicare debet.*

SOCIETAS ſuapte natura hoc habet, quod lucra & damna fiant com- 1
munia[a]. Non poteſt ergo vnus ſociorũ à ſocio ſocietatis iudicio plus
conſequi, quàm alius, ſed ex æquitate omnium eorũ portiones veniẽt exe-
quandæ, præſertim, ſi eo tẽpore, quo actio ab eo qui prior agere inſtituit, et
ſolidum eſt cõſecutus, is cũ quo egerat verè fuerit non ſoluẽdo, ſi eius fa-
cultates ad ſolidum quod omnibus debet creditoribus ſuis cõferat[b], quaſi
ſic quodámodo ille plus debito accepiſſet, non quidem vt condici poſsit,
velut indebitum ſolutum[c], ſi non alterius interſit, quàm ſoluẽtis: ſed quod
exceptione repelli à ſocio conuento poterat, & meritò debebat: non e-
nim debebat ſocius conuentus ſinere præoccupantis meliorem conditio-
nem eſſe, ſed æquitate ſeruata hoc deducere, quod eodem ſocietatis iudi-
cio debebat alij ſocio. At inter hæredes, qui vnum defuncti debitorẽ ha-
bent, ex quocunque contractu, etiam depoſiti, aliud eſt: quia inter eos iure 2
duodecim tabularum diuiſis actionibus[d], ſuæ quiſque partis ſubit ſolicitu-
dinem: nec refert, quid de ſuo iure conſtituat cohæres[e]. Adde quòd cùm
cohæredes ſimul ſuccedunt, & vno fortè tempore hæreditatẽ ſimul adeũt,
non hoc agunt, vt quicquam ex rebus hæreditarijs cõmuni lucro aut dam-
no aliquandiu indiuiſum habeant aut retineant: vtpote quibus propoſitũ
eſt iudicium famil. Erciſcundæ, quo mox, ſi lubet, vtantur ad diuiſionem.
Atque ita non debet videri mirum, quod in cohæredibus quorum vnus de- 3
poſitæ pecuniæ ſuam partem exegit, aliud ſit conſtitutum[f]: nam nulla in-
ter eos vnquam facta fuit conuentio communis lucri atque damni ex re-
bus depoſitis. Sed nec ſatis eſt, cõuentionem ſocietatis præceſsiſſe, vt per
hoc ſtatim dicas, quod quiſque ſociorum ſibi exegerit, id eum ſocio com- 4
municare debere[g]: ſed oportet, quod à ſocio & ſocietatis iudicio exegerit.
Nam ſi à tertio aliquo etiam debitore ſocietatis (qualis non erat qui in alio
reſponſo[h] pretiũ rei ſoluerat) ſuam partem ſit conſecutus: qui deinde in-
ter moras agendi aliorum ſociorum ſit factus non ſoluendo, non ſuadet æ-
quitas, vt quod diligentior pro ſua parte recepit, relinquendo alijs de eorũ
partibus actionem integram, id conferat in commune, præſertim cùm in
exigendo ſuam tantùm partem, nulla ei culpa imputari poteſt, ſicut in fami
liæ Erciſcund. iudicio imputatur ei, qui ſciens prudenſque cum extraneo
reperti theſauri conſcio, & non cum hærede eſt partitus[i]. In alijs verò iu-
dicijs quæ in rem ſunt, ſi qua res teneatur & poſsideatur à duobus, quorum
alter verè habet partem, alter nullam, ſed eam verè is habet, qui de illa age-
re inſtituit: quo iam modo, & aduerſus quem actionem ſuam diriget: con-
ſideranda erit natura iudicij, & ratio communionis: an ſcilicet diuiſis, an
adhuc indiuiſis partibus res ſit communis, & an diſtinctis regionibus, an
indiuiſa poſsideatur, vt ſic aliquando vtrunque poſſeſſorem, etiam eũ qui
verè pro parte dominus eſt, aliquando eum ſolũ qui nihil in ea re iuris ha-
bet, & omninò alienum poſsidet, in ius trahat[k].

a l. cum duobus. §. ſi in coeunda. §. damna. ſup. eo.

b Fulgo. ad l. vlt. C. depoſiti.

c arg. l. nam & maritus. de condict. indeb.

d l. ea quæ in nominibus. C. fa. Erciſc. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. act.

e l. ſæpè. de re iudic.

f in l. vlt. C. depoſiti.

g l. ſi Titius. ſupr. eod.

h d. l. ſi Titius.

i l. item Labeo. in princip. famil. Erciſc.

k l. 1. §. quinimo. & §. proinde ſi pars hæreditatis petatur. l. Põponius probat ſi ex æquis partibus. de rei vendic.

§. TEMPVS.

SVMMARIA.

1 *Beneficium, ne quis condemnetur vltra quàm poteſt, tempus ſententiæ reſpicit.*
2 *Beneficium, ne quis condemnetur vltra quàm poteſt, doli non culpæ replicatione tollitur.*
3 *L. etiam. §. licet. verſic. cæterum ſolut. matrim. intellectus.*

CVM

CVM hominũ facultates multũ inſtabiles ſint,& alio tẽpore aliud poſ
1 ſimus, meritò cõſtituendũ eſt certũ aliquod tẽpus,quo quãtũ poſsint qui hoc beneficium habẽt,cõſideret & æſtimet iudex, quod in eis omnibus, vt in actione de peculio [a],ſic ad hanc quoq; exceptionẽ cõſtitutum eſt tẽpus rei iudicãdæ [b]:ita ſcilicet,vt anteacti tẽporis facultates collapſas nõ conſideret,ſed increſcentes poſtea maximè ſpectet: ita vt ſi intra tẽpus quod iudicatis datur,multũ creuerint,ex hæreditate fortè præter ſpem oblata,in totũ fiat executio [c],& meritò quidẽ:nã hic de eo cauetur,ſi facultates poſtea creuerint:& hoc beneficium tantùm ſpectat ad moderandã vel cõdẽnationem,vel executionem iudicati.Cùm verò quærimus de actione vel danda vel neganda,idq; ex eo pendet,an aliquis locupletior factus ſit, veluti pupillus cuius ſunt geſta negotia, tunc litis conteſtatæ tempus inſpicimus [d].Sed & quod dolo fecit ſocius,quo minus poſſet, hoc poſſe videtur [e],quod cõmune eſt cæteris omnibus,qui in id quod facere poſſunt,conueniuntur [f]:quorũ numero cùm ſint & patronus & parens,aduerſus quos doli actione non agitur [g], certè nec illis parcendum videtur, ſi
2 in dolo ſint,tribuendumq; hoc beneficiũ,mitigata verbis replicatiõe doli, aduerſus hanc exceptionem,ſicut actionem integrè & honeſtioribus verbis temperare oportet [h],vt rectè quodam loco Zaſius [i]. Sanè culpa ſola nõ facit hoc beneficio indignos [k],& ne maritũ quidem,quantumlibet publicè expediat dotem eſſe ſaluã,vt apertiſsimis verbis reſponſum diſtinctumq; legimus [l],quod quamuis maritus eo iudicio non ſolũ dolum præſtet,ſed & culpã,cùm tamen quæritur in iudicio dotis,an facere poſsit, ſolum dolum comprehẽdi:ſic enim & ſocius nõ de ſolo dolo,ſed & de culpa tenetur: ne tamen hoc beneficio gaudeat, ſolus dolus impedit. Porrò quod nonnulli in contrarium expendunt argumentũ à contrario ſenſu verborũ Iuris conſulti [m],ſi circa interitũ rei dotalis dolus malus & culpa mariti abſit,&c.
3 quaſi vbi alterutrũ eſt,iã beneficio careat:inconſideratius id factũ puto, & non ſatis perſpecto,quo id I.C[tus] retulerit,nimirũ eo quòd ſi maritus circa interitum rei dotalis peccauerit altero modo, vel dolo,vel culpa, iam dotis iudicium nõ effugiet,quin ipſe de ſuo eã iacturã reſarciet: ſed ſi neq; in dolo ſit,neq; in culpa,tenebitur quidẽ adhuc vt cedat actiones ſuas aduerſus furem,vel eũ qui damnũ iniuria dedit,ſed de ſuo nõ refundet, & hic ocioſum eſſe quærere:an facere poſsit. Nã maximè quidẽ id poteſt, & ſine ſuo incõmodo,quod nõ impedient facultates quantumlibet lapſæ.

a *l. ſi quis reum. §. idem Iulianus. de liber. lega.*
b *vt hic, & in l. rei iudicata, ſoluto matrim.*
c *Paul. Caſtr. ad d. l. rei iudicata.*
d *l. litis conteſtata. de neg. geſt.*
e *hic in verſic. hoc quoque.*
f *hic in verſic. quod & in cæteris.*
g *l. non debet. de dol. mal.*
h *in d. l. non debet. verſic. quid ergo eſt.*
i *in intellectib. ſingularib. eo cap. cuius ſuperſcriptio eſt, intellectus legis ex diuerſo.*
k *hic in verſic. ſi tamen nõ dolo.*
l *in l. etiam. §. licet. in princip. ſolut. matri.*
m *in d. l. licet. verſi. cæterũ.*

§. IN HAEREDEM.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſocij tenetur actione pro ſocio.*

QVAE huc ſpectãt alijs locis ſunt tradita [a].hoc tantũ addã:hæc verba, *ſiue adhuc viuo ſocio vectigalis,ſiue poſtea*, non indiſtinctè ad ſingula
1 præcedẽtia referri,ſed diſtinctìm ad ea quæ de hærede ſocij vectigalis ſunt dicta,videlicet, vt plurimũ eũ non eſſe ſociũ:aliquãdo tamẽ eſſe, cũ & ipſe adſcitus eſt ad ſocietatẽ:ita enim priore caſu, iure ſocietatis erit particeps emolumentorũ & dãnorum,quæ cõtigerunt viuo adhuc ſocio [b]. Poſteriore verò caſu etiã illorũ quæ poſtea ſuo tẽpore cõtigerũt, & primũ initium tunc acceperũt,quod nõ ſeruatur ſimiliter in voluntaria priuatarum rerum ſocietate, in quã nunquam vlla conuentione ſocietatis aſſumitur ab initio hæres, & lucrorũ quæ ex cœptis poſtea negocijs ortũ habẽt:nunquam iure ſocietatis eſt particeps,quamuis interdum iure communionis [c].

a *d. l. nemo. cum l. ſequen. l. heres ſocij. l. adeo. ſup. eod.*
b *l. cum in ſocietatis. C. eo.*
c *l. actione. §. ſi in rem communem. ſupr. eod.*

§. SI SERVO COMMVNI.

SVMMARIA.

1 Legari ſeruo communi quomodo poſſit.
2 Accreſcendi ius locum habet in legatis, ſi à teſtatore non ſit prohibitum.
3 Accreſcendi locus non eſt in contractibus.

VT legatum ſeruo communi ab vno dominorum relictū valeat(quod 1
niſi ita ſit,fruſtra quæreretur, cui cedat,& an diuidi debeat) neceſſe
eſt,intelligas hic,alterum dominū eius ſerui teſtatoris ſocium, nō eſſe ab
eo inſtitutum hæredem.Nam ſi illum feciſſet hæredem, communi ſeruo
non potuiſſet legare [a]:eaque ipſa eſt ratio,cur alio inſtituto hærede, non
dinidatur hoc legatum,ita vt pars cædat ſocio teſtatoris, pars altera hæ-
redi teſtatoris,nouo domino,qui in locum ſucceſsit defuncti,ſcilicet quia
in hæredis perſona legatū non poteſt cōſiſtere [b].Nec rectè dices, hic par-
tem rei legatæ relinqui vacuam,quam nemo iure legati habeat. Nam in vl 2
timis voluntatibus ius eſt accreſcendi,in legatis, quando à teſtatore non
eſt prohibitum [d]. ea ergo pars quam non poteſt hæres teſtatoris habere iu
re legati:& ne per ſeruum quidem cōmunem [e], accreſcet mox alteri par-
ti,quæ ſocio teſtatoris rectè eſt acquiſita. Non ſic autem in ſtipulationib[9]
ius eſt accreſcendi [f], vt mirum non ſit,partem aliquam acquirendæ obli- 3
gationis ex ſtipulatione ſerui communis,ab vno dominorum permanere
vacuam,quæ nulli acquiratur,ſed promittenti tantum non decedat [g], ſicut
cùm à tertio aliquo hoc ſtipulatur,quod vni dominorum non poteſt ac-
quiri [h].In donatione autem (quæ magis annumeratur modis acquirendi
rerū dominia,quàm contractibus [i],& ab executiōe nomē habet) diſtingui
tur animus donantis & accipientis,quod latius proſequi nō huius eſt loci.

a l. ſi ſolus. de hære. inſtit.
b l. Plancius. ad l. Falcid.
c l. vnica. §. ſin verò non omnes. C. de caduc. tollē. §. ſi eadem res. Inſtit. de legat.
d gl. l. dominus. §. vlt. de vſufruct.
e d. l. Plancius.
f l. ſi mihi & Titio. de verbor. oblig.
g l. proinde. §. 1. de ſtipul. ſeruorum.
h eadem l. proinde. §. vlt.
i in princip. tit. Inſtit. de donat.

§. SOCIETAS SOLVITVR. CVM L. SEQ.

SVMMARIA.

1 Societas quot modis interitu ſoluatur.
2 Societas quomodo voluntate ſociorum ſoluatur.

FINITVR ſocietas quatuor maximè modis,& quidem quadruplici in- 1
teritu:vel ſociorum, aut vnius eorum,rerum, voluntatis, & actionis,
quorum ſingula ordine ſubijciuntur. Intereunt homines,non ſolùm mor-
te naturali,ſed & capitis diminutione maxima, qua libertas perditur, &
media,qua ius ciuitatis,de quibus mox latius [k]. Res intereunt è ſocietate,
quæ non niſi certæ alicuius rei contracta eſt [l], cùm aut nullæ res relinquun
tur earum, quarum erat contracta ſocietas, vel cùm mutarunt conditio-
nem,aut conſecratione (quo modo commercijs noſtris in toto eximun-
tur)vel publicatione,non quidem ob delictum, ſicut deportatorum bona
publicantur (ea enim ſpecies pertineret ad interitum hominū [m])ſed cùm
res aliqua abſque delicto dominorum ex alia iuſta cauſa adimitur eis aut o-
ritate publica,vel publico vſui ſeruatur [n]:aut veteranis in præmia aſsigna-
tur.hæc enim quia & ſine voluntate dominorū fiunt,peculiarem cauſam fi-
niendæ ſocietatis præſtant,luculenter ab alijs diſtinctam:& quamuis reli-
gioſus quoq; locus eximatur priuatorū commercio, hoc tamen cùm fiat
ſociorū omniū volūtate [o],hæc veluti præcurrens cauſa potius quàm muta-
ta loci cōditio finijſſe ſocietatē intelligitur. Voluntas interijſſe putatur, 2
cùm non manet conſenſus omnium integer [p]: ſed vel omnium ſociorū diſ
ſenſu,vel vnius renunciatione ſocietas ſoluitur:Diſſenſu quidem vel ex-
preſſo,vel tacito:vt cùm vnuſquiſque eorum ſibi negotiatur,quod in com
mune ſolent facere [q],renunciatione verò non doloſa, neq; intempeſtiua.

k ad l. actione. §. ſi in rem certam. §. mortem. & §. publicatione. eod.
l Fab. Inſt. eod. tit. ad §. item ſi alicuius rei.
m d. §. publicatione.
n l. item ſi verberatū. §. 1. de rei vēdic. l. ſi fundus locati. l. Lucius. de euict.
o §. religioſum. verſic. in communē locum. & verſic. in alienum. Inſt. de rer. diuiſ.
p l. tum diu. C. eod.
q l. itaque. hoc tit.

L. ACTIO-

L. ACTIONE.

SVMMARIA.

1 *Societas quomodo actione ſoluatur.*
2 *Societas ſoluitur ex ſola litis ſuper tota ſocietate inſtitutione.* 4.
3 *Societas renunciatione ſoluitur.*
5 *Iudicia quæ inter ſocios ſtante adhuc ſocietate cadant.*

1 ACTIONE interit ſocietas, ſiue nouetur actio ſiue dictetur tãtùm. Nouatur autem vel ſtipulatione animo nouandi facta, cùm quod ex hoc contractu debet ſocius, ab alio nouandi animo promittitur, vel ab eodem tanquam ex alia cauſa, veluti mutui [a]: vel iudicio, quod vt ſocius liberaretur alius aliquis in ſe ſuſcepit animo nouandi [b]: quo quidem modo debitor liberatur etiam inuitus, ſed non inuito creditore. ſicut qui pro alio interuenit in iudicio, non animo nouandi defendet reum inuito creditore, ſed non inuitum [c]. Neque id mirum videri debet, quòd ſocietas finiatur nouatione obligationis, quo modo omnis generis obligatio tollitur [d], cùm æquè finiatur actione tantùm dictata aduerſus ſocium: id eſt (interprete Budæo [e]) dictato vel inſtituto tantùm iudicio, in hoc vt ſocietas
2 diſtrahatur: ad quod directò agi, non eſſet quidem præter exemplum aliorũ iudiciorum bonæ fidei quæ ex contractu inſtituuntur, ad hoc vt recedatur à contractu [f]. Sed non videtur hic expectandus euentus litis in hoc ipſum inſtitutæ, ſed renunciatio ſufficit, ſineq; ſocietati omnino imponit quando
3 ex iuſta cauſa fit: quamuis interim negari nõ poſsit, quin ex diſceptatione iudiciali interdum hoc appareat, an renunciandi cauſa iuſta fuerit, an ſine dolo, an tempeſtiuè ſit renunciatum: nõ quòd hoc expreſſè decidatur verbis ſententiæ, ſed quòd ex illis intelligi poſsit, pronũciante iudice, in quod vſque tempus lucra & damna communicari debeant. Tunc autem dicitur ideo dictari iudicium vt ſocietas diſtrahatur, quando agitur generali actione ſocietatis ad rationes totius adminiſtrationis reddendas, ac vt reddantur reliqua, quæ vel ſortis vel lucrorum nomine debentur [g]. Nam ex fine in quem tendit actio, non obſcurè voluntas & intentio agentium de-
4 prehenditur [h]. Sanè ſi quis non reddi ſed edi rationes deſideret (inter quæ differentia eſt [i]) non videbitur per hoc voluiſſe à ſocietate recedere [k], vt nec ſi conferri petat in commune quod à ſocio eſt perceptum, & vt proprium ſibi retinet, abſtinendum adhuc à generali actione ſocietatis [l]: quæ quamuis ex ſocietate oriatur, perimit tamen ſuam cauſam, ne in vtilitatem non tam propriam quàm ſocietatis reflectatur eius actionis vſus [m]. Vbi ergo actiò in hoc inſtituitur vt victoria profit ſocietati, quo melius & maiore lucro collatis omnibus quæ conferenda ſunt exerceatur, ibi certè finis ſocietati non imponitur per actionem: quod in vectigalium ſocietate magis quidem apparet, propter varios contractus
5 qui tam implicitum negocium faciunt, vt non expediat à ſocietate recedere [n]. At non in illa ſola obtinet, cùm in cæteris quoque eadem ſit ratio. Poſtremò meminiſſe oportet, eſſe alia iudicia quæ inter ſocios manente ſocietate non habent locum, ſocietatem tamen non finiunt, imò ipſa ſilent & differuntur quoad finem acceperit ſocietas aut communio: veluti finium regundorum actio, cui locus non erit niſi alienatione facta, vel proprij fundi, vel partis eius quam quis habet in communi vicino fundo [o]. Et vna quoque ſpecies nunciationis noui operis [p], vt Sabinus in intellectibus ſingularibus.

a *l. ſi ex ſocio. C. ſi cert. pet.*
b *l. ſolutione. de ſolut.*
c *Pau. Caſt. ad l. liberto. §. vlt. de nego. geſt. & ad l. exigẽdi. C. de procurat.*
d *§. præterea nouatione. Inſtit. quib. mo. toll. oblig.*
e *in prioribus annot. ex l. ſi ſeruus. §. ſi negauerit. de noxal. actio.*
f *l. ex empto. §. hic quã virginem. de act. empti.*
g *l. 2. & ibi glo. C. de adminiſt. tutor.*
h *hic et in l. vlt. §. ait lex. verſi. perinde. de diuort.*
i *l. bonu. §. inter reddẽ. de verb. ſig.*
k *Salic. hic & ad d. l. tamdiu. C. eod.*
l *hac l. §. nonnunquam.*
m *Bal. ad d. §. nonnunquã.*
n *d. §. nonnunquam.*
o *l. 4. §. ſi communem fundum. finium regund.*
p *l. 3. §. planè. §. quod ſi ſocius meus. de noui operis nunciat.*

§. ITEM BONIS A CREDITO.

SVMMARIA.

1 *Ceſſio bonorum, ſpecies mortis eſt.*
2 *Ciceronis locus in oratione pro Quintio explicatus.*
3 *Socius qui bonis ceſſit, non prohibetur nouam ſocietatem contrahere.*

EST & alia ſpecies quædam mortis, vt ſi quis bonis cedat, quæ à creditoribus diſtrahantur, vnde velut mortuus ſucceſſorem accipere intelligebatur, & acerbiſsimum viuo videntiq; funus duci, ſi funus id habendum ſit, quo non amici conueniunt ad exequias cohoneſtandas, ſed bonorum emptores vt carnifices ad reliquias vitæ lacerandas & diſtrahendas [a]. Non eſt autem hoc genus ſucceſsionum hodie ſublatum [b], ſed magis ſublata ſunt reuera ſolennia eius, quàm quòd res ipſa extincta ſit. Nam & hodie cuius bona ex edicto poſsidentur, cum latitat à facie creditorum, eius quoque omnis exiſtimatio ſimul cum bonis poſsidetur: & ſic remanſerunt earum ſucceſsionum eæ reliquiæ, vt & hodie ſocietas ſic finiri intelligatur. Nam & ſortem ad ſocietatem à debitore collatā creditores repetent, mercium partem quæ eum reſpicit diſtrahēt, & inter ſe diſtribuēt. Poterit tamen qui huiuſmodi bonorum venditionem paſſus eſt, cum retineat non libertatē tantùm, ſed & ciuitatem, nouam cum quibuſlibet inire ſocietatem [c].

1 2 3 (margin numbers beside lines 1, 5 and 13 of the paragraph)

a Cicero pro Quintio.
b in tit. Inſti. de ſucceſſ. ſublatis quæ fiebant per bonorum vend.
c Inſti eo. §. item ſi quis ex ſo. ijs.

§. SI IN REM CERTAM.

SVMMARIA.

1 Tunc *dictio, temporis extremitatem ſignificat.*
2 *Lucra & damna etiam poſt mortem ſocij communicanda ſunt.*

DE LVCRO & damno durante adhuc ſocietate factis, pleriq; omnes hunc locum interpretati ſunt, vt ſcilicet illa etiam poſt mortem vnius ſociorum hæredi & ab hærede conferri, & inter eos communicari debeant. Sed ſic nihil erit quod propriè ſeruari dicas in hoc genere ſocietatis, quæ certè tantùm rei contracta eſt. Quod tamen Iuriſconſultus hic voluiſſe videtur [d], nam vt dictio, *tunc*, ſi ad tempus referatur, illius extremitatem ſignificat [e]: ſic quoq; cum ad certam ſpeciem refertur iudicium, in illa aliquid peculiariter ſeruari. Et ita quoque hic ſe res habet, nam lucra & damna poſt mortem vnius ſociorum percepta, & quæ tunc primum contigerunt, hæredi ſocij, & ab eo ſunt communicanda, in hoc peculiari genere ſocietatis: ſi non iure ſocietatis verè finitæ, iure tamen communionis: nam res adhuc communis permanſit, cuius erat inita ſocietas: ideoq; lucra & damna manent communia, ſiue plus fructuum vnus perceperit, ſiue plures impenſas fecerit [f], ſiue alia qualibet ratione vni quid adſit aut abſit, quod cōmunicari oporteat [g]. Quam quidem cōmunicationem fieri iure cōmunis rei & nō iure ſocietatis, vel ex eo apparere poteſt, quòd ad ſingularē ſucceſſorem cōmunio tranſeat, & iudicium eo nomine dictandum de communi diuidundo [h]: ſocietas verò nec ad vniuerſalem ſucceſſorem tranſit. Sed & in ſocietate alicuius negociationis id quoq; ſeruatur, quòd ſi quæ res aut merces, poſt ſocietatē diſtractā adhuc cōmunes manſerint, lucra quoq; & damna illius rei eſſe cōmunia [i], quæ ſcilicet proximè & immediatè ex illa re conſurgunt, non quæ ex quæſtu & lucro negociationis factæ ex pretio rei communis [k]. Sed in hoc genere ſocietatis non ſic eluceſcit, omnia lucra & damna totius quodammodo ſocietatis, manere poſt vnius mortem communia: ſicut hic, vbi non niſi certæ rei quæ adhuc communis manet, ſocietas fuit contracta [l].

d his primis verbis, ſi in rem certam, & paulò poſt. tunc etiam poſt alicuius mortem.
e l. 4. in fi. de conditio. & demonſtr.
f §. item ſi inter aliquos. Inſtit. de oblig. ex quaſi contract.
g l. 4. §. ſicut. l. ſi quis putans. §. ſiue autem. de cōmuni diuid.
h l. 3. C. de cōmuni diuid.
i ead. hac l. §. morte. verſ. ſed quod ex re cū poſtea quæſitum. & §. ſi poſt diſtractum.
k Fulgo. ad d. §. morte. ex l. Titium & Meuium. §. alter. de admin. tuto. & ex l. ſi patrum. C. communia vtriuſq; iudicij.
l §. diximus. cum ſeq.

§. DIXIMVS. CVM SEQVENTI.

SVMMARIA.

1 *Renunciationem ſocietatis quid impediat.*
2 *Hareditas vni ſociorum obueniens, ſtatim non eſt communis, ſed communicanda.*
3 *Affectata & captata nō ita proſunt, vt vltrò obuenientia.*
4 *Intēpeſtiua renūciatio quæ habeatur.*
5 *Renunciari poteſt ſocietati nondum captæ.*

DE renunciatione ſocietatis paulò ante [a] multa diximus nunc non re
petenda. Sunt autem duo potiſsima quæ renunciationis vim & effe-
1 ctum impediunt, ne liberetur qui renunciat, quamuis ſocium à ſe liberet
indiſtinctè: videlicet ſi vel dolo fiat, vel intempeſtiuè. Dolo quidem, ſi cū
præſenſerat lucrum aliquod obueniens, idcirco renūciet ſocietati, vt illud
ſic captatum habeat & lucrifaciat ſolus [b]. vtputa ſi ſocius omnium bonorū
renunciet, cum ſe ſciat ab aliquo hæredem eſſe ſcriptum, aut etiam hæredē
eſſe factum, vt cui iam obuenerat hæreditas ante renunciationem [c]. Nec
hic dicas iam ſerum eſſe renunciare poſtquam hæreditas obuenit, maximè
ſi intelligas non delatam tantùm, ſed & acquiſitam aditione: nōdum enim
2 communis facta eſt, ſed ei ſoli quæſita qui fuit hæres ſcriptus, aut cui legiti
mo iure debebatur, quamuis ſocio iure ſocietatis communicanda eſſet.
Diximus [d] enim ea demum communia fieri iure ſocietatis omnium bono-
rum, quæ quiſq; ſociorum tunc habet cum ſocietatem contrahit: quæ verò
poſt contractā ſocietatem acquiruntur, non mox communia, ſed cōmuni-
canda eſſe [e]. Quod maximè in hæreditate procedit, ad quā cùm non ſit ſuo
& ſociorum nomine quis vocatus, ſed proprio inſtitutionis vel ſanguinis
iure, non poteſt intelligi illam communi nomine acquiſiuiſſe, cùm nō eſ-
ſet communi nomine delata [f]. Quod addendum putaui, eo quòd etiam il-
la quæ poſt contractam ſocietatem acquiruntur communi nomine (vt fa-
cilè fit ex contractibus) mox etiam communia ſint [g]. Meritò autē hic di-
ſtinguimus, inter eos qui ex occaſione affectati & captati lucri renūciant,
& eos quibus poſt renuncationē bona fide factam, lucrum aliquod poſtea
obuenit nòn captatum: Nam hoc generalius quoque ad alia pertinere
3 multis exemplis alij [h] docuerunt, nunquam ſcilicet affectata æquè pro-
deſſe, vt quæ non captata obueniunt. Sed & ceſſante calliditate renun-
ciantis, ſi intempeſtiua ſit renunciatio, non ſe à ſocio, ſed à ſe ſocium li-
4 berabit [i]. Intempeſtiua autem videri non debet, cum receditur à ſocieta-
te finito tempore in quod erat contracta [k], nam non debet in aliud tem-
pus ſocietas prorogari & extendi. Quare verius dixeris quòd recedat,
quàm quòd renunciet ſocietati, quæ per ſe interit, finito tempore in
quod ab initio erat contracta [l]: renunciare autem impropriè, eo quòd
non nouam contrahat. Sicut autem vſumfructum dicimus deſinere etiam
cum quis vti frui nunquam cœpit [m], quamuis alia ſit propria eius verbi de-
ſinere ſignificatio [n]: & amitti actionem quæ nunquam exerceri potuit
nundum nata [o]. ita hic quoque finitur ſocietas renunciatione, quæ nun-
5 quam cœpta eſt adminiſtrari aut exerceri, ſed in ſolis adhuc finibus con-
uentionis conſiſtit [p]. Quemadmodum & morte finitur, ſi integris om-
nibus manentibus vnus ſociorum deceſſerit [q]: quod tamen diſtinctio-
nem recipit eandem quam in mandato factam legimus [r], vt ſcili-
cet ſtatim poſt mortem etiam incognitam ſocijs verè fi-
niatur ſocietas: ſed duret actio pro ſocio, de eo
quod ante mortem cognitam ſocietatis
nomine factum eſt.

a *ad l. ſi conuenerit. cum ſeq. hoc tit.*
b *§. manet. verſic. planè ſi quis callidè. Inſtit. eo.*
c *vt hic in verbis, deinde cum obueniſſet.*
d *ad l. 3. §. cum ſupra eod.*
e *l. ſi ſocietatem vniuerſarum fortunarum. 3. eo.*
f *l. delata. de verb. ſig.*
g *Alciat. ad l. ſi ſocius. ſi cert. peta.*
h *Iaſ. ad l. ſi verò. qui ſatiſda. cogant. Felin. ad c. vlt. de teſtib.*
i *hic in. §. Labeo.*
k *§. item qui ſocietatem in tempus.*
l *Pau. Caſt. ad l. 5. §. non autem. nu. 3. de exercito. actio.*
m *l. 3. §. deſinere. vſusfru. quemad. caueat.*
n *l. nemo ex ſocijs. §. illud quæritur. in fi. infra eo.*
o *l. vlt. de euictio.*
p *hic in. §. item ſi ſocietatē. verſi. ſed ſi ideo.*
q *infra eo. §. item ſi alius rei. ver. quòd ſi integris.*
r *in l. inter cauſas. §. 1. tit. §.*

§. RENVN-

§. RENVNCIARE SOCII.

SVMMARIA.

1 *Renunciare per ſe & alium licet.*
2 *Procurator quando renunciare poſſit.*
3 *Legis vltimæ, C. pro ſocio, intellectus.*

ACCESSIT ad expeditiorē vſum renunciationum, quòd non per ſe
tantùm, verùm etiam per procuratorem renunciare liceat: non qui- 1
dem per eum ſolum cui hoc nominatim mandatū eſt, verùm etiam per pro
curatorē, cui omnium bonorū conceſſa eſt adminiſtratio libera[a], qui vtiq;
plura poteſt[b], quàm qui tantùm generale mandatū habet abſq; libera admi
niſtratione[c]. At quomodo, inquies, procurator hic oĩum bonorū reſcindit 2
& diſſoluit quod contraxit ipſe dominus? quod ei quantumuis liberā admi
niſtrationē habeat, licere nō deberet, cùm nec poſſit impedire aut infrin-
gere[d] quod à domino alij ſpecialiter eſt mādatū? Hac ratione quidā[e] cau
ſam requirūt in hac renūciatione procuratoris, ſicut cū prohibet quod alij
nominatim dominus permiſerat: quod admiſerim eo modo, quo oīs renun
ciatio ante tēpus finitū (etiam ſi à domino fiat) requirit cauſam[f], ſed quòd
aliam aliquā peculiarē cauſam hic deſiderare debeamus, veluti quòd iuſta
renūciationis cauſa ipſimet domino ſit incognita, quā benè cognitā habet
procurator, id fortè nō erit neceſſariū. Neq; hic infringit procurator, aut
retractat qđ ipſe dominus cōtraxerat, is enim nō contraxit, imò nec potuit
cōtrahere perpetuā & in æternū firmā ſocietatē[h], ſed exercet facultatē à iu
re cōceſſam renūciandi ex iuſtā cauſa: quæ facultas cōtractui ſocietatis ta
citè inerat. At inquies, ſi tā antiquū obtinet, quod per procuratorē renūcia
re poſſumus ſocietati, cur ſibi vēdicat hoc Iuſtinianus quaſi ipſe primus cō 3
ſtituerit[i], furioſi curatorē habere licentiā diſſoluere ſocietatē, dubitatione
veterū ſublata? An fortè quòd ad hāc renūciationē requiratur omnino vo-
luntas domini[k], vt diſſocies à domino eum quē ipſe ſibi elegit in ſocium ac
veluti fratrē: procurator autē domini volūtatē habere intelligitur ad inter
ponendā renūciationē, quādo vel nominatim hoc ei eſt mandatū, vel gene
ralis omniū bonorū cōceſſa adminiſtratio libera, nō excepto eo ne renun-
ciet: hæc enim tam enixa voluntas domini eſſet ſeruāda. curator verò vo-
luntatē furioſi (qui nihil velle intelligitur[l]) nō habet, atq; ita de eo magis
erat dubitatū. Sed ratio deciſionis Iuſtiniani in cōtrarium conſiſtit in eo,
quòd quēadmodum poteſtas à iure data eſt curatori furioſi in cæteris con-
tractibus, ita & in iſto poteſtatē habet, nō quidem à furioſo, ſed à lege, cō-
modis pupilli prouidere: quæ legalis poteſtas non minus ei, quàm quæ alij
ab ipſômet domino daretur, valere debet. Et hic rurſus eluceſcit cōiun-
ctio perſonarū, quā ex hoc contractu maiorē, q̄; ex cæteris eſſe diximus[m],
ſicut & ex illo quod ad arrogatorē ſocij nō transferatur ſocietas: nō ſolùm
ob id quòd arrogatio ſpecies quædam ſit ſucceſsionis per vniuerſitatem re
rum[n], ſed maximè ob id, ne quis inuitus efficiatur ſocius cui nō vult[o]. Cu-
iuſmodi rationem alio quodam loco[p] videmus adductam, vbi etiam agitur
de iure arrogationis, quæ maximè ad perſonas pertinet.

a Albericus hic.
b l. procurator cui generaliter liber. adminiſtrat. de procurat.
c l. mandato. l. procurator tutorum. de procurat.
d l. ſi hominem. mandati.
e Bart. & ſequaces.
f l. ſi conuenerit. in fi. cum l. ſeq. ĩ. eo.
g arg. l. in confirmando. l. vtilitatem. de confir. tut.
h l. vlt. §. eo. Iuriſconſultus ad d. l. ſi hominem.
i in l. vlt. C. eod.
k Baldus hic.
l l. qui ad certū. §. locati. l. vlt. in fi. de admin. tut.
m §. ſocietas quemadmodum. hac l.
n Inſti. de acqu. per arrog.
o d. §. ſocietas.
p §. ſed et ſi quis nepotis loco. in verbis ne ei inuito. Inſti. de adopti.

§. ITEM SCRIPTVM EST.

SVMMARIA.

1 *Procurator renūciat ſocietati, & tamē ei non renūciatur.*
2 *Curator furioſi, loco domini eſt.*

MIRABERIS haud dubiè cur magis procurator renunciet quàm re 1
nūcietur ei, hoc enim caſu domini ratihabitionem hic requiri dicit
Iuriſcon-

Iuriſconſultus nõ in illo: Fulgoſius dicit intrepidè, ſe intelligere hunc lo-
cum, quando procurator cui renunciatum eſt non conſentit in renuncia-
tione, neq; illam acceptat: quam quidem reſtrictioné non exiſtimabimus
eum ex ſola diuinatione habere, nam ita plerunq; in hac materia renuncia
tio accipitur, quæ ſcilicet fit inuito & non conſentienti ſocio: alioqui ſi &
ille conſenſerit in diſtractioné ſocietatis, iam non renunciatione, ſed diſ-
ſenſu ſolui eam dicemus. Itaque mirum videri nõ debet, quòd ad finem ſo
cietati omnino imponendam, dicamus requiri domini ratihabitionem, id
eſt, à domino acceptari renunciationem ſuo procuratori factam: quemad
modũ ſi ipſimet ſocio renunciaret, nõ eſſet omnino diſſoluta ſocietas, niſi
vel acceptaretur renunciatio [a], vel ex tam iuſta cauſa fieret, vt reclamari
iuſtè non poſsit. Et hoc caſu crediderim etiam procuratori rectè renuncia
ri, ſicut ex cauſa procurator renunciat, ſed ſine cauſa ſuaptè ſpontè nõ diſ-
ſoluit ſocietatem procurator, quamuis ipſi ſocij inuicem eam poſsint re-
2 mittere, & diſſenſu ſoluere, quod & poteſt curator furioſi [b], qui ex autho-
ritate legis loco domini eſt, & in ea parte plus poteſt quàm procurator ge
neralis, etiam cum libera adminiſtratione, qui renunciat tantùm ex cauſa,
non autem diſſenſu ſuo & ſocij ſui domini ſocietatem ſoluit, quod fortè
Bartholus hic voluit cum dicit, renunciationem à procuratore non niſi ex
iuſta cauſa fieri.

a *hic in fi. §. in verb. quemadmodum diximus.*
b *l. vlt. C. eod.*

§. PVBLICATIONI.

SVMMARIA.

1 *Bona quando ex delicto publicentur.*
2 *Deportatio ſucceſsit in locum interdictionis aquæ & ignis.*
3 *Publicatio bonorum quãdo ſocietatem ſoluat.* 4.
5 *Excommunicatione an ſoluatur ſocietas.*

1 SVPPLICII damnatione bona publicantur, cum aut vita adimitur,
aut ciuitas, aut ſeruilis conditio irrogatur [c]: cui autem horum aliquid
contingit, eum mortuo non malè comparaueris. Succeſsit enim de-
2 portario in locum interdictionis aquæ & igni [d], quæ multò euidentius re-
ferebat imaginem mortis naturalis: Vt enim vita humana maximè con-
ſtat calido & humido, ita interdicto horum vſu videbatur non conſiſte-
re [e]: atq; ita hæc mors ciuilis, quamuis propriè mors non ſit [f]. Hanc tamé
3 vim & poteſtatem diſſoluendæ ſocietatis habet cum ea communem, ſicut
& alia pleraque [g]. Accedit etiam, quòd deportatus eximitur in totum om-
nibus obligationibus actiuè & paſsiuè, ſuccedente ei fiſco [h], quo fit, vt etiã
ſi operá ſolam ad ſocietaté conferret is qui deportatus eſt, æquè adhuc fini
ri dicamus ſocietaté [i], quamuis enim ex iure gentiũ contrahédi facultas de
portato adhuc ſalua ſit [k], mortui tamé opera ad nihil vtilis eſſe cenſetur, &
certè nõ valet ad promiſcuũ cómerciorũ vſum, quolibet loco vti prius ne-
gociari poterat, cũ ei certo ſpacio circumſcriptus ſit pœnæ pendendæ lo-
4 cus. Sed hæc ita vera ſunt, ſi vniuerſorũ bonorũ publicationé ſocius paſſus
ſit: quòd ſi pars ſolùm bonorũ publicetur, manet ſocietas [l]: cùm nõ ſic pro
mortuo habeatur, qui nõ omniũ bonorũ ſucceſſoré accepit. Sanè excom
5 municatio quãuis ſoleat cõparari deportationi [m], etiam quoad finiendã ſo
cietaté (vt quidam ait [n]) nihil tamen ad finiendam ſocietaté facere videtur,
cùm excõmunicatus non liberetur ab obligatione, neq; perdat libertatem
aut ciuitatem, neq; accipiat ſucceſſorem ſicut deportatus.

c *l. 1. in prin. de bo. damn.*
d *l. 2. §. conſtat. de pœnis. l. 3. ad leg. Iul. pecul.*
e *Budæus ad d. l. 2. de pœnis. Salomon. ad l. Gallus. §. acquiſitã. de liberis & poſthu.*
f *l. ex ea parte. §. in inſulam. de verb. oblig.*
g *l. ſi decesserit. in fi. qui ſatiſda. cogan. l. ſed ſi alia. in prin. de bo. damna. l. res vxoris. C. de don. inter virum & vxor.*
h *l. ſi debitori. de fideiuſſo. l. 2. C. ad leg. Iul. de vi l. ſi vt proponis. C. de bon. proſcript.*
i *cum Accurſ. ad §. publicationẽ. in glo. ad verb. habetur. Inſtit. eod.*
k *l. ſi mandauero tibi. §. is cuius. mandati.*
l *hic & [illegible]. publicationẽ. & ibi Theophi.*
m *ab Accurſ. & DD. ad §. Inſtit. de cap. dimin.*
n *Pet. de Vbald. Peruſ. in princ. II. partis ſui tract. de duob. fratrib. & quibuſcunq; ſocijs.*

§. SI VNVS EX SOCIIS.

SVMMARIA.

1 *Dos etiam à ſocio vniuerſorum bonorum communicanda eſt.*
2 *Societate ſoluta vbi maneat dos communicanda.*

QVI EX ſocijs omnium bonorum maritus eſt, dotem acceptam ante quàm ſocietatem contraheret, vel poſt quam eam contraxerat, quia 1 illius dominus eſt [a], cõmunem fecit, aut in cõmune redigere debet. Nam vſqueadeò ea ſocietas ad omnia bona extenditur, vt etiam illa comprehendat, quæ ſingulari ratione perſonalis iuris quæſita ſunt, & reſtitutioni obnoxia. Quæſitum ergo eſt, ſi diſtrahatur ſocietas, apud quem dos remanebit: id ſanè refert, an id fiat conſtante adhuc matrimonio, an verò eo diſſo 2 luto. Priore caſu æquum eſt maritũ ſtatim dotem recipere, quamuis non niſi diſſoluto matrimonio reddere debet, & in alijs quæ non niſi præſenti die debentur, cum ſocietas diſtrahitur cauere ſufficiat de tunc cõtribuenda parte cum ſolui debebit creditori [b], quia apud eum dos eſſe debet qui onera matrimonij ſuſtinet [c]: diſſolutaq; in cæteris omnibus ſocietate, non debet ſola dos, quam minus cõueniebat fieri communẽ, in cõmunione permanere. Quod & in filiofamilias ſeruatur qui duxit vxorẽ, cuius dotem recepit pater, nam hic ſtatim à morte patris, etiam ante quam eius hæres fiat, dotem vxoris ſuæ recipiet [d]. Neq; audirentur fratres eius cohæredes, ſi dicerent ſe adhuc velle onera matrimonij cum fratre marito ſuſtinere ſicut ſolet pater, vt dotem relinquat communem [e]: quia ſic quodammodo compellerent inuitum fratrem ad ius ſocietatis, quę tamen ſtatim & abſq; dilatione ſequi debet dos vxoris, vt nec expectandum ſit quod hæreditas diuidatur, vt tunc dos percipiatur: imò nec expectandũ eſt vt hæres fiat patris, ſed ſtatim dotem recipit [f]: ita tamen, vt caueat fratribus cohæredibus, indemnes eos fore dotis reſtitutione, ſi ab eis repetat vxor eiúsve hæredes [g]. Cùm enim dotem acceperit pater, huius obligatio in omnes eius filios & hæredes eſt tranſmiſſa. Hic verò caueri non eſt neceſſe, cùm dotem acceperit is ſolus qui maritus eſt, eamq; deinde alio genere contractus, videlicet ſocietatis, communẽ fecit ſocijs, qui dotis nomine cum vxore aut alio à quo eſt data nihil contraxerunt, ideoq; ad reſtitutionem conueniri non poſſunt. Poſteriore verò caſu, cùm prius diſſolutũ eſt matrimoniũ quàm ſocietas, etſi non amplius onera matrimonij ſuſtinenda ſunt, nihil eſt differentiæ inter hoc debitum reddendæ dotis, & alia quæcunq; debita, quæ nõ præſenti die cum ſoluitur ſocietas præſtari debent. Dilatio ergo ſoluendi omnibus ſocijs proderit, data cautione [h]: vtputa ſi dos quia in pecunia conſiſtit, nõ ſtatim ſed intra annũ ſolui debuit [i]. Cui conſequẽs eſſe videtur [k], quod tamen variè tractari ſolet [l], quando hæredes mariti annali dilatione fruuntur reddendæ dotis, non incumbere eis vt interim viduam alant, alioqui enim ſi hoc onus ſubeundum eis eſſet, veriſimiliter quoque permiſſum fuiſſet ſtatim dotem recipere à ſocijs, ſicut maritus ſtatim recipit, cùm manente matrimonio ſocietas ſoluitur.

[a] *L. dota. C. de rei vendic.*
[b] *L. omne aes alienum. cum ſeq. ȷ. eo.*
[c] *l. ſi ut qui Stichum. §. ibi dos. de iure dot.*
[d] *L. ſi filia nupta. §. j. verſ. hoc. l. ſi marit⁹. fa. erciſ.*
[e] *Pau. Caſt. ad l. 2. C. fam. erciſcun.*
[f] *d. l. ſi maritus.*
[g] *d. verſ. hoc amplius.*
[h] *d. l. omne aes alienũ. cum ſeq.*
[i] *l. voica. §. exactio. C. de rei vxor. act.*
[k] *Fulgoſius ibi.*
[l] *ab Accurſio & DD. ad d. §. exactio.*

L. QVOD SI EO TEMPORE.

SVMMARIA.

1 *Dos in ſocietate communicata, ſi mariti lucro cedat, an ſocijs cedet.*
2 *Pactum lucrandæ dotis tacitam conditionem habet, ſi vxor præmoriatur.*
3 *Dos quibus caſibus mariti lucro cedit viua vxore.*
4 *Socius conferre debet quod pœnæ nomine acquiſiuit.*

SED ALIA hic incidit quæſtio circa ea quæ diximus, an ſicut ſocij eius qui maritus fuit, & dotem vxoris in commune intulit, fruuntur interdum dilatione reddendæ dotis, quæ eorum ſocio marito competit, ſic etiam liberẽtur à dote vel tota, vel parte eius reddenda, ſi maritus in ea cau 1 ſa ſit vt reddere non debeat: an communi lucro retinebitur & inter ſocios diuide-

diuidetur, quod ille ex dote non reddit. Quod hic ita à Iuriſconſulto reſponſum eſt, non ſatis plenè tamen, ita vt neſcias an intelligatur indifferenter, ſiue matrimonio manēte ſiue diſſoluto finiatur ſocietas, an verò diſtinctio in præcedente reſponſo facta, vbi de dilatione quærebatur, repeti huc debeat, vbi de liberatione & lucro agitur. Et hic inprimis illud conſtat, quòd intelligi nō poſsit de matrimonio morte mariti ſoluto, tum quòd ſic non diuideretur dos vel portio eius lucro mariti adſcripta inter ſocios, finita ſcilicet ſocietate: tum maximè quòd pactum lucrandæ dotis locū non habeat ad cōmodum hæredum mariti, quādo eius morte ſoluitur matrimonium [a]. Sed nec pacto illo lucrandæ dotis vel partis eiuſdem, ſtatim certū

2 fit conſtante adhuc matrimonio, an tota dos reddi debebit, an retineri poterit, cùm ea conuentio ſemper in ſe conditionem habeat, ſi præmoriatur vxor: quod quamdiu matrimonium conſtat ſemper incertum eſt, ac tunc demum certum fit cum euenit conditio, & lucrum præſens eſt eo tempore quo ſocietas diſtrahitur. Cùm ergo Iuriſconſultus loquatur vbi id certum eſt, ſunt qui velint [b] altero tantùm caſu iſtud reſponſum accipi, videlicet cum diſtrahitur ſocietas, diſſoluto prius matrimonio morte vxoris, & ſuperſtite marito qui lucrum dotis ſibi pactus eſt. Alij [c] tamen intelligunt locū habere, etiam ſi conſtante adhuc matrimonio ſoluatur ſocietas: non tam hoc requirentes vt certū omnino ſit lucrū, quàm quòd fundamentū lucri iactū ſit ſpe tam firma, vt vnius volūtate auferri nō poſsit: ſicut ex conditionali ſtipulatione ſpes eſt debitū iri, eamq́; ſpem in hæredes tranſmittimus [d].

3 Cur ergo nō æquè in ſocios omnium bonorū, vt his eam ſpē communem faciamus, præſertim ex regula naturalis æquitatis, vt qui ſuſtinent periculum obligationis cōditionalis, adhuc ſuſpenſæ cū diſſoluitur ſocietas [e], fruantur quoq; cōmodo actionis ex obligatione cōditionali: quæ lucrū afferre poſſet ex conuētione, cuius fundamentū extitit cōſtāte adhuc ſocietate. Qua ratione Accurſio omnino conſenſerim, vt ſi certū ſit lucrū dotis aut partis eius cū ſocietas diſtrahitur, illud cū cæteris rebus ex ſocietate ante comunibus, ſtatim inter maritū & ſocios eius diuidatur. Si verò ſpes ſola ſit lucrū aliquādo ſubſecuturū, illā quoq; ſpē etiam finita ſocietate retineāt cōmunem ex ſocietate, ſub qua ea obligatio ſemel fuit cōprehenſa. Sed & alia eſt cauſa lucrandæ dotis, quæ viua adhuc vxore potuit cōtingere, videlicet, ſi cōtempta lege repudium mittere tētaſſet [f]: & hodie quoq; ob adul

4 terii vxoris [g]. nā & quod quis conſequitur pœnæ noīe ob iniuriam ſibi illatam, hoc ſocijs oīum bonorū cōfert [h]. Latius ergo patet vſus huius reſponſi, nec videtur hoc reſtringēdum ad eum ſolum caſum, quo pactū lucrandæ dotis à marito conuentum eſt.

a l.3. de pact. dotal.

b Alberi. hic & Fulgo.

c Accurſ. hic in glo. verbi, debeat.

d §. ex conditionali. Inſti. de verb. oblig.

e d. l. omne aes alienū. verſic. igitur & ſi ſub conditione. ī. eo.

f l. conſenſum. verſic. hoc niſi vir. C. de repudijs. l. Lucius. ſoluto matrim.

g c. pleriq;. de donat. inter virum & vxo.

h l. ſi fratres. §. ſocium vniuerſa. ī. eo.

L. SI VNVS.

SVMMARIA.

1 Socius quod vendit & tradit, illius dominium transfert, vel vſucapiendi conditionem.
2 Periculum euictionis & redhibitionis, commune eſt omnibus ſocijs, re per vnum vendita.
3 Legatorum actio ſic diuiſa eſt, vt ſi vnus non ſoluendo efficiatur, id alios non grauet.
4 Quod vnus ſociorum facere non poteſt, hoc alios onerat.

1 QVOD vnus ex ſocijs conſenſu aliorū, eorūq; noīe vēdiderit & tradiderit ex rebus coībus, illius totius transfert in emptorē dominiū aut vſucapiendi conditionē: ſed ſi id abſq; aliorū conſenſu feciſſet, pro ſua tantùm parte ratū eſſet, quandoquidē nemo ſociorū plus ſua parte alienare poteſt [i]: ideoq; de pretio cōmunicādo, de periculo coīter ſuſtinēdo nō eſſet

2 quærēdum [k]. Cùm igitur priore caſu fiat pretij coīcatio, meritò ex regula æquitatis naturalis [l], cōmune quoq; debet eſſe periculū, ſiue euictiōis [m], ſiue

i l. nemo. infra eod.

k Fulgoſius hic.

l l. ſecundum naturam. de reg. iur.

m Alberi. hic & arg. l. 2. §. ſicuti lucrum. verſi. ſed ſi pretium. de her. vel act.

redhibitionis ex ædilicio edicto, ad quod ei qui vendidit recte valebit cautio ab alijs ſocijs accepta, aut accipienda antequam pretij partes eis conferat. Sed & non accepta cautione ſi quid eo nomine præſtiterit emptori, à ſocijs iudicio ſocietatis recuperabit, & vſqueadeo eius indemnitati conſuletur: vt quòd à quibuſdam nō poteſt ſeruari, cæteros oneret, quam- 3
uis aliud ſeruetur in cohæredibus legato grauatis, inter quos ſic diuiſa eſt actio: vt ſi vnus eorum ſoluendo non ſit, hoc cæteros non oneret[a], quando ſcilicet is ex legis diuiſione pro parte tutus eſt, & non ex facto & ordinatione teſtatoris in totum ab obligatione legati præſtandi eximitur, hoc enim recideret ad maius onus reliquorum[b]. Ratio autem cur quod vnus 4
ſociorum facere non poteſt cæteros oneret, in hoc ipſo reſponſo perquā eleganter eſt adſcripta. Quoniam ſocietas cum contrahitur, tam lucri quàm damni communio initur, & quidem etiam fatalis damni[c], eaque ratio ſufficere etiam ad hoc poteſt[d], cur in mandato non æquè fatalia damna aut aliqua eorum pars mandanti imputetur[e], nimirum quòd ea conuentio non contrahatur ad communionem aliquam lucri atque damni.

a l. legatorū petitio. de legat. 2.
b l. ab omnib. in princip. de legat. 3.
c l. cum duobus. §. damna. §. quidam. s. eo.
d Ful. eo. loc.
e l. inter cauſas. §. nō omnia. s. tit. 3.

§. SI VNVS EX SOCIIS.

SVMMARIVM.

1 Vſura ex pecunia quam vnus ſociorum fœnerauit, an ad alios ſocios etiam pertineant.

QVOD NVNC dictum eſt de corpore ſiue ſpecie communi, transfertur hic ad pecuniam ſocijs communem, & agitur de vtriuſque alienatione per vnum ex ſocijs facienda, ſed aliquo diſcrimine, nam loco eius quod dictum eſt de conſenſu aliorum ſociorum hic dicitur, *Si communi nomine fœnerauerit*: Non quod pecuniæ dominium, quamuis rei fungibi- 1
lis facilius transferatur abſque dominorum conſenſu, ſaltem ab initio cum alij creditur & numeratur[f]. Sed quòd etiam ſi conſenſum ſociorum habeat fœnerandi pecuniam, & ſic omnino tranſeat eius dominium in accipientem, adhuc tamen quoad id de quo hic quæritur, nempe ad lucrum vſurarum, cuius illud ſit, interſit quo nomine credat & numeret, an ſuo an communi omnium ſociorum nomine: ita vt priore caſu, ſicut ipſe ſolus periculum eius pecuniæ & nominis debitoris fortè inidonei ſuſtinet, ſic quoque eas ipſas vſuras quas eſt ſtipulatus aut recepit retinere poſſet: obligatus tamē interim ad alias quas natura iudicij ſocietatis exigit aut admittit, eo quòd pecuniam communem in ſuos vſus conuerterit[g]. Poſteriore verò caſu, vſuras quas perceperit cum ſocijs partiri debet, cùm ex communi pecunia & communi nomine (quod plurimum in hac re ſpectatur) credita eas percepit. Et hæc quidem in ſocijs non omnium bonorum[h], nam ſi omnium ſint ſocij, parum intererit an ſuo ipſius nomine etiam propriam pecuniam, an cōmunem communi nomine ſub fœnore dederit mutuam: æquè enim vtroque caſu vſuræ in commune redigentur. Neque mirum videri debet, retinere priore caſu ſocium vſuras ex ea pecunia cuius ipſe partem habuit, quam verè mutuam fecit, & ſuo iure facere potuit[i], cùm & is qui ſuo nomine & periculo credit pecuniam omnino alienam ſub vſuris, quam nomine domini & ex eius mandato gratis credere debebat, vſuras retineat[k], qui eam pecuniam verè mutuam facit. nam domini conſenſu & voluntate credit, in eo ſolo excedens mandatum, quòd ſub vſuris credat, quam gratis credere debuiſſet: quod ſi non facit, ſuo periculo etiam vſuras reddet domino[l].

f l. ſi ſocius. §. ſi cert. peta.
g l. 1. §. ſocius. de vſuris. l. ſocium qui in eo. s. eo.
h hic in verbis, qui non totorum bonorum ſocij.
i l. nā & ſi fur. in fi. ſi cert. peta. l. ſi cui nummos. verſ. ſin alit rationes. de ſolut.
k d. §. ſi mandauero procuratori. verſ. quamuis.
l d. §. ſi mādauero. in prin. & ibi Fulgoſius.

L. NE-

L. NEMO EX SOCIIS.

SVMMARIA.

1 *Socius plus parte ſua, an alienare poſsit.* 2.
3 *Communis res quando per vnum alienare poſsit.*
4 *Socius an à ſocio mandatum alienandi habere cenſeatur.*
5 *Commune mihi cũ alio, an meum, & quatenus ſit.*
6 *Seruitus rei communis per vnum imponi non poteſt.*
7 *Pignori dari & vendi poteſt res communis.*
8 *Socius an per ſocium acquirat & obligetur.*

1 MAGNA EST reſtrictio huius regulæ quam plerique omnes fecerunt [a], excipientes res venales ad ſocietatem pertinentes, nam ſi merces excludas parum ſub regula relinques incluſum: At hanc regulam eſſe propoſitam ad eas etiam res quæ ex ſocietate contracta cõmunes ſunt & plerunque venales, ſatis innuitur præcedenti reſponſo [b], quo dicitur, Cùm ſocietas contrahitur tam lucri quàm damni communionem iniri, & earum tamen rerum quarum eiuſcemodi conuenta communione neminem alijs non conſentientibus plus ſua parte alienare poſſe. Quare expendens mecum rationem qua Albericus hic improbat declarationem & exempla Accurſij [c] dicentis, quòd non in fraudem neque inuitis & reclamantibus ſocijs, poſsit vnus eorum rem totam communem alienare, videlicet quòd eæ ſint reſtrictiones alterius regulæ, quæ ſic affirmatiuè conſtitui poſſet, quòd vnus ex mandato aliorum totam rem communem alienare poſsit. Nam adhuc id non poſſet inuitis illis & mandatum re integra reuocantibus, neque in fraudem aliorum, quæ ſemper à mandato quantumlibet generali, etiam ſi libera adminiſtratio ſit data, intelligitur excluſa [d]. Sed nihil ad hunc locum pertinere vbi vnus ſociorum non communi vnum, ſed ſuo proprio nomine totam rem alienare intenderit. Hæc inquam expendens cogitaui commodiſsimè hanc regulam intel-
2 ligi, quando non communi omnium nomine, ſed ſuo proprio vnus ſociorum totam rem alienare vellet: quæ regula ſic intellecta latiſsimè patebit & adiuuari poterit ex alijs cohærẽtibus regulis communibus, vna quidem ex perſona & capite volentis alienare, nempe quòd nemo plus iuris in alium transferre poſsit quàm ipſe habeat [e]. & iterum alia ex perſonis aliorum ſociorum, quòd res eorum abſque ipſorum facto auferri eis non debeat [f]. Ex quibus veluti fontibus oriuntur omnes illæ conſtitutiones [g], quæ communium rerum alienationem ſingulis prohibent excepto fiſco [h].
3 An verò communi omnium ſociorum nomine vnus totam rem alienare poſsit, id ex eo dependet, an ex hoc cæterorũ omnium conſenſum habeat, ſicq; expreſſè vel tacitè negociationi præpoſitus, ſed certè tãquam ſocius & mero ac ſolo iure ſocietatis id non poſſet, etſi aliam adhuc qualitatẽ & conditionem aſſumpſerit, vtputa inſtitoris: nihil mirum erit ſi ita totam
4 rem alienare poſsit. Hoc ergo quæritur, an ſocius mandatum habere intelligatur, vt quæ circa res communes occurrent vtilia ſocietati, expediat & faciat. Et quidem non crediderim quòd intelligatur ad hoc habere mandatum à lege ſiue ipſo iure eo quòd ſocius ſit, quamuis quibuſdam ita placeat [i], quod & alij [k] rectius vt puto improbant [l]. Sed à ſocijs ipſis an mandatum ſit aut mandatum tacitè intelligatur, & an inuicem præpoſuiſſe videantur negociationibus, hoc certè non ſolùm expreſsis verbis, verùm etiam ex rebus ipſis factis, ac multis ſignis colligi poſſe [m]: vtputa [n], ſi diuerſis locis communi nomine negocientur, vel eodem loco diuerſo genere negociationis, aut etiam eodem ſed promiſcuè nunc vnus nunc alter vendat aut emat, quòd non tam expeditè neque facilè fieri putandum eſt in genere ſocietatis incidentis, ſiue

Ff 2 ſolius

a *Bar Bal. Salí. Fulgo. bic. Iaſ. ad l. ſi ſocius. ſi cert. petat. & ad l. de pupillo. §. ſi plurĩũ. & ibi Alexã. de ope. noui nuncia.*
b *d. l. ſi vnus. in ſi. princip.*
c *in princ. glo.*
d *l. creditor. §. Lucius. mãdati. l. ſi pater. quæ in fraud. cred.*
e *l. nemo plus iuris. de reg. iur.*
f *l. id quod noſtrũ. eo. tit. de reg. iur.*
g *toto tit. C. de cõmunium rerum alienatione.*
h *l. 2. eo. tit.*
i *Iaſ. ad l. de pupillo. §. ſi plurĩũ. de op. noui nũcia.*
k *Lud. Rom. ibi.*
l *ex eo. §. ſi plurium. l. ſi vnus ex ſocijs. de ſeruit. ruſtic. præd. l. qui in aliena. §. vlt. de nego. geſt. l. ſ. C. de cõmu. rer. alien.*
m *l. vlt. ĩ. quod cum eo qui in alien. poteſt. eſt.*
n *Bal. ad l. cum te in Gallia. C. ſi cert. peta. Alcia. in vlt. annot. ad l. eius qui in prouincia. ſi cert. petatur.*

ſolius communionis, quoniam ibi non ſolam propoſitionem ad exercendam ſocietatē (quæ nulla conuenta eſt) oporteret ex rebus & factis præſumere, ſed ipſam omnino ſocietatem: ideoque in illis firmior eſt & certior regula [a], neminē dominorū in re cōmuni quicquam poſſe ignorātibus aut inuitis alijs [b]. & quamuis quod cōmune eſt meum ſit [c], hoc tamē non ſimpliciter, ſed ratione partis verum eſt. Ideoq; vbi ius dominij pro parte adhuc 4
indiuiſa nequit in ſola illa parte exerceri, ſed cōtingeretur pars altera quæ aliena eſt, id ne in ſua quidem parte poterit ille qui cum alio rem habet cōmunem. Vbi verò effectus in ſola ſua parte ſic poteſt concludi vt de alieno nihil attingat, hoc vtique poterit. Verbi gratia, Vendi poteſt pars rei 5
cōmunis & adhuc indiuiſæ [d], & pignori dari [e], ſed non poteſt ſeruitute onerari [f]: quia vtilitas ſeruitutum non in ſolo iure conſiſtit, ſed factum deſiderat, quod non poteſt in ſola parte conſtituentis eam explicari, quamdiu in 6
diuiſa eſt, quia ſeruitus eſt tota in toto prædio ſeruiente, & in qualibet eius parte, ita vt omnes glebæ ſeruiant [g]. An autem vnus ſociorū per alium acquirat & per alium quoq; obligetur, ex eadem penè formula ſiue diſtinctione dependet, an ab alijs præpoſitus ſit nec ne [h]. Aut vt exactius recitem quæ communius obtinuerunt paulò longius quàm iam dictum eſt, videlicet, quòd inter ipſos ſocios facilius abſq; huiuſmodi diſtinctione detur actio ſocietatis de eo quod vnus geſſerit, & tertio quoque creditori aduerſus ſingulos ex facto vnius, & ſimiliter ſingulis aduerſus tertium, ſi alicuius publicæ rei aut muneris ſint ſocij [i], multoque magis ſi quid vnus omnium inſtitor contraxerit [k], aut magiſter ſocietatis [l], vel ſi alius alium præpoſuerit expreſſè vel tacitè: vtputa ſi negocientur omnes communis quæſtus gratia, ſed diuerſis locis, aut eodem loco in diuerſo genere mercium, aut etiam eodem genere, ſed promiſcuè nunc vnus nunc alius: denique multò apertiſſimè id fit, ſi actum ſit ex præcepto vt correi eſſent credendi aut debendi [m]. Quem quidem ſolum modum ex poſtremis (videlicet vbi omnes negociantur) approbauit & admiſit quidam [n], motus verbis Iuriſconſulti, qui loquens de argentarijs pluribus [o], qui eandem actionē habent & vnius loco habeantur, deſignauit eos quorū nomina ſimul facta, id eſt, qui ſimul cōtraxerunt, alioqui cum ſe nō ſimul obligarunt eo animo vt conſtituerentur correi ſingulos debere viriles portiones. Et humanū quidem eſſe putat [p], vt eius quod ſocius meus ad id præpoſitus, meo & ſuo nomine geſſerit in me, actio detur pro mea parte, exemplo inſtitoriæ actionis [q], ad quod pro ſua quoq; parte in me detur actio, rationem non habet. Ita vt in effectu hic duplex ſit quæſtio, an vnus per alium obligetur, & an in ſolidum. Acquiſitioni verò ſiue obligationi, ſiue dominij rerum, an vni per alium contingat rectè accommodari exiſtimāt cōmunes iuris regulas, videlicet quòd ea quæ ciuiliter acquiruntur, nō acquirātur nobis per alios quàm qui in poteſtate noſtra ſunt: ſed quod à nobis initium accipere debeat, quæ tamen ea ſolùm ſpectant, ne recta via vnus ex alterius contractu agat, velut ſibi per alium directo quæſita actione, ſed mandatis aut ceſsis actionibus rectè aget [r], vt ex contractu per procuratores noſtros inito, quæ ſententia veritati & ſubtilitati iuris magis conſona eſt, neque aliud alios voluiſſe crediderim [s].

[a] Inf. ad d. §. ſi plurium.
[b] l. Sabinus. de communi diuid.
[c] l. ſerui electiōe. §. Labeo. de legat. j. l. pupillus. §. vlt. de verbor. ſig.
[d] vt hic.
[e] l. vnica. C. ſi cōmunis res pignori data ſit.
[f] l. 2. de ſeruitut.
[g] l. ſi cui. de ſeruitut. l. certo generi. §. j. de ſeruitut. ruſt. præd.
[h] Alciat. in præd. vlt. annot. l. eius qui in prouincia.
[i] l. ſi vnus. de pact. l. j. de loco publ. fruen.
[k] l. j. §. vlt. cum l. ſeq. de exerc. act.
[l] l. item magiſtri. de pact.
[m] l. cum te in Gallia. C. ſi cert. petat.
[n] Fulgoſ. ad princip. d. l. ſi vnus. & ad l. vnam. §. ſi plures. de exercit. act.
[o] l. ſi plures. de pact. l. ſi tamen. de exercit. act.
[p] ad l. j. §. ſi plures. de exercit. act.
[q] l. Iulianus. §. ſi procurator. de act. empti.
[r] Fulgoſ. ad d. l. cum te in Gallia. ad ſi.
[s] l. poſſeſſio quoq;. §. & ſi poſſeſſio. de acq. poſſeſſ.

§. ILLVD QVAERITVR.

SVMMARIA.

1 *Socius nolens acquirere extra ſocietatem, non amittit beneficium, ne conueniatur vltra quàm poteſt.*
2 *Qui facere potuit vt poſſet, poſſe videtur.*
3 *Proconſules in prouincijs, vt prætores Romæ edicta proponebant.*

In 115

IN IIS quæ ad ſocietatem exercendam pertinent & ſub ea continentur, neceſſe eſt, qui negligẽtiæ nomine teneri, & à ſocio iudicio ſocietatis cõueniri nolit, vt is acquirat in cõmune, & acquirẽdi occaſionẽ oblatam nõ cõtemnat. Sed extra cauſam ſocietatis nõ tenetur ſocius ſibi acqui
1 rere & ſuũ patrimonium ſic augere, vt ſolidũ ſocijs præſtare poſsit: ita vt ſi quã acquirendi occaſionẽ oblatã negligat aut ſpernat, nõ ob hoc putari debeat indignus iuris beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit.
2 Quod ſanè magis mirũ eſt quàm in alijs debitoribus[a], quibus huiuſmodi beneficiũ nõ eſt iure ſingulari tributũ: nam ſingulare beneficiũ facilius deperditur[b], & qui facere potuit vt poſſet, ille poſſe videtur. Sed aliud hic eſt reſponſum ex verbis interdicti, quod in eos ſolos ſcriptũ eſt à proconſule qui dolo fecerũt, vt deſinerẽt poſsidere, diminuentes eorũ patrimonium in fraudem: nõ in eos qui hoc agunt ne augeát, ne acquirant. Neq; miremur hic proconſuli adſcriptũ edictum, cùm plerũq; ſemper prætori legamus id
3 attributum. Nam rectè monet quidam[c], iſtud reſponſum Caio Iuriſconſulto adſcribendum eſſe, qui eſt interpretatus prouincialia edicta, quæ in prouincijs conſularibus edebant & proponebãt proconſules, ſicut Romæ prætores vrbani: quorum edicta Vlpianus interpretatus eſt, atq; ita refert ea ad prætorem, Caius verò ad proconſulem.

a l. qui autẽ. quæ in fraud. cred.
b l. eius militis. §. militia miſſus. de milita. teſta.
c Ant. Auguſtin. Emendationum lib. j. cap. 5.

L. CVM SOCIETAS.

SVMMARIA.

1 *Pactum adiectum contractui informat actionem, etiam ſi adiectum pactum tendat ad alterius generis contractum.*
2 *Societas plura genera contractuũ concludere poteſt.*
3 *Actio pro ſocio generalis, durante ſocietate exerceri non poteſt.*
4 *Actio præſcriptis verbis, an locũ ſemper habeat adiecto pacto alteri nominato contractui.*
5 *Actionis nomen nunc exprimendum non eſt.*
6 *Præſcriptis verbis agere quid ſit.*

NISI aliunde[d] præcognita eſſent quæ ad cognitionem huius reſponſi neceſſaria ſunt, de pactis quæ inſunt contractui & obligationi, ex parte actoris, & actionem formant, necnon de actione præſcriptis verbis, quando ea concurrat cum actione naſcente ex pacto contractui appoſito: (nam & illam hic duabus alijs in reſponſo Vlpiani deſignatis adiecit Accurſius[e]) longiore tractatu eſſet opus, cuius nunc ſumma capita ſubindicaſſe ſuffecerit, exordio ex eo facto, quod minus mirum videri
1 iam debeat, etiã illud pactũ quod tendit ad aliã ſpeciem contractus adiectũ alij cõtractui, informare actionẽ ex principali cõtractu ad id quod deuenit in pactũ. Verbi gratia, Interdũ ex empto agitur, vt aliud de quo cõuenerat habeas cõductũ[f], cùm hoc loco cõtractus vẽditionis & emptionis reuera initus atq; perfectus, ſit adiectitius cõtractui ſocietatis: & velut portio eius ſiue lex ſocietati dicta: ita vt vtralibet actione, ſiue ꝓ ſocio, ſiue ex empto aut vendito agi poſſet ad id quod ex venditione & emptione eſt implendũ
2 & præſtandum, quod ſanè efficit natura huius contractus ſocietatis multũ generalis, & qui plurima ac varia genera conuentionum poteſt in ſe concludere. Vnde quoque ſimilis facti ſpecies, qualis hic eſt de venditione & emptione, conſtitui poſſet de locatione & conductione, ſimiliter contractui ſocietatis inhærente: ſi vnus ſociorũ hoc pactus ſit, vt omnia ſocietatis negocia exerceãtur in eius domo, & merces in ſua officina proſtent, quã certa penſione annua præſtãda cõuenit in hoc eſſe conductã: hic tam ex locato quàm pro ſocio ad id agi poſſet: quia illa conuẽtio abſolutæ locationis & cõductionis, vt hic vẽditionis & emptionis, nõ confunditur, neq; vim ſuã amittit ex eo q̃d cõmiſcetur cõtractui ſocietatis, quo minus actionẽ

d ex l. iuriſgẽtiũ. §. quinimò. cũ multis ſeq. de pac.
e in fine glo. ſ.
f l. fundi partem. de contrahen. empt.

producat ſui nominis,quamuis accedens ſocietati hoc ex ea acceſsione ac
quirat vt reliqua omnia pacta, quòd & actio ꝓ ſocio formabitur ad ea quæ
ex venditione aut locatione ſunt præſtanda [a]. Nec debet hic iſte concur-
ſus actionum haberi inutilis, cùm ex vendito,empto,locato, conducto,cæ
terisve contractibus,cōtractui ſocietatis adhærentibus,poſſet indubiè agi,
ſocietate manente: quo tamē tempore generalis actio pro ſocio nondum 3
inſtitui poteſt vt diximus. Sanè quod addidit Accurſius de actione præ-
ſcriptis verbis, maiorem difficultatem habet ob varietatem opinionum,an
illi actioni indifferenter locus ſit, vbicunq; pacta aliqua alij contractui ſic 4
ſunt adiecta,ſicut alicubi ea quoq; actione experiri æquè vt formata actio-
ne ex contractu legimus [b] permiſſum. Quidam enim hanc actionem facilè
admittunt,etiam vbi non eſt incertum, cuius generis conuentio ex appoſi
to pacto reſultet, neque eam in ſubſidium tantùm dari,vbi ordinaria ex no
minato contractu actio non competit,licet eo caſu maximè eluceſcat eius
vis & poteſtas, ita vt tunc ſit neceſſaria [c], alijs tamen caſibus non inutilis:
ſed quam ſecurius ſit eligere,vt hodie ferè ſemper agitur, non tantùm non 5
expreſſo actionis nomine [d], verùm etiam non firmata concluſione,neque
reſtricta ad certum aliquot actionis genus, ſed ſubdita clauſula generali,
qua ſuper narratis ad facti ſpeciem explicandam pertinentibus petitur ius
dici, vt iuſtum & æquum iudici videbitur, quod verè eſt præſcriptis verbis
agere. Ex quorum opinione rectè hic dixiſſet Accurſius præter duas actio 6
nes hoc reſponſo deſignatas, dari & tertiā illam de præſcriptis verbis. Et
rectè quoq; ex illorū ſententia [e] qui locū illi actioni faciunt, cùm pacta adij-
ciuntur cōtractui vltro citroq; obligatorio: ita vt ex quacūq; parte ſiue in
cuiuſcūq; fauorē ſit adiectū, ſemper pactū ſtet pro eo qui ex illo contractu
habet actionem: atq; ita hanc quoque præſcriptis verbis actionem naſci fa
ciunt. Sed alij multò reſtrictius illam actionē ex adhibitis pactis definiūt [f],
quorū opiniones inter ſe pugnantes hic non recito: quibus diligenter in-
ſpectis, facilè cōperietur nō eſſe illis conſonū quod hic voluit Accurſius.

a d.l. iuriſgentiū. §. quinimò. d.l. fundi partē. l. tenetur. §. j. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundū. de act. empti.

b in l. ſi vir vxori. de præſcrip. verb. cōiuncta l. 2. C. de pact. inter emptorē & vendit.

c l. 3. de præſcript. verbis.

d c. dilecti. de iudicijs.

e Alberi. ad l. pacta conuenta. de contrah. empt.

f Alcia. cap. j. lib. 5. paradoxor. Lorio. de pact. 26. axiomate.

L. DVO SOCIETATEM.

SVMMARIA.

1 *Stipulatione ſocietatis contractui adiecta, an pro ſocio, an ex ſtipulatu agendum ſit.*
2 *Nouatio non fit, niſi hoc agatur.*
3 *Nouatio quando in dubio præſumatur.*
4 *Stipulatio alij contractui adiecta, quando nouet.*
5 *Stipulatio aſſumit naturam principalium contractuum quibus adijcitur.*
6 *Pœna in ſocietate adiecta, an vtrīque ſit in obligatione.*
7 *Pœna legato adiecta, quid debeatur.*

CVM QVID pacto cōuento in ſocietate ineunda cautū eſt, ſi ſtipula-
tio ſubijciatur, quæritur an ex hac nouetur ſocietas eiuſq; obligatio, 1
an verò nihilominus ꝓ ſocio adhuc agi poſsit? Diſtinguit I.C. an in ſtipu-
latū deducatur & res, an verò ſola pœna. Res quidē ita, ſi id ipſum qđ eſt in
pactis conuētis [g] (id eſt, ſocietatis cauſa, aut alterius cuiuſlibet contractus
gratia factis) atq; adeo tota ex cōtractu ſocietatis obligatio in ſtipulationē
veniat: vtputa hæc oīa quæ inter nos ſic ſunt cōuenta, dari fieriq; ſpondes.
Pœna verò ſola, cùm quod principaliter cōuenit relinquitur in ſuis finibus
pacti & obligationis cōtractæ conſenſu, ſed repetitur tantùm in conditio-
ne ſtipulationis pœnalis: ita ſcilicet, hæc omnia niſi dederis, feceris, pro-
mittis decem? centum? Priore caſu, cum res in ſtipulatum deducitur, re-
ſpondit Iuriſconſultus, ſi nouationis cauſa id feciſſent, pro ſocio non agi:
ſtipulatio enim cōmodiſsimè ad id ſubſeruit, vt per eam ex quacunq; cauſa
debitum, conuertatur in debitū ex alia cauſa [h]. At nouatio non fit niſi hoc 2
agatur

g vt in tit. C. de pact. conuent. tam ſuper dote.

h l. ſi ex pretio. C. ſi certum petatur.

agatur, vt nouetur obligatio, & quando hoc non agitur, duæ erunt obliga-
tiones, & altera alteram non tollet [a]. Sed quid, inquies, in dubio putabimus
factum, nouatam obligationem nec ne. Accurſius putat, quod eo tempore
quo hæc reſpondit Paulus (quamuis hodie aliud ſit [b]) hoc ius obtinebat: vt
in dubio præſumeretur antecedens obligatio ex ſubiecta ſtipulatione no-
uari, ſequitur eum, ſed ſolus (ni fallor) Fulgoſius [c], repugnãtibus alijs [d], qui-
bus cum ſentire hic malim, quamuis nec deſit Fulgoſio, quod ad rationes
horum reſpondeat: quod enim (inquit) obijciunt, nõ eſſe veriſimile, quod
quiſquam ſtatim obligationẽ quam contrahit eo ipſo penè momento ſub-
iecta ſtipulatione corrigat [e], hoc ita verum eſt, ne penitus tollere putetur,
& omninò diſtrahere quod contrahit, ſed nulla ratio impedit, quin mox e-
mẽdet, & in aliud obligationis nomẽ trãsferat. Rurſus quod alio loco [f] hic
ipſe Iuriſconſultus nouãdi animum ſpecialiter exprimi voluit: ſi non plus
cõtineat poſterior quàm prior obligatio, hoc, inquit, ſcriptum eſt de dua-
bus ſtipulationibus, & ſic eiuſdẽ omninò generis obligationibus: vbi cum
ipſa obligationũ forma in genere non varietur: requiritur aliunde ex rebus
ipſis in ſtipulatum deductis aliqua variatio & difformitas [g]: At hic cum al-
terius generis ſit vna obligatio, quam alia, nimirũ cõſenſu cõtracta, cùm al-
tera ſit cõtracta verbis: hoc ipſum putat ſatis eſſe diſcriminis, & nouæ rei,
vt nouatio facta præſumatur. Eoq; magis ſe hic Accurſio adhærere dicit,
ne alioqui I.C. hic nos æquè dubios reliquiſſe putetur, obſcuro ſuo reſpõ-
ſo (quod perinde haberi deberet, ac ſi nihil reſpondiſſet [b]) dum hoc tãtum
reſpondit: *Si nouationis cauſa hoc feciſſent.* Sed profectò non video cur hoc
reſponſum obſcurius cuiquam videri debeat, ſi dicamus non præſumi in
3 dubio ſtipulationem nouandi animo eſſe ſubiectam, quàm ſi idipſum dica-
tur, & verba Iuriſconſulti magis indicent non præſumi: Ideo enim vide-
tur hoc in conditione poſuiſſe, *Si nouandi animo*, vt innuat ei qui hoc volet
aſſerere, probandi onus incumbere, alioqui ſecurè ſemper & velut ex regu
la ſuſtineri poſſe, nouationem non eſſe factam, prioremque obligationem
non peremptam, ſed vtramque perdurare. Nec enim ea eſt natura ſtipula-
4 tionis, vt alterius generis obligationes quas inuenit perimat & tollat, imò
potius, vt quibus adijcitur: adjciat quoque ipſa robur maioris firmitatis,
quod vel formula inſtrumentorum publicorum, quæ in quotidiano vſu eſt,
docere nos poteſt, dum in nouiſsima parte inſtrumentorũ tabelliones ſcri
bunt, quod ſupraſcripta omnia promiſerint inuicem contrahentes, & ſibi
notario ſtipulanti nomine omnium quorum intereſt, aut intereſſe aliquan
do poterit adimplere, nec contraire, &c. quæ quidẽ clauſula executiua, vt
vocant, vſque adeo nõ nouat aut perimit principalẽ obligationem, vt nec
eius conditionẽ aut naturam in aliquo immutet, nec contractũ principalẽ
ſuapte natura reuocabilem (vt fortè donationẽ cauſa mortis) transferat in
irreuocabilem [i]. Sed nec principalis actiõis ſingularia iura atq; priuilegia
(quamuis ea facilius tollantur quàm quæ iure communi fundata ſunt) de-
5 perduntur ſubiecta ſtipulatione [k], multo minus ergo nouationis iure in-
terit ipſius obligationis ſubſtantia. Adde quod ſtipulatio aſſumat naturam
principalium contractuum & obligationũ, quibus adijcitur [l], à quibus e-
tiam dependere dicitur [m]. Non igitur perimit fundamentum à quo depen
det, & cui ad maius robur adijcitur, ita vt in plæriſq; obligationẽ faciat fir-
miorem [n], præterquam in vltimis volũtatibus, ſi hæres legatorũ nomine ca
ueat [o]: hoc enim facit iure cogente [p], non vt obligationem augeat: ſed vt
legatarios faciat ſecuriores: atq; ita meritò illi ſtipulationi eædem cauſæ
& conditiones inerunt quæ ipſis legatis.

a *l. 2. de noua.*
b *l. vlt. C. de nouat.*
c *hic ſub nu. 2. verſic. mihi autem magis placet.*
d *Bart. ad l. ſingularia. ſi certum petatur.*
e *arg. l. non ad ea. verſic. quòd ſi purè. de condit. & demonſtrat.*
f *in l. qui vſumfructũ. de verbo. obligat.*
g *arg. l. qui bis idẽ. eo. tit. de verbor. obligat.*
h *arg. l. de ætate. §. nihil intereſt. de interrogat. actio.*
i *Phil. Decius, conſil. 35. ſub finem ex Cle. 1. in fin. de præbend. Salomonius ad l. ius ciuile eſt. de inſtit. & iure.*
k *l. 2. §. paruiq; refert. verſic. quare ſi in ſtipulatu. de priuileg. credit.*
l *l. ſi eum. §. qui iniuriarũ. ſi quis cautionibus. l. ſi ſtipulatus. de vſuris. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. vt legatorum nomine caueatur.*
m *l. 5. §. conuentionalis. de verbor. obligat.*
n *Iaſon latè ad rubric. de verb. oblig. ex l. ab emptione. de pact. iuncta l. empta. de reſcindẽ. ven. l. ex placito. C. de rerum permutat.*
o *d. §. ſi ſub conditione.*
p *arg. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. co.*

Tranſeamus nunc ad poſteriorem articulum, cùm ſola pœna in ſtipulatione eſt. Et hic quidẽ ita reſponſum eſt [a], non vtriuſq; nomine promiſſorẽ 6
obligari, videlicet rei principalis, & pœnæ exſtipulatu: ſed ad ſolam pœnã. ideoque nihil hic diſtinguens de animo ſtipulantis & promittentis, an ne nouãdi cauſa id feciſſent nec ne, infert generaliter ſolo ſocietatis iudicio adhuc agi poſſe, ad id ſcilicet quod conuenit. Neque enim dubitare oportet: quin qui pœnam ſtipulatur, id faciat, non quo minus, ſed quo magis adimpleatur ei quod conuentum eſt. Quamuis ergo alij aliter diſtinguant, generaliter dici poterit [b], quod ſtipulatio pœnalis fauore creditoris emiſſa: non nouat neque extinguit vnquam principalem obligationem, ſaltẽ reſpectu ſtipulatoris, ꝓmiſſoris verò reſpectu idcirco dicitur quaſi nouari [c] ex aliquorũ ſentẽtia [d], quòd reus antequam in mora conſtitutus ſit, & non poſt, primam complere promiſsionem, atq; ita ſe liberare poteſt [e]: quam quaſi nouationẽ ex antiquorũ ſentẽtia cõſtitui quoq; legimus in exceptione [f]: ne ſimul vtrunq; & res & pœna exigatur: ſed vnius præſtatio tribuat exceptionẽ aduerſus petitionẽ alterius: quatenus quãtitates concurrunt. Quod verò Alciatus de obligationibus facti dixerit, alio loco retulimus [g], nimirũ quod & promiſſoris fauor in eo verſetur. dum quod intereſt quia factum non eſt, ex cõuentione partiũ accepit certæ pecuniæ æſtimationem. 7
Et ita quoq; in legatis ad hũc modũ relictis: *hæres dato pœnã, ſi nõ dederis dato centum*: videri teſtatorẽ voluiſſe & hæredi prouidere [h], & re vera non tam pœna eſt præſtationi legati ſubiecta (cùm olim pœnæ nomine legari nõ potuerit [i]) quam conditionalis trãslatio legati vnius rei, in legatũ alterius [k], nõ omninò diſsimilis illi quod dicimus, aliud pro alio volenti creditori conſtitui poſſe [l], vt ſic quoque ab initio inter cõtrãhentes cõueniri poſsit, aut à teſtatore (cuius ſolius voluntati hoc relinquitur) ordinari, vt aliquandiu liberũ ſit ad diſſoluendam obligationem aliquid dari fieri ve, ac deinde ſi id datum aut factum non ſit, aliud dari.

a in verſic. ſed quando nõ ita eſſent ſtipulati.
b cum Alciato. 1. paradox. cap. 12.
c l. obligatoriũ ferè. in fi. de act. & oblig.
d l. Lorint. de pactis. axiomat. 45.
e l. ita ſtipulatus. verſic. itaque. de verb. oblig.
f apud Alberic. hic.
g ad l. ſi quis à ſocio. ſupr. eod.
h l. ſi pœnam. in verbo. ſi noluerit hæres quando dies legati cedit.
i §. pœnæ. Inſtit. de legat.
k Zaſius ad l. ſi inſulam. nu. 15. de verbor. obliga.
l l. 1. §. an poſsit. de conſtit. pecu.

L. SOCIVS SOCIO.

SVMMARIA.

1 *Culpa quid ſit.*
2 *Hæres cohæredi diligentiã & culpã quam præſtet.* 5
3 *Socius ſocio quam diligentiam præſtet.*
4 *Maritus quã diligentiã in rebus dotalibus præſtet.*
6 *Culpa leuiſsima in committendo comparatur leui culpæ in omittendo.*

SICVT Iuriſconſultus de dolo malo dixit [m] eſſe, vt paulo remiſsius circa illius interpretationem verſari debeamus: ita quoque meritò & multo magis idem dici poterit de culpa, quod in alijs remiſsius, in alijs ſtrictius interpretanda ſit, nõ ſolũ prout res meretur, circa quam verſatur, ſæpè diligentiorem artificis curam, maioremq; peritiam deſiderans [n]: verùm etiam ex natura negotij & contractus, in quo venire dicitur. Quamuis ergo alicu 1
bi [o] deſcribatur culpa, cùm quod à diligẽte prouideri potuit, non eſt prouiſum: hic tamen remiſsius erit interpretanda, referendaq;, non in genere, & abſolutè ad diligentiam boni patrisfamilias, ſed ſolum ad mores induſtriamq; ipſius ſocij, qua in ſuis vti ſolet: quamuis longè infra diligentiam cõmunem aliorum quorumlibet. Solet, inquam, eo tempore, quo in ſocietatem admittitur. Nã ad id tẽpus ferè reſpiciunt ij, qui ſibi ſociũ aliquẽ aſſumũt: ita vt hac ex parte diſcrimẽ aliqđ inueniri poſsit inter eã obligationẽ qua culpæ nõie in reb' ſocietatis ſoci' ſocio tenetur, & aliã qua hæres cohæ
redi in reb' hæreditarijs, de his enim dictũ eſt [p], quòd talẽ diligẽtiã præſtare 2
debeãt, qualẽ in ſuis rebus: nec eſt additũ qualẽ ſolẽt præſtare in ſuis: ideoq; hoc

m in l. ſi ſeruus communis. §. circa commodatũ. de furtis.
n l. ſi merces. §. qui columnam. & ibi Salicet. l. itẽ quæritur. §. ſi gemma locati.
o in l. ſi putator. ad l. Aquiliam.
p in l. hæredes. §. notandũ. famil. Erciſc.

hoe interpretatur,qualem quiſque eorum aſsiduè in ſuis præſtat: non in-
ſpecto magis vno tempore, videlicet,quo primum cœpit ipſis eſſe commu
nis hæreditas,quam alio quolibet ſucceſſu temporis manente communio-
ne:ita vt quocunq; tempore quæratur de culpa in rebus communibus, in-
ſpici debeat quætum fuerit diligentia eius in proprijs.Et hæc ſanè eſt mul
3 torum ſententia[a], quam tamen ſequi dubitauerim, non credens rationi — a Accurſ.ad §. non tantum. & ad §.penul. Inſtit.eo. Bart.& Salicet.& aliorum hic.
conſentaneum,quòd ſi poſtquam ſocius eſſe cœpit,diligẽtia eius creuerit,
vtputa lõgiore vſu negotiorum paulatim exercitatioris illam ſic auctã re-
rũ experimẽtis induſtriã,ſi nõ oſtẽdat æquè in cõmunibus rebus, vt in pro-
prijs,quod excuſari poſsit,aut bona fide verſari dicatur in negotijs ſocieta
tis,quamuis inſpecto initio cõtractæ ſocietatis ad culpã ei imputari nõ poſ
ſet, & ratio I.C^ti in hoc reſpõſo addita,ſubindicare videtur[b],laxiorẽ ſocij — b Fulgoſ.hic.
obligationẽ,nõ vt increſcat,ſi alio tẽpore quàm quo ſemel diligẽtiæ ratio-
nem habendam dicis,alia maiorq; fuerit.Et quod hic dicitur(*ſolet*) eo ma-
gis ſeu potius ſpectare videtur, quòd non ſtatim ex vno aut altero exẽplo
rei bene aut male geſtæ in proprijs negotijs,debeat deſumi argumentũ ad
culpam vel commiſſam vel excuſatam in communibus rebus,ſed quod col
ligi hoc debeat ex actuum frequẽtia,& ex eo qualis vt plurimũ eſſe ſolet in
ſuis proprijs rebus,quod ſic intellectũ etiam ad cohæredes pertinere putã
uerim, & ad maritũ in rebus dotalibus[c]:cui Accurſius hic ſocium cõpara- — c l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ſoluto matrim.
uit,cùm tamen de marito legamus[d],quòd teneatur rebus dotalibus eam di — d. in d.§.ſi maritus.
4 ligentiam adhibere,quam ſuis rebus adhibet,& nõ dicitur,adhibere ſolet:
quare in hoc tam tenui verborũ diſcrimine nulla vis cõſtituenda eſt. Quid
ergo,inquies,erit diſcriminis inter cohæredes & ſocios? Eſto, nullam hac
in parte conſtituamus differentiam:an erit lex vlla qua id reprehendi pote
rit?Opinor autem,non voluiſſe Iuriſconſultum inter hos differentiam vl-
5 lam tam tenui verborum diſcrimine ſignificare,ſed hoc potius egiſſe, vt il
lud cõmune eſſe vtriſq; doceret,culpam nõ eſſe referendam ad exactiſsi-
mã diligentiã boni patris familias, ſed tã cohæredem quàm ſocium habere
quo ſe excuſet,obtineatque culpam remiſsius interpretari, & priuatim ad
mores vtriuſque referri:Illum quidem,quoniam propter ſuam partem cau
ſam habet gerẽdi[e]: hunc verò,quia qui parum diligentẽ ſibi ſociũ aſſciuit, — e d.§.non tantum.in verbis(quoniam propter ſuã partem)
de ſe queri debet,& culpa malæ electionis obſcurat culpam negligentiæ al
terius.At dices:quòd ſocius ſocium eligat,non hæres cohæredem[f]:verum — f d.§.non tantũ.in princ.
quidem id eſt,& propterea videretur remiſsius obligari ſocius ſocio : ſed
illam cõmunionem abſq; ſocietate, permiſſum eſt ſtatim ſimulatq; aliquis
hæredum volet, prouocando ad diuiſionem, diſſoluere: non ſic verò ex
qualibet leui culpa conuentam ſocietatem licet ſeparare. Quòd ſi iterũ vr
geas,quòd neutro loco ſufficere meritò deberet ea diligentia quam quis
ſuis rebus adhibet:nam quod in proprijs rebus tantùm culpatur, hoc in a-
lienis coercendum eſt[g].Cum huius obiectionis vſus alio loco incidiſſet[h], — g d.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.
illi ſic occurrerunt quidam[i],vt dicerent,non eſſe coereendam culpam ad- — h ad l.1.ff.de ſolut.
miſſam in eo,quod arbitrio eius qui cenſentur illam admiſiſſe,commiſſum — i Barth.& Paul.Caſtr.ibi.
eſſe:Quod an & hic quadrare poſsit,non ſatis video,& vix quidem in alia
illa ſpecie,de qua loquuntur,videlicet,de creditore eligente in quam cau
ſam accipiat quod ſoluitur ei, cùm ex pluribus deberetur, cur, inquam, in
his verſetur liberius arbitrium ſocij ex commiſsis & mãdatis ſibi negotijs,
aut creditoris in ſolutione quam accepit in vnã ex multis cauſis,quàm ma-
riti in ſeruis dotalibus,quorum etiam dominus eſt[k], & eius tamen culpam — k l.doce. C.de rei vendica.
dicit I.C.coercendam. Magis ſatis facere videtur,quòd quidam diſtinxit, — l Paul.Caſtr. ad d.§.ſi maritus.
mariti[l] culpã in committẽdo,à culpa omiſsionis:& alius[m] paulo exactius, — m Raph.Cuma.ibi.
ſufficit,

ſufficit,inquit,maritum parem adhibere diligentiam in rebus dotalibus &
ſuis,par tamen culpa ſocium non excuſat: & ita hic quoq; , quamuis ſocio
ſufficere poſsit,parem diligentiam in ſuis & communibus rebus adhibere,
& ſic interprete ipſo Iuriſconſulto [a], deſidiæ & negligentiæ nomine non
ſtrictius teneatur:non ob id tamen quæcunq; culpa cōmiſsionis excuſata
eſt in proprijs negocijs,dum non eſt alius cuius interſit, & qui eo nomine
agat,excuſata erit & in communibus negocijs.Maior nanque culpa eſt e-
ius qui quid malè & perperam facit,quàm qui omittit tantùm, & moratur [b]:
& in l.Aquilia venit leuiſsima culpa facti malè [c]: ſed non ſi quid omitten- 6
do peccetur [d]:vnde à quibuſdam culpam leuiſsimam in committendo,cul-
pæ leui in omittendo legimus comparatam.

a hic in verbis. l. deſidiæ.
b l.ſi ſeruum. §.ſequitur. circa princip. de verb.ob.
c l.in l. Aquilia & leuiſsimam. ad l. Aquiliam.
d l.ſi vſusfructus. §. denique. de vſufruct.
e Bart. ad l. quod nerua. num.29. depoſiti. & Salicet. ibi. colum. penult. verſic. iuxta hoc quæro ſecundo.

L.SI SOCIETATEM VNIVERSARVM FORTVNARVM.

SVMMARIA.

1 *Societas vniuerſarum fortunarum etiam ad futura bona extenditur.*
2 *Legatum vniuerſale non ad tempus teſtamenti,ſed mortis refertur.*

INTERPRETATIO hic ab ipſo Iuriſconſulto addita [f], minimè negli 1
genda eſt: videri enim poterat, quòd generalis rerum mentio in hoc
genere contractus(quo pro parte transferuntur & communicantur domi
nia rerum,ideoq; maioris præiudicij res eſt,quàm ſola obligatio hypothe-
cæ nomine facta [g]) non comprehenderet futura,ſed præſentia tantùm:quan
do aliud tempus non eſt expreſſum,præſertim cum ita ſit in vltimis volun-
tatibus fauorabilioribus [h]. Sicut tamē vniuerſale legatum paulò latius ex-
tenditur, vt non facti teſtamēti tempus,ſed mortis teſtatoris inſpiciatur [i]: 2
ita hoc loco latiſsimè extendet ſeſe ſocietas ad vberiorem quæſtum in fu-
turum contracta.

f in verbis(. l.ed quoq; rē)
g l.vlt. C. quæ res pignori vel hyp.oblig.
h l.ſi ita legatum. de auro & arg. legat.
i l.Luci⁹. de fundo inſtruc. & hic Bald.

§. IDEM.

SVMMARIA.

1 *Societatis varia genera.*
2 *Erogata in honorem vnius ſociorum veniunt in vniuerſalem ſocietatem.*
3 *Dos non recidit ad onus ſociorum,niſi nominatim ita conuentum ſit.*

Gradus ſocietatis.

IT creſcitq; certis gradibus ſocietas,quædam enim eſt vnius rei, alia ali 1
cuius generis negociatiōis,alia hæreditatis cōmuniter delatæ & agnitæ:
rurſus alia ſimpliciter inita, quæ extenditur ad omnia quæ in quæſtu ſunt,
ac denique alia expreſſè contracta bonorum omnium: An ergo vltra hanc
alia aliqua ſit? Et certè non eſt aliud vllum genus ſocietatis, quod in ſuo
genere pateat latius: ſed cum iuris interpretatione aliqua excipiantur,quæ
non veniunt in ſocietatem omnium bonorum (vt dictum eſt de ijs quæ ex
cauſa delicti erogantur [k])ſit interdum vt expreſſa cōuentione introducan-
tur in ſocietatem , conuentione magis extenſà, non quidem illa quæ iam 2
diximus ob delictum vnius ſociorum erogari aut acquiri [l],ſed quæ honeſtè
erogantur in honorem liberorum alterius ſocij,& quorum nomine nego-
ciorum geſtorum eſt actio [m]:ſed nō aliter veniūt in ſocietatem etiā omniū
bonorum,niſi hæc ita eſſet inita, vt quicquid erogaretur vel quæreretur,cō
munis lucri atque impendij eſſet [n]: Sicut nec dos filiarum ad onus ſociorū 3
recidit,niſi nominatim ita conuentum ſit [o],nec etiam inter cohæredes fra-
tres ratio habetur eorum, quæ à patre in honorem vnius ſunt impēſa , non
inquam ad hoc,vt tantundē ex cōmunibus bonis mortuo patre , impenda-
tur in honorem alterius [p]. Sanè quando in legitimam imputetur ei in quem
ſunt impenſa,alterius eſt loci [q].

k l.ſi fratres. §. vlt. cum ll.ſeq. ſupr. eod.
l l. nec prætermittendum. ſupr eod. l.ſi à reo. §. vl. de fideiuſſ.
m l. quæ vtiliter. de nego. geſt.
n vt in hoc §.
o Fulgo. hic ex l.ſi ſocius pro filia. ſ. eod.
p l.ex parte. §. filius. fam. erciſ. l.3. §. vlt. de mune. & honor.
q l.omni modo. §. imputari. C. de inoff teſta. l.ſi quis ſocietatem.

L. SI QVIS SOCIETATEM.

SVMMARIA.

1 *Socius quod emit ſuum facit, licet ſocietatis iudicio communicare teneatur.* 3

2 *Socius omniũ bonorũ, quod emit, an cõmune faciat.*

4 *In dubio præſumitur quis proprio, non alieno nomine emiſſe.*

5 *l. ſi patruus. C. commu. vtr. iud. intellectus.*

6 *Socius rem quam emit ante cõmunicationem alienare poteſt.*

7 *Socius propriam pecuniam dando in creditum it, altero etiam ſocio diſſentiente.*

BREVI orationis puncto latiſsimum cãpum cõplectitur regula Iuriſ-
1 conſulti in hoc reſponſo: *Quod ſocius emit, ipſius fit, non commune, ſed ſocietatis iudicio communicandum.* Principio enim non ſatis inter omnes cõuenit, in quo genere ſocietatis hoc accipiendum ſit. Accurſius [a] reſtringit ad ſocios omniũ bonorũ, hoc veritus, ne ſi nõ oĩm bonorũ ſit ſocius, nec com mune fiat quod emit, nec cõmunicare cogatur [b]. Alij [c] paululũ relaxar, extenditq; etiam ad ſocios qui ſimpliciter ſocietatẽ contraxerunt, & ſic eorũ tantùm quæ ſunt in quæſtu, qualia ſunt omnia quæ emuntur [d]. Audebo tandem laxare adhuc magis, & intelligere hanc regulam, de socijs vnius generis negociationis, ſic (vt ferè fit) contractæ, vt in eodem genere nemo ſeparatim ſibi negocietur, ſed in commune tantum. horum enim vnus ſi quid ſibi emit, ad ſocietatem tamen pertinens, hoc commune quidem non facit, ſed cogitur ſocietatis iudicio cõmunicare, æquè vt ex ſocietate omnium bonorum: quamuis in hoc genere ea regula expeditius procedat, dũ nihil ex ea ab aliquo ſociorum comparari poteſt, quouis etiam nomine, ſiue ſuo
2 ſiue communi, quod vel non fiat commune, vel ſaltem cõmunicari debet, nam ad eam ſocietatem pertinent omnia, cùm ſit omniũ bonorũ. Sed certè non minus valet ſpecies in rebus ſibi ſubiectis, quàm genus in genere: Ideoq; cæteris paribus, idem erit in ſocietate vnius negociationis, ſi quid ad illam pertinens ematur, ab eo cuius fidei adminiſtratio eſt permiſſa.
3 Sed & ſuo ipſius nomine emiſſe debet is, in quo hæc regula locũ habebit. Alioquin facile fieret, quod nec in ſocietate omnium bonorum obtineret: nam ſi quid ſocius omnium bonorum [e], vel etiam vnius alicuius negociationis, ex cõmiſſa ſibi adminiſtratione [f] emat, poſt cõtractam ſocietatem, communi omnium ſociorum nomine, & ſic ſibi traditum accipiat: omnibus ſanè ſocijs mox fecerit commune. Neq; hæc eſt reſtrictio regulæ huius re-
4 ſponſi, ſed ex ipſis verbis propria veraq; interpretatio, cùm in dubio præſumi debeat magis ſibi & ſuo nomine, quàm alijs emiſſe communi nomine: non enim perſona extrinſecus intelligitur [g]. Atque hoc illud eſt quod in acquirendo dominio potiſsimum ſpectatur [h], adeò vt ius alterius quoad acquiſitionem partis dominij, nec ex eo iuuari poſsit, quòd fortè res ſit empta pretio redacto ex rebus communibus diuidentis: nam ex negociatione potius quàm re & pretio res empta intelligitur acquiſita: ſicut è diuerſo, pretium rei venditor non ex re, ſed propter negociationẽ intelligitur percipere [i]. Nec dices propterea in commune quæſiſſe: quod id iure ſocietatis facere tenebatur: nam re vera iure ſocietatis non tenebatur in commune quærere, ſeu omnium nomine acquirere: ſed quod acquiſiuit, tenetur
5 communicare. Sed cur ergo alijs illis locis paulo ante citatis [k], nec commune eſt quod emptum eſt, nec communicandũ? Certè quia nulla ibi fuit ſocietas, neq; omnium bonorum, neque vllius generis negociationis, inter patruum eundemq́ue tutorem, & nepotem eius pupillũ: quamuis huius nepotis patri, dum viueret, cum ſuo fratre fuiſſet ſocietas, nunc morte ſoluta, quæ tam ob ætatem pupillarem nepotis, quàm quòd patruus ſuum tãtùm geſsiſſet negocium: non eſt rebus & factis tacitè cõtinuata. Et ne priuilegio

a *hic in gloſ. 1.*

b *l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudicij.*

c *Fulgo. hic.*

d *l. coiri. ſupr. eod.*

e *Alciat. ad l. ſi ſocius. ſi certum petatur.*

f *Arg. l. ſi procurator. de acqu. rer. dom.*

g *Fulgo. ad d. l. ſi patruus. ex l. ſi ita ſtipulat⁹. §. 2. de verb. oblig.*

h *d. l. ſi patruus. in verbis (ſuum gerens negocium) & in l. Titium. §. altero. in verbis, ſuum negociũ exercuit. de adminiſt. tutorum.*

i *l. venditor ex hereditate. de here. vel act. ven.*

k *in l. ſi patruus. C. communia vtriuſq. iudicij. in l. Titium & Mauiũ. §. altero.*

gio quidem ætatis [a] res quæ ſic à patruo comparata eſt, poteſt dici eius facta, ei ve communis cum patruo, ſiue quod pecunia pretij nomine ſoluta patruo pro re cõmuni diſtracta, non ſit aliqua ex parte pupilli facta, ſiue quod quamuis eius facta eſſet, non tamen idcirco eius quoque eſſet res illa pecunia empta, vt quæ non eſt empta vt firmo iure retineatur & poſsideatur, ſed vt ſtatim diſtrahenda, & tanquam merx iterum venalis. At quis, inquies, vſus eſt huius temporalis dominij, & quod non ſtatim ſimulatq; emitur res, cõmunis fiat, cùm debeat petente ſocio ſtatim cõmunicari? Profectò quod 6
ab eo qui comparauit rurſus alienari poſsit, antequam communis ſit: & rectè dicetur translatum dominiũ totius rei: Neque enim obligatio, aut perſonalis actio pro ſocio quæ ad cõmunicationem competit, impedit translationem dominij, ſi fortè ea res alij prius vendatur & tradatur [c]: Ideoq; de ſocio & quidem omniũ, vt interpretantur, bonorũ reſponſum eſt: quòd propriam pecuniam ſi mutuam dederit, omni modo creditam fecerit: licet ſo- 7
cij diſſenſerint [d]. quod non haberet dubitationem, ſi non intelligeretur de ea pecunia quæ prima acquiſitione eſt pro priori: ſed iure ſocietatis poſtea communicanda, quod dedit rationem dubitandi [e]. Sed decidendi ratio eſt, quam diximus, quòd perſonalis obligatio non impediat, quo minus debitor rem debitam alienet.

a l. curato. C. arbitrium tutelæ.
b Raph. Cuma. ad d. §. altero.
c l. vlt. in fin. ỹ. tit. 1. l. quoties. C. de rei vendica.
d in d. l. ſi ſocius. ſi certum petatur.
e Alciatus hic.

L. SI COITA.

SVMMARIA.

1 *Arbitrio alieno quid & quomodo aliquid committi poſsit.*
2 *Arbitrio emptoris aut venditoris pretij definitio cõmitti non poteſt.*
3 *Legatum arbitrio alieno, atque etiam legatarij cõmitti poteſt.*
4 *Dos incerta noſtro arbitrio definienda permitti poteſt.*
5 *In ſocietate quid arbitrio ſociorum vel alterius cõmitti poſsit.*
6 *Arbitro non arbitrante in contractu an deficiat cõtractus. l. 2. de har. inſt. intellectus.*

DIFFICILES quæſtiones in iure noſtro facit, ſi quod communi cõ- 1
trahentium conſenſu definiri poterat, alieno cõmittatur arbitrio. Et refert ſanè multum, an hoc quod ſic manet indeterminatum, pertineat ad ſubſtantiam contractus, an ſit ex naturalibus, an adiectitijs qualitatibus & accidentalibus, refert etiam, an generaliter tantum ad alienum arbitriũ relatio facta ſit, an verò perſona certa deſignata ſit, cuius arbitrio ſtetur, denique an hic ſit vnus contrahentium an extraneus, vt ecce in emptione & venditione, locatione & conductione, nec pretiũ nec merces poteſt gene-
raliter cõmitti alieno arbitrio [f], ſed nominato arbitro cõmitti poteſt [g], mo- 2
do hic non ſit ipſe venditor aut emptor, locator aut conductor [h]. Ad quorum tamen arbitrium referri poteſt, quod non propriè ex ſubſtantia cõtractus eſt, ſed ei velut accidens cohæret, vtputa quo genere monetæ emptor pretium cõmuni conſenſu cõuentũ ſibi ſolui malit [i]: Imò & accidẽtale augmẽtum pretij hac adiectione: *Et quanti pluris vendideris*, quodãmodo in arbitrium emptoris conferri poteſt [k]. Cùm verò arbitrio tertij alicuius expreſsis verbis committitur definitio pretij aut mercedis, ſtat cõtractus ſub hac cõditiõe: *ſi is arbitrabitur*: quod vel ipſa forma verborũ ſatis demõſtrat: nã relatiuũ (quod) iunctũ verbo futuro, cõditionẽ facit [l]: ideoq; illo nõ arbitrãte, ad nihilũ recidit cõuentio [m]. Quod in legatis & fideicommiſsis fauore vltimarũ voluntatũ nõ ſic ſeruatur, ſed à perſona receditur, atq; adeo
ipſi legatario arbitrium optionis permittitur earum rerũ legatarum, qua- 3
rum aliqua arbitrio alterius dãda erat legatario [n]. Sed ſi hoc arbitrium non verſabatur circa res legatas, ſed circa grauamen iniunctum hæredi ſub mulcta,

f l. ſi merces. infr. locati & conducti.
g l. vlt. C. de contrah. emp. & vend.
h l. in vendentis. C. eo. tit.
i Bald. ad d. l. vlt. & Salicet. hic.
k l. hac venditio. §. vlt. ỹ. tit. 1.
l l. Stichum qui meus erit. de legat. 2.
m d. l. vlt. C. de contrahen. empt. l. ſi quis arbitratu. de verb. oblig.
n l. 1. §. ſed et ſi quis emptionem. C. communia de legat. & fideicommiſſ.

mulcta, niſi faceret monumentum defuncto, ad arbitrium alicuius, hoc ca-
ſu alio non arbitrante, non committitur pœna, neque receditur à perſona,
quo ad pœnæ cōmiſsionem[a]. At hæc non vniformiter in omni genere con
tractuum procedunt: dotē enim in incerta quantitate promittimus, etiam
4 noſtro arbitrio præſtandam[b], imò & detracto omninò arbitrio[c]: habet e-
nim dos ſuas regulas, ad quas ipſius quantitas quæ expreſsim deſignata nō
eſt, expendatur, videlicet pro modo facultatū, & dignitate natalium viri[d].
5 Sic quoque ſocietas ex ijs quæ diximus, quædam habet differentia, alia ve-
rò communia: nam eo differt, quòd partium ſocietatis diſtributio hic poſ-
ſit cōmitti ipſi ſocio[e], eaq; in re cum præſens & purus conſenſus ſit vtrinq;
ad ſocietatem ineundam, & nunc quidem initam: non erit aliqua velut ex
appoſita conditione ad ſubſtantiam contractus timenda ſuſpenſio: ſed mo
dus initæ ſocietatis ad arbitrium ſocij vt boni viri cenſetur relatus. Ideoq́;
etiam vbi generaliter boni viri arbitrio partium conſtitutio eſt cōmiſſa: nō
ob id irritum dicemus contractum. Hoc verò habet cōmune cū alijs, quòd
6 ſi is cui arbitrandi facultas delata eſt, non arbitretur, nec partes conſtituat,
nihil actum eſſe putetur, vtputa deficiente conditione, ſub qua ſocietas in-
telligitur contracta[f]. Quin etiam hoc amplius habet, quod licet in alijs cō
tractibus, quorum obligatio ad hæredes & contra hæredes tranſit, dubite-
tur[g], an vt arbitro, ſic quoque altero contrahentium defuncto, nihil ſit ar-
bitrandum, & an hoc caſu arbiter inter hæredes arbitrari poſsit: hic tamen
de illo minimè dubitandum eſt, quin finiatur arbitrandi poteſtas: quæ fru-
ſtra exerceretur ad conſtituendum ſocietatis initium eo tempore, quo re-
ctè prius conſtituta nunc finiri deberet, vnius ſociorum morte[h]. Sed hic iā
obijcientem nobis, & nihil reſpondentem audio Accurſium[i], ex reſponſo
Vlpiani[k], quo aduerſus Marcelli ſententiam vtriuſque huius formæ inſtitu
7 tionē ex partibus quas ex ſcripto, ſe partes aſſcriptitios ſuſtineri poſſe pu
tat, nullis aſſcriptis partibus: quare ergo non æquè ſocietas nullis arbitratis
partibus? Quòd ſi dicas, nullis aſſcriptis in inſtitutiōe partibus intelligi ex
iuris diſpoſitione æquales eſſe factas[l]; non ſic euaſeris: nàm in ſocietate
quoque ſi non fuerint adiectæ partes æquas eſſe conſtat[m]. Reſpondet hic
optimè pro Accurſio Fulgoſius, quòd illic in teſtamentis relata ſit cōditio
ad factum teſtatoris: ex cuius ſolius voluntate & arbitrio dependēt omnia,
qui liberrimè deſtinatum aliquò animi ſui motum mutat, & in contrarium
vertit, pollicitas conditiones omittit[n], non pollicitas neq; ab initio cogi-
tatas poſtea adijcit[o]. Hic verò aſſcripta conditio dependet ex arbitrio &
facto tertij, quod non eſt in contrahentium poteſtate.

a l. mulcta. & ibi Soſinus. in princip. de condit. & demonſtrat.
b l. ſi cum ea. C. de dotis promiſsione.
c l. cum poſt. §. gener. de iure dotium.
d d. §. gener. & l. quero. eod. tit.
e l. ſi ſocietatem mecum coieris. ſupr. eod.
f vt hac lege.
g Bart. ad l. ſi quis arbitratu. in 7. quæſt. & ibi Iaſon ſub finem antepenult. colum.
h arg. l. Titio cū morietur. de vſufruct. l. Iulianus. de iure dotium.
i in fi. glo. huius legis.
k in l. 2. de hered. inſtitut.
l l. ſi plures inſtituantur. Inſt. de hered. inſtituen.
m l. ſi non fuerint. ſupr. eo.
n l. ſi teſtamentum. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione.
o l. hæredes palā. §. ſi quid poſt factum teſtament. de teſta.

L. SOCIETATEM MECVM.

SVMMARIVM.

1 *Arbitro in contractibus iniquum arbitrante, an ab eius arbitrio recedere liceat.*

MVLTVM vicina & proximè cohærens ijs quæ iam diximus, hæc eſt
quæſtio, quam malè formatam (eo quòd magis facti quàm iuris eſſet,
ſic vt erat propoſita, eiuſq́; deciſio plurimam facti cognitionem deſideraſ-
ſet, quanta videlicet ab vtroque collata eſſet pecunia, & quæ eſſet vtriuſq;
1 induſtria, gratia, opera) Iuriſconſultus ita emendauit[p]: An arbitrante illo,
cuius arbitrio ſe ſubiecerunt contrahentes, ſed iniquum, ſequi omninò
oporteat quod eſt arbitratus, an potius quod bonum virum arbitrari opor
tuiſſet, dubitationem facit, quod dixerimus, non recedi in contractibus à

p hic in verſic. exiſtimo autem melius te, &c.

 perſo-

perſona electa [a]. Sed hoc ita verum eſt, ſi nihil is arbitretur: tunc enim de-
fecta conditione nihil actum eſt, nulla obligatio nata, nolla actio, cui par-
tes boni viri & officium iudicis poſsit accedere, in corrigenda iniquitate
arbitrij: quandò vero is aliqoid eſt arbitratus, ſed iniqoius: iam cōditio ſub
qoa ſtabat contractus, porificata eſt, iam fundamentum ſubeſt obligatio-
nis & actionis, cuius gratia aditus iudex iniquitatē arbitrij reformet in me-
lius: non quidem quod ad id ſola officij iodicis imploratio conceſſa ſit, ve
lut acceſſoriè ad actionem alterios rei cauſa principaliter propoſitam [c]: ve-
rùm etiam quòd directò ad hoc detur actio, & deducatur principaliter in
iudicium bonæ fidei [d], quod latiſsimè patet. Quo exēplo ſuſtineri quidam [e]
docent, quod tradidit Bartholus [f]: Si cooſtituto pretio in venditione ali-
quid acceſſoriæ rei conferator in alterius arbitrium (veluti ſi eum fundum
qui vti optimus maximus eſt. i. vt liber omninò venditur, poſtea cōpertum 2
ſit emphiteuticum eſſe, ſeruitutem debere, alióve onere eſſe grauatū, pre-
tium diminuatur, prout res requirere videbitur ex arbitrio Titij) illo non
arbitrante, ipſum iudicē ea in parte ſuo munere fungi poſſe, adhibitis eius
rei peritis, & non corruere totum contractum, propterea quòd ille non ar
bitretur quantum è pretio minui oporteat: formata eſt enim obligatio & a-
ctio venditi & empti pretio certo ab ipſis contrahentibus conſtituto, cir-
ca quam iudex officium ſuum exerceat in diminuendo pretio, æſtimanda-
que ſeruitute.

§. ARBITRORVM.

1 Arbitrorum duo ſunt genera.
2 Ciceronis locus in oratione pro Q. Roſcio explicatus.
3 Compromiſſum ſpecies tranſactionis eſt.
4 Tranſactio pœnitentiam nec reſciſsionem admittit.
5 Iuſiurandum non impedit arbitrium reſcindi.
6 Arbitratores & arbitri qui dicantur.

ANTEQVAM Iuriſconſultus propoſitæ quæſtioni reſpondeat, cui 1
nunc ſummatim reſpondimus: docet arbitrorum duo eſſe genera, &
hoc in effectu quæri, quo referendum ſit arbitrium, de quo nobis hic ſermo
eſt: Vnum huiuſmodi eſt, vt ſiue æquum ſit ſiue iniquum, parere debeamus,
velutì cum ſtrepitu iudiciario emiſſo controuerſias referimus ad arbitros,
quorum etiam minus probabiles ſententias æquo animo ferre oportet [g], vt
luculenter demonſtrat Cicero ex multiplici differentia quam adfert [h] arbi- 2
trorum & iudicum, & inter cætera, qoòd arbitris infinitam largitionē per-
mittant qui eos adeunt: iudicem verò in anguſtiſsimam formulam ſponſio-
nis concludant, apud quem ſi non totum debere probauerit actor, quod pe
tit, nihil ſit laturus, ſed cauſa cadere debeat, vt ſcilicet antiquitus fuit con-
ſtituta pœna plus petentium: ad arbitrum verò imus, vt neque nihil refere-
mus, neque totum quod petimus. Et hoc illud eſt, quod Iuriſconſultus ait [i],
eſſe quod ſibi imputet qui compromiſit, qui ſi iudicis cognitioni atque de-
ciſioni ſuam cauſam commiſiſſet, appellare potuiſſet, cùm in inuitum red-
datur iudicium [k]: Nunc verò non poteſt appellare [l], neque pœnā, ſi non ſtet
arbitrio, effugere, niſi doceat quòd ſordes, vel euidens gratia interceſſerit
eorum, qui iniquum ſunt arbitrati [m]. & ſanè qui compromittunt, tranſigunt 3
in effectu eo dato & accepto, quod arbitrabitur arbiter. Tranſactione au-
tem deciſam litem inſtaorari prohibent iura [n], & ob id pœnitētiæ locus nō
eſt in tranſactione [o], imò nec prætextu enormis læſionis ex quorundam ſen 4
tentia reſcindi poteſt [p]. Alterum verò genus huiuſmodi eſt, vt ad boni viri
arbitratum redigi debeat: quod perſona nominatim comprehenſa, iniquius
arbitratur, recedimus enim à perſona, cùm non tam perſonam nominatam,
quàm viri boni arbitrium videamur ſecuti [q]: ea enim ferè mens eſt perſo-
narum

[a] d. l. ſi quis arbitratu, de verbor. obligat.
[b] Bart. Salicet. Fulg. & cæteri hic.
[c] Salicetus hic.
[d] §. eod. l. vnde ſi nerua, in fin.
[e] Salicet. hic ſub num. 4. Fulgo. 3.
[f] hic. & ad d. l. ſi quis arbitratu.
[g] l. diem proferre. §. ſtare. de recept. arb.
[h] in oratione pro Quinto Roſcio.
[i] in d. §. Bart.
[k] l. inter ſtipulan. §. ſi Stichum. de verbor. oblig.
[l] l. 1. C. de recept. arb.
[m] l. arbitrorū. C. de recept. arbit.
[n] l. ſi profundo. C. de trāſact.
[o] l. quamuis. & ibi cū Bartol. Alciat. C. de tranſacti.
[p] Alciat. ad d. l. quamuis. ex l. Lucius. §. vlt. ad Trebellianum.
[q] l. in perſonam ciuilem. §. generaliter. de reg. iur.

narum arbitrio ſubſtituentium, vt quia ſperent eum rectè arbitraturum
5 id faciant, non quia vel immodicè obligari velint[a]. adeò vt ſi iuſiurandum acceſſerit, hoc non debeat vinculũ eſſe magnæ iniquitatis[b], quod pleniorem tractatum requireret, qui non eſt huius loci. Hoc obiter addẽdum
6 putaui, quòd ex receptiore[c] ſentẽtia, hi quidem arbitratores, illi verò arbitri dicantur, non tam quod in legibus noſtris hoc verborum diſcrimen ſeruatum ſit, quàm quòd ita diſtingui vſus maiorum obtinuit: hoc magis à Iuriſconſultis diſtinctum eſt, quæ ſit materia ſuper qua arbitri ſunt aditi, an lis iudicialis, an perfectio & abſolutio contractus.

a *l. ſi libertus ita iurauerit. de operis libertorum.*
b *Alberic. hic & Salicetus, ex c. quinta vallis, de iureiurando.*
c *Fulgo. hic circa num. 4.*

L. VELVTI.

SVMMARIVM.

1 *Imputare ſibi debet, qui ſe periculo ſubijcit.*

HVIVS generis arbitrij ſpecies vna, exempli cauſa, adſertur in locatore, vt ſi fortè in lege locationis comprehenſum ſit, opus arbitrio locatoris fieri, vt alijs locis plenius propoſitum eſt[d]: In quo quidem genere arbitrij, quantum attinet ad reductionem & reformationem, ſi iniquum ſit,
1 nihil intereſt, an in domini, aut alterius contrahentium arbitrio res relicta fuerit[e], an tertij alicuius, neque magis ad culpam aliquam imputandum erit ei, qui ſe ſubmiſit arbitrio eius cum quo contraxit (quamuis hic amaſſe videatur periculum iniquioris arbitrij) quàm ſi arbitrio tertij ſe vterq; contrahentium ſubmiſiſſet.

d *l. ſi in lege. infr. locati. l. cum ſtipulatus. de verb. obligat.*
e *vt hic. & d. l. in perſonã. §. generaliter.*

L. IN PROPOSITA AVTEM.

SVMMARIA.

1 *Iudicis nullæ ſunt partes in voluntarijs contractibus.* 2 *Bonæfidei & ſtricti iudiciorum differentia.*

RESPONDET nunc Iuriſconſultus ad propoſitam quæſtionem, inter contrahentes videri conuentũ de arbitrio poſterioris generis. At, inquies, eſt & hic quod ſibi imputet, qui ſe alieno ſubmiſit arbitrio, de eo qđ
1 ipſe cũ eo cum quo contraxit definire poterat. Sed certè non receſsit à iudice, cuius nullæ ſunt partes in ijs quæ ad voluntarios cõtractus concludendos pertinent. Cùm ergo permiſſum ſit omnibus, ſub qua velint conditiõe contrahere, nihil erit quod eis imputetur, ſi arbitrum elegerint eius, quod ipſi affectione fortè propria obcæcati, decidere nequiuerunt: ſed qui relicto iudice, referunt iudicialem controuerſiam ad arbitrum, non audiuntur conquerentes de læſione, quam metiri nõ poſſent, niſi ex eorum iure. Noluerunt autem ius dici, ideoq; ne nunc confugere poterunt litis gratia ad eum, à quo litis effugiendæ cauſa profugerunt. Porrò quod Iuriſconſultus addit, ſe exiſtimare, boni viri arbitrium eo magis hic eſſe ſequendum, quòd iudicium pro ſocio bonæfidei ſit, non eo erit referendum, quòd quãtum ad arbitriũ huiuſmodi attinet, plurimũ intereſt inter iudicia ſtricti iuris, & bo-
2 næ fidei: neq; enim in his bona fides quæ exuberare dicitur, vnquam efficiet, vt à perſona cuius arbitrio quid cõmiſſum eſt, nihil arbitrante, recedatur[f], & ſi iniquũ arbitretur, nõ tã ſtricta eſt iudiciorũ ſtricti iuris natura, vt nõ admittat, imò exigat aliquam emendationem, ſi non iure actionis ex illo contractu: ſaltem implorato ad id iudicis officio, deſeruiẽte actioni, vel per viam exceptionis[g].

f *l. prox. precedente.*
g *Bart. Fulg. Salicet. et alij hic.*

L. VNDE SI NERVAE.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium quando prauum dicatur.*
2 *Aequitas in ſocietate eſt definita.*
3 *Iniquitatẽ probare debet, qui de illa conqueritur.*
4 *Quamdiu de iniquitate arbitrij conqueri liceat.*
5 *Societatis iudicio etiam in initio agi poteſt.*

QVI EX ſocijs omnium bonorum maritus eſt, dotem acceptam ante
quàm ſocietatem contraheret, vel poſtquam eam contraxerat, quia 1
illius dominus eſt [a], cõmunem fecit, aut in cõmune redigere debet. Nam
vſqueadeò ea ſocietas ad omnia bona extenditur, vt etiam illa comprehen
dat, quæ ſingulari ratione perſonalis iuris quæſita ſunt, & reſtitutioni ob-
noxia. Quæſitum ergo eſt, ſi diſtrahatur ſocietas, apud quem dos remane
bit: id ſanè refert, an id fiat conſtante adhuc matrimonio, an verò eo diſſo 2
luto. Priore caſu æquum eſt mariti ſtatim dotem recipere, quamuis non
niſi diſſoluto matrimonio reddere debet, & in alijs quæ non niſi præſenti
die debentur, cum ſocietas diſtrahitur cauere ſufficiat de tunc cõtribuen-
da parte cum ſolui debebit creditori [b], quia apud eum dos eſſe debet qui
onera matrimonij ſuſtinet [c]: diſſolutaq; in cæteris omnibus ſocietate, non
debet ſola dos, quam minus cõueniebat fieri communẽ, in cõmunione per
manere. Quod & in filiofamilias ſeruatur qui duxit vxorẽ, cuius dotem re
cepit pater, nam hic ſtatim à morte patris, etiam antequam eius hæres fiat, 3
dotem vxoris ſuæ recipiet [d]. Neq; audirentur fratres eius cohæredes, ſi di-
cerent ſe adhuc velle onera matrimonij cum fratre marito ſuſtinere ſicut
ſolet pater, vt dotem relinquat communem [e]: quia ſic quodammodo com-
pellerent inuitum fratrem ad ius ſocietatis, quę tamen ſtatim & abſq; dila
tione ſequi debet dos vxoris, vt nec expectandum ſit quod hæreditas diui-
datur, vt tunc dos percipiatur: imò nec expectandũ eſt vt hæres fiat patris,
ſed ſtatim dotem recipit [f]: ita tamen, vt caueat fratribus cohæredibus, in-
demnes eos fore dotis reſtitutione, ſi ab eis repetat vxor eiúſve hæredes [g].
Cùm enim dotem acceperit pater, huius obligatio in omnes eius filios &
hæredes eſt tranſmiſſa. Hic verò caueri non eſt neceſſe, cùm dotem ac-
ceperit is ſolus qui maritus eſt, eamq́; deinde alio genere contractus, vide
licet ſocietatis, communẽ fecit ſocijs, qui dotis nomine cum vxore aut alio
à quo eſt data nihil contraxerunt, ideoq́; ad reſtitutionem conueniri non
poſſunt. Poſteriore verò caſu, cùm prius diſſolutũ eſt matrimoniũ quàm
ſocietas, etſi non amplius onera matrimonij ſuſtinenda ſunt, nihil eſt diffe
rentiæ inter hoc debitum reddendæ dotis, & alia quæcunq; debita, quæ nõ
præſenti die cum ſoluitur ſocietas præſtari debent. Dilatio ergo ſoluendi
omnibus ſocijs proderit, data cautione [h]: vtputa ſi dos quia in pecunia con
ſiſtit, nõ ſtatim ſed intra annũ ſolui debuit [i]. Cui conſequẽs eſſe videtur [k],
quod tamen variè tractari ſolet [l], quando hæredes mariti annali dilatione
fruuntur reddendæ dotis, non incumbere eis vt interim viduam alant, alio-
qui enim ſi hoc onus ſubeundum eis eſſet, veriſimiliter quoque permiſſum
fuiſſet ſtatim dotem recipere à ſocijs, ſicut maritus ſtatim recipit, cùm ma
nente matrimonio ſocietas ſoluitur.

a l. dota. C. de rei vendic.
b l. omne aes alienum. cum ſeq. ij. eo.
c l. ſi is qui Stichum. §. ibi dot. de iure dot.
d l. ſi filia nupta. §. j. verſ. hoc. l. ſi mariť. fa. erciſ.
e Pau. Caſt. ad l. 2. C. fam. erciſcun.
f d. l. ſi maritus.
g d. verſ. hoc amplius.
h d. l. omne aes alienũ. cum ſeq.
i l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. act.
k Fulgoſius ibi.
l ab Accurſio & DD. ad d. §. exactio.

L. QVOD SI EO TEMPORE.

SVMMARIA.

1 *Dos in ſocietate communicata, ſi mariti lucro cedat, an ſocijs cedet.*
2 *Pactum lucranda dotis tacitam conditionem habet, ſi vxor præmoriatur.*
3 *Dos quibus caſibus mariti lucro cedit viua vxore.*
4 *Socius conferre debet quod pœnæ nomine acquiſiuit.*

SED ALIA hic incidit quæſtio circa ea quæ diximus, an ſicut ſocij
eius qui maritus fuit, & dotem vxoris in commune intulit, fruuntur in
terdum dilatione reddendæ dotis, quæ eorum ſocio marito competit, ſic
etiam liberẽtur à dote vel tota, vel parte eius reddenda, ſi maritus in ea cau 1
ſa ſit vt reddere non debeat: an communi lucro retinebitur & inter ſocios
diuide-

diuidetur, quod ille ex dote non reddit. Quod hic ita à Iuriſconſulto reſponſum eſt,non ſatis plenè tamen,ita vt neſcias an intelligatur indifferenter,ſiue matrimonio manēte ſiue diſſoluto finiatur ſocietas,an verò diſtinctio in præcedente reſponſo facta,vbi de dilatione quærebatur,repeti huc debeat, vbi de liberatione & lucro agitur. Et hic inprimis illud conſtat, quòd intelligi nō poſsit de matrimonio morte mariti ſoluto, tum quòd ſic non diuideretur dos vel portio eius lucro mariti adſcripta inter ſocios, finita ſcilicet ſocietate: tum maximè quòd pactum lucrandæ dotis locū non habeat ad cōmodum hæredum mariti,quādo eius morte ſoluitur matrimonium [a]. Sed nec pacto illo lucrandæ dotis vel partis eiuſdem, ſtatim certū
2 fit conſtante adhuc matrimonio,an tota dos reddi debebit,an retineri poterit, cùm ea conuentio ſemper in ſe conditionem habeat, ſi præmoriatur vxor: quod quamdiu matrimonium conſtat ſemper incertum eſt, ac tunc demum certum fit cum euenit conditio, & lucrum præſens eſt eo tempore quo ſocietas diſtrahitur. Cùm ergo Iuriſconſultus loquatur vbi id certum eſt,ſunt qui velint [b] altero tantùm caſu iſtud reſponſum accipi,videlicet cum diſtrahitur ſocietas, diſſoluto prius matrimonio morte vxoris, & ſuperſtite marito qui lucrum dotis ſibi pactus eſt. Alij [c] tamen intelligunt locū habere, etiam ſi conſtante adhuc matrimonio ſoluatur ſocietas: non tam hoc requirentes vt certū omnino ſit lucrū, quàm quòd fundamentū lucri iactū ſit ſpe tam firma,vt vnius volūtate auferri nō poſsit: ſicut ex conditionali ſtipulatione ſpes eſt debitū iri, eamq; ſpem in hæredes tranſmittimus [d].
3 Cur ergo nō æquè in ſocios omnium bonorū, vt his eam ſpē cōmunem faciamus,præſertim ex regula naturalis æquitatis,vt qui ſuſtinent periculum obligationis cōditionalis, adhuc ſuſpenſæ cū diſſoluitur ſocietas [e], fruantur quoq; cōmodo actionis ex obligatione cōditionali: quæ lucrū adferre poſſet ex conuētione,cuius fundamentū extitit cōſtāte adhuc ſocietate. Qua ratione Accurſio omnino conſenſerim,vt ſi certū ſit lucrū dotis aut partis eius cū ſocietas diſtrahitur,illud cū cæteris rebus ex ſocietate ante cōmunibus,ſtatim inter maritū & ſocios eius diuidatur. Si verò ſpes ſola ſit lucrū aliquādo ſubſecuturū,illā quoq; ſpē etiam finita ſocietate retineāt cōmunem ex ſocietate,ſub qua ea obligatio ſemel fuit cōprehenſa. Sed & alia eſt cauſa lucrandæ dotis,quæ viua adhuc vxore potuit cōtingere, videlicet,ſi cōtempta lege repudium mittere tētaſſet [f]: & hodie quoq; ob adul
4 terii vxoris [g]. nā & quod quis conſequitur pœnæ noīe ob iniuriam ſibi illatam,hoc ſocijs oīum bonorū cōfert [h]. Latius ergo patet vſus huius reſponſi,nec videtur hoc reſtringēdum ad eum ſolum caſum,quo pactū lucrandæ dotis à marito conuentum eſt.

a l.3. de pact. dotal.
b Alberi. hic & Fulgo.
c Accurſ. hic in glo. verbi, debent.
d §. ex conditionali. Inſti. de verb. oblig.
e d. l. omne aes alienū. verſic. igitur & ſi ſub conditione. ſ. eo.
f l. conſenſum. verſic. hoc niſi vir. C. de repudijs. l. Lucius. ſoluto matrim.
g c. plerīq;. de donat. inter virum & vxo.
h l. ſi fratres. §. ſocium vniuerſa. ſ. eo.

L. SI VNVS.

SVMMARIA.

1 *Socius quod vendit & tradit, illius dominium transfert, vel vſucapiendi conditionem.*
2 *Periculum euictionis & redhibitionis, commune eſt omnibus ſocijs, re per vnum vendita.*
3 *Legatorum actio ſic diuiſa eſt, vt ſi vnus non ſoluendo efficiatur, id alios non grauet.*
4 *Quod vnus ſociorum facere non poteſt, hoc alios onerat.*

QVOD vnus ex ſocijs conſenſu aliorū, eorūq; noīe vēdiderit & tradi
1 derit ex rebus coībus, illius totius transfert in emptorē dominiū aut vſucapiendi conditionē: ſed ſi id abſq; aliorū conſenſu feciſſet, pro ſua tantùm parte ratū eſſet, quandoquidē nemo ſociorū plus ſua parte alienare poteſt [i]: ideoq; de pretio cōmunicādo, de periculo coīter ſuſtinēdo nō eſſet
2 quærēdum [k]. Cùm igitur priore caſu ſiat pretij coīcatio, meritò ex regula æqitatis naturalis [l], cōmune quoq; debet eſſe periculū, ſiue euictiōis [m], ſiue

i l. nemo. infra eod.
k Fulgoſius hic.
l l. ſecundum naturam. de reg. iur.
m Alberi. hic & arg. l. 2. §. ſicuti lucrum. verſi. ſed ſi pretium. de her. vel act.

redhibitionis ex ædilicio edicto, ad quod ei qui vendidit rectè valebit cautio ab alijs ſocijs accepta, aut accipienda antequam pretij partes eis conferat. Sed & non accepta cautione ſi quid eo nomine præſtiterit emptori, à ſocijs iudicio ſocietatis recuperabit, & vſqueadeo eius indemnitati conſuletur: vt quòd à quibuſdam nõ poteſt ſeruari, cæteros oneret, quam- 3
uis aliud ſeruetur in cohæredibus legato grauatis, inter quos ſic diuiſa eſt actio: vt ſi vnus eorum ſoluendo non ſit, hoc cæteros non oneret[a], quando ſcilicet is ex legis diuiſione pro parte tutus eſt, & non ex facto & ordinatione teſtatoris in totum ab obligatione legati præſtandi eximitur, hoc enim recideret ad maius onus reliquorum[b]. Ratio autem cur quod vnus 4
ſociorum facere non poteſt cæteros oneret, in hoc ipſo reſponſo perquã eleganter eſt adſcripta. Quoniam ſocietas cum contrahitur, tam lucri quàm damni communio initur, & quidem etiam fatalis damni[c], eaque ratio ſufficere etiam ad hoc poteſt[d], cur in mandato non æquè fatalia damna aut aliqua eorum pars mandanti imputetur[e], nimirum quòd ea conuentio non contrahatur ad communionem aliquam lucri atque damni.

a l. legatorũ petitio. de legat. 2.
b l. ab omnib. in princip. de legat. j.
c l. cum duobus. §. damna. §. quædam. s. eo.
d Ful. ꝯ. hic.
e l. inter cauſas. §. nõ omnia. s. tit. j.

§. SI VNUS EX SOCIIS.

SVMMARIVM.

1 Vſura ex pecunia quam vnus ſociorum fœnerauit, an ad alios ſocios etiam pertineant.

QVOD NVNC dictum eſt de corpore ſiue ſpecie communi, transfertur hic ad pecuniam ſocijs communem, & agitur de vtriuſque alienatione per vnum ex ſocijs facienda, ſed aliquo diſcrimine, nam loco eius quod dictum eſt de conſenſu aliorum ſociorum hic dicitur, *Si communi nomine fœnerauerit*: Non quod pecuniæ dominium, quamuis rei fungibi- 1
lis facilius transferatur abſque dominorum conſenſu, ſaltem ab initio cum alij creditur & numeratur[f]. Sed quòd etiam ſi conſenſum ſociorum habeat fœnerandi pecuniam, & ſic omnino transeat eius dominium in accipientem, adhuc tamen quoad id de quo hic quæritur, nempe ad lucrum vſurarum, cuius illud ſit, intereſt quo nomine credat & numeret, an ſuo an communi omnium ſociorum nomine: ita vt priore caſu, ſicut ipſe ſolus periculum eius pecuniæ & nominis debitoris fortè inidonei ſuſtinet, ſic quoque eas ipſas vſuras quas eſt ſtipulatus aut recepit retinere poſſet: obligatus tamẽ interim ad alias quas natura iudicij ſocietatis exigit aut admittit, eo quòd pecuniam communem in ſuos vſus conuerterit[g]. Poſteriore verò caſu, vſuras quas perceperit cum ſocijs partiri debet, cùm ex communi pecunia & communi nomine (quod plurimum in hac re ſpectatur) credita eas percepit. Et hæc quidem in ſocijs non omnium bonorum[h], nam ſi omnium ſint ſocij, parum intereſt an ſuo ipſius nomine etiam propriam pecuniam, an cõmunem communi nomine ſub fœnore dederit mutuam: æquè enim vtroque caſu vſuræ in commune redigentur. Neque mirum videri debet, retinere priore caſu ſocium vſuras ex ea pecunia cuius ipſe partem habuit, quam verè mutuam fecit, & ſuo iure facere potuit[i], cùm & is qui ſuo nomine & periculo credit pecuniam omnino alienam ſub vſuris, quam nomine domini & ex eius mandato gratis credere debebat, vſuras retineat[k], qui eam pecuniam verè mutuam facit. nam domini conſenſu & voluntate credit, in eo ſolo excedens mandatum, quòd ſub vſuris credat, quam gratis credere debuiſſet: quod ſi non facit, ſuo periculo etiam vſuras reddet domino[l].

f l. ſi ſocius. s. ſi cert. peta.
g l. j. §. ſocius. de vſuris. l. ſocium qui in eo. s. eo.
h hic in verbis, qui non totorum bonorum ſocij.
i l. nã & ſi fur. in fi. ſi cert. peta. l. ꝯ is cui nummos. verſi. ſin alij rationes. de ſolut.
k d. §. ſi mandauero procuratori. verſi. quamuis.
l d. §. ſi mãdauero. in prin. & ibi Fulgoſius.

L. NE-

L. NEMO EX SOCIIS.

SUMMARIA.

1 *Socius plus parte ſua, an alienare poßit.* 2.
3 *Communis res quando per vnum alienare poßit.*
4 *Socius an à ſocio mandatum alienandi habere cenſeatur.*
5 *Commune mihi cũ alio, an meum, & quatenus ſit.*
6 *Seruitus rei communis per vnum imponi non poteſt.*
7 *Pignori dari & vendi poteſt res communis.*
8 *Socius an per factum acquirat & obligetur.*

1 MAGNA EST reſtrictio huius regulæ quam plerique omnes fecerunt[a], excipientes res venales ad ſocietatem pertinentes, nam ſi merces excludas parum ſub regula relinques incluſum: At hanc regulam eſſe propoſitam ad eas etiam res quæ ex ſocietate contracta cõmunes ſunt & plerunque venales, ſatis innuitur præcedenti reſponſo[b], quo dicitur, Cùm ſocietas cõntrahitur tam lucri quàm damni communionem iniri, & earum tamen rerum quarum eiuſcemodi conuenta communione neminem alijs non conſentientibus plus ſua parte alienare poſſe. Quare expendens mecum rationem qua Albericus hic improbat declarationem & exempla Accurſij[c] dicentis, quòd non in fraudem neque inuitis & reclamantibus ſocijs, poſsit vnus eorum rem totam communem alienare, videlicet quòd ex ſint reſtrictiones alterius regulæ, quæ ſic affirmatiuè conſtitui poſſet, quòd vnus ex mandato aliorum totam rem communem alienare poſsit. Nam adhuc id non poſſet inuitis illis & mandatum re integra reuocantibus, neque in fraudem aliorum, quæ ſemper à mandato quantumlibet generali, etiam ſi libera adminiſtratio ſit data, intelligitur excluſa[d]. Sed nihil ad hunc locum pertinere vbi vnus ſociorum non communi vnum, ſed ſuo proprio nomine totam rem alienare intenderit. Hæc inquam expendens cogitaui commodiſsimè hanc regulam intel-
2 ligi, quando non communi omnium nomine, ſed ſuo proprio vnus ſociorum totam rem alienare vellet: quæ regula ſic intellecta latiſsimè patebit & adiuuari poterit ex alijs cohærẽtibus regulis communibus, vna quidem ex perſona & capite volentis alienare, nempe quòd nemo plus iuris in alium transferre poſsit quàm ipſe habeat[e]. & iterum alia ex perſonis aliorum ſociorum, quòd res eorum abſque ipſorum facto auferri eis non debeat[f]. Ex quibus veluti fontibus oriuntur omnes illæ conſtitutiones[g], quæ communium rerum alienationem ſingulis prohibent excepto fiſco[h].
3 An verò communi omnium ſociorum nomine vnus totam rem alienare poſsit, id ex eo dependet, an ex hoc cæterorũ omnium conſenſum habeat, ſicq; expreſſè vel tacitè negociationi præpoſitus, ſed certè tãquam ſocius & merò ac ſolo iure ſocietatis id non poſſet, etſi aliam adhuc qualitatẽ & conditionem aſſumpſerit, vtputa inſtitoris: nihil mirum erit ſi ita totam
4 rem alienare poſsit. Hoc ergo quæritur, an ſocius mandatum habere intelligatur, vt quæ circa res communes occurrent vtilia ſocietati, expediat & faciat. Et quidem non crediderim quòd intelligatur ad hoc habere mandatum à lege ſiue ipſo iure eo quòd ſocius ſit, quamuis quibuſdam ita placeat[i], quod & alij[k] rectius vt puto improbant[l]. Sed à ſocijs ipſis an mandatum ſit aut mandatum tacitè intelligatur, & an inuicem præpoſuiſſe videantur negociationibus, hoc certè non ſolùm expreſſis verbis, verùm etiam ex rebus ipſis factis, ac multis ſignis colligi poſſe[m]: vtputa[n], ſi diuerſis locis communi nomine negocientur, vel eodem loco diuerſo genere negociationis, aut etiam eodem ſed promiſcuè nunc vnus nunc alter vendat aut emat, quòd non tam expeditè neque facilè fieri putandum eſt in genere ſocietatis incidentis, ſiue

a Bar. Bal. Salt. Fulgo. hic. Iaſ. ad l. ſi ſocius. ſi cert. petat. & ad l. de pupillo. §. ſi plurium. & ibi Alexã. de ope. noui nuncia.
b d. l. ſi vnus. in ſi. princip.
c in princ. glo.
d l. creditor. §. Lucius. mandati. l. ſi pater. quæ in fraud. cred.
e l. nemo plus iuris. de regulis iur.
f l. id quod noſtrũ. eo. tit. de reg. iur.
g toto tit. C. de cõmunium rerum alienatione.
h l. 2. eo. tit.
i Iaſ. ad l. de pupillo §. ſi plurium. de op. noui nũcia.
k Lud. Rom. ibi.
l ex eo. §. ſi plurium. l. ſi vnus ex ſocijs. de ſeruit. ruſtic. præd. l. qui in aliena. §. vlt. de nego. geſt. l. 3. C. de cõmu. rer. alien.
m l. vlt. ĩ. quod cum eo qui in alien. poteſt eſt.
n Bal. ad l. cum te in Gallia. C. ſi cert. peta. & ibi. in vlt. annot. ad l. cinus qui in prouincia. ſi cert. petatur.

ſolius communionis, quoniam ibi non ſolam propoſitionem ad exercendam ſocietatē (quæ nulla conuenta eſt) oporteret ex rebus & factis præſumere, ſed ipſam omnino ſocietatem: ideoque in illis firmior eſt & certior regula [a], neminē dominorū in re cōmuni quicquam poſſe ignorātibus aut inuitis alijs [b]. & quamuis quod cōmune eſt meum ſit [c], hoc tamē non ſimpli 4
citer, ſed ratione partis verum eſt. Ideoq; vbi ius dominij pro parte adhuc indiuiſa nequit in ſola illa parte exerceri, ſed cōtingeretur pars altera quæ aliena eſt, id ne in ſua quidem parte poterit ille qui cum alio rem habet cōmunem. Vbi verò effectus in ſola ſua parte ſic poteſt concludi vt de alie- 5
no nihil attingat, hoc vtique poterit. Verbi gratia, Vendi poteſt pars rei cōmunis & adhuc indiuiſæ [d], & pignori dari [e], ſed non poteſt ſeruitute one 6
rari [f]: quia vtilitas ſeruitutum non in ſolo iure conſiſtit, ſed factum deſiderat, quod non poteſt in ſola parte conſtituentis eam explicari, quamdiu indiuiſa eſt, quia ſeruitus eſt tota in toto prædio ſeruiente, & in qualibet eius parte, ita vt omnes glebæ ſeruiant [g]. An autem vnus ſociorū per alium acquirat & per alium quoq; obligetur, ex eadem penè formula ſiue diſtinctione dependet, an ab alijs præpoſitus ſit nec ne [h]. Aut vt exactius recitem quæ communius obtinuerunt paulò longius quàm iam dictum eſt, videlicet, quòd inter ipſos ſocios facilius abſq; huiuſmodi diſtinctione detur actio ſocietatis de eo quod vnus geſſerit, & tertio quoque creditori aduerſus ſingulos ex facto vnius, & ſimiliter ſingulis aduerſus tertium, ſi alicuius publicæ rei aut muneris ſint ſocij [i], multoque magis ſi quid vnus omnium inſtitor contraxerit [k], aut magiſter ſocietatis [l], vel ſi alius alium præpoſuerit expreſſè vel tacitè: vtputa ſi negocientur omnes communis quæſtus gratia, ſed diuerſis locis, aut eodem loco in diuerſo genere mercium, aut etiam eodem genere, ſed promiſcuè nunc vnus nunc alius: denique multò apertiſsimè id fit, ſi actum ſit ex præcepto vt correi eſſent credendi aut debendi [m]. Quem quidem ſolum modum ex poſtremis (videlicet vbi omnes negociantur) approbauit & admiſit quidam [n], motus verbis Iuriſconſulti, qui loquens de argentarijs pluribus [o], qui eandem actionē habent & vnius loco habeantur, deſignauit eos quorū nomina ſimul facta, id eſt, qui ſimul cōtraxerunt, alioqui cum ſe nō ſimul obligarunt eo animo vt conſtituerentur correi ſingulos debere viriles portiones. Et humanū quidem eſſe putat [p], vt eius quod ſocius meus ad id præpoſitus, meo & ſuo nomine geſſerit in me, actio detur pro mea parte, exemplo inſtitoriæ actionis [q], ad quod pro ſua quoq; parte in me detur actio, rationem non habet. Ita vt in effectu hic duplex ſit quæſtio, an vnus per alium obligetur, & an in ſolidum. Acquiſitioni verò ſiue obligationi, ſiue dominij rerum, an vni per alium contingat rectè accommodari exiſtimāt cōmunes iuris regulas, videlicet quòd ea quæ ciuiliter acquiruntur, nō acquirātur nobis per alios quàm qui in poteſtate noſtra ſunt: ſed quod à nobis initium accipere debeat, quæ tamen ea ſolùm ſpectant, ne recta via vnus ex alterius contractu agat, velut ſibi per alium directo quæſita actione, ſed mandatis aut ceſsis actionibus rectè aget [r], vt ex contractu per procuratores noſtros inito, quæ ſententia veritati & ſubtilitati iuris magis conſona eſt, neque aliud alios voluiſſe crediderim [s].

a Iaſ. ad d. §. ſi plurium.
b l. Sabinus. de communi diuid.
c l. ſerui electione. §. Labeo. de legat. j. l. pupillus. §. vlt. de verbor. ſig.
d vt hic.
e l. vnica. C. ſi cōmunis res pignori data ſit.
f l. 2. de ſeruitut.
g l. ſi cui. de ſeruitut. l. certo generi. §. j. de ſeruitut. ruſt. præd.
h Alciat. in præd. vlt. annot. l. eius qui in prouincia.
i l. ſi vnus. de pact. l. j. de loco publ. fruen.
k l. j. §. vlt. cum l. ſeq. de exerc. act.
l l. item magiſtri. de pact.
m l. cum te in Gallia. C. ſi cert. petat.
n Fulgoſ. ad princip. d. l. ſi vnus. & ad l. vnam. §. ſi plures. de exercit. act.
o l. ſi plures. de pact. l. ſi tamen. de exercit. act.
p ad l. j. §. ſi plures. de exercit. act.
q l. Iulianus. §. ſi procurator. de act. empti.
r Fulgoſ. ad d. l. cum te in Gallia. ad fi.
s l. poſſeſſio quoq;. §. & ſi poſſeſſio. de acq. poſſeſſ.

§. ILLVD QVAERITVR.

SVMMARIA.

1 *Socius nolens acquirere extra ſocietatem, non amittit beneficium, ne conueniatur vltra quàm poteſt.*
2 *Qui facere potuit vt poſſet, poſſe videtur.*
3 *Proconſules in prouincijs, vt prætores Romæ edicta proponebant.*

In iis

IN IIS quæ ad ſocietatem exercendam pertinent & ſub ea continentur, neceſſe eſt, qui negligétiæ nomine teneri, & à ſocio iudicio ſocietatis cõueniri nolit, vt is acquirat in cõmune, & acquirédi occaſioné oblatam nõ cõtemnat. Sed extra cauſam ſocietatis nõ tenetur ſocius ſibi acqui
1 rere & ſuũ patrimonium ſic augere, vt ſolidũ ſocijs præſtare poſsit: ita vt ſi quá acquirendi occaſioné oblatá negligat aut ſpernat, nõ ob hoc putari debeat indignus iuris beneficio, ne conueniatur vltra quàm facere poſsit.
2 Quod ſanè magis mirũ eſt quàm in alijs debitoribus[a], quibus huiuſmodi beneficiũ nõ eſt iure ſingulari tributũ: nam ſingulare beneficiũ facilius deperditur[b], & qui facere potuit vt poſſet, ille poſſe videtur. Sed aliud hic eſt reſponſum ex verbis interdicti, quod in eos ſolos ſcriptũ eſt à proconſule qui dolo fecerũt, vt deſinerẽt poſsidere, diminuentes eorũ patrimonium in fraudem: nõ in eos qui hoc agunt ne augeát, ne acquirant. Neq; miremur hic proconſuli adſcriptũ edictum, cùm plerũq; ſemper prætori legamus id
3 attributum. Nam rectè monet quidam[c], iſtud reſponſum Caio Iuriſconſulto adſcribendum eſſe, qui eſt interpretatus prouincialia edicta, quæ in prouincijs conſularibus edebant & proponebát proconſules, ſicut Romæ prætores vrbani: quorum edicta Vlpianus interpretatus eſt, atq; ita refert ea ad prætorem, Caius verò ad proconſulem.

a l. qui autẽ. quæ in fraud. cred.
b l. eius militis. §. militia miſſus. de milita. teſta.
c Ant. Auguſtin. Emendationum lib. j. cap. 5.

L. CVM SOCIETAS.

SVMMARIA.

1 *Pactum adiectum contractui informat actionem, etiam ſi adiectum pactum tendat ad alterius generis contractum.*
2 *Societas plura genera contractuũ concludere poteſt.*
3 *Actio pro ſocio generalis, durante ſocietate exerceri non poteſt.*
4 *Actio præſcriptis verbis, an locũ ſemper habeat adiecto pacto alteri nominato contractui.*
5 *Actionis nomen nunc exprimendum non eſt.*
6 *Præſcriptis verbis agere quid ſit.*

NISI aliunde[d] præcognita eſſent quæ ad cognitionem huius reſponſi neceſſaria ſunt, de pactis quæ inſunt contractui & obligationi, ex parte actoris, & actionem formant, necnon de actione præſcriptis verbis, quando ea concurrat cum actione naſcente ex pacto contractui appoſito: (nam & illam hic duabus alijs in reſponſo Vlpiani deſignatis adiecit Accurſius[e]) longiore tractatu eſſet opus, cuius nunc ſumma ca-
1 pita ſubindicaſſe ſuffecerit, exordio ex eo facto, quod minus mirum videri iam debeat, etiá illud pactũ quod tendit ad aliá ſpeciem contractus adiectũ alij cõtractui, informare actioné ex principali cõtractu ad id quod deuenit in pactũ. Verbi gratia, Interdũ ex empto agitur, vt aliud de quo cõuenerat habeas cõductũ[f], cùm hoc loco cõtractus véditionis & emptionis reuera initus atq; perfectus, ſit adiectitius cõtractui ſocietatis: & velut portio eius ſiue lex ſocietati dicta: ita vt vtralibet actione, ſiue ꝑ ſocio, ſiue ex empto aut vendito agi poſſet ad id quod ex venditione & emptione eſt implendũ
2 & præſtandum, quod ſanè efficit natura huius contractus ſocietatis multũ generalis, & qui plurima ac varia genera conuentionum poteſt in ſe concludere. Vnde quoque ſimilis facti ſpecies, qualis hic eſt de venditione & emptione, conſtitui poſſet de locatione & conductione, ſimiliter contractui ſocietatis inhærente: ſi vnus ſociorũ hoc pactus ſit, vt omnia ſocietatis negocia exerceátur in eius domo, & merces in ſua officina proſtent, quá certa penſione annua præſtáda cõuenit in hoc eſſe conductá: hic tam ex locato quàm pro ſocio ad id agi poſſet: quia illa cõuẽtio abſolutæ locationis & cõductionis, vt hic véditionis & emptionis, nõ confunditur, neq; vim ſuá amittit ex eo qđ cõmiſcetur cõtractui ſocietatis, quo minus actioné

d ex l. iuriſgẽtiũ. §. quinimò. cũ multis ſeq. de pac.
e in fine glo. ſ.
f l. fundi partem. de contrahen. empt.

producat ſui nominis,quamuis accedens ſocietati hoc ex ea acceſsione ac
quirat vt reliqua omnia pacta, quòd & actio ꝓ ſocio formabitur ad ea quæ
ex venditione aut locatione ſunt præſtanda[a]. Nec debet hic iſte concur-
ſus actionum haberi inutilis, cùm ex vendito,empto,locato, conducto,cæ
terisve contractibus,cõtractui ſocietatis adhærentibus,poſſet indubiè agi,
ſocietate manente: quo tamẽ tempore generalis actio pro ſocio nondum 3
inſtitui poteſt vt diximus. Sanè quod addidit Accurſius de actione præ-
ſcriptis verbis, maiorem difficultatem habet ob varietatem opinionum,an
illi actioni indifferenter locus ſit, vbicunq; pacta aliqua alij contractui ſic 4
ſunt adiecta,ſicut alicubi ea quoq; actione experiri æquè vt formata actio-
ne ex contractu legimus[b] permiſſum. Quidam enim hanc actionem facilè
admittunt,etiam vbi non eſt incertum, cuius generis conuentio ex appoſi
to pacto reſultet, neque eam in ſubſidium tantùm dari,vbi ordinaria ex no
minato contractu actio non competit,licet eo caſu maximè eluceſcat eius
vis & poteſtas, ita vt tunc ſit neceſſaria[c], alijs tamen caſibus non inutilis:
ſed quam ſecurius ſit eligere,vt hodie ferè ſemper agitur, non tantùm non 5
expreſſo actionis nomine[d], verùm etiam non firmata concluſione,neque
reſtricta ad certum aliquot actionis genus, ſed ſubdita clauſula generali,
qua ſuper narratis ad facti ſpeciem explicandam pertinentibus petitur ius
dici, vt iuſtum & æquum iudici videbitur, quod verè eſt præſcriptis verbis 6
agere. Ex quorum opinione rectè hic dixiſſet Accurſius præter duas actio
nes hoc reſponſo deſignatas, dari & tertiá illam de præſcriptis verbis. Et
rectè quoq; ex illorũ ſentẽtia[e] qui locũ illi actioni faciunt, cùm pacta adij-
ciuntur cõtractui vltro citroq; obligatorio: ita vt ex quacũq; parte ſiue in
cuiuſcũq; fauoré ſit adiectũ, ſemper pactũ ſtet pro eo qui ex illo contractu
habet actionem: atq; ita hanc quoque præſcriptis verbis actionem naſci fa
ciunt. Sed alij multo reſtrictius illam actioné ex adhibitis pactis definiũt[f],
quorũ opiniones inter ſe pugnantes hic non recito: quibus diligenter in-
ſpectis, facilè cõperietur nõ eſſe illis conſonũ quod hic voluit Accurſius.

a d.l. iuriſgentiũ. §. quinimò. d.l. fundi partẽ. l. tenetur. §. j. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundũ. de act. empti.

b in l. ſi vir vxori. de præſcrip. verb. cõiuncta l. 2. C. de pact. inter emptorẽ & vendit.

c l. 3. de præſcript. verbis.

d c. dilecti. de iudicijs.

e Alberi. ad l. pacta conuenta. de contrah. empt.

f Alcia. cap. j. lib. 5. paradoxor. Lorio. de pact. 26. axiomate.

L. DVO SOCIETATEM.

SVMMARIA.

1 *Stipulatione ſocietatis contractui adiecta, an pro ſocio, an ex ſtipulatu agendum ſit.*
2 *Nouatio non ſit, niſi hoc agatur.*
3 *Nouatio quando in dubio præſumatur.*
4 *Stipulatio alij contractui adiecta, quando nouet.*
5 *Stipulatio aſſumit naturam principalium contractuum quibus adijcitur.*
6 *Pœna in ſocietate adiecta, an vtrinque ſit in obligatione.*
7 *Pœna legato adiecta, quid debeatur.*

CVM QVID pacto cõuento in ſocietate ineunda cautũ eſt, ſi ſtipula-
tio ſubijciatur, quæritur an ex hac nouetur ſocietas eiuſq; obligatio, 1
an verò nihilominus ꝓ ſocio adhuc agi poſsit? Diſtinguit I.C. an in ſtipu-
latũ deducatur & res,an verò ſola pœna. Res quidẽ ita, ſi id ipſum qđ eſt in
pactis conuẽtis[g] (id eſt, ſocietatis cauſa, aut alterius cuiuſlibet contractus
gratia factis) atq; adeo tota ex cõtractu ſocietatis obligatio in ſtipulationẽ
veniat: vtputa hæc oĩa quæ inter nos ſic ſunt cõuenta, dari fieriq; ſpondes.
Pœna verò ſola, cùm quod principaliter cõuenit relinquitur in ſuis finibus
pacti & obligationis cõtractæ conſenſu, ſed repetitur tantùm in conditio-
ne ſtipulationis pœnalis: ita ſcilicet, hæc omnia niſi dederis, feceris, pro-
mittis decem? centum? Priore caſu, cum res in ſtipulatum deducitur, re-
ſpondit Iuriſconſultus, ſi nouationis cauſa id feciſſent, pro ſocio non agi:
ſtipulatio enim cõmodiſsimè ad id ſubſeruit, vt per eam ex quacunq; cauſa
debitum, conuertatur in debitũ ex alia cauſa[h]. At nouatio non fit niſi hoc 2
agatur

g vt in tit. C. de pact. conuent. tam ſuper dote.

h l. ſi ex pretio. C. ſi certum petatur.

agatur, vt nouetur obligatio, & quando hoc non agitur, duæ erunt obligationes, & altera alteram non tollet [a]. Sed quid, inquies, in dubio putabimus factum, nouatam obligationem nec ne. Accurſius putat, quod eo tempore quo hæc reſpondit Paulus (quamuis hodie aliud ſit [b]) hoc ius obtinebat: vt in dubio præſumeretur antecedens obligatio ex ſubiecta ſtipulatione nouari, ſequitur eum, ſed ſolus (ni fallor) Fulgoſius [c], repugnãtibus alijs [d], quibus cum ſentire hic malim, quamuis nec deſit Fulgoſio, quod ad rationes horum reſpondeat: quod enim (inquit) obijciunt, nõ eſſe veriſimile, quod quiſquam ſtatim obligationẽ quam contrahit eo ipſo penè momento ſubiecta ſtipulatione corrigat [e], hoc ita verum eſt, ne penitus tollere putetur, & omninò diſtrahere quod contrahit, ſed nulla ratio impedit, quin mox emẽdet, & in aliud obligationis nomẽ trãsferat. Rurſus quod alio loco [f] hic ipſe Iuriſconſultus nouãdi animum ſpecialiter exprimi voluit: ſi non plus cõtineat poſterior quàm prior obligatio, hoc, inquit, ſcriptum eſt de duabus ſtipulationibus, & ſic eiuſdẽ omninò generis obligationibus: vbi cum ipſa obligationũ forma in genere non varietur: requiritur aliunde ex rebus ipſis in ſtipulatum deductis aliqua variatio & diſformitas [g]. At hic cum alterius generis ſit vna obligatio, quam alia, nimirũ cõſenſu cõtracta, cùm altera ſit cõtracta verbis: hoc ipſum putat ſatis eſſe diſcriminis, & nouæ rei, vt nouatio facta præſumatur. Eoq; magis ſe hic Accurſio adhærere dicit, ne alioqui I.C. hic nos æquè dubios reliquiſſe putetur, obſcuro ſuo reſpõſo (quod perinde haberi deberet, ac ſi nihil reſpondiſſet [h]) dum hoc tãtum reſpondit: *Si nouationis cauſa hoc feciſſent.* Sed profectò non video cur hoc reſponſum obſcurius cuiquam videri debeat, ſi dicamus non præſumi in
3 dubio ſtipulationem nouandi animo eſſe ſubiectam, quàm ſi idipſum dicatur, & verba Iuriſconſulti magis indicent non præſumi: Ideo enim videtur hoc in conditione poſuiſſe, *Si nouandi animo*, vt innuat ei qui hoc volet aſſerere, probandi onus incumbere, alioqui ſecurè ſemper & velut ex regula ſuſtineri poſſe, nouationem non eſſe factam, prioremque obligationem non peremptam, ſed vtramque perdurare. Nec enim ea eſt natura ſtipula-
4 tionis, vt alterius generis obligationes quas inuenit perimat & tollat, imò potius, vt quibus adijcitur: adijciat quoque ipſa robur maioris firmitatis, quod vel formula inſtrumentorum publicorum, quæ in quotidiano vſu eſt, docere nos poteſt, dum in nouiſſima parte inſtrumentorũ tabelliones ſcribunt, quod ſupraſcripta omnia promiſerint inuicem contrahentes, & ſibi notario ſtipulanti nomine omnium quorum intereſt, aut intereſſe aliquando poterit adimplere, nec contraire, &c. quæ quidẽ clauſula executiua, vt vocant, vſque adeo nõ nouat aut perimit principalẽ obligationem, vt nec eius conditionẽ aut naturam in aliquo immutet, nec contractũ principalẽ ſuapte natura reuocabilem (vt fortè donationẽ cauſa mortis) transferat in irreuocabilem [i]. Sed nec principalis actiõis ſingularia iura atq; priuilegia (quamuis ea facilius tollantur quàm quæ iure communi fundata ſunt) de-
5 perduntur ſubiecta ſtipulatione [k], multo minus ergo nouationis iure interit ipſius obligationis ſubſtantia. Adde quod ſtipulatio aſſumat naturam principalium contractuum & obligationũ, quibus adijcitur [l], à quibus etiam dependere dicitur [m]. Non igitur perimit fundamentum à quo dependet, & cui ad maius robur adijcitur, ita vt in plæriſq; obligationẽ faciat firmiorem [n], præterquam in vltimis volũtatibus, ſi hæres legatorũ nomine caueat [o]: hoc enim facit iure cogente [p], non vt obligationem augeat: ſed vt legatarios faciat ſecuriores: atq; ita meritò illi ſtipulationi eædem cauſæ & conditiones inerunt quæ ipſis legatis.

a *l. 2. de noua.*
b *l. vlt. C. de nouat.*
c *hic ſub nu. 2. verſic. mihi autem magis placet.*
d *Bart. ad l. ſingularia. ſi certum petatur.*
e *arg. l. non ad ea. verſic. quòd ſi purè. de condit. & demonſtrat.*
f *in l. qui vſumfructũ. de verbo. obligat.*
g *arg. l. qui bis idẽ. eo. tit. de verbor. obligat.*
h *arg. l. de ætate. §. nihil intereſt. de interrogat. actio.*
i *Phil. Decius, conſil. 35. ſub finem ex Cle. 1. in fin. de praebend. Salomonius ad l. ius ciuile eſt. de inſtit. & iure.*
k *l. 2. §. paruiq; refert. verſic. quare ſi in ſtipulatu. de priuileg. credit.*
l *l. ſi cum. §. qui iniuriarũ. ſi quis cautionibus. l. ſi ſtipulatus. de vſuris. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. vt legatorum nomine caueatur.*
m *l. 5. §. conuentionalis. de verbor. obligat.*
n *Iaſon latè ad rubric. de verb. oblig. ex l. ab emptione. de pact. iuncta l. empta. de reſcindẽ. ven. l. ex placito. C. de rerum permutat.*
o *d. §. ſi ſub conditione.*
p *arg. l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. co.*

hoc interpretatur, qualem quiſque eorum aſsiduè in ſuis præſtat: non inſpecto magis vno tempore, videlicet, quo primum cœpit ipſis eſſe communis hæreditas, quam alio quolibet ſucceſſu temporis manente communione: ita vt quocunq; tempore quæratur de culpa in rebus communibus, inſpici debeat quæ tum fuerit diligentia eius in proprijs. Et hæc ſanè eſt mul-
3 torum ſententia [a], quam tamen ſequi dubitauerim, non credens rationi conſentaneum, quòd ſi poſtquam ſocius eſſe cœpit, diligẽtia eius creuerit, vtputa lõgiore vſu negotiorum paulatim exercitatioris illam ſic auctã rerũ experimẽtis induſtriã, ſi nõ oſtẽdat æquè in cõmunibus rebus, vt in proprijs, quod excuſari poſsit, aut bona fide verſari dicatur in negotijs ſocietatis, quamuis inſpecto initio cõtractæ ſocietatis ad culpã ei imputari nõ poſſet, & ratio I.Cti in hoc reſpõſo addita, ſubindicare videtur [b], laxiorẽ ſocij obligationẽ, nõ vt increſcat, ſi alio tẽpore quàm quo ſemel diligẽtiæ rationem habendam dicis, alia maiorq; fuerit. Et quod hic dicitur (*ſolet*) eo magis ſeu potius ſpectare videtur, quòd non ſtatim ex vno aut altero exẽplo rei bene aut male geſtæ in proprijs negotijs, debeat deſumi argumentũ ad culpam vel commiſſam vel excuſatam in communibus rebus, ſed quod colligi hoc debeat ex actuum frequẽtia, & ex eo qualis vt plurimũ eſſe ſolet in ſuis proprijs rebus, quod ſic intellectũ etiam ad cohæredes pertinere putauerim, & ad maritũ in rebus dotalibus [c]: cui Accurſius hic ſocium cõparauit, cùm tamen de marito legamus [d], quòd teneatur rebus dotalibus eam di-
4 ligentiam adhibere, quam ſuis rebus adhibet, & nõ dicitur, adhibere ſolet: quare in hoc tam tenui verborũ diſcrimine nulla vis cõſtituenda eſt. Quid ergo, inquies, erit diſcriminis inter cohæredes & ſocios? Eſto, nullam hac in parte conſtituamus differentiam: an erit lex vlla qua id reprehendi poterit? Opinor autem, non voluiſſe Iuriſconſultum inter hos differentiam vl-
5 lam tam tenui verborum diſcrimine ſignificare, ſed hoc potius egiſſe, vt illud cõmune eſſe vtriſq; doceret, culpam nõ eſſe referendam ad exactiſsimã diligentiã boni patris familias, ſed tã cohæredem quàm ſocium habere quo ſe excuſet, obtineatque culpam remiſsius interpretari, & priuatim ad mores vtriuſque referri: Illum quidem, quoniam propter ſuam partem cauſam habet gerẽdi [e]: hunc verò, quia qui parum diligentẽ ſibi ſociũ aſſciuit, de ſe queri debet, & culpa malæ electionis obſcurat culpam negligentiæ alterius. At dices: quòd ſocius ſocium eligat, non hæres cohæredem [f]: verum quidem id eſt, & propterea videretur remiſsius obligari ſocius ſocio: ſed illam cõmunionem abſq; ſocietate, permiſſum eſt ſtatim ſimulatq; aliquis hæredum volet, prouocando ad diuiſionem, diſſoluere: non ſic verò ex qualibet leui culpa conuentam ſocietatem licet ſeparare. Quòd ſi iterũ vrgeas, quòd neutro loco ſufficere meritò deberet ea diligentia quam quis ſuis rebus adhibet: nam quod in proprijs rebus tantùm culpatur, hoc in alienis coercendum eſt [g]. Cum huius obiectionis vſus alio loco incidiſſet [h], illi ſic occurrerunt quidam [i], vt dicerent, non eſſe coercendam culpam admiſſam in eo, quod arbitrio eius qui cenſentur illam admiſiſſe, commiſſum eſſe: Quod an & hic quadrare poſsit, non ſatis video, & vix quidem in alia illa ſpecie, de qua loquuntur, videlicet, de creditore eligente in quam cauſam accipiat quod ſoluitur ei, cùm ex pluribus deberetur, cur, inquam, in his verſetur liberius arbitrium ſocij ex commiſsis & mãdatis ſibi negotijs, aut creditoris in ſolutione quàm accepit in vnã ex multis cauſis, quàm mariti in ſeruis dotalibus, quorum etiam dominus eſt [k], & eius tamen culpam dicit I.C. coercendam. Magis ſatisfacere videtur, quòd quidam diſtinxit, mariti [l] culpã in committẽdo, à culpa omiſsionis: & alius [m] paulo exactius,

ſufficit,

a Accurſ. ad §. non tãtum. & ad §. penul. Inſtit. eo. Bart. & Salicet. & aliorum hic.
b Fulgoſ. hic.
c l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ſoluto matrim.
d in d. §. ſi maritus.
e d. §. non tantum. in verbis (quoniam propter ſuã partem)
f d. §. non tantũ. in princ.
g d. l. ſi conſtante. §. ſi maritus.
h ad l. 1. ff. de ſolut.
i Barth. & Paul. Caſtr. ibi.
k l. doce, C. de rei vendica.
l Paul. Caſtr. ad d. §. ſi maritus.
m Raph. Cuma. ibi.

ſufficit, inquit, maritum parem adhibere diligentiam in rebus dotalibus & ſuis, par tamen culpa ſocium non excuſat: & ita hic quoq;, quamuis ſocio ſufficere poſsit, parem diligentiam in ſuis & communibus rebus adhibere, & ſic interprete ipſo Iuriſconſulto [a], deſidiæ & negligentiæ nomine non ſtrictius teneatur: non ob id tamen quæcunq; culpa cómiſsionis excuſata eſt in proprijs negocijs, dum non eſt alius cuius interſit, & qui eo nomine agat, excuſata erit & in communibus negocijs. Maior nanque culpa eſt eius qui quid malè & perperam facit, quàm qui omittit tantùm, & moratur [b]: & in l. Aquilia venit leuiſsima culpa facti malè [c]: ſed non ſi quid omittendo peccetur [d]: vnde à quibuſdam culpam leuiſsimam in committendo, culpæ leui in omittendo legimus comparatam. 6

a *hic in verbis. l. deſidiæ.*
b *l. ſi ſeruum. §. ſequitur. circa princip. de verb. ob.*
c *l. ia l. Aquilia & leuiſſimam. ad l. Aquiliam.*
d *l. ſi vſusfructus. §. deniq. de vſufruct.*
e *Bart. ad l. quod nerua. num. 19. depoſiti. & Salicet. ibi. colum. penult. verſic. iuxta hoc quæro ſexto.*

L. SI SOCIETATEM VNIVERSARVM FORTVNARVM.

SVMMARIA.

1 *Societas vniuerſarum fortunarum etiam ad futura bona extenditur.*
2 *Legatum vniuerſale non ad tempus teſtamenti, ſed mortis refertur.*

INTERPRETATIO hic ab ipſo Iuriſconſulto addita [f], minimè negligenda eſt: videri enim poterat, quòd generalis rerum mentio in hoc genere contractus (quo pro parte transferuntur & communicantur dominia rerum, ideoq; maioris præiudicij res eſt, quàm ſola obligatio hypothecæ nomine facta [g]) non comprehéderet futura, ſed præſentia tantùm: quando aliud tempus non eſt expreſſum, præſertim cum ita ſit in vltimis voluntatibus fauorabilioribus [h]. Sicut tamé vniuerſale legatum paulò latius extenditur, vt non facti teſtaméti tempus, ſed mortis teſtatoris inſpiciatur [i]: ita hoc loco latiſsimè extendet ſeſe ſocietas ad vberiorem quæſtum in futurum contracta. 1 2

f *in verbis (.l. eſt quoq; ve)*
g *l. vlt. C. quæ res pignori vel hyp. oblig.*
h *l. ſi ita legatum. de auro & arg. legat.*
i *l. Lucius. de fundo inſtruc. & hic Bald.*

§. IDEM.

SVMMARIA.

1 *Societatis varia genera.*
2 *Erogata in honorem vnius ſociorum veniunt in vniuerſalem ſocietatem.*
3 *Dos non recidit ad onus ſociorum, niſi nominatim ita conuentum ſit.*

Gradus ſocietatis.

IT creſcitq; certis gradibus ſocietas, quædam enim eſt vnius rei, alia alicuius generis negociatiõis, alia hæreditatis cõmuniter delatæ & agnitæ: rurſus alia ſimpliciter inita, quæ extenditur ad omnia quæ in quæſtu ſunt, ac denique alia expreſſè contracta bonorum omnium: An ergo vltra hanc alia aliqua ſit? Et certè non eſt aliud vllum genus ſocietatis, quod in ſuo genere pateat latius: ſed cum iuris interpretatione aliqua excipiantur, quæ non veniunt in ſocietatem omnium bonorum (vt dictum eſt de ijs quæ ex cauſa delicti erogantur [k]) fit interdum vt expreſſa cõuentione introducantur in ſocietatem, conuentione magis extenſa, non quidem illa quæ iam diximus ob delictum vnius ſociorum erogari aut acquiri [l], ſed quæ honeſtè erogantur in honorem liberorum alterius ſocij, & quorum nomine negociorum geſtorum eſt actio [m]: ſed nõ aliter veniũt in ſocietatem etiã omniũ bonorum, niſi hæc ita eſſet inita, vt quicquid erogaretur vel quæreretur, cõmunis lucri atque impendij eſſet [n]: Sicut nec dos filiarum ad onus ſociorũ recidit, niſi nominatim ita conuentum ſit [o], nec etiam inter cohæredes fratres ratio habetur eorum, quæ à patre in honorem vnius ſunt impẽſa, non inquam ad hoc, vt tantundẽ ex cõmunibus bonis mortuo patre, impendatur in honorem alterius [p]. Sanè quando in legitimam imputetur ei in quem ſunt impenſa, alterius eſt loci [q]. 1 2 3

k *l. ſi fratres. §. vlt. cum ll. ſeq. ſup. eod.*
l *l. nec prætermittendum. ſup. eod. l. ſi à reo. §. vl. de fideiuſſ.*
m *l. qua vtiliter. de nego. geſt.*
n *vt in hoc §.*
o *Fulgo. hic ex l. ſi ſocius pro filia. j. eod.*
p *l. ex parte. §. filius. fam. erciſ. l. 3. §. vlt. de mune. & honor.*
q *l. omni modo. §. imputari. C. de inoff. teſta. l. ſi quis ſocietatem.*

L. SI

L. SI QVIS SOCIETATEM.

SVMMARIA.

1 *Socius quod emit ſuum facit, licet ſocietatis iudicio communicare tenentur.* 3
2 *Socius omniū bonorū, quod emit, an cōmune faciat.*
4 *In dubio præſumitur quis proprio, non alieno nomine emiſſe.*
5 *l. ſi patruus. C. commu. vtr. iud. intellectus.*
6 *Socius rem quam emit ante cōmunicationem alienare poteſt.*
7 *Socius propriam pecuniam dando in creditum it, altero etiam ſocio diſſentiente.*

BREVI orationis puncto latiſsimum cāpum cōplectitur regula Iuriſ-
1 conſulti in hoc reſponſo: *Quod ſocius emit, ipſius fit, non commune, ſed ſocietatis iudicio communicandum.* Principio enim non ſatis inter omnes cōuenit, in quo genere ſocietatis hoc accipiendum ſit. Accurſius [a] reſtringit ad ſocios omniū bonorū, hoc veritus, ne ſi nō oīm bonorū ſit ſocius, nec commune fiat quod emit, nec cōmunicare cogatur [b]. Alij [c] paululū relaxat, extenditq; etiam ad ſocios qui ſimpliciter ſocietatē contraxerunt, & ſic eorū tantùm quæ ſunt in quæſtu, qualia ſunt omnia quæ emuntur [d]. Audebo tandem laxare adhuc magis, & intelligere hanc regulam, de ſocijs vnius generis negociationis, ſic (vt ferè fit) contractæ, vt in eodem genere nemo ſeparatim ſibi negocietur, ſed in commune tantum. horum enim vnus ſi quid ſibi emit, ad ſocietatem tamen pertinens, hoc commune quidem non facit, ſed cogitur ſocietatis iudicio cōmunicare, æquè vt ex ſocietate omnium bonorum: quamuis in hoc genere ea regula expeditius procedat, dū nihil ex ea ab aliquo ſociorum comparari poteſt, quouis etiam nomine, ſiue ſuo
2 ſiue communi, quod vel non fiat commune, vel ſaltem cōmunicari debet, nam ad eam ſocietatem pertinent omnia, cùm ſit omniū bonorū. Sed certè non minus valet ſpecies in rebus ſibi ſubiectis, quàm genus in genere: Ideoq; cæteris paribus, idem erit in ſocietate vnius negociationis, ſi quid ad illam pertinens ematur, ab eo cuius fidei adminiſtratio eſt permiſſa.
3 Sed & ſuo ipſius nomine emiſſe debet is, in quo hæc regula locū habebit. Alioquin facile fieret, quod nec in ſocietate omnium bonorum obtineret: nam ſi quid ſocius omnium bonorum [e], vel etiam vnius alicuius negociationis, ex cōmiſſa ſibi adminiſtratione [f] emat, poſt cōtractam ſocietatem, communi omnium ſociorum nomine, & ſic ſibi traditum accipiat: omnibus ſanè ſocijs mox fecerit commune. Neq; hæc eſt reſtrictio regulæ huius re-
4 ſponſi, ſed ex ipſis verbis propria veraq; interpretatio, cùm in dubio præſumi debeat magis ſibi & ſuo nomine, quàm alijs emiſſe communi nomine: non enim perſona extrinſecus intelligitur [g]. Atque hoc illud eſt quod in acquirendo dominio potiſsimum ſpectatur [h], adeò vt ius alterius quoad acquiſitionem partis dominij, nec ex eo iuuari poſsit, quòd fortè res ſit empta pretio redacto ex rebus communibus diuidentis: nam ex negociatione potius quàm re & pretio res empta intelligitur acquiſita: ſicut è diuerſo, pretium rei venditor non ex re, ſed propter negociationē intelligitur percipere [i]. Nec dices propterea in commune quæſiſſe: quod id iure ſocietatis facere tenebatur: nam re vera iure ſocietatis non tenebatur in commune quærere, ſeu omnium nomine acquirere: ſed quod acquiſiuit, tenetur
5 communicare. Sed cur ergo alijs illis locis paulo ante citatis [k], nec commune eſt quod emptum eſt, nec communicandū? Certè quia nulla ibi fuit ſocietas, neq; omnium bonorum, neque vllius generis negociationis, inter patruum eundemque tutorem, & nepotem eius pupillū: quamuis huius nepotis patri, dum viueret, cum ſuo fratre fuiſſet ſocietas, nunc morte ſoluta, quæ tam ob ætatem pupillarem nepotis, quàm quòd patruus ſuum tātùm geſsiſſet negocium: non eſt rebus & factis tacitè cōtinuata. Et ne priuilegio

a *hic in gloſ. 1.*
b *l. ſi patruus. C. communia vtriuſque iudicij.*
c *Fulgo. hic.*
d *l. coiri. ſupr. eod.*
e *Alciat. ad l. ſi ſocius. ſi certum petatur.*
f *Arg. l. ſi procurator. de acqu. rer. dom.*
g *Fulgo. ad d. l. ſi patruus. ex l. ſi ita ſtipulatus. §. 2. de verb. oblig.*
h *d. l. ſi patruus. in verbis (ſuum gerens negocium) & in l. Titium. §. altero. in verbis, ſuum negociū exercuit. de adminiſt. tutorum.*
i *l. venditor ex hereditate. de here. vel act. ven.*
k *in l. ſi patruus. C. communia vtriuſq; iudicij. in l. Titium & Mauiū. §. altero.*

gio quidem ætatis [a] res quæ ſic à patruo comparata eſt, poteſt dici eius facta, eive communis cum patruo, ſiue quod pecunia pretij nomine ſoluta patruo pro re cõmuni diſtracta, non ſit aliqua ex parte popilli facta, ſiue quod quamuis eius facta eſſet, non tamen idcirco eius quoque eſſet res illa pecunia empta, vt quæ oon eſt empta vt firmo iure retineatur & poſsideatur, ſed vt ſtatim diſtrahenda, & tanquam merx iterum venalis. At quis, inquies, vſus eſt huius temporalis dominij, & quod noo ſtatim ſimulatq; emitur res,
cõmunis fiat, cùm debeat petente ſocio ſtatim cõmunicari? Profectò quod 6
ab eo qui comparauit rurſus alienari poſsit, antequam communis ſit: & rectè dicetur translatum dominiũ totius rei: Neque enim obligatio, aut perſonalis actio pro ſocio quæ ad cõmunicationem competit, impedit translationem dominij, ſi fortè ea res alij prius vendatur & tradatur [c]: Ideoq; de ſocio & quidem omniũ, vt interpretantur, bonorũ reſponſum eſt: quòd pro-
priam pecuniam ſi mutuam dederit, omni modo creditam fecerit: licet ſo- 7
cij diſſenſerint [d]. quod non haberet dubitationem, ſi non intelligeretur de ea pecuoia quæ prima acquiſitione eſt pro priori: ſed iure ſocietatis poſtea communicanda, quod dedit rationem dubitandi [e]. Sed decidendi ratio eſt, quam diximus, quòd perſonalis obligatio non impediat, quo minus debitor rem debitam alienet.

a *l. curato. C. arbitrium tutelæ.*
b *Raph. Cuma. ad d. §. altero.*
c *l. vlt. in fin. ʒ. tit. 1. l. quoties. C. de rei vendica.*
d *in d. l. ſi ſocius. ſi certum petatur.*
e *Alciatus hic.*

L. SI COITA.

SVMMARIA.

1 *Arbitrio alieno quid & quomodo aliquid committi poßit.*
2 *Arbitrio emptoris aut venditoris pretij definitio cõmitti non poteſt.*
3 *Legatum arbitrio alieno, atque etiam legatarij cõmitti poteſt.*
4 *Dos incerta noſtro arbitrio definienda permitti poteſt.*
5 *In ſocietate quid arbitrio ſociorum vel alterius cõmitti poßit.*
6 *Arbitro non arbitrante in contractu an deficiat cõtractus. l. 2. de har. inſt. intellectus.*

DIFFICILES quæſtiones in iure noſtro facit, ſi quod communi cõ- 1
trahentium conſeoſu definiri poterat, alieno cõmittatur arbitrio. Et refert ſanè moltum, an hoc quod ſic manet indeterminatum, pertineat ad ſubſtantiam cootractus, an ſit ex naturalibus, an adiectitijs qualitatibus & accidentalibus, refert etiam, an generaliter tantum ad alienom arbitriũ relatio facta ſit, an verò perſona certa deſignata ſit, cuius arbitrio ſtetur, denique an hic ſit vnus contraheotium an extraneus, vt ecce in emptione & venditione, locatione & conductione, nec pretiũ nec merces poteſt gene-
raliter cõmitti alieoo arbitrio [f], ſed nominato arbitro cõmitti poteſt [g], mo- 2
do hic non ſit ipſe venditor aut emptor, locator aut conductor [h]. Ad quorum tamen arbitrium referri poteſt, quod non propriè ex ſubſtantia cõtractus eſt, ſed ei velut accidens cohæret, vtputa qoo genere monetæ emptor pretium cõmuni conſenſu cõuentũ ſibi ſolui malit [i]: Imò & accidẽtale augmẽtum pretij hac adiectione: *Et quanti pluris vendideris*, quodámodo in arbitrium emptoris conferri poteſt [k]. Cùm verò arbitrio tertij alicuius expreſsis verbis committitur definitio pretij aut mercedis, ſtat cõtractus ſub hac cõditiõe: *ſi is arbitrabitur*: quod vel ipſa forma verborũ ſatis demõſtrat: nã relatiuũ (quod) iunctũ verbo futuro, cõditioné facit [l]: ideoq; illo nõ arbitrãte, ad nihilũ recidit cõuentio [m]. Quod in legatis & fideicommiſsis fauore vltimarũ voluntatũ nõ ſic ſeruatur, ſed à perſona receditur, atq; adeo
ipſi legatario arbitrium optionis permittitur earum rerũ legatarum, qua- 3
rum aliqua arbitrio alterios dãda erat legatario [n]. Sed ſi hoc arbitrium non verſabatur circa res legatas, ſed circa grauamen iniunctum hæredi ſub multa,

f *l. ſi merces. infr. locati & conducti.*
g *l. vlt. C. de contrab. emp. & vend.*
h *l. in vendentis. C. eo. tit.*
i *Bald. ad d. l. vlt. & Salicet. hic.*
k *l. hac venditio. §. vlt. ʒ. tit. 1.*
l *l. Stichum qui meus erit. de legat. 1.*
m *d. l. vlt. C. de contrahen. empt. l. ſi quis arbitratu. de verb. oblig.*
n *l. 3. §. ſed et ſi quis emptionem. C. communia de legat. & fideicommiß.*

mulcta, niſi faceret monumentum defuncto, ad arbitrium alicuius, hoc caſu alio non arbitrante, non committitur pœna, neque receditur à perſona, quo ad pœnæ comiſsionem [a]. At hæc non vniformiter in omni genere contractuum procedunt: dotē enim in incerta quantitate promittimus, etiam
4 noſtro arbitrio præſtandam [b], imò & detracto omninò arbitrio [c]: habet enim dos ſuas regulas, ad quas ipſius quantitas quæ expreſsim deſignata nō eſt, expendatur, videlicet pro modo facultatū, & dignitate natalium viri [d].
5 Sic quoque ſocietas ex iis quæ diximus, quædam habet differentia, alia verò communia: nam eo differt, quòd partium ſocietatis diſtributio hic poſſit cōmitti ipſi ſocio [e], eaq́; in re cum præſens & purus conſenſus ſit vtrinq; ad ſocietatem ineundam, & nunc quidem initam: non erit aliqua velut ex appoſita conditione ad ſubſtantiam contractus timenda ſuſpenſio: ſed modus initæ ſocietatis ad arbitrium ſocij vt boni viri cenſetur relatus. Ideoq́; etiam vbi generaliter boni viri arbitrio partium conſtitutio eſt cōmiſſa: nō ob id irritum dicemus contractum. Hoc verò habet cōmune cū aliis, quòd
6 ſi is cui arbitrandi facultas delata eſt, non arbitretur, nec partes conſtituat, nihil actum eſſe putetur, vtpura deficiente conditione, ſub qua ſocietas intelligitur contracta [f]. Quin etiam hoc amplius habet, quod licet in aliis cō tractibus, quorum obligatio ad hæredes & contra hæredes tranſit, dubitetur [g], an vt arbitro, ſic quoque altero contrahentium defuncto, nihil ſit arbitrandum, & an hoc caſu arbiter inter hæredes arbitrari poſſit: hic tamen de illo minimè dubitandum eſt, quin finiatur arbitrandi poteſtas: quæ fruſtra exerceretur ad conſtituendum ſocietatis initium eo tempore, quo rectè prius conſtituta nunc finiri deberet, vnius ſociorum morte [h]. Sed hic iā obiicientem nobis, & nihil reſpondentem audio Accurſium [i], ex reſponſo Vlpiani [k], quo aduerſus Marcelli ſententiam vtriuſque huius formæ inſtitu-
7 tionē ex partibus quas ex ſcripto, ſe partes aſſcriptitios ſuſtineri poſſe putat, nullis aſſcriptis partibus: quare ergo non æquè ſocietas nullis arbitratis partibus? Quòd ſi dicas, nullis aſſcriptis in inſtitutiōe partibus intelligi ex iuris diſpoſitione æquales eſſe factas [l], non ſic euaſeris: nam in ſocietate quoque ſi non fuerint adiectæ partes æquas eſſe conſtat [m]. Reſpondet hic optimè pro Accurſio Fulgoſius, quòd illic in teſtamentis relata ſit cōditio ad factum teſtatoris: ex cuius ſolius voluntate & arbitrio dependēt omnia, qui liberrimè deſtinatum aliquò animi ſui motum mutat, & in contrarium vertit, pollicitas conditiones omittit [n], non pollicitas neq; ab initio cogitatas poſtea adiicit [o]. Hic verò aſſcripta conditio dependet ex arbitrio & facto tertii, quod non eſt in contrahentium poteſtate.

a l. mulcta. & ibi Soſinus. in princip. de condit. & demonſtrat.
b l. ſi cum ea. C. de dotis promiſsione.
c l. cum poſt. §. gener. de iure dotium.
d d. §. gener. & l. quæro. eod. tit.
e l. ſi ſocietatem mecum coieris. ſupr. eod.
f vt hac lege.
g Bart. ad l. ſi quis arbitratu. in 7. quæſt. & ibi Iaſon ſub finem antepenult. colum.
h arg. l. Titio cū morietur. de vſufruct. l. Iulianus. de iure dotium.
i in fi. glo. huius legis.
k in l. 2. de hæred. inſtitu.
l l. ſi plures inſtituantur. Inſt. de hæred. inſtitu.
m l. ſi non fuerint. ſupr. eo.
n l. ſi teſtamentum. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditione.
o l. hæredes palā. §. ſi quid poſt factum teſtament. de teſta.

L. SOCIETATEM MECVM.

SVMMARIVM.

1 *Arbitro in contractibus iniquum arbitrante, an ab eius arbitrio recedere liceat.*

MVLTVM vicina & proximè cohærens iis quæ iam diximus, hæc eſt quæſtio, quam malè formatam (eo quòd magis facti quàm iuris eſſet, ſic vt erat propoſita, eiuſq́; deciſio plurimam facti cognitionem deſideraſſet, quanta videlicet ab vtroque collata eſſet pecunia, & quæ eſſet vtriuſq;
1 induſtria, gratia, opera) Iuriſconſultus ita emendauit [p]: An arbitrante illo, cuius arbitrio ſe ſubiecerunt contrahentes, ſed iniquum, ſequi omninò oporteat quod eſt arbitratus, an potius quod bonum virum arbitrari oportuiſſet, dubitationem facit, quod diximus, non recedi in contractibus à perſo-

p hic in verſic. exiſtimo autem melius te, &c.

perſona electa [a]. Sed hoc ita verum eſt, ſi nihil is arbitretur: tunc enim de-
fecta conditione nihil actum eſt, nulla obligatio nata, nulla actio, cui par-
tes boni viri & officium iudicis poſsit accedere, in corrigenda iniquitate
arbitrij: quando vero is aliquid eſt arbitratus, ſed iniquius: iam cōditio ſub
qua ſtabat contractus, purificata eſt, iam fundamentum ſubeſt obligatio-
nis & actionis, cuius gratia aditus iudex iniquitatē arbitrij reformet in me-
lius: non quidem quod ad id ſola officij iudicis imploratio conceſſa ſit, ve
lut acceſſoriè ad actionem alterius rei cauſa principaliter propoſitam [c]: ve-
rùm etiam quòd directò ad hoc detur actio, & deducatur principaliter in
iudicium bonæ fidei [d], quod latiſsimè patet. Quo exēplo ſuſtineri quidam [e]
docent, quod tradidit Bartholus [f]: Si conſtituto pretio in venditione ali-
quid acceſſoriæ rei conferatur in alterius arbitrium (veluti ſi eum fundum
qui vti optimus maximus eſt. i. vt liber omninò venditur, poſtea cōpertum 2
ſit emphiteuticum eſſe, ſeruitutem debere, aliòve onere eſſe grauatū, pre-
tium diminuatur, prout res requirere videbitur ex arbitrio Titij) illo non
arbitrante, ipſum iudicē ea in parte ſuo munere fungi poſſe, adhibitis eius
rei peritis, & non corruere totum contractum, propterea quòd ille non ar
bitretur quantum è pretio minui oporteat: formata eſt enim obligatio & a-
ctio venditi & empti pretio certo ab ipſis contrahentibus conſtituto, cir-
ca quam iudex officium ſuum exerceat in diminuendo pretio, æſtiman-
daque ſeruitute.

a d. l. ſi quis arbitratu, de verbor. obligat.
b Bart. Salicet. Fulg. & ceteri hic.
c Salicetus hic.
d §. eod. l. vnde ſi nerua. in fin.
e Salicet. hic ſub num. 4. Fulgo. 3.
f hic. & ad d. l. ſi quis arbitratu.

§. ARBITRORVM.

1 Arbitrorum duo ſunt genera.
2 Ciceronis locus in oratione pro Q. Roſcio explicatus.
3 Compromiſſum ſpecies tranſactionis eſt.
4 Tranſactio pœnitētiam nec reſciſsionem admittit.
5 Iuſiurandum non impedit arbitrium reſcindi.
6 Arbitratores & arbitri qui dicantur.

ANTEQVAM Iuriſconſultus propoſitæ quæſtioni reſpondeat, cui 1
nunc ſummatim reſpondimus: docet arbitrorum duo eſſe genera, &
hoc in effectu quæri, quo referendum ſit arbitrium, de quo nobis hic ſermo
eſt: Vnum huiuſmodi eſt, vt ſiue æquum ſit ſiue iniquum, parere debeamus,
velut cum ſtrepitu iudiciario emiſſo controuerſias referimus ad arbitros,
quorum etiam minus probabiles ſententias æquo animo ferre oportet [g], vt
luculenter demonſtrat Cicero ex multiplici differentia quam adfert [h] arbi- 2
trorum & iudicum, & inter cætera, quòd arbitris infinitam largitionē per-
mittant qui eos adeunt: iudicem verò in anguſtiſsimam formulam ſponſio-
nis concludant, apud quem ſi non totum debere probauerit actor, quod pe
tit, nihil ſit laturus, ſed cauſa cadere debeat, vt ſcilicet antiquitus fuit con-
ſtituta pœna plus petentium: ad arbitrum verò imus, vt neque nihil refere-
mus, neque totum quod petimus. Et hoc illud eſt, quod Iuriſconſultus ait [i],
eſſe quod ſibi imputet qui compromiſit, qui ſi iudicis cognitioni atque de-
ciſioni ſuam cauſam commiſiſſet, appellare potuiſſet, cùm in inuitum red-
datur iudicium [k]: Nunc verò non poteſt appellare [l], neque pœnā, ſi non ſtet
arbitrio, effugere, niſi doceat quòd ſordes, vel euidens gratia interceſſerit
eorum, qui iniquum ſunt arbitrati [m]. & ſanè qui compromittunt, tranſigunt 3
in effectu eo dato & accepto, quod arbitrabitur arbiter. Tranſactione au-
tem deciſam litem inſtaurari prohibent iura [n], & ob id pœnitētiæ locus nō
eſt in tranſactione [o], imò nec prætextu enormis læſionis ex quorundam ſen 4
tentia reſcindi poteſt [p]. Alterum verò genus huiuſmodi eſt, vt ad boni viri
arbitratum redigi debeat: quod perſona nominatim comprehenſa, iniquius
arbitratur, recedimus enim à perſona, cùm non tam perſonam nominatam,
quàm viri boni arbitrium videamur ſecuti [q]: ea enim ferè mens eſt perſo-
narum

g l. diem proferre. §. ſtari. de recept. arb.
h in oratione pro Quinto Roſcio.
i in d. §. ſtari.
k l. inter ſtipulan. §. ſi Stichum. de verbor. oblig.
l l. 1. C. de recept. arb.
m l. arbitrorū. C. de recept. arbit.
n l. ſi profundo. C. de trāſact.
o l. quamuis. & ibi cū Bartol. Alciat. C. de tranſacti.
p Alciat. ad d. l. quamuis. ex l. Lucius. §. vlt. ad Trebellianum.
q l. in perſonam ciuilem. §. generaliter. de reg. iur.

narum arbitrio ſubſtituentium, vt quia ſperent eum rectè arbitraturum
5 id faciant, non quia vel immodicè obligari velint [a]. adeò vt ſi iuſiuran-
dum acceſſerit, hoc non debeat vinculũ eſſe magnæ iniquitatis [b], quod ple-
niorem tractatum requireret, qui non eſt huius loci. Hoc obiter addẽdum
6 putaui, quòd ex receptiore [c] ſentẽtia, hi quidem arbitratores, illi verò arbi-
tri dicantur, non tam quod in legibus noſtris hoc verborum diſcrimen ſer-
uatum ſit, quàm quòd ita diſtingui vſus maiorum obtinuit: hoc magis à Iu-
riſconſultis diſtinctum eſt, quæ ſit materia ſuper qua arbitri ſunt aditi, an lis
iudicialis, an perfectio & abſolutio contractus.

a l. ſi libertus ita iurauerit. de operis libertorum.
b Alberic. hic & Salicetus, ex c. quinta vallis, de iureiurando.
c Fulgo. hic circa num. 4.

L. VELVTI.

SVMMARIVM.

1 *Imputare ſibi debet, qui ſe periculo ſubijcit.*

HVIVS generis arbitrij ſpecies vna, exempli cauſa, adfertur in loca-
tore, vt ſi fortè in lege locationis comprehenſum ſit, opus arbitrio lo
catoris fieri, vt alijs locis plenius propoſitum eſt [d]: In quo quidem genere
arbitrij, quantum attinet ad reductionem & reformationem, ſi iniquum ſit,
1 nihil intereſt, an in domini, aut alterius contrahentium arbitrio res relicta
fuerit [e], an tertij alicuius, neque magis ad culpam imputandum erit
ei, qui ſe ſubmiſit arbitrio eius cum quo contraxit (quamuis hic amaſſe vi-
deatur periculum iniquioris arbitrij) quàm ſi arbitrio tertij ſe vterq; con-
trahentium ſubmiſiſſet.

d l. ſi in lege. infr. locati. l. cum ſtipulatus. de verb. obligat.
e vt hic. & d. l. in perſonã. §. generaliter.

L. IN PROPOSITA AVTEM.

SVMMARIA.

1 *Iudicis nullæ ſunt partes in voluntarijs contractibus.* 2 *Bonæfidei & ſtricti iudiciorum differentia.*

RESPONDET nunc Iuriſconſultus ad propoſitam quæſtionem, inter
contrahentes videri conuentũ de arbitrio poſterioris generis. At, in-
quies, eſt & hic quod ſibi imputet, qui ſe alieno ſubmiſit arbitrio, de eo qđ
1 ipſe cũ eo cum quo contraxit definire poterat. Sed certè non receſsit à iu-
dice, cuius nullæ ſunt partes in ijs quæ ad voluntarios cõtractus concluden
dos pertinent. Cùm ergo permiſſum ſit omnibus, ſub qua velint conditiõe
contrahere, nihil erit quod eis imputetur, ſi arbitrum elegerint eius, quod
ipſi affectione fortè propria obcæcati, decidere nequiuerunt: ſed qui reli-
cto iudice, referunt iudicialem controuerſiam ad arbitrum, non audiuntur
conquerentes de læſione, quam metiri nõ poſſent, niſi ex eorum iure. No-
luerunt autem ius dici, ideoq; ne nunc confugere poterunt litis gratia ad
eum, à quo litis effugiendæ cauſa profugerunt. Porrò quod Iuriſconſultus
addit, ſe exiſtimare, boni viri arbitrium eo magis hic eſſe ſequendum, quòd
iudicium pro ſocio bonæfidei ſit, non eo erit referendum, quòd quãtum ad
arbitriũ huiuſmodi attinet, plurimũ intereſt inter iudicia ſtricti iuris, & bo-
2 næ fidei: neq; enim in his bona fides quæ exuberare dicitur, vnquam effi-
ciet, vt à perſona cuius arbitrio quid cõmiſſum eſt, nihil arbitrante, receda-
tur [f], & ſi iniquũ arbitretur, nõ tã ſtricta eſt iudiciorũ ſtricti iuris natura, vt
nõ admittat, imò exigat aliquam emendationem, ſi non iure actionis ex illo
contractu: ſaltem implorato ad id iudicis officio, deſeruiẽte actioni, vel per
viam exceptionis [g].

f l. prox. præcedente.
g Bart. Fulg. Saliçet. et alij hic.

L. VNDE SI NERVAE.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium quando prauum dicatur.*
2 *Aequitas in ſocietate eſt definita.*
3 *Iniquitatẽ probare debet, qui de illa conqueritur.*
4 *Quamdiu de iniquitate arbitrij conqueri liceat.*
5 *Societatis iudicio etiam in initio agi poteſt.*

IN hoc reſponſo Iuriſcõſulti, offerunt ſe tria potiſsimùm paulò exactiùs 1
perpẽdenda. Primum quidẽ illud, quod debeat arbitriũ ita prauũ eſſe, vt
manifeſtá contineat iniquitatẽ, in qua ſanè exiſtimáda, videtur Doctores
nimiũ viciná eam facere regulis æſtimandæ læſionis in contractu emptiõis
& venditionis, locationis & cõductionis, dñ aiunt[a], quòd vbi quis ipſe con-
traxit, definito pretio aut mercede, nõ ſuccurri ei, niſi læſo vltra dimidiá iu-
ſti pretij[b]: ſed ſi illis alieno arbitrio definitis, læſus fuerit vel in ſexta totius:
nempe in dimidia vni' tertiæ[c], ei eſſe ſuccurrendũ, & huius comparationis
adhuc latior extenſio tentata[d], ſed nõ omninò cõfirmata eſt, vt etiã ſi quan
titas pretij in venditione nõ cõmittatur alieno arbitrio à cõtrahentibus, ſed
alterius procurator cõtrahat, definiens ipſe pretiũ cũ eo cũ quo contrahit,
ſitq́; vel in ſexta parte pretij læſus, domino ſuccurri, quod ab alijs meritò eſt
improbatũ[e]. Sed hæc cõparatio nõnullis diſplicet[f], & ab vno genere con
tractus ad aliud argumentũ duci nõ poſſe putãt, ad cõparationẽ læſionis & 2
iniquitatis, propterea quòd in ſocietate æquitas ſit definita: nimirũ æqualiũ
portionũ[g]: pretiũ verò & merces in vẽditione & locatione minimè defini-
ta ſunt aut certa: Mihi verò huiuſmodi cõparationẽ quoq; nõ probanti, hoc
potius videtur, quòd iuſtum rei pretium, iuſta locationis merces, non diffi-
cilius ſuos fines & terminos æquos recipiant, quàm partes ſocietatis, cùm
pretia rerũ ex cõmuni æſtimatione probari poſsint[h]: In ſocietate verò non
ſic eſt cõſtituta[i] æqualitas partiũ vbiq; teneda, vt quo magis ab ea recedas,
eo iniquior fiat partiũ eius diſtributio: quin potius plerunq; quo propius ad
æqualitatem partiũ acceſſeris, eò iniquior erit earũ diſtributio, vbi ſcilicet
diuerſitas ſortis, gratiæ, induſtriæ, operæ, diſparitatẽ portionum poſtulãt, in
quibus bene æſtimandis, vt vſus natæ rei poſtulabit, ferè ſemper fiet, vt ad
multa adijeiendus ſit animus: quæ tanquam lege non ſatis determinata, arbi
trio iudicantis relinquenda cenſeo[k], ex ijs ſcilicet, quæ de iniquitate ei ꝓ-
babit, qui de illa cõqueritur[l]: nam is vtique (quod ſecundũ hic facio diligen
ter retinendum) probare debet iniquitatem arbitrij: de quo ſi nihil proba-
uerit, non poteſt vincere ex ſolo defectu probationis ſocij ſui, qui pro ar-
bitrio ſtat: ſi hoc non probauerit eſſe æquum, quamuis reus iudicio ſupera-
tus, ſi prouocauerit, poſsit in cauſa appellationis vincere, etiam ſi nihil do-
ceat de iniquitate ſententiæ, aut iure ſuo, dũ ſcilicet inuenit iudex appella-
tionis, neq; apud ſe, neque apud iudicem prioris inſtãtiæ, ſatis probaſſe ad-
uerſariũ actorẽ quod intẽdebat[m], planè ſi dolũ arbitri arguat is qui ſe læſum
dicit, nõ poterit ad hoc cõuincendũ nouas adferre probatiões apud iudicẽ, 3
quib' apud arbitrũ nõ eſt vſus[n], niſi fortè hic impedierit quo min' ei quoq;
fieret[o]. Tertiũ illud erit, quòd ſi prolato arbitrio cõfeſtim aut breui poſt tẽ
pore demõſtrauerit aliquis ſociorũ, ſibi illud vt iniquũ diſplicere, is poſsit
intra triginta annos apud iudicẽ de iniquitate arbitrij cõqueri, cũ id fieri hic 4
dicatur per iudiciũ bonæ fidei pro ſocio, cui nõ niſi triginta annis præſcribi
tur, neq; ad hãc rẽ op' eſſe duplici iudicio, vt de reſcindẽte & reſciſſorio di
ci ſolet[p]: nã vno iudicio reſtituebatur quodãmodo in integrũ, ſecundo iu
dicio ab initio iterum experiebatur & corrigebat arbiter: ſed vno eodemq́;
iudicio vtrunq; cõficitur, reſcinditur & corrigitur arbitriũ. verũ hic mihi
videor didiciſſe[q], nõ ex euẽtu formari partes lucri aut dãni ſocietatis pera-
ctæ: ſed antequam inchoetur, exerceatur, aut adminiſtretur, arbitrari eius
partes ad perfectionẽ abſolutionemq́ue contractus ſocietatis, ſicut in ven-
ditione & locatione pretio & mercede commiſsis alij vt arbitretur, intel-
ligimus, hoc pertinere ad illorum contractuum initium, vt ſcilicet obliga-
tio contrahatur[r]. Quod ſanè initium non poteſt veriſimiliter vnquam
tam

a Barth. nu. 25. Salicet. & alij hic.
b l. 2. C. de reſcind. vend.
c ex l. ſequent.
d Bart. hic.
e ex l. ſi voluntate. C. de reſcind. vend.
f Fulgo. hic. in fin.
g l. ſi non fuerint. ĩ. eod.
h l. pretia rerum, ad l. Falcidiam. l. 2. C. de reſcin. vend.
i in d. l. ſi non fuerit.
k arg. l. 1. in fin. de iure deliberan.
l hic in verbo, appareat.
m Bart. hic. nu. 26. Salicet. num. 20. in 14. queſt. ex gla. l. hi qui ad ciuilia. C. de tempor. appella.
n Bart. & Salicet. hic.
o arg. l. ſi dictum. §. vlt. de euiction.
p ad §. rurſus ex diuerſo. Inſtit. de act.
q ex l. ſi ſocietatem mecum coieris. in verbo, collaturus. & ex l. ſequ. in fin.
r l. vlt. de contrah. empt. l. ſi merces. in princip. & ibi Caſtr. nu. 3. ĵ. locati.

tam diu eſſe ſuſpenſum ſuper ſocietate contrahenda:nam & ipſa rectè contracta,rarò tā diu durare inuenitur.Sed & ſi fortè placuerit cōtrahētibus procedere ad implemētū cōtractus,ex vna parte ſuſpēſa adhuc deliberatiōe & definitione eius,quod ex alia parte erit præſtandū,veluti tradere rē eo pretio de quo poſtea conueniet [a],ſinere frui re eū,qui cōductā ſibi eſſe petijt, aut ſarcire veſtimenta ea mercede, quæ poſtea inter eos cōſtituetur [b]: iam tranſit hoc negotium in aliam ſpeciem cōtractus innominati, neq; emptio neq; conductio eſt,& ſic quoq; in ſocietate ad eū modū conuenta, vt ſedulò negocietur quiſq; in commune,ſpe partium lucri definiendarū,poſteaquam perſpecta erit vniuſcuiuſq; diligentia & fides,actionem quidem eſſe perpetuam ad æquam diſtributionem partium,non tamen ex vera ſocietate,ſed ex alio quodam genere contractus innominati,proximè ad ſocietatē accedentis.Non obſtat quod hic dixerit Iuriſconſultus, iniquitatem arbitrij corrigi per iudicium pro ſocio:nam eo iudicio non ſolùm finita ſocietate,ſed & inter initia eius,cùm quæſtio eſt perficiendæ aut implendæ ſocietatis, agi poteſt [c].

a *Paul.Caſtr.ad l. menti fides. C.de cōtrab. empt.*
b *l.ſi tibi polienda.de praeſcript.verb.*
c *Salicet.ad l.tam diu.in princip.C. eod. ex l.3. ī. eod.in verbis, actiones inuicem præſtare debere.*

L. QVID ENIM SI NERVA.

SVMMARIA.

1 *Vacans pars in teſtamentis accreſcit, non in contractibus.*
2 *Ab abſurdo argumentum in iure frequens.*

NON credam Accurſio [d],qui hic milleſimam partem interpretatus eſt tertiā,& duas milleſimas reliquas duas partes totius ſocietatis. Nō enim tam infrequens eſſet aut iniqua ea diſtributio quàm hic viſum eſt Iuriſconſulto,cùm plerunq; incidat caſus,quo ſit æquiſsima, etiā quæ maiore ſit partium inæqualitate,vbi diſparitas collatæ pecuniæ,operæ, induſtriæ, aut gratiæ,ita mereri videtur [e]. Sed proponere voluit Iuriſconſultus ſpeciem diſtributionis tam prauæ, vt manifeſta appareat iniquitas, tum quòd milleſima pars ſit minutiſsima,& ferè pro nihilo habenda,tum quòd multo maxima pars indiuiſa maneat,quando non vt in teſtamentis [f],ſic in contractibus quoque pars vacans alijs accreſcit [g]:ducitur ergo hic argumentum ab ab-
2 ſurdo,cuius & alias ſæpè in iure noſtro vſus eſt [h];nam ſi quis ſemel in animū induxerit,omninò non recedere ab arbitrio dicto: oportet eodem errore admittat abſurdiſsima arbitria,& qualiacunque ſine exceptione, & contra quoque,ſi eo deſcenderit vt auerſetur,manifeſtiſsimè iniqua, debebit eadē ratione improbare & illa,quorum non tam perſpicua eſt iniquitas: ſed multum tamen praua ſunt,quorum definitio velut nullis certis finibus iure determinata,iudicantis arbitrio pro varietate cauſarum,rerum,temporum & locorum erit relinquenda.

(1 stands in the margin beside the line "ſima pars ſit minutiſsima".)

d *hic in gloſ.1.*
e *hic in verſic.illud poteſt conueniens eſſe.*
f *§.videamus ſi pars aliqua vacet.Inſt.de hære. inſtit.*
g *l.ſi mihi & Titio. de verbor.obligat.*
h *latè dūs præſes in locis legalib.ab abſurdo.*

L. SI SOCIVS.

SVMMARIA.

1 *Societas ſuis regulis clauditur.*
2 *Dos ſuas regulas habet.*
3 *Dos finita ſocietate quo redeat.*
4 *Dote promiſſa, non ſoluta, quomodo liberetur gener.*

1 IN facti ſpecie hic propoſita,difficultatem facere videtur permiſtio ſiue connexio duarum rerum ſic differentium,vt cum neutra alteram trahat totam in ſua iura,non facilè videatur vtriuſque naturam,leges,& conditiones,quolibet occurrēte caſu,bene abſq; violatione cōſeruari, vt ecce ſuas leges habet ſocietas quib' finiatur,& ea finita,bona cōmunia diuidātur,nomina,obligatiōes,& actiones cōmuni onere & cōmodo retineātur, quorū nondū venit dies,aut nō euenit cōditio:habet aūt & dos ſuas regulas,quàdo

ſcilicet dos eſſe deſinat, quando & cui ſoluto matrimonio reddatur: fac er-
go hæc ſimul concurrere, & ad materiam ſocietatis contractæ adhuc etiã
dotem, ſiue quod ea ſit in ſocietatem illata ab vno ſociorũ qui maritus eſt[a],
ſiue quòd ſit egreſſa è ſocietate, & de communi vnius ſociorum filiæ data:
rarò contingit eodem temporis momento vtrunque diſſolui, & ſocie-
tatẽ & matrimoniũ, quo fit, vt altero diſſoluto, quæramus quo redeat dos fi- 3
nita ſocietate, in quã fuerat illata[b]: aut quo redeat elata è ſocietate ea fini-
ta, & ſimul quoq; matrimonio. Interpretantur autem pleriq; omnes cũ Ac-
curſio hoc reſponſum de ſocijs vniuerſorũ bonorũ, quòd nõnulli[c] tamen
extenderunt ad fratres & ſorores hæreditatis parentum ſocios, vt quam ex
cõmunibus bonis dotẽ ſoror acceperat, ſoluto morte mariti matrimonio,
rurſus in ſocietatem inferat, aut ea forte præmoriente redeat ad fratres ſo-
cios, hæredesq́; eorum qui in ſocietate erãt, cùm ex ea dos erogaretur pro
ſorore, & de reſtituenda ea caueretur. Et quando hic ponimus cõueniſſe
inter ſocios, vt de cõmuni dos conſtitueretur: quod ſi nominatim cõuentũ
non eſſet, ne in vniuerſorũ quidẽ bonorum ſocietate id cõtineri intellige-
retur[d]: nõ malè quis dixerit, iſtud reſponſum habere locũ in quocunq; gñe
ſocietatis, etiã vni⁹ negotiatiõis, ſi ita expreſſè cõuenit, & maximè ſi hoc cõ
mune pactũ ſit nõ de vnius tantũ filia cõceptũ: ſed ita, vt æquè ſingulis pro-
deſſe poſſit[e]: quo facto, nihil refert, quòd vnus fortè filiã habuerit, filiã ve-
rò cuius hic mẽtio fit, dicemus in patria poteſtate conſtitutã fuiſſe: cùm do
tem pater promitteret, vt nec præſumitur emancipata, niſi dicatur & pro-
betur[f]: atq; ita dos hæc profectitia eſt, quæ ad patrẽ, ſoluto matrimonio re-
dit[g], & ne pro portionibus ſociorũ patris, ſiue quatenus eis decedit, aduen
titia eſt[h]: pro qua repetenda, non eſt cõmunis actio ei qui dotauit, & quæ
dotata eſt, ſicut de profectitia dote dicimus actionem eſſe communẽ patri
& filiæ, eamq́; in alterius perſona conſolidari, eiq́ue fieri propriã[i], etiam ſi
nihil de reſtituenda ea cautum ſit: ſed vel ſtipulatione, vel pacto eſſet opus
vt dos aduentitia ad dotantẽ redire poſſet[k]. Ponimus quoque deceſsiſſe pa
trem, qui dotem promiſerat, atque ita eius morte diſſolutam eſſe ſocietatẽ,
ſic vt ad illam adhuc conſtantem nõ poſsit redire per patrem: deniq; filiam
dicimus patri promiſſori ſucceſsiſſe, cuius ſi non ipſa, ſed extraneus aliquis
eſſet hæres, non poſſet pro ſocio agere, cùm ea actio hæreditaria ſit, atque
ita quæri non poſſet, an actione pro ſocio hoc conſequatur, vt imputet ſo-
cietati dotem promiſſam velut acceptam, cùm ſolui illam oportuerat. His
nunc ſic in genere præcognitis, in primis videndum erit, quid euenturũ e-
rat, ſi dotem pater dediſſet, & numeraſſet, vt hac quæſtione ſoluta, quæ fa
cilior eſt, veniamus ad quæſtionem promiſſæ tantum, nõ datæ dotis, quæ lõ
gè eſt difficilior. Hoc igitur conſtat[l], quòd ſi numeratam dotem pater, de-
functa in matrimonio filia recuperaſſet, ſocietati reddi debuiſſet: non ſo-
lùm ſi ea ſocietas omnium bonorum eſſet, in quam omnia vndecunq; quæ-
ſita veniunt, etiam ea quæ non prius è ſocietate eſſent erogata: verũ etiam
ſi ſpecialiter vnius alicuius negociationis ſocietas cõtracta eſſet tali lege,
vt ex cõmuni dotarẽtur filiæ, quod pactũ ſic interpretatur hic Iuriſconſul-
tus, ex benignitate quadam, non longiùs petita interpretatione: ſed quæ ex
ipſa re ſubiecta deſumitur, & facilè intelligitur: exit enim è ſocietate pecu-
nia, non vt firmo perpetuoque iure alicui donetur: ſed exit ad dotem filiæ
vnius ſociorum: quàm diu ergo dos erit, & oneribus matrimonij deſeruiet,
exijſſe putetur, & nõ diutius, vt pro modo cauſæ limitetur effectus, & quod
ad tempus datum eſt: ad tempus tantum abſit, aliter ſanè[m], quàm vbi credi-
tor rem ſibi obligatam conſenſit debitori alienare, quæ rurſus acquiſita nõ
recidit

a vt in l. actione. §. ſi vn⁹. ſupr. eod.
b in d. §. ſi vnus.
c Alberic. ad l. ſi fratres. i. eod. nu. 3. & Fulgo. hic.
d Fulgo. hic. & diximus ad l. ſi ſocietatem vniuerſorum. §. 1. ſupr. eod.
e arg. l. 2. C. de pact. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact. l. ſi pater puellæ. C. de inoffic. teſtam. l. ſi ea lege. C. de vſuris.
f l. ſi emancipati. C. de collat.
g l. ſi dos à patre. C. ſolut. matri.
h Fulgo. hic. 73. notabili. num. 5.
i l. 2. §. quod ſi in patris. ſoluto matri. §. videam⁹. C. de rei vxoriæ action.
k l. quoties. l. ſi cũ dotem. ſolut. matrim. l. auia. C. de iure dotium. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoriæ acti.
l en verſic. ceterùm ſi numeratum.
m Baldus hic.

recidit in obligationem, & ne in generalem quidem illam rerũ futurarum ſiue acquirendarum[a]. Nam is generaliter conſenſijt, non reſpectu alicuius cauſæ temporalis, qualis hic ſpectatur, cum permittitur è communi dotare filias. Et vt hic per omnia doti benè conſeruentur ſua iura, illud quoq; huic reſponſo additum eſt[b] in rem & cõmodum patris & filiæ: quòd ſi manente ſocietate, vel ea diſſoluta ſed ſuperſtite patre[c], matrimonium ſoluatur, & ad patrẽ dos redeat, ac per eum ad ſocietatẽ vel ad ſocios eorumve hæredes: intelligi eam cum ſua cauſa rediјſſe, ſic vt ſecundò nubente filia eadẽ dos alij marito dari poſsit: imò nouo iure in nullo diminuta etiá dari deberet[d]. Cui inſuper aliud quoq; cohæret aduerſus patrem atq; filiam[e], Nam ſi prior maritus laboret inedia, nec poſsit vniuerſam dotem reſtituere, (quo caſu parcendum ei eſt, nec exigatur vltra quàm facere poſsit[f]) hoc eorum non ſocietatis ſit periculo, neque rurſus è cõmuni dotare eam poſsit pater, cùm hoc generale ſit, verba intelligi de primo actu[g]. Hactenus de dote data, nunc de promiſſa difficilior erit quæſtio, ſi pater eo tempore quo ſoluitur matrimonium defunctus ſit cui filia hæres ſit. Et hic
4 quidem præuiæ cognitionis gratia illud tenendum eſt, quòd gener cui promiſſa tantùm non data dos eſt à ſocero, ita liberetur ab exactione dotis ſoluto matrimonio, ſi acceptam illam ferat & vxorem liberet[h], ſicut ſi ab alio quolibet dos ꝑmiſſa ſit, cui illa ſucceſſerit[i]: quo præſuppoſito, dicemus mulierem non imputare ſocietati non ſolutam pecuniam: hoc eſt, quòd ſola liberatione à marito ſibi facta debeat eſſe cõtẽta, nec poſsit recurrere ad ſocios quondam patris, dotem promiſſam ab illis exigens, pro rata eorum portione: quamuis ſi verè dotem dediſſet pater, ea ſingulis pro rata portione deceſsiſſet. Nec eſt quod conqueratur filia de ſocietate aut ſocijs, cur dotem maritus non receperit, à quo ipſa tandem ſoluto matrimonio recuperare illam potuiſſet: ſed de negligentia mariti potius, & verius de patre conqueratur, quòd hic pater facultate ſibi ex lege & conuentione ſocietatis permiſſa non ſit vſus. promiſsio enim illa paterna, non patris ſocios marito obligauit[k], ſed ſolum patrem, in cuius vniuerſum ius filia ſucceſsit: & ſic iure confuſionis eam obligationem extinxit[l]. Quod filiæ incõmodum alia ex parte & ex eadem æquitate magno emolumento optimè compenſatum eſt[m], eo ſcilicet, quòd ſi dotem pater dediſſet, quam eo defuncto & matrimonio poſtea ſoluto ipſamet à marito vel hæredibus eius recuperaſſet: non teneretur quáuis hæres eſſet patris illam in cõmune ferre, & cum ſocijs patris quibus deceſſerit diuidere ſicut pater debuiſſet, ſi matrimonio ſoluto ipſe adhuc ſuperſtes dotem recuperaſſet. Filia enim quamuis patris hæres ſit cum hanc dotem recepit, nõ tamen vt hæres neq; hæreditario iure accipit, ſed ſuo proprio, conſolidata in eam actione per mortem patris[n], quá ſui iuris facta eſt. Vt ergo doté ſibi redditã non conferet in commune, ita nec promiſſam & non ſolutam exigat à ſocijs. Sanè conſtante adhuc matrimonio, non poſſet acceptilatione liberari vxor hæres patris aut extranei qui dotem promiſerat, nam hoc ſaperet donationẽ inter coniuges prohibitam[o]. Soceri quoq; liberatio nihil obſtaret vxori, ſed grauaret maritum vt dotem perinde atque receptam ſoluto matrimonio vxori reddat[p]. At inquies, ſi extraneo hærede ſcripto deceſsiſſet pater dotis promiſſor, is hæres aduerſus ſocios haberet pro portionibus eorũ regreſſum, etiam ſi à marito acceptilatione ob benemerita ſua eſſet liberatus[q], ceſſa ſcilicet illi actione[r]: cur non æquè fauent iura filiæ hæredi patris, cui ſoli publicè expedit dotem habere ſaluam. filia ſi curaſſet maritum ad actionem feſtinare, & petitionem dotis antequam deceſsiſſet, pater po

a l. ſolita. C. de remiſſ. pig.
b hic in verſi. quòd ſi ſalua ſocietate.
c Fulgo. hic aduerſus Accurſium.
d auth. ſed quamuis. C. de rei vx. act. Bart. & Fulgoſ. hic. et Bar. ad l. poſt dotem. nu. 23. ſolu. matr.
e hic in verſi. nec ſi prior.
f l. maritum. ſolu. matri.
g l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſig. latè Iaſ. ad l. diuortio. §. quod in anno. ſolu. matri.
h l. promittendo. §. vlt. de iure dotium.
i l. iuxta. §. 1. ſolut. matri.
k l. prox. ſeq.
l l. Stichum. §. additio. de ſolutio.
m in verſi. nam ſi filia dotem.
n l. vnica. §. videamus. in ſi. de rei vxo. act.
o Pau. Caſt. ad l. ſi ſocer. §. Titius. ſolu. matr. ex l. ſi pater. §. 2. & ibi glo. ad verb. pacta. de pact. dot.
p l. pen. §. ſi. vir. ſol. matr.
q Fulgoſ. hic arg. l. idemq;. §. vlt. mandati.
r d. l. ſi ſocer. §. Lucius.

tuiſſet dotem conſeruare, & nihilominus vniuerſam patris ſucceſsionem. Cur ergo nunc tantū ſuſtinet diſpendium ob morā aliquam mariti, vt neq; ab eo (à quo liberatur tantum [a]) neq; à patre (qui non ſoluit dotem) neq; à ſocijs patris (ad quorum onus dicitur hic non ſpectare) dotem conſeruet? Argutè quidem hæc & ſimilia quædam hic tractata ſunt, quæ tantoperè placuerunt authore Fulgoſio [b], vt penè ſic crederet contrarium eius quod hic reſponſum eſt poſſe defendi, ſepoſita ſola authoritate legis. Sed ſi introſpexeris, nihil inuenientur concludere. Principiò enim non ſatis illud conſtat, an extraneo hæredi patris hic eſſet ſuccurrendum aduerſus ſocios, ſi vel dotem ſoluiſſet, vel acceptilatione eius à marito eſſet liberatus: propterea quòd dos promiſſa tantùm, & non data eius ſolius oneri, vt hæredis illius qui promiſerat: hoc vt videtur, incumbere debebat abſque ſociorum diſpendio, quandoquidem pater idemq; ſocius neglexit facere quod poterat, nimirum dotare de communi, & dotem conſtituere, nō verò promittere tantùm: cùm inter promiſſam & datam dotem plurimum interſit [c]. Deinde vt ita demus, quòd extraneus hæres recurrere poſsit ad ſocios promiſſoris, nō ſequitur tamē quod idem quoq; promiſſum debeat eſſe filiæ. Nam ſi acceptā dotem extraneo hæredi promiſſoris faciat maritus, hoc liberaliter facit, vxori autē ſuæ aut eius hæredibus ex iuris neceſsitate fert acceptā [d]. Et hic dicere poſſumus, quòd vno eodemq; modo in genere ſuccurratur cuicunq; hæredi patris promiſſoris, ſiue extraneo ſiue filiæ, nimirū vt indemnis conſeruetur [e]: filia aūt pro qua promiſſa fuit dos genero, conſeruatur optimè indemnis per acceptilationem quā diximus: quæ ſi ipſi patri promiſſori adhuc ſuperſtiti à genero facta fuiſſet, ea vtiq; non ipſi ſoli, ſed ex conſequenti quoq; eius ſocietati ac ſocijs profutura erat [f]. Nec æquum eſt vxori damnare maritum eius pecuniæ nomine, quam ipſa debeat [g]. Nec æquum quoq; vt ei filiæ liberatæ à marito, facilius pateat recurſus aduerſus ſocios, quam ipſimet patri ſi liberatus ſic fuiſſet, patere potuiſſet. Ille autem dotem quam non ſoluerat, non retinuiſſet è communi, cùm eius indemnitati à ſocijs conſuli ſatis erat, ne ſcilicet ex ſua ſolius portione contra pactum dos exigeretur: ergo neque filiæ eius hæredi plenius erit ſuccurrendum: nam ipſamet filia patri hæres facta, iam verè dotem marito debet, & quia promiſſori ſucceſsit, ſuas actiones quas contra patrē & extraneum eius hæredem habere poterat, iure cōfuſionis extinxit, vniuerſam patris hæreditatē loco promiſſæ dotis nunc obtinens. Cùm verò ſuccedit extraneus patri, nulla fit actionum confuſio, & extraneus non poteſt indemnis conſeruari à ſocijs: niſi conferant ad dotem quam neceſſario ſoluere debuit.

a l. promittendo. in fi. de iure dot.

b hic.

c dixi latè ad l j. C. de cōdict. ob cauſam.

d d. l. promittendo. in fi.

e l. omne æs alienum. cum l. ſeq. s. eod.

f arg. l. 3. §. nunc de effectu. de liber. lega.

g d. l. promittendo. in fi.

L. IVRE SOCIETATIS.

SVMMARIVM.

1 Socio vno mutuum accipiente, an creditor contra alios rectè agat.

NON directo ſub ſocietatis contractu comprehenſum eſt vt mutuum
accipiatur: ſed interdum ad exequenda negotia ſocietatis hoc neceſſarium fit [h], quod vbi factū eſt, adhuc videtur creditoribus nullam com 1
petere directò actionem aduerſus ſocios eius qui mutuam pecuniam accepit [i], maximè ſi is ſuo ipſius nomine acceperit. Et quamuis impenderit in rem communem, hoc ei quidem actionem dat aduerſus ſocios [k], ſed nō creditori qui eius ſolius qui numerauit fidem eſt ſecutus, vt ſcilicet ipſe ſolus obligetur, licet à ſocijs indemnis ſeruari debeat [l], ſicut ſolus ſit dominus eius

h arg. l. habebat. de inſtitoria. l. vlt. de exerc.

i l. eum qui mutuam. C. ſi cert. petat.

k l. ſi vnus. §. ſi vn⁹. ī. eo.

l l. omne æs alie. ī. eod.

eius quod acquirit, licet communicare debeat [a]. Secus verò ſi is omnium ſociorum fidem ſecutus numerauerit, cùm ille qui accepit diceret ſe omnium gerere negocium, & id ratum habuerint alij: vel ſi ijs ignorantibus in rem communem verſum ſit [b].

L. ILLVD QVAERENDVM EST.

SVMMARIVM.

1 Maſſa ex materia duorum dominorum conflata, communis eſt.

NON tam ad ſocietatem, de qua hactenus agimus, quàm ad communionem hæc res pertinet, alijs quoque locis tractata [c], comparatione arboris natæ in confinio ad maſſas duorum dominorum, plenius quàm
1 hic facta. Quod ſicut duabus maſsis duorũ dominorũ conflatis, tota maſſa communis eſt, etiam ſi aliquid ex prima ſpecie ſeparatũ maneat [d]: hoc eſt, ſi qua portiuncula permanſerit maſſæ vnius dominorum, quæ nihil permiſtum neque confuſum habeat ex materia alterius: ſic quoq; arbor & lapis, ſi ſeparentur à fundo, confundent ius dominij: quamuis antea cum creſceret arbor & cum ſtaret lapis, facilè ad oculum dinoſci poterat & nunc quoque adhuc poſſet, quæ pars arboris aut lapidis tuum fundum, quæ verò pars alterius fundum reſpicere ſolet.

L. QVOTIES IVSSV.

SVMMARIVM.

1 Filiosfamilias aut ſeruo ſocietatem contrahente, pater vel dominus ſocius non eſt.

1 SI SOCIETATEM contraxerit filiusfamilias aut ſeruus, ea quidem in ipſorum perſonis reſidet, ipſi ſocij ſiunt, nõ pater aut dominus [e]: ſed hi directò per eos obligari poterunt, non ſecus atque ſi cum eis ipſis eſſet contractum [f]. Quamuis enim per liberam perſonam obligatio nobis non acquiratur [g], vt neque per liberam perſonam directò in obligationem incidimus [h], aliud tamen eſt in perſonis noſtro iuri ſubiectis [i].

(‡†‡)

Finis tit. Pro ſocio.

---

a l. ſi quis ſocietatẽ contraxerit. ĩ. eod.

b Fulgo. hic ex l. ei qui. §. vlt. C. quod cũ eo qui in alie. poteſt. eſt.

c l. arbor. de communi diuid. l. adeo. in ſi. cum l. ſeq. de acquir. rerũ dom.

d d. l. arbor. verſi. quare ſi cut.

e l. ſi id quod quis. §. ſi filiusfam. l. verum. verſi. patri. ĩ. eod.

f l. 2. C. de inſtitoria.

g l. poſſeſsio quoque. §. etſi poſſeſſio. de acqui. poſſeſ.

h l. liberto. de nego. geſt. l. Iulianus. §. ſi procurator. de act. empti.

i l. ſi inſtitorem ſeruum. ſi cert. pet. & §. vlt. verſi. ei quoq;. Inſti. quod cum eo qui in alie. poteſt. eſt.

DE CONTRAHEN. EMPT.
ET VEND. TIT. PRIMVS DECIMIOCTAVI LIBRI DIGESTI VETERIS.

SVMMARIA.

1 *Totius materiæ de contrah. empt. diuiſio in ſeptem partes. Primò de vi & ſignificatione, ac origine emptionis & venditionis agitur.*
2 *Secundò, de gñrali ratiõe cõtrahēda empt. et vend.*
3 *Tertiò, de rebus quæ vendi poßint, an non.*
4 *Quartò, de pretio.*
5 *Quintò, de pactis, præſertim naturalibus.*
6 *Sextò, de perſonis quæ contrahunt.*
7 *Septimò, de implemento contractus emptionis & venditionis.*
8 *Emptionis & venditionis nominibus veteres promiſcuè vſi ſunt. Alciat. hac in re ratio inſufficiēs.*
9 *Exceptionis verb. ex lege 12. tabul. omnem alienationem complectitur.*
10 *Emptionis propriè & ſtrictè accipiẽ in conuentionibus hominum, ſtatutis, & nouis cõſtitutionibus.*
11 *Pretiũ de ſubſtãtia eſt emptionis & venditionis.*
12 *Emphyteuticus contractus, ſiue emphyteuſis propriũ nomen, & naturam aſſumpſit ab emptione & locatione diſtinctam.*
13 *Veterum Iuriſconſultorum dubitatio in quibuſdam ſpeciebus, an emptio & venditio, an verò locatio & conductio eſſent.*
14 *Regula à Mudæo tradita, quib⁹ diſcernũtur emptio & locatio, cũ ſtatuã aut annuũ fieri conuentũ eſt.*
15 *Locatio & conductio prædij multum diſtat ab emptione & venditione fructuum.*
16 *Conductio vectigalis an differat ab emptione emolumentorum vectigalis.*
17 *Emptio & venditio quandoq; mutuo ſimilis eſt.*

NON TOTA hæc materia, quam inſcriptio rubricæ pro-
mittit, vno hic tit. pertractata eſt, ſed bona eius pars ali-
quot ſequẽtibus titt. ĩs diſtinctius eſt expoſita. & ne ad hu
ius quidem ſolius tit. explicationẽ omninò nobis ſufficiet
in tres partes facta diuiſio. ſed plenioris cognitionis gra-
tia materiam hanc quotidianam, & ob id [a] plenius tractan *a l. legati. de liber. legata.*
1 dam, in ſeptem particulas cõmodè diuidi viſum eſt. † Ita vt initio, paucis
de vi, ſignificatione & vſu vocabulorum allatis, agamus de origine vendi-
tionis & emptionis, & ſummaria diſtinctione eorum cõtractuum ab alijs
2 quibus cum maiorem familiaritatem habere videntur. Secundo † capite,
de generali ratione contrahendæ emptionis & venditionis: vbi de verbis
ambiguè prolatis aut ſcriptis, de conſenſu aut diſſenſu contrahentium, de
3 perfectione contractus, ſimul & forma eius diſſerendum erit. Tertio † lo-
co, de rebus quæ vendi poſsint aut nequeant: de earum acceſsione, & ex-
ceptione, vt contingit plerunque rebus venditis aliqua accedere, aut per
4 venditionem excipi & retineri, quæ nolit eſſe vẽdita. Quarto † capite, tra-
5 ctabimus quæ ad pretiũ pertinent. Quinto, † de pactis vulgaribus, & præ-
ſertim de ijs, quæ naturalia eſſe dicuntur: & ſic inſunt huic cõtractui, vt e-
tiã abſq; expreſſa cõuẽtione veniãt. Veluti euictio rei, & periculũ interi-
tus eius, aut ſi deterior fiat. ſolenniora illa pacta addictionis in diẽ, & legis
6 cõmiſſoriæ diſtinctim vt ſunt propoſita, examinabimus. Sextũ caput † tri-
buemus perſonis: qui, & à quibus emant, aut emere & vendere prohi-
7 beantur. Ad poſtremũ † verò ſeruabimus horum cõtractuũ implemẽtum, à
quo (quia nõ niſi de implemẽto ferè iudicijs cõtenditur) cõmodiſsima erit
trãſitio ad tit. primũ decimi noni libri pandect. de actionib⁹ empti & vẽdi-
ti. Neq; hic ſingula ſuo ordine Iuriſcõſultorũ reſpõſa explicare conſtitui:
ſed ad ſingula capita pauca quædã, & quæ maximè eò referẽda videbũtur. *b l. veteres. de act. empt.*
Principio nõ erit prætereundũ, quòd veteres in emptione vẽditioneq; *c lib. 3. par. 1. 22.*
8 appellationib⁹ promiſcuè vtebãtur [b]: † nõ tam reſpectu aliorũ cõtractuum *d l. idem eſt. de act. empti & vend.*
(ſicut Alciatus interpretatur [c]) quod ſcilicet verbum venditionis omnem *e l. qui fundum. §. qui bona fide. verſi. quare ſi eo tempore. de vſucap.*
alienationem complectatur (de quo mox plura.) Nam hoc ſic interpreta-
tum non poſſes transferre ad locationem & cõductionẽ, de quibus tamen *f l. ſed hoc nomine. de euictionib. l. ex conuentiõe. C. de pactis. l. vnica. verſic. nec tamen. C. ſi ſecus extra ſi cui mãdauerit.*
id traditũ eſt [d], quàm quod promiſcuè altero pro altero vtebãtur: empto-
rem vocantes, qui rectius venditor dici poterat [e], & frequẽtius actionum
empti & vẽditi nominibus (quod & hodie nõ infrequens eſt) cõfuſis [f]. Et

a quamuis

quamuis emptionis verbum ex l.12.tabularum † omnem alienationẽ com- 9
plectat[a], quod latè alij [b] examinant. hic tamen in ſtrictiore accipiemus ſi-
gnificatione, & vſitatiore, tam in conuentionibus hominum [c], quàm in ſta-
tutis, † & nouis cõſtitutionibus [d], præſertim non fauorabilibus, & iuri anti- 10
quiori contrarijs. Sed & pretium † hic conſtituimus pertinere ad ſubſtan- 11
tiam contractus. Pretij autem mentio regulariter deſignat venditionem
propriè & ſtrictè dictam, & à cæteris contractibus differentem [e].

Affinitatem tantam habet hic contractus cum locatione, & condu-
ctione, vt de quibuſdam quæri ſoleat, an emptio & venditio ſit, an lo-
catio & conductio [f]. Et ad commodiorem ſeparationem, vni contra-
ctui, videlicet emphyteutico, † qui plurimum ex vtroque genere acce- 12
piſſe videbatur, datum eſt peculiare nomen [g]. In cæteris nonnullis va-
riaſſe legimus [h], veterum opiniones, & de quibuſdam adhuc hodie di-
ſputatur †. Veluti, ſi quam rem nobis etiam fieri velimus, veluti ſtatuam, 13
vaſa, aut veſtem, vt non materiam, ſed pecuniam tantùm daremus: hic
Caſſius dixit materiæ eſſe emptionem. de qua, ſi vt improba, conquera-
tur is, cui ſpecies facta eſt, ex vendito agat, & operæ, in forma impo-
nenda, eſſe conductionem & locationem: Ita vt de forma, iudicio lo-
cati & conducti agatur. Sed præualuit eorum ſententia, qui totam
illam conuentionem ad vnicum genus contractus reduxerunt: quod
hic duobus reſponſis deciſum eſt [i], his ſcilicet conſtitutis regulis, † Quòd 14
materiam ſiue ſubſtantiam, in qua quid fiat, non ex qua fiat, inſpicere o-
porteat [k]. Et quòd toties conductio alicuius rei eſt, quoties materia in
qua, in eodem ſtatu, eiuſdem manet. Quoties verò & immutatur & alie-
natur, emptio magis, quàm locatio intelligatur. nec poſſe vllam loca-
tionem eſſe, vbi corpus ipſum non detur, ab eo cui fieret, vt opera in
forma imponenda, acceſſorij vice fungatur [l]: quamuis plerunque plus
ſit in manus pretio, quàm in re [m]. Quare & in pictura, & viliſſima ta-
bula idem conſtituendum erit, vt ſi pictor alienam tabulam depingat,
cenſeatur contractus locationis & conductionis operæ, ſiue facti [n].
Si verò ipſe & tabulam præſtet, iam erit emptio: præſertim ex eo-
rum ſententia, qui picturam dixerunt [o] cedere tabulæ. quod alij [p] nega-
runt, quos ſequi maluit Iuſtinianus [q]. Quamuis ea quæſtio hanc no-
ſtram, de genere contractus, non propriè contingat. neque ex diſtin-
ctione quam fecimus, quicquam immutet. Quando autem circa diuerſa
verſantur, facilior eſt horum contractuum diſtinctio. Veluti locatio &
conductio prædij, multum diſtat ab emptione & venditione fructuum:
† ex hac enim non ipſe emptor fundum colit, aut fructus colligit, vt 15
conductor prædij: ſed omnia facit venditor, & poſt deinde tradit em-
ptori fructus [r]. At vbi ratione iuris incorporalis, aliqua emolumenta
percipiuntur: difficilior eſt ſeparatio. an exempta cenſeantur emolumen
ta vectigalis publici, † an potius de publico conductum vectigal. Et plu- 16
rimum ſæpè intereſt, cuius generis contractum dicamus eſſe initum,
ſiue ob augmentum, ſiue ob raritatem & ſterilitatem emolumento-
rum. quod latè & pulchrè diſputauit Bartholus ad l. cotẽ. §. vltimo, de
publicanis, & quæſtione quarta, cuius initium eſt publicanus quidam.
Philipp. Decius conſil. quarto primi voluminis. Cum mutuo quoque vi-
cinitatem habet hic contractus: † vtputa, ſi tibi dederim certam frumen- 17
ti quantitatem, vt certis calendis, vel tantum des, vel æſtimationem quæ
tunc erit frumenti: hanc enim conuentionem meritò dubites, an refe-
ras ad contractum innominatum [ſ]: an, quia æſtimationis mentio facta eſt,
credas

a l. ſi ſtatuliberi à cæteris. ad fin. de ſtatu libe. l. ſicut. §. venditionẽ. quibus mod. pig. vel hyp. ſoluit.
b Alexand. & alij. ad l. ſi filius familias. §. diui. de legat. 1. Alciat. præalleg. cap. 22. 3. parerg.
c l. ſi quis fundũ. hoc tit.
d Bald. ad l. cũ hi. §. ſi cui de tranſactionib. & ad l. voluntat. de fidei commiſſis. Panor. ad c. 1. de his quæ fiunt à prælatis.
e l. vlt. verſic. quoniam & ſacræ cõſtitutiones. C. de prædijs decurionum ſine decreto non alienandis. lib. 10. Ludouic. Roman. cõſil. 86. paulo ante med. verſic. ex eo ſolo moueor.
f l. 2. §. adeo.). locat. & conduct.
g §. adeo. Inſtit. de loca. & conduct.
h in §. item quæritur. Inſti. eo. tit.
i l. Sabinus. & l. cõuenit. hoc tit.
k d. l. Sabinus. §. aliter. atque ſi alia, &c.
l Theophil. in inſtitut. de locat. & conduct. §. item ſi cum aurifice.
m l. mulieres. §. 10. de verb. ſignific.
n l. naturalis. §. at cum do. de præſcrip. verb.
o Labeo in l. in rẽ. §. ſed et id quod in charta. de rei vendicat.
p Gaius in l. qua ratione. verſic. ſed nõ vti literæ. de acquir. rer. dom.
q in §. ſi quis in alienatas. Inſtit. de rer. diuiſion.
r Paul. Caſtrẽ. ad l. inſulã. de præſcript. verb. ex l. fundi trebatiani. de vſu & vſufruct. legat.
ſ ergò. ſi tibi certa. de præſcrip. verbis.

credas eſſe emptionẽ[a]:an potiꝰ mutuũ.cuiꝰ naturæ non repugnat aliud vo-
lẽte creditore reddi,q̃; acceptũ ſit[b]:imò interdũ aliud reddi neceſſe eſt[c].

a arg.l.plerunq;.§.ſi ante. de iure dotium.
b l.ſi pro mutua. C.ſi certũ petatur.
c l.vinũ.ſi certũ petatur.

L. PRIMA, VSQVE AD VLTIMA VERBA ILLA: *Et ideo conſenſu.*

SVMMARIA.

1 Emptio à permutatione originem cepit, habetq; multum cum ea ſimilitudinis.
2 Permutatio rerum venalium & æſtimatarum, an pœnitentiam admittat, ita vt à contractu recedi liceret, an potius vera venditio habeatur.
3 Emptio à permutatione quomodo dinoſcenda.
4 Si res cum certa pecunia quantitate ex altera parte detur, an emptio & venditio ſit dicenda, an permutatio.
5 Permutatio vetuſtior eſt emptione, & cauſam habet ex mero iure gentium. Emptio verò habet aliquid impoſititium à lege. nempe pretium.
6 Contractus quandoque commiſcentur.
7 Cambia mercatorum an ad permutationem, an ad emptionem referantur.
8 Cambia vnde traxerint originem.
9 Carolus quintus Cæſar vetuit quædam genera cambiorum.
10 Cambia ad contractus innominatos refert Fulgoſ.
11 In cambijs difficiles incidunt Iuris quæſtiones.

MVLTO maximam ſimilitudinem habet hic contractus, cum per-
mutatione, à qua & originẽ duxiſſe Paulus hoc ſuo reſpõſo demõ-
1 ſtrat Homericis aliquot verſibus, † quibus hic ſupplẽdis cum Græcis
literis vacuos & inanes locos haberemus, niſi interpretãdis ijs pleriq; di-
ligentẽ curã adhibuiſſent[d]. Sed vt ad rẽ veniam, inde ſumemus exordiũ,
quòd permutatio quæ re ipſa cõſtituitur, vicina eſt emptioni[e], & vicẽ em-
ptionis obtineat[f]. Vſq; adeò certè, vt ſi fiat rerum venaliũ, & vtrimq; æ-
2 ſtimatarũ, iã præcipuũ diſcrimẽ venditionis & permutationis corruit, † vi
delicet, quòd permutatio permittat repetitionẽ eius, quod datũ eſt, cùm
ex altera parte nõ impletur firmiter quod cõuenerat[g], quod nõ permittit
in vẽditione & emptiõe[h]. ſin aũt res permutatæ fuerint venales, huiuſmo
di repetitionẽ velut ex pœnitẽtia nõ admittens[i]. Imò cùm vtrimq; æſtima
tæ res ſunt, quæ permutãtur, pleriſque placuit[k], venditionẽ potius eſſe,
quàm permutationẽ, nimirũ ex propoſito vtriuſq; vẽdendi & emẽdi, quaſi
duplex vẽditio ſit inita eodẽ pretio, & vtrimq; res in ſolutum data prædij
cauſa[l]. Differentias aũt ſingulas horũ contractuũ, ex ſubſtantia & natura
eorũ deſumptas, & vno[m] Pauli reſponſo bene traditas, hic non repeto,
neque explico. Sed quia ea nobis præcipua cura eſt, de cõtractibus ſic di-
ſtinguendis, vt ad certã ſpeciẽ ſinguli reducãtur. hoc ſolũ inueſtigandum
3 putaui, quomodo emptionẽ à permutatione dinoſcemus †. Et quidẽ in pri
mis res ipſa euidentẽ ſecũ differentiã adfert hanc, Quòd in venditione &
emptiõe, aliud merx, aliud pretiũ eſſe debeat. In permutatiõe verò, diſcer
ni non poſſit, vter emptor, vter vẽditor ſit: cùm vtrunq; merx ſit genera
liore ſignificatione, & vſu loquendi cõmuniore, quàm alijs[n] aliquot Iuriſ
cõſultorũ reſpõſis traditũ eſt mercẽ appellari. Sed quid ſi ex vnius parte
ſimul & res, & pecunia, vt pretium, detur pro re? Hic ex cõmuniore ſen-
4 tentia reſpõderi poterit, † quòd ſi conſtet, quid egerint principaliter con
trahẽtes, id ſolum in primis ſequẽdum ſit[o]. quod plerunq; ex eo quod præ-
ualet intelligi poteſt, vt ſi de permutatione tractauerint, & ob rerũ inæ-
qualitatẽ alter alteri aliquid pecuniæ adiecerit, permutatio ſit: ſi verò de
vẽditione & emptione, & emptor, cùm totũ pretium in pecunia numera-
re nõ cõmodè poſſet, adiecerit rẽ aliquã in ſolutũ, & in pretij ſupplemen-
tum, vẽditio ſit & emptio. In dubio quoq; verbis cõtrahentiũ ſtari. vt quo
nõie ipſi contractum vocauerint, eius generis initiũ eſſe dicam[p]. Quòd ſi
horũ vnũ nihil appareat, quo alterũ alteri præualere poſsit, iã maior eſt du
bitatio, quo referre cõtractũ oporteat. nã ſi quod vetuſtius eſt[q], ſi quod
naturale eſt potius quàm aduenticiũ[r], ſi denique ordinem ſpectemus, ac-

d dũs Budæus hic, Alciat. lib. prætermiſſ. 2. Andræas Tyraquell. diſt.5. §.3. in gloſſ. 1. num. 17. cum multis ſequentibus.
e l.2.de rerum permut.
f l.2.C.de rerum permut.
g l.1.in fi.inf. de rerũ permutat.
h l.in cauſe. C. de rei vendicat.
i l.1. C.de rerum permuta. Iaſon ad l. ſi pecuniam. colum.5. verſic.limita il lud. quod vel gloſſ. etiã. de condict. ob cauſam.
k Bart. Bald. & Salicet. ad d. l.1. C. de rerum permut. Paulo Caſtrenſ. ad l.1. in fin. de æſtimatoria actione. & ad l.2. nu.10. ff. de rerum permut. Philipp Decio. conſil.160. Ludouic. Bolon. conſil.25.
l l.pretij cauſa. C.de reſcin den. vendit.
m in d.l.1. inf. de rerũ permut.
n in l.mercis appella. & ibi Alciat. l.mercis appellatione. de verb. ſignific.
o arg.l. ſi quis. ne cauſam. ſi certum peta.
p Bart. ad l.coll. §. vlt. in 5. quæſt. de publican.
q arg.l. in finalib. finium regundorum.
r arg.l.qui habet. de tut.

ceſsionis [a],videretur vtique potius permutatio dicenda,quàm emptio aut
vẽditio.Illa enim vetuſtior eſt, † & naturalem habet cauſam ex mero iure 5
gentiũ,cùm emptioni acceſſerit aliquid impoſititiũ,lege principũ,de pre-
cio ſcilicet.Et ordinatius rei ſæpè immobili accedit pecunia, quàm pecu
niæ res.Contra,alijs [b] magis placuit venditionem eſſe, quaſi hic cõtractus
expeditior ſit,& vt aiunt,fauorabilior : cùm ſtatim ſolo conſenſu produ-
cat obligationẽ & actionẽ:vbi in permutatione expectare oportet inter-
uentũ rei [c].Denique ſunt alij [d],qui tam venditionẽ, quàm permutationem
vocant [e].ſicut & alijs locis [f] videmus permiſceri duos contractus ex vno
eodemq; facto ſiue negotio: † quamuis alioqui nõ facilè vnum negotium, 6
quod commodè totum ad vnum genus contractuum reduci poteſt,in duo
genera deduci & ſcindi debeat [g]. † Sed quid de cambijs mercatorum dice- 7
mus,vtrimq; in pecunia cõſiſtentibus,vt permutatio vtrimq; ex rebus , an
ſic emptio & venditio mediũ tenere debeat, vt nec cambia hæc in ſuo ge
nere recipiat,aut admittat:neq; hic iam de iuſtitia aut iniuſtitia cambio-
rum quærimus,ſed de genere tantùm contractus.Et ſanè videtur, quòd nõ
poſsint referri ad venditionẽ & emptionẽ,quia pecunia eſt æſtimatio oĩm
rerũ,quæ mercis numero habentur, ſed ipſa non poteſt vlla merce aut alia
re æſtimari [h].publicam enim & perpetuam æſtimationem habet [i].& vbiq;
eius vna & eadem poteſtas eſſe debet,quamuis alijs locis facilius,& mino
ribus vſuris inueniãtur,alijs difficilius & grauioribus [k]. vnde & cãbia, ve-
luti mutua pecunia ſub nautico fœnore videntur traxiſſe primã originem.
† in qua tamen,vt hodie exercẽtur,minimè cõſiſtunt.quin etiã eo aliquan- 8
do fuerunt progreſſa,vt ſpeciẽ quandam vanæ ſponſionis haberent,edicto
principis Caroli imperatoris nunc prohibitã. † Et quia cùm is, qui hic pe- 9
cuniã accepit ad certũ numerũ groſſorũ Flãdriæ,pro ſingulis aureis ſolari-
bꝰ aut ducatis,quos Lugduni,aut in Italia,aut in Hiſpania reddat, ſi illic nõ
ſoluat,quod cõuenit ſoluere,debet quantũ ex frequẽtiore calculo merca-
torũ dare oportet pro aureo illinc huc remiſſo per cãbia, ſit vel copia vel
inopia pecuniarũ quæ eſt eo loco,vbi aureo reddi debebãt,vt incertũ lucrũ
ſit:& interdũ poteſt cõtingere, vt qui hic pecuniã accepit(fortè ſeptuagin
ta ſex aut ſeptẽ groſſos pro aureo)alio loco aureos redditurꝰ lucretur,&mi
nus reſtituat quàm accepit.Quamobrẽ nihil dubitabimus † in numerũ con 10
tractuũ innominatorũ referre hæc cambia [l]. Quibus nõ tam hoc agitur, vt
recipiatur & pecunia quæ data eſt,& ad illam aliquid,vt precij periculi,ſi-
cut in traiectitia pecunia,quàm illud vt recipiatur aliud, quàm quod eſt da
tum.& plerunque quidem maius ſiue plus pecuniæ,& interdum quoq; mi
nus.Et nõ tam ex ſuo ipſius genere,ille contractus frequentes & difficiles
quæſtiones parit, † quam ex circunſtantibus rebus,& cohærentibus con- 11
tractibus,maximè quidem mandati per literas cambij, ſi decoxerit ille qui
alio loco ſolui mandauit.an hic ſcilicet liberetur,an nihilominus liberare
debeat,quod non ſperet ab eo,qui mandauit,recuperaturũ [m],aut contra,ſi
is cui mandatum eſt ſoluere, & literas cambij acceptauit, ſibi oblatas, ac
deinde ipſe ſolum vertat,an liberetur velut delegatione alterius debito-
ris,qui ſolui mandauit,ac literas cambij ſcripſit [n].

a arg.l.eum qui ædes. de vſucapionibus.
b Bald.in præludijs feudorũ. Alexand.ad Bart.in addition. ad l. ſi in emptione.hoc tit.
c l. ex placito. C.de rerum permutatione.
d Alciat. ad l.2.ſuper verbo aliud genus col. 2. verſic. quartus caſus. ſi certum petatur. & ad l. 2. num.18. de verb.obligat.
e arg.l.ſi ſponſus circa leges, Cùm hic ſtatus. §. ſi interdum.de donat.inter virum & vxor.
f in l. Ariſt. in princ.de donatio.l.2.C.de pactis inter emptorem & venditorem.
g l.2.§.1. ij. locati.

De cambijs mercatorum.

h l.ſi ita fideiuſſorẽ acceperõ. de fideiuſſor. l. 2. ſub finem.C.de conſti.pecun.
i hac l. in verbis cuius publica. l.vlt. C. de veteris nummat. poteſtat.lib.11.
k l.ideo. de eo quod certo loco.
l cum Fulgoſ. hic.& Ioan. de Anania.in c.nauigãte. 15.quæſt.de vſur.
m Salicet. ad l.ſi filius.ad Macedon.
n Bar. Iaſon.Curtiꝰ iunior & cæteri omnes . ad l. ſingularia. ſi certum petatur.

§. EST AVTEM EMPTIO IVRISGENTIVM.

SVMMARIA.

1 *Doctorum diſputatio de emptione,an ſit iuris gentium.*
2 *Moneta inuẽtio & inſtitutio eſt ex iure gentium.*
3 *Non omnis adiectio vel detractio nouum ius inducit, nec omne ſtatutum ius municipale,nec reſcriptum ius ſingulare.*

Pertinet

PERTINET & hoc ad originem emptionis & venditionis, quòd ſit iuriſgentium [a]. At quomodo, inquies, cùm non niſi numerata pecunia cõtrahatur, quæ nõ videtur eſſe ex iure gentiũ, neq; natura cõſiſtere,
1 ſed lege? Fatigauit hæc res multorũ [b] ingenia. † & nonnulli prolixè hoc diſputant. Sed vincit eorum ſentẽtia, qui emptionem totam ad Ius gentium referunt, exiſtimantes nihil pertinere ad eius ſubſtantiá, quod non ex iure gentiũ traxerit originẽ. Nã & monetæ inuentio & inſtitutio, velut publi-
2 cæ atq; perpetuæ, eſt ex fœdere cõmuni iuriſgentiũ [c]. † quod aũt principis voluntate cudi debeat, hoc non aduerſatur iurigentium., quin potius hoc ipſum ex iutegentium eſt, ne cuiuis priuato liceat, ſed ſolum in communi, & de publico: ſiue is princeps ſit, ſiue populus, ſiue huius ſuffragijs ſenatus, aut magiſtratus, in republica libera. Et ſanè, quiſquis is ſit, cui hoc licet, is in eo conſtitutus velut miniſter iuriſgentium. Sic quoque quod mutabiles nummi ſint, & in totũ reprobari poſſint [d], ac deinde rurſus probari, id non impedit, quo minus prima otigo æquè promanerex iuregentium, & eo referri poſsit, harum enim retum circunſtantium, quæ ſcilicet eligatur materia, quáti ponderis, quanti valoris nummi cudantur, ac ſimiliũ, mutatio quamlibet crebra, nõ mutat iuſgentiũ. quo iure, vt ſunt diſcretæ gentes, regna condita, dominiaque diſtincta [e]: ita & facta eſt ſingulis gentibus poteſtas conſtituendi quod reipublicæ videretur expedire, nunc hoc, nunc illud. Accipite rude, ſed ad rem ſatis appoſitum exemplum. Vult princeps, certo aliquo tẽpote, aureos quos cudit, valoris eſſe aliquot groſſotũ: poſt deinde plurium, cùm iam mutatur tempore valor aureorum, non dices mutatam & principis voluntatem, quæ ab initio inclinauit ad talem mutabilitatem valoris monetæ probatæ: neque mox, ſi quid iurigentium adijciatur, ex iute ciuili, putabimus effici ius proprium & ciuile [f]. Nam præter hoc quod omnis adiectio aut detractio facit rem nouam [g]. non
3 omne ſtatutum ius municipale, non omne reſcriptum ius ſingulare †: admitti quoque non difficulter poſsit, quòd pleraq;, ad ius monetæ ſpectãtia, ſunt iuris ciuilis, ipſa tamen in genere moncta manet in iure gentium. Poſſumus enim monetam in ſuo rudi genere, bene ſeparare aliquantiſper cogitatione noſtta ab omnibus acceſsionibus, & circunſtantijs eius ſpecialioribus, quemadmodum eleganter Salomonius docuit [h], tripartitam iuris diuiſionem à triplici hominis conſideratione deſcendere. Nã ſi in eo conſideres animal, inde manabit Ius naturale, omni animali commune: ſi vt hominem ſpectes, ventum eſt ad Ius gentium, quod Liuius appellat humanum: deniq; ſi vt ſuæ quemq; ciuitatis ciuem, iam deſcendiſtı ad Ius ciuile.

a *hic & l. ex hoc iure. de iuſt. & iure.*
b *Bart. Bald. & Sali. et. hic Bald. ad Rubric. C. eod. Antonij de Burgos. ad decretalem. de empt. & vendit.*
c *Ariſtot. in politicis. 1. lib. cap. 6. Ethic. 5. lib. cap. 5*
d *l. eleganter. §. qui reprobos. de pignor. act.*
e *d. l. ex hoc iure.*
f *Arg. l. ius ciuile. de iuſtit. & iure.*
g *Iaſ. Salomo. & alij ad d. l. ius ciuile.*
h *ad d. l. ius ciuile.*

CAPVT SECVNDVM.

SVMMARIA.

1 *Emptio conſenſu perficitur.*
2 *Promiſsio de vendendo, an ſit venditio, ſi alter eam promiſsionem acceptet.*
3 *Qui promittit fideiubere, nondum eſt fideiuſſor.*
4 *Promiſsio de vendendo ſine definitione pretij valet, non venditio.*
5 *Promiſsio de vendendo non cogit promiſſorem præciſe ad vendendum: ſed poſt morã ſuccedit obligatio ad id quod intereſt.*
6 *Promiſsionẽ de vendendo ſi ſequatur rei traditio, an cenſeatur dominium tranſlatum.*
7 *Mudæi rationes quibus Sozini argumentis reſpõdet, pro defenſione ſententiæ Iaſonis.*
8 *Res ſub conditione vendita, ſi antequam conditio exiſtat tradatur, non facit locum vſucapioni.*
9 *Traditio & vſucapio in dñij ratione æquiparãtur.*
10 *Voluntas & mens contrahentium in contractibus maximè ſpectanda.*
11 *Conſenſus maximè declaratur reb⁹ ipſis & factis.*
12 *Sozinus aduerſus Iaſonem obtinuit ſententiam in iudicio, & cur, Mudæus explicat.*
13 *Fructus ex alieno prædio percepti quandoq; ſupputantur in vſuram pecuniæ data.*
14 *Conſenſus quomodo inter contrahentes declaretur.*
15 *Per nuncium vel epiſtolam ipſi contrahimus, procurator verò noſtro nomine ipſe contrahit.*
16 *Actio vtilis ex cõtractu procuratoris quandoq; datur ſine ceſsione, ad exemplũ inſtitoriæ actionis.*

17 Quod contrahitur tanquam à nuncio, ratum haberi à domino non poteſt: quod autem tanquam à procuratore, rectè.

18 Explicata lex multum intereſt. C. ſi quis alij vel ſibi. & communis ſententia à Mudæo aduerſus Fulgoſ. defenſa.

19 Nuncius an in hoc mitti debeat, an verò ſufficiat illum caſu voluntatem alterius contrahentium ſcire, atque deinde alteri ſignificare.

20 Nuncium ſeu epiſtolam mittens, ſi illum poſtea pœniteat, ac reuocet, an tamen valeat contractus ac venditio, Mudæi elegans inueſtigatio.

SECVNDVM nunc caput aggrediamur, Quomodo vẽditio & emptio
contrahatur: quod ex præcedentibus intelligi & inferri rectè poteſt.
nam iuriſgentium eſſe diximus, & ideo, inquit Paulus[a], cõſenſu peragi
tur.† cùm enim vltro citroq; obligatio naſcatur, non re hæc cõtrahitur (ſi- 1
cut ex vna parte obligationis mutui, depoſiti, pignoris, cõmodati, quæ e-
tiam Iuriſgentium ſunt[b]) ſed adimpletur atque diſſoluitur potius ex parte
eius, qui rem tradidit, vel pretium dedit. Non requirit etiam ſolennitatem
verborum, vt ſtipulationes, neque ſcriptura conſiſtit, vt literarum obliga-
tiones, quæ iuris ciuilis ſunt: reliquum ergo eſt, vt reducatur ad quartũ
gen⁹ obligationũ cõtrahendarũ, videlicet cõſenſu: de quo iã videndũ erit
qualis, quorum[c], in quo[d] eſſe debeat, & quomodo interponi[e], ac declarari.
Et huic parti ſubſeruiet ille tractatus verborũ, quæ vel varia ſunt, & imagi-
nariæ tantũ vẽditionis[f], vel obſcura ſunt, ita vt in quo cõſenſum ſit, quid
vltro citroq; ſit actũ, non ſat clarè ex illis intelligi poſſet[g]. Et cùm ad ven-
ditionem emptionemq; interdum certis gradibus perueniatur, vt cum te-
ſtamẽto iubetur quis vẽdere: aut is vltro id ſe facturũ promittit, dãtur arræ.
ſed plerunq; in partẽ pretij (de quo cum agetur, id explicabimus) qui abſen
tes cõtrahunt, id per nuncium aut epiſtolã vt plurimum faciunt, ita vt du-
bites, an alterutro modo fieri oporteat, nec ſufficiat alio modo vnius vo-
luntatem alteri fieri cognitam, etſi ex itinere reuocetur nũcius, aut pœni-
teat mittentẽ, antequã ille iuſſa peragat, eius pœnitentiæ ignarus, rata tũc
aut irrita ſit vẽditio. Hæc profectò & ſimilia quædam in hanc partẽ tracta-
tus incidunt. & difficiles quæſtiones pariunt, de quibus ex ordine erit
videndum.

Et in primis, an promiſsio de vendendo ſit venditio, ſi eam promiſsio-
nem acceptet alter.† Et quid ni, inquies, cùm voluntas vtriuſque declara- 2
ta ſit, & in venditionem emptionemq; conſenſum, quid ex iure gentium
amplius deſideremus, niſi circuitu vti lubeat in iure vitando[h], aut actum a-
gere, ſi adhuc reſtare dicas, vt vnus vendat, & alter emat. Adde, quòd qui
ita dixit: erit hæc res tibi pignori, vel obligata nomine debiti, iam hypo-
thecam conſtituit[i]. cur ergo non erit empta venditaque res, de qua titu-
lo emptionis habenda eſt conuentum. Sed contraria ſententia probatur,
non in hoc ſolùm genere contractus, ſed & in alijs. ita vt regula generalis
conſtitui ſoleat[k], quòd promiſsio de cõtrahendo, non ſit ille contractus,
qui promittitur: quin potius illo facto & inito, extinguitur obligatio
huiuſmodi promiſsionis de contrahendo, tanquam ſolutionis eius quod
debetur. & licet ille contractus qui promittitur, plerunque obligatio-
nem dandi contineat, promiſsio tamen contrahendi, ſemper parit obli-
gationem facti: contrahere enim facere eſt, & contractus omnes facti
ſunt[l]. Perpendit hæc Cicero[m] differre, cùm diceret: ſpondebo tibi, vel
potius ſpondeo, in meq; recipio Martij Curij mores, &c. Et iure noſtro
qui promittit fideiubere, nondum eſt † fideiuſſor[n]. vt nec obligatio quæ 3
re eſt contrahenda, abſoluitur ſola promiſsione contrahentis, ſed ab ea di
ſtat plurimum[o]. Hic verò quia cõſenſu peragitur venditio, qui videtur in-
eſſe etiam promiſsioni vendendi, accedit hæc promiſsio propius ad ven-
ditionem,

a l. 1. in fin.

b l. ex hoc iure. de iuſtit. & iure.

c l. in huiuſmodi. cum l. ſequent. ÿ. eodem.

d l. in venditionũ. cũ multis ſequentibus. ÿ. eod.

e in vltim. verb. l. 1. huius tit.

f l. nuda. ÿ. eod.

g l. Labeo ſcribit obſcuritatem. l. cum in l. ÿ. eod.

h l. cum fundus. §. ſeruum. ſi certum petatur. l. dominus teſta. de condictio. indebiti.

i l. 1. de pigno. actione. & ibi Fulgoſ. in princ. l. qui autem. §. ſi quis conuenerit. de conſtit. pecun.

k à Bartol. ad l. ſingularia. ſi certum petatur. & ad l. ſi pupillus. in fine principij. & ibi Angelus. Paul. Caſtrenſ. Ioan. de Imol. Alex. ad l. Falcidiã.

l l. conſilio. in fin. de curatore furioſo.

m epiſt. famil. lib. 13. epiſtola quæ incipit Marcus.

n l. ſi quis ſtipulatus Stichum. de verb. oblig.

o l. qui pretium. ſi certũ petatur. l. 1. qui potiores in pignore. l. ſi pœnam. de verbor. oblig.

51

ditionem, ſed non eo vſq; pertingit. Quod indubitatum eſt, in ea ſpecie,
cum quis alium promittit venditurum[a], vel alij permittit vendere. Veluti
debitor creditori, vel mãdat vendi[b], etiam ſi ei mandet quem obligare po
teſt, vt vendat. vtputa ſi teſtator hæredem damnet vendere, fortè etiã cer-
to pretio ab ipſo teſtatore ſtatuto, nondum enim venditio pro facta habe-
ri debet[c]. quẽadmodum ſi mandauerit, vt hæres pro alio caueat & fideiu-
beat, implenda eſt ab hærede hæc defuncti volũtas: & nõ poterit mãdata ſi
deiuſsio abſq; hæredis facto & ꝓmiſsione, ad ſtipulationẽ creditoris, apud
quem fideiubẽdum eſt, cenſeri aut haberi velut facta & interpoſita[d]. Vnde
confectum nunc habeo quod volui, nimirum, quòd quemadmodum teſta-
tor obligat hæredem vt vendat, & venditio non ſtatim per hoc vt facta ac-
cipitur, ſed facienda eſt: ita poteſt quis ipſe obligare ſe ad vendendum in
futurum, ſic vt nondum per hoc vendidiſſe putetur. Cùm enim hæres
adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum legatarijs[e], teſtatoris volunta-
ti etiam ſuam accõmodat, & nondum tamen venditio velut facta habetur,
ex cõcurſu voluntatis vtriuſq;. multò minus ergo ea ſola, de qua nunc quæ
rimus, promiſsione, quæ adhuc longè lateq; abeſt à venditione. Nam in pri
mis valet ſine definitione pretij promiſsio de vendendo, & intelligitur vt
4 iuſto pretio res væneat[f]: nõ venditio. † quia, ad eius ſubſtantiam, certum
definitúmq; pretium eſt neceſſariũ. Et hæc vltro citroq; obligatoria eſt.
Promiſsio verò de vendendo, ex eius ſolius parte qui promiſit, non illius
qui ſibi vendi, eſt ſtipulatus[g]. Quin etiam ſi quis ſibi cõdemnatum habeat
aliquem vt vendat, ipſe tamen emere non tenetur[h]. Nec ſi pecuniam ali-
quam in partem pretij futuræ emptionis ſoluerit, aut prærogauerit, perage
re & concludere illam debet, ſed pœnitentia ductus (ſi Paulo Caſtrenſi
credimus[i]) repetere poterit cõdictione dati ob cauſam non ſecutã: quod
ſequi eam nunc nolit, ſicut qui dedit vt parẽret conditioni adſcriptæ lega-
to ſibi relicto[k]. Rurſus, pacto aut conuentione ſola inita venditio firmam
obligationem parit[l]: non verò ſimplex pactum de vendendo, ſed promiſ-
ſio quæ ſtipulanti fit[m]. Et nec ea quidem cogit præciſè promiſſorẽ vt ven-
dat: ſed vt in cæteris facti obligationibus ſuccedit poſt moram, obligatio
5 ad id quod intereſt, † quamuis is qui vendit, ſi facultatem rei tradendæ ha-
beat, omnino compelli poſsit[n]. Quod verò adductum eſt, ſubeſſe conſen
ſum in promiſsione vendendi, id verum quidem eſt, de tali conſenſu qua-
lem verba exprimunt, videlicet in venditionẽ futuram: ſed non ſubeſt con
ſenſus præſens in eã vt nunc factã: qua in parte minus habet hæc pura pro-
miſsio de vendendo, quàm venditio conditionalis, hæc enim in ſuo gene-
re perfecta eſt, ita vt neutrius volũtate reſolui poſſet[o], etſi per emptorem
ſtet, quo minus conditionẽ impleri curet emptor, pro perfecta habetur[p].
Ideoque huc non pertinet, quod de circuitu euitando eſt obiectum. Nam
quod dicimus differre promiſsionem vendendi à venditione, non tam po-
teſt referri ad circuitum aliquem fruſtratorium & vanum, quàm vt recta
via à præambulo quodam, ac velut primo gradu contrahendæ aliquando
venditionis, tranſeatur ad ipſam venditionem promiſſam. Cur enim hæ
conuentiones ſeparatim hic ex voluntate contrahentium fieri nõ poſſunt,
cum in plerìſq; ſimilibus ita ſuadeat neceſsitas, ex defectu poteſtatis: verbi
gratia, arbiter pronuntiat eum qui læſus eſt, eſſe reſtituendum, at ipſe non
reſtituit in integrum. Nam hoc eſt prætoris aut ordinarij iudicis[q], aut ſi
quis decernat mittendũ in poſſeſsionẽ bonorũ, quẽ ipſe mittere nõ poſsit,
quia in ſuo territorio bona nõ habet, ſed deinde in illam immittit alius[r].

Cohæret his proximè alia quæſtio, ſi promiſsionem de vẽdendo ſubſe-

a Fran. Aretin. conſ. 28.
b l. ſi neceſſarias. §. de ven dendo. de pig. act.
c l. ſi fideiuſſor. §. meminiſ ſe. de lega. j. l. ſi hæres. §. j. de action. empti.
d l. tribus. de vſufruc. earũ rerum quæ vſu conſum.
e l. apud Iulianũ. quib. ex cau. in poſſeſ. eatur.
f arg. l. ſi fundus. l. poteſt. de pigno.
g Caſtren. & Iaſ. ad l. in bonæ fidei. de eo quod cer to locu.
h Nic. Boë. quæſt. & deciſ. 48. prioris partis.
i ad d. l. in bonæ fidei.
k l. j. verſi. ſed ſi. de condi- ctione ob cauſam.
l l. iuriſgentiũ in præſenti. de pact.
m Mathe⁹ Matheſ. ſingulari ſuo. 46. Nota quod aliud ſit vendere.
n l. j. de act. empti.
o l. neceſſario. §. j. de peric. & cõmo. rei vendita.
p l. Labeo ſcribit ſi mihi bi bliothecã. infr. eodem.
q l. vlt. & ibi glo. ad ver- bũ, cõpromiſſarios. C. vbi & apud quẽ cau. in in- teg. reſtit. agi debeat.
r l. cognitio. in fi. & ibi gl. vlt. de off. eius cui mãd. eſt iuriſd. l. cũ vnus. §. is qui poſsidere iubetur. de bon. autho. iud. poſsid.

quatur traditio rei, cuius venditio eſt promiſſa, an dominium tranſeat in emptorem: † De qua vehementer inter duos primarios noſtri iuris 6
interpretes, Iaſonem & Bartholomæum Sozinum, certatum eſt. Hic enim voluit [a] transferri dominium, eo maximè argumento, quòd ſi ex conditionali contractu res tradatur, dominium tamen tranſeat [b]. Si enim, inquit, hoc ita eſt in conditionalibus, pendentibus ex euentu fortuito, quem neuter contrahentium, & ſi vellet, præſtare poſſet: quanto magis hic ita dici debebit, vbi is qui vendere promiſit, non ſolùm poteſt, verùm eriam exequi debet, quod promiſit. Eamque tradirionem putat non eſſe omnino nudam, qualem legimus ad dominij tranſlationem non ſufficere [c]: ſed habere cauſam ſaltem initiatam, cuius concluſio & abſolutio breui expectatur, ſicut ſi traditio fiat ex contractu qui ſcripro celebratur, antequam nondum completum ſit, tranſire dominium multis placuit [d]. Eſt quoque vbi empti actio non quæritur, ſi tamen res tradatur, dominium transferri, non poteſt negari [e]. Ille verò putauit [f], dominium non tranſire, deſumpto argumento ex defectu tituli & cauſæ, eo quòd promiſsio vendendi non ſit venditio: Et ſi quis eum ſequi velit non deerit quod ad rationes ex aduerſo adductas reſpondeat. † Nam in pri- 7
mis, quòd conditione pendente, ſi res tradatur, dictum eſt tranſire dominium, dubitari poſſet. De dote enim ante nuptias tradita ita legimus, *Sic dedit vt ſtatim eius fiat*, quaſi enixa illa domini voluntas, volentis rem ſuam in alium transferre, præcipua cauſa ſit tranſlati dominij [g]. & quod alioqui non ſufficeret ad tranſlationem dominij, ſimpliciter & abſque illa ſpeciali voluntatis declaratione, dediſſe. Vt interim quoque omittam, non ſic tradirioni dotis ineſſe hanc conditionem, ſi nuptiæ ſequantur, quibus iam ſecutis condici poteſt [h]. (quod indicium eſt tranſijſſe dominium [i] ſicut dotis promiſsionem [k].) Deinde quod ſcriptum eſt [l], de pecunia ſub conditione debita, & antequam conditio extitiſſet tradita, eam mox fieri accipientis: videndum eſt, num ita rectius intelligi poſſet, vt non ex ſolutionis cauſa dicamus mox factam eſſe accipientis, antequam conſtet, an vnquam debebitur: ſed ex alia cauſa, fortè donationis. quod obiter ibi videtur ſubindicatum ab Accurſio [m]. Conditio, inquit, fuit vt cederet in ſolutum, non in tranſlatione dominij. Veluti, ſi debitor quod ſub conditione debet, prærogare velit, ita vt omni modo fiat accipientis, ſiue donationis titulo, ſi conditio deficiat, ideoque ſolutum videri non poſſit, quod non debebatur, neque vnquam debebitur [n]. ſiue titulo ſolutionis, ſi conditio eueniat, ne & tunc ſolui tantundem oporteat. quaſi conuerti non poſſet in ſolutionem pecunia, quæ ante creditoris eſt facta: ſicut ei ſua pecunia ſolui non poſſet. His addi poteſt clariſsimè conſtitutum eſſe [o], quòd ſi res ſub conditione vendita, antequam ea euenerit, tradatur, non eſſe locum vſucapioni. † Nec ſic quidem, ſi is, qui ſub conditione emit, pu- 8
tet conditionem eueniſſe. Et hic ſimilis eſt ei qui ſe putat emiſſe, cum non emerit [p]. quare nec dominij tranſlationem ſubſequi credendum eſt, ſi verus dominus rem quam ſub conditione vendidit, tradat. Nam cur illorum comparatio, alio loco facta [q], hic deficeret? cùm in vſucapionis materia, ab vno ad alterum ipſe huius argumentum ducat [r]. † præſertim cùm ex titulo venditionis, traditione facta, difficilius tranſeat dominium. Nam & pretium ſolutum eſſe debet, vel de eo emptori ſatisfactum [s], quàm ex alio quolibet titulo [t], & quàm vſucapiendi conditio [u]. Sed nec ſolam vſucapionem negauit lex ex conditionali venditione,

a ad l. ſi ante. ſolu. matri. & conſil. 170. volu. 2.
b l. dotis fructus. in fi. cum l. ſeq. de iure dot. Bar. ad l. ſub conditione. de ſolu. l. j. pro dote.
c in l. nunquam nuda. de acqui. rer. domi.
d Accur. in glo. ad verbū, vel id quod emptoris. & ibi Bal. & Salic. C. de fide inſtru.
e l. multam. in fi. C. ſi quis ſibi vel alteri.
f ad d. l. ſi ante. & conſil. 117. volum. j.
g §. per traditionem. Inſtit. de rer. diuiſi.
h l. qui debere. §. vlt. de cōdit. ob cauſ.
i l. vlt. in fi. vſufr. quēad. caueat.
k l. iſt quia. §. j. de poll. l. dotis promiſsio. de iure dotium.
l in d. l. ſub cōditione.
m ad fi. glo. vlt. verſic. nec obſtat quod dicitur.
n l. decem. de verb. oblig.
o in l. 4. de in diē addict. l. neceſſario. §. quòd ſi pendentes. de peri. & cōmo. rei vendi.
p l. 2. §. ſi ſub conditione. pro emptore.
q in l. clauibus. j. eo.
r in l. j. verſi. & Iulianus ait inquit. pro dote.
s §. vendita. Inſtit. de rer. diuiſi.
t Fulgo. ad d. l. cōtractus. C. de fide inſtru.
u arg. l. de pretio. de publi. in rem act.

ditione, imo & hoc addidit[a], id quod pretij nomine ſolutum eſt, repetit: & fructus medij temporis venditoris eſſe: & comparauit, vt diximus, eum qui putat conditionem eueniſſe illi, qui ſe putat emiſſe, cum non emerit. Quibus nihil euidentius ad tituli improbationem adferri potuit. Et profectò quamuis contractus ſit cauſa remotior, domini autem voluntas, cauſa proxima tranſlationis dominij[b], durum tamen eſſet dicere, alienatam eſſe rem priuſquam vendita ſit: & vix credi poteſt eam fuiſſe mentem contrahentium, quæ potiſsimum in huiuſmodi quæſtionibus erit inſpicienda.

10 † Ita vt interdum traditio abſoluat venditionẽ, & ſimul quoq; transferat dominium, quod ex facti circũſtantijs erit diſtinguendum. Vt ecce, tractatum eſt inter aliquos de venditione, eaque penè fuit concluſa, niſi quòd venditor rem infectam reliquerit, paulò maius pretium deſiderans, quàm obtuliſſet emptor: qui deinde mutata ſententia, ſecum ſtatuens addicere rem emptori pretio oblato, illam tranſmittit ad eũ, perſeuerantem in priore ſua voluntate oblati pretij, quam & rurſus rei receptione declarat. Hic ſanè videtur primo quidem, ſaltem ordine intellectus, abſoluta venditio: & ſimul quoque mox tranſlatum dominium. Nam quid refert an verbis, an rebus ipſis & factis, de eo quod adhuc reſtabat nõ concluſum, voluntatẽ ſuam declarent. contractus enim qui conſenſu perficiuntur, verba non exigunt: ſed vel nutu, vel alijs actibus conſenſum exprimentibus, tacitè conficiuntur[c]: & res ipſæ plerũq; non minus loquuntur quàm verba, præſertim vbi verbis res diu & multum eſt præparata, ſolaque reſtat concluſio. Ideoque ſi præcedente ſola promiſsione de vendendo res tradatur, & pretium numeretur, non ex imperfecto contractu dominium tranſire, ſed potius contractum ipſum dicemus perfici conſenſu, declarato rebus & factis.

11 † Nam quis quæſo vſus eſſet illius quod dicimus, ſolo conſenſu perfici venditionem & emptionem, etiam rebus & factis declarato: ſi non his modis dici poſſet concluſa. non enim inuenies alia argumenta, quæ euidentius declarent voluntatẽ contrahentium, quàm ſi viciſsim pretium accipiant, & rem tradãt, in quibus conſiſtit implementum & executio contractus. Quemadmodum ſi quis promiſerit aliquam ducere vxorem, deinde concubant & ſeſe ſibi mutuo tradant, ſponſalia tranſeant in matrimonium, & ſimplex promiſsio de contrahendo in verũ contractum matrimonij[d]: etiam ſi ſub conditione ſponſalia fuiſſent contracta[e]. Sed ſi euidenter conſtaret, quòd ſolùm ſpe futuri contractus, & aliquando concludendi, fieret traditio: vtpote cum certum eſt aliquid ex ſubſtantialibus contractus deſiderari, quod ex ipſa traditione & receptione rei non poſſet, velut tacito conſenſu videri concluſum & abſolutum, difficilius credi poteſt dominium mox tranſiſſe. Verbi gratia, rogauit me ſæpè Sempronius vt rem quandam ei venderem, quod ſæpè negatum, nũc neceſsitate aliqua compulſus, recipio me facturum. Sed quia nunc non vacat tractare de legibus venditionis, mitto ad eum rem quam cupit emptã, & ille aliquam pecuniam, in partem pretij futuræ emptionis: ſed longe minorem, quàm vt vllo modo credi poſſet, pro pretio toto eſſe miſſam: deinde, cum otium eſt de venditione colloquendi, nõ poteſt inter nos de pretio, aut legibus & conditionibus venditionis, conuenire. Hic non putauerim tranſlatũ dominium. Sed ſi ab eo qui empturus erat, in aliam formam & ſpeciem res ſit tranſmutata, vt omnino eadem non poſſet reſtitui, tunc iudicis arbitrio exiſtimationem abſolui[f]. Quemadmodum ſi quis inhabitauerit ædes alicuius, ſpe & certa fiducia breui concludendæ conductionis, de cuius poſtea penſione ſiue mercede nõ poteſt inter eos couenire[g].

Quod

a in d. §. quod ſi pendente.

b Bal. & Fulgo. ad l. multum. in fi. C. ſi quis ſibi vel alteri.

c l. in quibuſcunq;. de obl. & oblig.

d c. is qui fidem. de ſponſa.

e c. de illis. c. i. eo. tit.

f Sali. ad l. vl. in. 4. quæſt. C. de contrah. empt. Pau. Caſtrẽ. ad l. empti. C. de actio. empti.

g Caſtren. ad l. ſi mercen. inf. locati.

Quod verò Sozinus dixit[a], ſecundum ea quæ ipſe cenſuit iudicatum eſſe
† parū vtiq; mouere debet. Nam bene perſpecta facti ſpecie, inueniri po- 12
terit, quòd hæc quæſtio, quā nunc tractamus, nō neceſſariò pertinuerit ad
deciſionem illius litis, de qua variè illi reſponderint, & durum fuiſſe, quod
contendebat Iaſon, fructus reſtitui perceptos ab eo, qui pretium in tem-
pore numerauerat, & per quē non ſtabat quo minus emptio maneret rata:
ne ſcilicet ille & fructibus prædij venditi, & omni emolumento ſolutæ pe
cuniæ careat. Neq; enim is ſolus qui prædij dominus eſt, fructus ſuos fa-
cit: † ſed interdū etiā ex alieno prædio ſupputamus illos fructus, velut in 13
vſuras pecuniæ ſuæ[b], vt alio loco plenius à nobis tractatum eſt[c]. Et illud
propius pertinere videtur ad illius litis deciſionem, quæ præcipuè verſaba
tur circa fructus, an in ſortem & diminutionem pecuniæ, pro pretio ſolu
tæ, imputari deberent, nec ne. Quam partē Sozinus bonis rationibus cō-
firmauerat, non imputari in ſortem, etiam ſi dicatur dominium non fuiſſe
tranſlatum. Sed iam redeamus vnde digreſſi ſumus, ad neceſſariū in hoc
genere contractus conſenſum, & videamus quomodo interponi ac decla
rari debeat, † quod pauciſsimis verbis ſic explicat Paulus[d]: *Inter abſentes,* 14
per nuncium & epiſtolam, vt & alijs locis clarè eſt conſtitutū[e], etiam gene
ralius in omnibus obligationibus quæ conſenſu contrahuntur[f]: & in qui-
bus ſermone opus non eſt[g]. Et quēadmodum contrahit non epiſtola, ſed
is cuius ea eſt, per epiſtolam: ita quoque non ipſe nuncius, ſed is potius à
quo miſſus eſt, contrahit per nuncium, velut organū vocis ſuæ, & miniſte
rium tantùm ad hoc præbentem[h], ipſáq; verba tam obligationis contra-
hendæ, quàm executionis illius & implementi referentem ad perſonam
domini, à quo miſſus eſt. Veluti, vendis Lucio Titio, cuius nuncius ſum,
hanc rem, quā per me tibi nunciat ſe velle ſibi emptam, aut emis ab eo hāc
rem, quam per me tibi nunciat ſe conſentire, vt emptā habeas aureis de-
cem. Procurator verò ex mandato contrahens, vendens, aut emens alte
ri, in ſuam ipſius perſonā verba contractus confert: † dicitq; ſe vendere, 15
ſe emere procuratorio nomine. Et ne quis hæc parum differre putet, &
in ſolo verborum inani diſcrimine conſiſtere, multū quoque rei in ſe hæc
continent: quia cùm non ex nuncij conſenſu, ipſiúſque perſona, ſubſtan-
tiam accipiat venditio & emptio, ſed ſolius domini, nulla actio ipſi nun-
cio dici poteſt quæſita, quam mandet domino, cuius res ſic agitur, vt ei
ipſi recta mox via obligatio & actio quæratur, & viciſsim ipſe quoq; tan-
quam principaliter contrahens obligetur, ſicut dominus & paterfamiliâs
ex mutuo, de quo dando aut accipiendo ipſe cū alio conuenit, interpoſi-
ta ſerui aut filij familiâs perſona, ad ſolam numerationem recipiendam[i].
Procuratori verò, quia ex ſuo ipſius conſenſu, tanquam verè vendentis
aut ementis, contractus perficitur: directò quæritur obligatio & actio,
maximè in acceſſorijs. Veluti ex ſtipulatione euictionis nomine, quā do-
mino cedit[k], cui alioqui non paſsim, & indiſtinctè, actio vtilis, abſq; ceſ-
ſione acquireretur: ſed ad exēplum inſtitoriæ actionis[l], † hoc eſt (vt qui- 16
dam[m] interpretantur) vbi æquitas id ſuadet, vti eum actionibus etiam non
mandatis: Sic enim eſt in inſtitore, non quidē ſemper, ſed tunc demū cum
is non adeſt vt cedere poſsit, vel cum ſine hærede eſt defunctus[n]: quod hu
ius loci non eſt, & latiorem requirit indaginem[o].

Addi ſolet[p], quòd procuratorem etiā generaliter conſtitui poſſet, nuncio
autē non detur generale mandatū peragendi quæ occurrere videbit domi
no neceſſaria, aut vtilia. nam ſi quid agat pro ſuo arbitrio, quod ratus eſt
domino eſſe vtile, non tamen prius ei nominatim mandatū & iniunctum,
in illo

a ad d.l. ſi ante ſol. matri.

b l. ſi pecuniā. de pign. act. l. ſi is qui bona. §. j. de pi gnor. c. j. de fendis.

c in d.l. ſi is qui bona. §. j.

d in fi. l. j. hoc tit.

e in fi. l. vlt. C. ſi quis alte. vel ſibi ſub alterius nomine.

f l. cōſenſu. de act. et obli.

g l. in quibuſcunq;. eo. tit.

h l. qui autē. §. vlt. cum l. ſeq. de conſtit. pecu.

i l. ſola. in prin. quod iuſſu. l. ſi et contractu. C. quod cū eo qui in alie.

k l. poſſeſsio quoq;. §. & ſi poſſeſsim. de acquir. poſſ.

l l. Iulianus. §. ſi procurator. de act. empti.

m Accurſ. ad d. §. ſi procurator. Fulgo. ad l. multum. C. ſi quis ſibi vel alteri.

n l. j. in fi. cū l. 2. de inſtitu. act. l. ſi abſentis. C. ſi cer. petatur.

o ex his quæ Caſtrē. ad d. §. ſi procurator. et ad l. qđ procurator ex re. de procurato. Alcia. ad l. ſi fuer dus. §. ſeruum tuum. ſi cert. peta.

p Fulgo. ad l. qui autem. §. vlt. de conſtit. pecu.

in illo explicando non poſsit cenſeri organũ & nudum inſtrumentum do
mini,ſolius vocis miniſterium ei præbens, ſed iam ipſe contraheret, ven-
deret, aut emeret domino , ſiue in vtilitatem domini , ſicut procurator.
Præterea,quod quis vt nuncius alterius,abſque mandato tamen illius con-
traxerit, ne ſic quidem poteſt ratum eſſe, ſi domini ratihabirio poſtea ac-
17 ceſſerit[a], † cùm ſubſtantia contractus deficiat : nimirũ ipſius domini con- *a Pau. Caſt. ad d.l.multũ.*
ſenſus , ex quo ſolo contractus conſiſteret , & ratihabitio nihil operetur,
vbi ſubſtantia contractus deficit, aut non præexiſtit. Quod verò geritur,
aut contrahitur, vt à procuratore alicuius, à quo tamen verè mandatũ non
habet, id poteſt domini ratihabirione conualeſcere , in eius cōmodum &
diſpendium,tanquam benè fundatũ in perſona ipſius procuratoris . Deni-
que, ſi procurator contrahat vt nuncius, hoc eſt, dominũ contrahere nun
tiet, non valere contractũ : contra verò, ſi nuncius ipſe vt procurator cō- *b DD. ad d.l.multum. C. ſi quis ſibi vel alteri.*
trahat,iam vtiq; valere contractum:atq; ita cōmunius placuiſſe video[b],ex
tertia parte conſtitutionis hic nunc aliquoties allegatæ, quæ ita habet[c]: *c d.l.multum. verſic. ſi ab initio.*
Si ab initio , negotium vxoris gerens , comparaſti nomine ipſius empti actionem,
nec illi nec tibi quæſiſti , dum tibi non vis, nec illi potes. Quæ verba plerique
omnes referunt ad maritum vxori ſuæ ementem, tanquam illius nuncium,
cùm tamen id non eſſet ei ab illa mandatũ, is enim nullá ſibi intendit actio-
nem quærere: cum ipſe nō contrahat, ſed vxorē contrahere falſò nunciet.
quare nec poteſt vxori actionem vllam directò quærere : vt quæ non ante
18 conſenſerat cũ abſente, per maritũ velut internuntium,contraheret.† Sed
ex his Fulgo.[d] more ſuo refractarius, quædam,ſi poſſet,libenter ſubuerte- *d ad d.l. qui autẽ. ſ. vlt. & ad d.l. multum.*
ret. Vtputa illud, quod dicunt, verba conſtitutionis nunc recitata, intelli-
gi de marito emente vt nuncio vxoris . Quòd enim non vt nuncius eme-
rit,putat ſatis colligi & ſignificari illo verbo, *comparaſti*, nam nuncius ipſe
non cōparat, nec ſibi nec alij emit, nunciatq; ſolùm alium emere . Et non
hoc impedimento fuiſſe,quo minus actio aliqua acquireretur, quod mari-
tus,ſine mandato vxoris,emiſſet vt nuncius: ſed quod emiſſet vxoris nomi
ne,& eius gerens negotium: hoc eſt,vt ipſe interpretatur, quaſi vxori re-
cta via actionem acquiſiturus. quod certè iura non permittunt fieri per li-
beram perſonam[e]: Sed hoc leue eſt, & eodem penè recidit cũ illo, quod *e l.j. C. per quas perſo. nob. acquir.*
cōmuniter tenet ſententia. Maioris momenti videtur quod addidit[f], etiã *f ad d.l. qui autem, ſ. vlt.*
illud,quod à nuncio abſq; mandato eſt factũ, ratihabitione domini confir
mari: æquè,inquit,vt illud,ad quod ſpeciale mandatũ requiritur in procura
tore,& ſine illo tamen factum à domino ratum habetur[g]. At fortaſsis hæc *g l. illud. ſ. vlt. cũ l. ſeq. de minor.*
comparatio non ſatis conſtabit, procurator enim, ſiue ex generali manda
to quid agat, ſiue ex ſpeciali, vbi fortè illo opus eſt, æquè id quod agit, in
ſua ipſius perſona fundat, licet procuratorio nomine . quare ſibi ipſi faci-
lius obligationē acquiret cedendam domino[h],quàm nuncius,qui nihil fun *h l. poſſeſſio quoq;. ſ. & ſi poſſeſſio. de acqui. poſſeſ.*
damenti ad id quod nunciat,in ſua ipſius perſona conſtituit. Huc proximè *i glo. vlt. l.j.*
pertinent duo, quæ Accurſius obiter controuerſa eſſe ſubindicauit[i]. An
videlicet oporteat omnino altero modo, vel per nũcium, vel per epiſtolá
inter abſentes contrahi ? nuncium,inquam, in hoc miſſum, ſiue cui, ab eo
qui prior conſenſum ſuum declarauit,hoc alij nunciare ſit mandatũ ? Quid
enim,ſi quis fortè fortuna hoc audiens,non iuſſus nunciare, alij nunciet ta
19 men,& ille ſtatim ſuum conſenſum accōmodet? † Non defuerunt qui dice
rent[k],ſic quoque contrahi venditionem,& donationem: rationibus & le- *k Lud. Ro. toto conſil. 195. Donatio patris. &c. Andre. Barb. cõſi. 60. 3. part.*
gibus ſatis,vt prima facie videtur,vrgentibus: quas qui latius hic diſputare
volet,apud eos inueniet. Sed hanc eorũ opinionē,dum eam cum alia com
munius recepta, conciliare volunt, ſic in arctũ coegerunt, vt vix vllum ei
locum

locum reliquerint. Aiunt enim [a], quòd quando ipſe contrahens aut cōtra-
ctūrus cū abſente, certū nunciū vel literas aliquas deſtinauit, indices ſuæ
voluntatis, tunc licet is ad quem nuncius vel literæ deſtinabantur, aliunde
prius reſciuerit aliū vendere velle, & ipſe emere conſenſerit, nō eſſe tamē
perfectū contractum, quaſi cenſeatur is qui literas vel nuncium vult mitte
re, non ante velle contrahere, quàm literæ aut nuncius eo peruenissent:
nam per epiſtolam, per nūcium intendit contrahere. ſicut in libertate per
epiſtolam data, domini volūtatem lex [b] interpretata eſt: quamuis libertas
poſſet & inuito dari [c]. Sed ſi hoc nobis largiātur, non video quando eorū
opinio obtinere poſſet: qui enim cōceptæ ſuæ volūtatis neq; nunciū neq;
epiſtolam alij mittit, is nō tam vendere videtur, quàm animo cōcipere, co-
gitare, ac deſtinare venditionē [d]. ita vt nemo alius, quàm qui miſſus eſt, nū
ciare poſſet alij purū & abſolutū cōſenſum vēdentis certo pretio, certiſq;
legibus, quāuis alius aliquis nūciare poſſet ꝓpenſum eſſe ad venditionem,
& quòd iam apud ſe conſtituerit vēdere. Quare nō facilè hic recedendū
puto à cōmuni ſentētia Accurſij & aliorū, & appoſitè hic à Bal. eſſe dictū,
quòd nūcius & epiſtola coniungāt conſenſum: ita vt abſq; illis non poſsis
dicere eſſe conſenſum, ſed ſuum cuiq; ſenſum, qui tantiſper dum ſic ſepa-
rati ſunt, non poſſunt ſimul conſtituere vnum contractum.

Ex his nūc ad poſteriorem quæſtionē, variè quoq; tractatā, facilior erit
tranſitus, illiuſq; deciſio. Vt puta ſi pœniteat illū, qui nunciū miſit aut epiſto
lam: non quòd hic dubitandū putemus, quin ex itinere reuocari poſsit an-
tequam officium ſuū fecerint, manifeſtandæ voluntatis alij [e]. Sed quid ſi
longius perrexiſſent tunc cùm pœnitere cœpit, ac domi declaratā pœni-
tentiam & reuocationē, non in tēpore reſciuerit nūcius? † aut ille ad quem 20
erat deſtinatus? Accurſ. putat [f] ſerā eſſe pœnitentiam, & valere cōtractū,
ſicut cū quis ſocietatis renūciationem facit abſenti, non ſe à ſocio liberat,
quoad ille ſciuerit [g]. Et iuſſum reuocari dixit Iuriſconſultus [h] quēadmodū
mandatum: videlicet ante contractū contraria voluntate, etſi certioraſſet.
Pro hac ſentētia Bald. ſe conſuluiſſe dicit [i], videlicet, quòd teneat contra-
ctus quoad obligationē inducendā, ſed nō ad dominij tranſlationē, quæ im
pedietur mutatione volūtatis domini, & prohibitione ne res tradatur. etiā
ſi mādante & volente eo vendita ſit [k]. Et Salice. quoq; id ſecutus videtur,
cùm libertatis dationē à vēditione diſtinguit [l], quòd in illa oporteat dura-
re patris voluntatē, qui filiofa. permiſit ſeruū manumittere, vt dici verè poſ
ſit, volēte patre manumiſſum eſſe, & liberū nō fieri, quē mutata patris volū
tate, filius cū id ignoraret, manumiſerit [m]. In vēditione autē id nō ſit neceſ-
ſe, tum quòd nō ſit tanti præiudicij, propter pretiū quod loco rei vēditori
datur: tum quod etiā aliena res vendi poſsit [n]. Recitari quoq; hic ſolet di-
ſtinctio quædā, ad nulla plura, quā ad materiam propoſitæ quæſtionis perti
nens. Aut, inquiunt, ius eſt tertio quæſitū, & tunc vnius pœnitentia vel re-
uocatio altero ignorante nihil efficit [o]. & vt plurimū ne ſciente quidē, niſi
& conſenſerit [p]. Si ius nondū ei quæſitū ſit, ſed alioqui pateretur damnū ex
ignoratione mutatæ volūtatis, nec iam quidē liberū eſſe pœnitere [q]: quòd
ſi ex pœnitētia incognita nemo alius damnū paſſurus ſit, corruet quòd ad-
uerſus volūtatē domini mutatā factū erit [r]. Sed in quē, inquies, ordinē iam
referes de quo hic quærimus? Videtur damnum nō ſentire qui nō acquirit
ex emptione, ſeruato ſibi pretio, quod fuiſſet erogatum: Sed tantū nō face
re lucrū. neq; obſequi poſſe ſuæ volūtati, ſi cupiat emptam habere. & hoc
ſaltem verū eſt, eum non amittere ius quæſitū, cùm nullum ex nō abſoluto
contractu quæſierit. At fieri poteſt vt eius interſit, ſi fortè accepto nuncio
oblatæ

a Lud. Ro. præal. conſi. ſub fi. verſi. dico tamē ipſam eōem ſentētiā eo caſu. etc.
b l. qui abſenti ſeruo. de acquir. poſſeſ.
c l. vlt. verſi. licet. C. de teſtamen. manumiſſ.
d arg. l. ſi nundū, C. de furt. hic à Balde citat.
e arg. d. l. qui abſenti.
f in fi. glo. vlt. ad l. j.
g l. ſed etſi ſocius. §. j. ſup. tit. j. pro ſocio.
h in. l. j. verſi. ſed ego quæro. quod iuſſu.
i ad fi. l. j. hoc tit.
k l. Papinianus. de publicia. in rem act.
l in d. l. j.
m l. ſi pater. de manumiſſ. vindicta.
n l. rem alienam. hoc tit.
o d. l. ſed & ſocius. §. j.
p l. ab emptione. de pact.
q l. ſed & ſi pupillus. in princ. & §. poſtridie. de inſtitu. act.
r d. l. ſi pater. verſi. ſin autem ignoran. fil.

oblatæ emptionis, aliam ſimilis generis rem, quam prius tenebat, alicui donauerat, aut viliori pretio expectans præſtantiorem velut emptam abiecerit, qua nunc ei carendum ſit, vtraque fruſtrato. An hic dices mutationem voluntatis venditoris, emptioni non obſtare, ſed hanc firmam manere, quia iam emptoris intereſt? non putauerim. Nam qualequale hoc ſit, quod eius intereſt, id vel doli vel in factum actione reſarciri poterit[a]. Sed contractus conſtare non poterit, deſtitutus conſenſu venditoris: ex quo ſolo, & minimè ex conſenſu nuncij, cuius res non agitur, ſed ſolùm præbet miniſterium, contractus ſubſtantiam ſuam accipit: ita vt ad perficiendum contractum non minus perdurare debeat, quàm in manumiſsione. Quod autem Baldum mouiſſe dicimus[b], facilè in eum retorqueri poterit, nam ſi dominij tranſlatio impeditur, quæ ſola reſtat, cum domino conſentiente & mandante res eius vendita eſt, quæ tamen venit ex neceſſaria conſequentia venditionis à domino factæ, facultatem rei tradendæ habentem, adeò vt plerique dixerint, eo caſu mandatum non finiri[c]. quantò æquius eſt hic non abſolui inchoatam quodammodo venditionem, deficientem iam domini conſenſu, ex quo ſubſtantiam deberet accipere, cùm nemo inuitus vendere aut emere cogatur[d]. Porrò quod de incognita reuocatione mandati adductum[e] eſt, longè diuerſum eſt ab eo quod hic tractatur, vbi non contrahit ipſe nuncius, ſed per nuncium abſentes proprio eorum conſenſu contrahunt. illic verò ille qui miſſus eſt contrahit, & cui mandatum eſt, non iubens aut mandans: atq; ita non mirum erit, quod incognita mutatione voluntatis iubentiũ aut mandantium cõtrahitur, id adhuc ratũ eſſe & ſuis partibus cõſtare, nempe ex illorũ conſenſu qui iuſſu contrahunt.

(*.*)

a Fulgo. ad ſi. l. j. hoc tit.

b ex d. l. Papinianus.

c Pau. Caſt. ad l. fundi. §. item ſi amicus. de acqui. poſſeſſ. ad l. vlt. de ſolut. Alciat. ad l. eius qui in prouincia, ad verba, accipientis non facies. ſi cert. peta.

d l. nec emere. C. de iure de liber.

e ex d. l. j. verſic. ſed ego quæro quod iuſſu.

L. IN VENDITIONIBVS, CVM DVABVS ſequentib. & l. Quid tamen. eo. tit.

SVMMARIA.

1 Error contrahentiũ impedit conſenſum, ita vt nihil actum cenſeatur.
2 In dominij tranſlatione opus eſt conſenſu & voluntate contrahẽtium, etiam quoad eandem cauſam.
3 Si alter minoris vẽdere aut locare ſe putet, alter verò pluris emere aut conducere, an ſubſiſtat contractus? & quid in ſtipulatione.
4 Explicata l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verbor. oblig. collata cum §. præterea. Inſtit. de inut. ſtipul.
5 Error ac diſſenſus in corpore vitiat emptionem.
6 Error in ſubſtantia vitiat emptionem.
7 Aes pro auro pignori datum, item æs pro auro ſtipulanti promiſſum, contractus valet, venditum non æquè.
8 Si inauratum quid vendatur, quod venditor putet aurum eſſe, valet venditio.
9 Fulgoſ. fatetur legum contrarietatem.
10 Error in ſexu vitiat emptionem.
11 Mulieris vocabulum varium eſt.
12 Error in nomine, ſi de corpore conſtet, non vitiat venditionem.
13 Emptio imperfecta non parit obligationem, neque dominij tranſlationem, nec vſucapionem.
14 Error in acceſſionibus, non vitiat contractũ quoad rem principalem.

IN QVO CONSENSVM eſſe vltro citroq; oporteat nunc videamus, vt in hoc genere contractus, in quo verſamur, diſtinctius illud habeatur quod eſt in regulis cõmunibus[f]. In omnibus negotijs cõtrahendis, ſiue bonæ fidei ſint, ſiue non ſint, ſi error aliquis interuenerit, vt aliud ſentiat qui emit aut qui conduxit, aliud qui cum his contraxit: nihil valere quod

f l. in omnibus negotijs. de act. & oblig. l. in omnibus rebus. de actio. & oblig.

actum ſit. † Et in omnibus rebus quæ dominiũ transferũt,cõcurrere debe- 1
re affectus ab vtraque parte contrahentium, ita vt quæcunq; cauſa contra-
hendi fuerit,niſi animo vtriuſq; conſentiat, nõ perducitur ad effectũ quod
inchoatur. † Quæ quidèm oĩa in emptione & venditione vera ſunt, ſiue in 2
ipſa emptione diſſentiãt,puta quia vnus emptũ habere cupit,alter non vult
vẽdere: vel ſi,vt Accurſ.interpretatur [a], diſſentiant in titulo,ſiue cauſa con
trahendi. Veluti quod vt emptum accipitur,alter donare intendit,& ſic tra
dit [b]. Siue in pretio,dum ſcilicet illud concludere & de eo conuenire ne-
queunt . Vel ſi de aliquo conuentũ videatur,in illo tamẽ eſt erratum, fortè
quòd pretij nominati alijs locis alia ſit quantitas aut æſtimatio, vt in libra,
ſolido,& ſimilibus . Nihil enim tam eſt cõtrarium conſenſui,quàm error [c].
Si tamen pretiũ quod venditor putauit,minus fuerit illo quod putabat em-
ptor,venditionem conſiſtere: † velut minore pretio concluſum hic tradit 3
Accurſ.[d] Exemplo locationis,quæ cõtracta cenſetur ea mercede,quã loca
tor voluit: ſi hæc minor ſit quàm illa,qua ſe cõducere alter putauit [e]. Quam
uis in ſtipulatione nihil interſit, plus an minꝰ ſpõdeatur, quàm erat in ſtipu
latione: ac vtroq; caſu æquè valeat vſq; ad cõcurrentẽ quãtitatẽ [f]. ibi enim
ex vna tantũ parte obligatio conſiſtit, cui vtile eſſe poteſt, vel ſolùm illud
deberi, quod à promiſſore reſponſum eſt [g]: nimirum ex cauſa lucratiua [h].
Secꝰ ſi ex oneroſa,& ibi viciſsim detur aut fiat aliquid à ſtipulatore , cui nõ
putaret æquiualens, quod ex aduerſo promittitur minus quàm erat ſtipula
tus [i]. Sed cũ ſtipulationes per ſe indifferentes ſint ad quamlibet cauſam,ſi-
ue lucratiuã ſiue oneroſam, & ex aliqua ſemper cauſa factas eſſe oporteat,
alioqui actionẽ efficacem nõ dabunt [k], maior fortaſsis videbitur reſtrictio
reſponſi Vlpiani de ſtipulatione [l], ex hac diſtinctione,quàm bene conue-
niat. & ſequẽdi potius erunt qui dicunt [m],ſi de minore quãtitate reſpõdeat
quis,quàm ſit interrogatus,nõ eſſe cõtractã obligationẽ minoris quãtitatis:
niſi ſtipulatori diuerſitas reſpõſionis ilicò placuerit.† Quaſi ea moderatio 4
velut pro regula tradita [n],vbi reſponſio ab interrogatione variat,cõmunis
ſit oĩbus exemplis atq; figuris ſtipulationũ,ſic in interrogatione & reſpon
ſione variantiũ,tã præcedẽtibus [o] quàm conſequẽtib.[p] A quo etiã nõ oĩno
eſt alienũ,qđ apud Caiũ nunc legitur [q]: Si creditor in decẽ ſolidos debito
rẽ interroget,& debitor quinq; ꝓmittat: hoc ordine integrũ debitũ vacil-
lare. & verè quidẽ vacillare,nã & verè corruit tota obligatio,aut verius nõ
naſcetur,ſi non ilicò placeat ſtipulatori diuerſitas. Puta,ſi ex ea cauſa decẽ
ſit ſtipulatus,(vt in pretiũ rei quã vẽderet)ex qua quinq; vel ſex ipſe ſtipu-
lari ac ſibi promitti noluiſſet. Ideoq; Iuſtinianus [r],omiſſa in totũ hac exce-
ptione ſiue moderatione,*niſi ſtipulatori diuerſitas ilicò placuerit*. quæ eſt Vl-
piani [s],æquè inutilẽ habuit hanc ſtipulationẽ, qua decẽ rogãti promittũtur
quinq;: atq; illa qua purè ſtipulãti ꝓmittitur ſub cõditione. quaſi in vtroq;,
vt valeat, debeat diuerſitas placere ſtipulatori . & cogitemꝰ nũ ad hæc ex-
pẽdi poſsint, quod fortaſsis nõ ſine cauſa aliter reſpõderit I. C.[t] cũ decẽ ſti
pulanti promittũtur viginti,hic nõ niſi in decẽ eſſe contractã obligationẽ.
quaſi illa ſtatim contracta ſit, ſimul atq; reſponſum eſt de viginti, cũ ex ea
reſpõſione iam cõſtet eos in decẽ cõſentire. Econtrariò aũt, cũ viginti ſti
pulanti reſpõdentur & promittũtur decẽ,aliter reſpõdit,quod obligatio ni
ſi in decẽ non erit cõtracta. Erit, inq;, tũc & eo caſu, ſi ſtipulatori ilicò pla
ceat diuerſitas reſpõſionis,id qđ ex interrogatione ſola ac ſtipulatione ma
ioris quãtitatis apparere nõ potuit . quãdoquidẽ maiorẽ illã quãtitatẽ ſtipu
latꝰ eſt,ex ea fortè cauſa,ex qua minorẽ ſtipulari noluiſſet. Quòd ſi vrgeas
rationẽ eſſe generalem, qua & priorẽ & poſteriorẽ ſtipulationẽ ſuſtineri
Vlpianus

a hic in glo.j.
b l.ſi ego.ſi cert.pet.
c l.ſi per errorẽ. de iuriſd. omni. iud.
d in glo.3.
e l.ſi decẽ.inſ.loca.& cõd.
f l.j.§.ſi ſtipulanti.de verbor.oblig.
g Fulgoſ.hic. & ad d.l.ſi decem.
h glo.Caſtrẽ. & alij.ad d.§.ſi ſtipulanti.
i d.l.ſi decem.
k l.2.§.circa. de dol.mal. & met.except.
l in d.§.ſi ſtipulanti.
m Chr.Port. ad.§.præterea inutilis. Inſtit.de inutil.ſtipul.
n in d.l.j.§.cum adijcitur aliquid. de verb.oblig.
o in eã.l.j.§.ſi quis ſimpliciter.
p in d.§.ſi ſtipulanti.
q lib.poſter. Inſtitu.ſuarũ. cap.9.
r in d.§.preterea inutilis. de inut.ſtipul. Inſtit.
s in d.§.cum adijcitur.
t in d.§.ſi ſtipulanti.

Vlpianus dixit, nępe quòd manifeſtiſsimũ ſit in viginti & decẽ ineſſe. Re-
ſponde o, nõ illá eſſe rationẽ, neq; in hoc allatá, cur vtilis ſit ſtipulatio, præ
ſertim in hoc poſteriore caſu: ſed cur poſsit valere, etiá cũ maximè placet
ſtipulatori minorem quãtitatẽ habere ſibi ꝓmiſſam. quod vtiq; in omni ſti
pulatione requiritur, imò & in omni genere contractus, conſenſum vtrũq;
eſſe, in illud quod verſaretur in obligationẽ. Nam quáuis de conſenſu cõ-
ſtabat, in exemplo ſtipulationis poſterioris formæ, adhuc videri poterat,
quod ne ſic quidẽ valeat ſtipulatio, eo quòd non congruat interrogationi
ſumma reſponſionis minor. Cui tacitæ obiectioni occurrẽs Vlp. dixit ſatis
ſummas cõgruere, cũ ea de qua eſt reſponſũ, placet ſtipulatori: & apparet
eũ nõ præciſè de ſolis vigĩti interrogaſſe, ſed & de decẽ, quæ vigĩti inſunt.
Atq; ita in genere, & cæteris parib᷒, nõ erit diuerſitas inter ſtipulationẽ &
vẽditionẽ atq; emptionẽ: cũ & in hac, ſi placeat diuerſitas ſummæ minoris
oblatæ, etiá ex interuallo (quia hic vnico cõtextu totũ cõtractũ peragi nõ
èſt neceſſe, vt in ſtipulatione) erit quoq; minore pretio cõtracta emptio.
Quáuis hic, & in alijs, vbi ex cauſa oneroſa fit ſtipulatio, difficilius credatur
diuerſitatẽ placuiſſe ad cõſtituendũ pretiũ emptionis, (quod I.C. formale
vocauit a) aut mercedẽ & penſionem conductionis, quàm vbi ex cauſa lu-
cratiua fit ſtipulatio, & ſtipulatoris intereſſe poteſt habere, ſi non totum
quod eſt ſtipulatus, ſaltem hoc quod eſt promiſſum.

5 Sed & error ſiue diſſenſus in corpore emptionẽ vitiat, † vt duobus exem
plis, priore de fundo, altero de ſeruo vẽdito docet Iuriſcõſultus b. Sed de
ſeruo loquẽs addidit c, abſentem fuiſſe cum venderetur. Cùm enim præ-
ſens & oculis expoſitus vẽditor, difficilius eſt credere, nõ eſſe de corpore
cõſenſum. nõ tamẽ ſemper & neceſſario præſentia ſerui remouet errorẽ d
emptoris. qd enĩ ſi aliũ pro eo quẽ emere deſiderabat, ſuppoſuerit vẽditor,
& ſic me deceperit? ſic enĩ & matrimoniũ ex errore pſonæ vitiari dicim᷒ e.

In ſubſtantia quoq; ſi erratũ eſt, puta ſi æs pro auro, plumbũ pro argẽto
vænit, iam quidẽ nõ dices in corpore erratũ, (qui error nõ niſi inter plura
& diuerſa corpora cõtingit, quorũ vnũ venditor ſe vendere, alterũ emptor
ſe emere putat) imò potius in vnũ idẽq; corpus, qđ præſens eſt demonſtra
tum, eſſe cõſenſum: ſed quia illud eſt alterius ſubſtãtiæ & materiæ q̃; crede
6 batur, magis obtinuit vẽditionẽ non † conſiſtere, f quáuis actio ex empto
& vendito detur decepto. g quod & aliàs ſit, vbi cõtractus iure nullus eſt.

Quod verò alio loco h æs pro auro pignori datũ obligari legimus, & ſti
7 puláti promiſſum † deberi i, id referũt k ad diuerſitatẽ cõtractuũ quaſi in pi-
gnore & ſtipulatione ad ſolũ corpus, in quo cõſenſum eſt, reſpiciendũ ſit.
cùm interſit creditoris ac ſtipulatoris ſaltẽ illud ipſum, quod demõſtratum
eſt, qualequale hoc ſit, deberi: & in obligationẽ veniſſe. Cùm in eo gene-
re cõtractuũ nihil ex aliorũ parte interuenerit, ad qđ viciſsim creditor de-
bitori pignoráti, ſtipulator promiſſori, obligatus ſit. Hic verò quia vltro ci
troq; obligatio cõtrahitur, & emptor ratione rei emptæ vẽditori obligatur
ad pretiũ: æquitatẽ id oĩno poſtulare, ob æqualitatẽ ſeruádá, vt nõ ſufficiat,
quoquo modo in corp᷒ eſſe cõſenſũ: niſi & in ſubſtãtia atq; materia cõſen
ſum ſit. q̃ alioqui nimiá faceret diſparitatẽ conuẽti pretij à vero valore rei.
Et hic mihi videor deprehendere aliqd diſcriminis à I.C^tis. ſignificari l, an
corp᷒ rudis materiæ, ipſaq; materia vẽdatur & ematur, an corpus artificiale
ex ea, vt putatur formatũ. Si enĩ æs ꝓ auro vęneat, iam diximus vẽditionẽ
nõ valere; ſed ſi inauratũ aliquid ſit, quod emptor putet aureum, vẽditio va
8 let: † niſi expreſsè pro auro vendatur. Et hæc in artificiali corpore, in quo
ipſa materia adhuc potiſsimũ ſpectatur, pretiumq; cõficit & auget magis,

a in l. falcidia hoc eſſe. in ſ. ad leg. Falcid.

b hac l. in vẽditio-nibus. verſi. ſi igi-tur ego me fun-dum.

c in verſi. idem eſt, ſi ego me Sti-chum.

d Salice. hic. cum Accur. in glo. verbi, abſentem.

e 29. q. 1. ſ. error perſonæ eſt.

f in d. l. in vẽditio-nib. §. inde quæ-ritur.

g l. ſi ſterilis. ſ. quamuis. ff. de act. empti.

h in l. 1. de pig. act.

i l. ſi id quod aurũ. de ver bor. oblig.

k Fulgoſ. hic. & ad d. l. 1. de pig. act. Pau. Caſt. ad l. ſi ſterilis. ſ. quãuis. de act. empti.

l in fi. l. quid tamẽ. verſi. nã ſi in au-ratũ. iuncta l. cũ ab eo. §. vlt. infra eod.

quàm

quàm forma ex arte impoſita, aliáve materia ad cōpoſitionē corporis adhuc
cōcurrens. Exēplis res erit clara, mēſam argēto coopertā, pro ſolida, mihi
ignorāti aliquis vēdidit, nulla eſt emptio[a], quia veriſimiliter emptor ſolidā,
vt dicebatur, argēti materiā, in huiuſmodi corpore artificiali, quod facilè in
priſtinā materiā redit, & iterū in argēti maſſam cōflatur, præ oculis habuit:
& ad pondus argenti reſpexit. Viriola, quia ex gēmis contextis auro vel ar
gento aliáve materia cōponitur[b], ſi aurea dicatur & vēdatur, poſteaq; inue
niatur ex parte ænea, vēditio conſtat[c]: quia gēmas potius, quàm materiam
qua cōponitur, ij qui contrahunt plerūq; conſiderāt[d]. maximè ſi aliqua ex
parte aurea ſit, qualis dicebatur, ne ſcilicet obſtet ratio I.C. (hic) qui dixit
viriolæ vēditionē ideo valere, quia auri aliquid habuit: quæ ratio aliàs huic
cōciliationi, quā aliūde petimus, videretur obſtare. Et certè cōciliatio ho
rum reſponſorū tam eſt difficilis, vt nō alio loco meminerim demiſſum Ful
goſiū eo, vt fateretur, ſicut hic[e], ſe credere eas leges eſſe vere contrarias. † 9

Porrò quod Accurſius cenſuit[f], cum materia alia pro alia vēditur, veluti
æs pro auro, nō valere quidem emptionē in ære, ſed in tanto auro, quaſi id
ad pōdus, in genere eſſe emptū, vix credi poteſt eiuſmodi aliquid eſſe actū.
cùm ſimpliciter certa materia, velut auri, ac ſpecies quædam corā demon-
ſtrata vēditur: niſi quod eo penè recidat effectus[g]: cùm parùm refert an id
qđ intereſt vēditor, an tantundē auri præſtet[h]: ſcilicet vbi conſtat vēditio,
ſaltē ad actionem emptori aduerſus venditorē dolosum dandam[i]. alioqui
vbi omnino venditio non conſtat, non agitur ex ea in id quod intereſt.

Sed etſi in ſexu erretur maſculi empti aut puellæ corruit † emptio[k], ſi- 10
cut puellis legatis non contineri pueros dicimus[l]. Sed ſi virginē ſe emere
putaſſet, quæ tūc mulier erat, emptio quidem valebit[m]: ſed ſi aliter nō erat
empturus, ex empto competit actio aduerſus venditorem ſcientem, ad re-
ſoluendam emptionem[n]. Variè tamē mulieris vocabulum † in iure noſtro 11
accipi videmus, & aliquando ad ſexum tantùm referri: aliquando à virgi-
ne diſtingui[o]: & vno aliquandò reſponſo[p] in vtraque ſignificatione.

Poſtremò autē hoc conſtat, quòd ſi in ſolo nomine erratū ſit, nihil illud
emptionē † vitiet[q]: vt nec in vlla ferè alia parte iuris is error nocet, cum de 12
corpore conſtet[r]. Sed ſi nomina propria, cū qualitate & deſcriptione ab
officio aut artificio ſeruorū, malè cōpoſuerint contrahentes, Vtputa qui
Flaccum habebat fullonē, & Philonicum piſtorē, ſe vēdere dixerit Flaccū
piſtorem: Accurſius hic[s] eandem adhibet diſtinctionē, quam in legatis le
gimus[t]. Quod ita ſequendum eſſe hic quidam[u] monent, vt animi cogita-
tione, cuius diſtinctio in legatis ad ſolum refertur teſtatorem, cuius vnius
voluntate in teſtamentis peragitur omnia, hic referamus quoq; ad empto
rem. non minùs diſtinguentes quid is ſenſerit, quàm quid venditor, & an
ad ſerui perſonā, & communes eius operas, an verò magis ad artem, à qua
cōmendabatur, reſpexerit cum emeret. Quibus autem caſibus diximus im
perfectam eſſe emptionem, † ita id accipiendum erit, vt nec obligationem 13
pariat ad implementum contractus: nec dominij tranſlationem, nec vſuca
pionem[x]. Et quæ hactenus de diſſenſu circa res venditas diximus, de re-
bus principaliter vēditis accipienda erunt, non de acceſſionibus earum[y]:
in quibus etſi diſſenſum ſit, id non modò nō viciat contractum quoad rem
principalem, quæ ex acceſſione nō debet expectare confirmationem[z]: † 14
Sed nec in ipſis acceſſionibus, quæ ſuſtinentur in virtute principij[a], in-
terpretatione pro debitore, eodemque venditore, & non pro creditore
emptore facta.

a d.l.cū ab eo. §.vlt.j.eo.
b l.medico. §.mulier decedens. de aur. & arg.leg.
c hac l.quid tamē. in prin.
d arg.l.arborib. in verbo, ſi contēplatione. inf.eo.
e ad fi.d.l.cum ab eo.
f hic ad l. quid tamen. in vlt.glo. & ad l.j.de pig. actio.
g Fulgo. hic ad d.l.quid tamen.
h l. Labeo ſcribit ſi veſtimēta.in fi. inf.eo.
i d.l.ſi ſterilis.§.quamuis.
k l.alioquin.verſi.cæterū. hoc tit.
l l.ſeruus legatū.de lega.3.
m ead. l.alioquin. §. quod ſi hoc tit.
n l.ex empto. §. ſi quis virginē.inf.de act.empti.
o Alcia. lib.4.de verb.ſig. ſub ſi. & ad l. mulieris. de verb.ſig. ex l.argumēto ſunt.§.muliebri veſte. de au.& arg.leg.l.ſecus. verſi. mulieribus. de lega.3.l.ſi collectaneus. in ſi.de manu. vind.
p in l. quæritur. §. mulierem. de Aedil.edicto.
q d.l.j.in venditionib.verſic.planè ſi in nomine.
r l.ſi in nomine.ī.de indi. l.idē Pōponius ſcribit. de. rei vēd.l.ſi in nomine ſerui.l.inter ſtipulantē.§.ſi Stichū.de verb.oblig.
s in glo.verbi, abſentem.
t in l.qui habebat. de reb. dubijs.
u Fulgo.& Salice. hic.
x l.2.§.cū Stichū.pro empt.
y l.ſi in emptione. in prin. hoc tit.
z l.quod per manus.de iure codicill. l.ex pupillari. idē vulg.& pupill.
a Fulgo.ad d.l.ſi emptor.

LEX XII. IN HVIVSMODI.

SVMMARIA.

1 *In emptione & venditione, ſpectandus eſt conſenſus contrahentium, non eorum quibus obligatio quæritur & actio.*

2 *Seruus ex mandato domini contrahens, & illud excedens, domino non præiudicat: idem in procuratore ſpeciale mandatum habente.*

ADDAMVS nūc obiter, quorū conſenſu cōſiſtere debeat cōtractus,
quē dum alius inijt, alij acquiritur obligatio & actio: vt dominò per
ſeruū, patri per filiumfa. Et hic reſponſum eſt, quòd perſonæ ementiū &
1 vēdentium ſpectari debeat, nō eorū quibus acquiritur obligatio & actio.†
Sicut enim ſocietatem reſidere diximus [a] in ipſo ſeruo & filiofa. ita & hūc
cōtractum dicemus in eorundē perſonis cōſiſtere. Ita vt nō quid dominus
aut pater ſenſerit, & an ei cū quo contractū eſt conſenſerit quæramus: etiā
ſi his præſentibus cōtractum ſit, Sed quid ſeruus, quid filiusfamil. ſenſerit,
ſcilicet cum hoc quæritur, an valeat cōtractus nec ne. Quamuis vbi alterius
rei gratia de contractu quæritur, veluti an actio danda ſit, tunc ſcientiā
& ignorantiām ſpectemus, non tam eorum qui contrahunt, quàm quibus
ius ex contractu quæritur [b]. Tunc enim reſpicimus ad cauſam externā doli
efficientis, vt actio detur: qui quidem dolus non fit ſcienti. Sed etſi ampliores
fines agri venditi, non dolo tantùm, ſed vel errore ſeruus demonſtrauerit,
non debet hoc quod amplius eſt quàm dominus ſenſerat, venditum
intelligi [c]. quia ſeruus ex mandato domini contrahens, & illud exce-
2 dens, domino nō † præiudicat [d]: & ad id quod dominus ſenſit potius, quàm
quod procurator recurrendū eſt, quādo procurator habuit ſpeciale mādatum
[e]. Quod autem paulò antè diximus, tum verum eſt, cum ſeruus nōn ex
mandato domini, quamuis eo præſente contrahit, vel ſuo iure, & ex generali
permiſſione peculij & adminiſtrationis eiuſdem.

a *ad d. l. ſi id quod. §. ſi filiusfam. & ad l. vlt. pro ſocio.*

b *l. cū mācipium. de Aedil. edict. l. imo. de lib. ca.*

c *l. ſed ſi cōmunit. §. ſi ſeruus. ho: tit.*

d *Fulgo. ibi.*

e *Bald. ibi. & facit. l. qui fundum. §. ſi procurator tuus. pro emptore.*

LEX NVDA.

SVMMARIA.

1 *Imaginaria venditio nulla eſt.*

2 *Simulata venditio, quamuis non facilè præſumatur interueniente pretio, tamen etiam pretio interueniente ſimulata eſſe poteſt.*

CVM dixerimus conſenſum in hoc contractu requiri, manifeſtum fit
nudam & imaginariam venditionem, & ſola contractus verba habentem,
nihil autem ex contrahentium mente & conſenſu, niſi in hoc vt nihil
1 vel aliud contraheretur, non eſſe venditionem: † quod tamen non facilè
præſumendum erit, pretio interueniente [f]. circa quod maxima ferè ſimulationū
pars plerūq; verſatur. Cùm aūt correlatiua ſint vēditio & emptio,
quāuis diſtinctas obligationes & actiones producat, fit quoq; vt ſimulatio
ferè vtrimq; conſiſtat: niſi quod hæc ſimulari quoq; poſſit etiā vbi pretiū
2 verè † interuenit [g], quādo alius ſub imagine alterius perſonæ emit, aut emptor
nō ſibi ſuo pretio emit, ſed ſimulat tantùm verè rē agens alterius [h]. ſed
& hoc vtrimq; conſiſtere poteſt. Non tamen negauerim, quin interdum
ex parte venditoris ad pretium cupidi, & à quocunque ſibi illud numeretur
feſtinantis, nec delectum adhibentis, cui potius vendat, vera ſit, &
minimè ſimulata venditio: vbi tamen ex parte emptoris imaginarium
quiddam, & non verus affectus emendi ſibi ipſi interuenerit. Quæ via ſolet
interdum excogitari à maritis, in fraudem vxorum, ſupponētibus alium
emptorē proximiorem aliquē agnatum, à quo, parte aliqua pretij ſoluta, curent
ſibi donari: etiā ea lege, vt reliquū pretium is cui donatur perſoluat, &

f *l. imaginaria. de reg. iur.*

g *l. 4. §. ſi ab ignoto. de manumiſſ.*

h *l. & qui ſub imagin. C. de diſtract. pig.*

mox à morte eius ad liberos eius tranſeat. Qua arte credunt effectum, ne vxores vel ex conſuetudine, vel ex pactis nuptialibus omnium acquiſitorũ bonorũ participes, vllam in ſic donatis partem habeant[a], ac ne vſumfructũ quidem: alioquin ex eiſdem pactis, aut conſuetudine, debitum in portione mariti præcedentis. obſtante ſubſtitutione illa cõuenta in donatione, qua ſi ea inter donatorem & maritum donatarium facta, in eo præualeat, priori conuentioni ipſorum coniugum[b].

[a] arg. l. queſtus. ſupra tit. pro ſocio.
[b] arg. eorũ quæ latè Henr. Boick ad cap. requiſiſti. de teſtamen.

L. LABEO SCRIBIT OBSCVRITATEM.

SVMMARIA.

1 *Aduerſus vẽditorẽ doloſè obſcurũ, fit interpretatio.*
2 *Feſtiua ac conuiualia exẽpla Accurſij & aliorum ad l. ea quæ commendandi. hoc tit.*
3 *Hæc verba,* ſtillicidia vti nunc ſunt ita ſint, *in vẽditione adiẽ appoſita, quid valeant.*
4 *Oratio ambigua aduerſus vẽditorẽ interpretãda venit, quia in eius poteſtate fuit legẽ apertius dicere.*
5 *In l. ſi in emptione fundi. hoc tit. cur interpretatio fiat contra emptorem, non contra venditorem.*
6 *Obſcuritas pacti illi nocet, qui ſua intentionis fundamentum ex verbis obſcuris accipit.*
7 *Obſcuritatem tolle ex antecedentibus & conſequentibus contractus.*
8 *Verbum, ſinere, duplicẽ habet ſignificationem.*
9 *Verba in cõtractu poſita, ne otioſa ſint, fit interpretatio pro venditore vel locatore.*
10 *Conuentio pro locatore interpoſita, nõ extenditur à contrario ſenſu ad vtilitatem conductoris.*
11 *Ordo penſionũ debitarũ, efficit vt interpretatio fiat pro venditore, in pignore diſtrahendo.*

SI DOLOSE obſcurus ſit venditor, meritò aduerſus eum fit interpretatio: † quia dolum malum à ſe abeſſe præſtare debet, qui in eo qui fallendi cauſa obſcurè loquitur, aut inſidioſè tacendo diſsimulat obſcurè[c]. Cuius rei exempla quædam feſtiua & cõuiualia † attulit Accurſ.[d] & alij[e], de equo quem venditor dixit non aſcendere aut tranſcendere arbores, intelligens pontes, quod Salice.[f] ſerio impugnat, eo quòd ligneũ pontẽ non liceat vocare arborem[g]. Ex iure autem noſtro facilè erit alia maioris rei adferre exempla. Vtputa ſi in venditione ita fuerit ſcriptũ, † *ſtillicidia vti nunc ſunt ita ſint*[h]. Nec dictum ſit quæ ſtillicidia, an quæ vicinis ædibus defluunt in tectũ, aut aream ædificij, quod venditur: an contrà, ſtillicidia quæ vicinæ ædes excipiunt ab hoc ædificio. Huiuſcemodi enim conuentio, incuria quadã abſq; dolo malo poteſt fieri, & vt non aliud habeat improbandum, quàm obſcuritatẽ ex improuiſo, non data opera cõmiſſam: alioqui enim nõ dixiſſet Iuriſconſultus[l], primũ oportere ſpectari quid actũ ſit. Nam vbi ſic doloſè alter, alterius circuueniẽdi cauſa, obſcurè loquitur, nõ poſſet vnũ idẽq; vltro citroq; actũ dicere: aut certè non eſſet dolus, ſi idẽ ſenſiſſet, & voluiſſet vterq;. Si verò nõ appareat quid actũ ſit, ſequimur iam ex regula huius reſponſi, id quod vẽditori nocet. Vt ſcilicet ea verba ſignificẽt impoſitam vicinis neceſsitatem ſtillicidiorum excipiendorum, non vt emptor ſtillicidia exciperet vicinorum[k]. Quamuis qui ædes, vti optumæ maximæ ſint, tradit: non hoc dicit ſeruitutem illis de beri, ſed ipſas liberas eſſe & alijs non ſeruire[l]. Alia quoq; huius loci exempla adferri poſſent, ex libertatis conditione à venditore excepta, at nõ ſatis expreſſa, cum homo venderetur. i. ſeruus ſtatuliber[m]. Et infinita ſimilia, de quibus generaliter eſt traditum[n], aduerſus venditorem accipi orationẽ ambiguam: addita etiã cauſa, quòd is legem dixit, & in eius fuit poteſtate legem apertius dicere. † 4
Quid igitur, inquies, illud eſt, quòd ſi dictum ſit, Stichum accedere fundo empto, nec ſatis intelligatur, imò nec inter contrahẽtes conſenſum ſit quis accedat, eum deberi dicimus[o], quem vẽditor intellexerit? fortè longè minoris pretij. † An quod non venditor in venditione, ſed emptor in emptione fundi, de acceſsione Stichi dixerit, ideoque aduerſus hunc, vt locutum ambiguè, verba interpretari oporteat[p]? atq; adeo aduerſus eum, in cuius fauorem

[c] l. ea quæ commendandi, in fi. iaſ. eo.
[d] ad l. ea quæ cõmendãdi. infra eo.
[e] Odofre. hic. & Alberic. ad l. veterib. de pactis.
[f] ad d. l. ea § cõmendandi.
[g] l. ligni appellatio. de legat. 3.
[h] l. cũ in vẽditione. hoc tit.
[l] in hac l. cũ in vẽditione.
[k] hic & in l. ſi arborem. §. hæc lex traditionis. de ſer. vrb. prædior.
[l] l. qui vti optimè. de verbor. ſignifi.
[m] l. qui libertatis. §. j. de euictio.
[n] hic & in d. l. veteribus. de pact.
[o] ex prin. l. ſi in emptione. hoc tit.
[p] c. cõtra eum. de reg. iur. in 6. glo. hic. Salic. et Fulgo.

fauorem dicuntur, etiam ſi dicat alius. Quod tamen alijs [a] non placet. *a Bart. & Ang. ad d.l. veteribus.*
Non enim diſtinxerunt veteres, in cuius fauorem conuentio apponeretur: ſed quis illius verba vel ſcripturam formaſſet. Quodſi à tabellione ſit factum, qui ſuis verbis de contractu loquitur, aut ſcribit, & non refert ipſa contrahentium verba, iam facilè conceſſerim [b] obſcuritatem pacti illi *b cum Paulo Caſtrenſ. ad d.l. veteribus.*
6 nocere, qui ſuæ intentionis fundamentum ex illis verbis acciperet. † Cur ergo de venditione & locatione potius, quàm de emptore & conductore propoſita ſunt hæc reſponſa? Crediderim id factum, vt & alijs locis [c], gratia frequentioris vſus, non quod ſemper venditores & locatores edicant, qua lege quid vendant aut locent: ſed quod multo frequentius id fit, quàm quod emptores aut conductores legem dicant, qua emant aut conducant, vt in rebus auctione publica venditis, quotidie videmus, & *c Iaſon ad l. 2. ſolut. matri. gloſ. 1. l. 2. de his qui ad eccleſ. confugiunt. gloſ. Cle. 1. ad verbum præſidentes. de reſcriptis.*
ſic Cicero [d] ei, cuius bona ex edicto væneunt, dixit, magiſtros fieri, ac dominos conſtitui, qui qua lege & qua conditione pereat (nimirum bonis eius omnibus diſtractis) pronunciant. Hoc tamen in vniuerſum puto tenendum, quæ hactenus dicta ſunt locum habere, cùm verè obſcura eſt cõuentio, nec quicquam eſt additũ, vel ex antecedentibus vel conſequẽtibus depreheñſum, ex quo, iuris interpretatione, tollatur obſcuritas, ex præſumptione tam veriſimili mentis contrahentium, vt dicas, obſcuritatem *d Pro Quintio.*
7 nullam ſubſiſtere. † Vtputa in lege locationis eſt ſcriptum: *Redemptor ſiluam ne cædito, neve quem cædere ſinito.* Hic quidem verbum, ſinere, dupli-
8 cem habet ſignificationem: † vt prohibeat, ſi viderit cædere volentem, aut vt ita cuſtodiat, ne quis id facere poſſit, ſed hic poſteriorem interpretationem ſequimur pro locatore, qui legem dixit, & contra cõductorem [e], ne poſterior illa particula conuentionis omninò otioſa ſit, & nihil *e l. in lege locatoris. inſt. locati & conducti.*
9 ſuperaddat priori, † qua vel ſola ſatis hoc cautum erat, ne quos præſens videret cædentes, illis conſentiret, permitteretque, dãno domini locatoris, in cuius locum ſe ſubſtituit ad temporalem cuſtodiam. Sic & alio loco [f] per locatorem, & pro eo interpoſita conuentio, non extenditur à *f in l. ea lege fundũ, loca.*
contrario ſenſu (à quo argumentum etiam in cõtractibus rectè ducitur [g]) *g l. inter ſocerum. §. cum inter. de pactis dotalib.*
10 ad vtilitatem conductoris, † propterea quod in eius pœnam, ob culpam omiſſæ culturæ, de qua conuenerat, hoc pactum adiectum ſit. Sic quoque vbi is qui inſulam vendidit, in triennium adhuc locatam, dixit prioris anni penſionem ſibi, ſequẽtium annorum emptori acceſſuram, pignorumq́; ius ab inquilino datorum vtrunque habiturum. cùm fortè ea pignora, non vtrique ad omnium annorum penſionẽ ſufficerent, hic, quia non apertè ſatis dictum eſt à venditore, quomodo pretium ex omnibus pignoribus diſtractis, conflatum inter eos diſtribuatur, videri poterat, ex regulis hic propoſitis, commune illud fore vtrique, pro menſura debiti principalis. Sed aliter eſt deciſum [h], pro venditore, vt primam quamque penſionem cauſa integra pignorum ſequatur, & ſi quid ſuperſit, in ſequentium annorum penſionem proſit. Sed cur ſic in re tam obſcura? Profectò, quia legis interpretatione veriſimile eſt hoc actum eſſe, nimirum ex ordine annorum, quo penſiones diſtributæ ſunt, vt primi anni penſio venditori *h in l. inſulam. qui potior. in pignore.*
11 ſeruaretur, ſequentium concederetur emptori, † quare ex ordine penſionum principaliter debitarum, deſumitur coniectura ſimilis ordinis, quoad pignora, accedentia ad ſecuritatem creditorum. Ideoq́; iuris præſumptione ſic tollitur obſcuritas, vt non poſſimus illi conuentioni accommodare regulam huius reſponſi, quòd obſcurus ſermo venditori nocet.

TERTIVM CAPVT.

DE REBVS.

SVMMARIA.

1 *Venditio non eſt ſine re quæ væneat.*
2 *Fructus & partus futuri rectè emuntur. ac generaliter in obligationem deducuntur.*
3 *Conditio poſtquam euenerit, retrotrahitur ad tempus contracti negotij.*
4 *Fructus futuri ſi venditi fuerint, atque non naſcantur, an actio ex empto detur.*
5 *Saliceti ratio à Mudæo expenſa.*
6 *Multum intereſt rem futuram quis emat, an verò ſpem tantùm.*
7 *Emptio rei quæ eſt apud hoſtes an valeat?*
8 *Solum immobile bello captū publicatur, non autem fit militum occupantium.*
9 *Res empta venditaq́; quæ tēpore contractus nō erat in rerum natura, ſed putabatur eſſe.*
10 *Si duo ſerui pariter vno pretio vendātur, & alter ante venditionem deceſſerit, an in ſuperſtite conſtet venditio.*
11 *Domus ſi vendatur, in qua fuit incendium, valet emptio, ſi vel media pars ſalua ſit.*
12 *Vnica venditio, an plures factæ ſint, inſpiciendum, non ſolùm in contrahenda, verùm etiam reſoluenda, &c.*
13 *Vnica emptio, quamuis ſit etiam plurium rerum, tamen vnius rei nomine emptor agere poteſt, ſed non tam facilè venditor.*

SVCCEDIT ex ordine tertium caput, de rebus, quod ferè in eo verſatur, quod rem aliquam eſſe oporteat, quæ væneat, quodq́ue illius debeat eſſe commercium, & hoc interdum generaliter interdictum eſſe, vt rei ſacræ, religioſæ, publicæ, liberi hominis: interdum ſpecialius, ratione perſonæ vendentis aut ementis: & ratione finis, ſiue vſus in quem venditur. De ſingulis nunc videamus.

L. NEC EMPTIO.

Et primò quidem non poteſt conſiſtere emptio & venditio, ſed nec
intelligi, aut animo concipi, ſine re quæ væneat, † quod cur expreſsim, tam s
de emptione, quàm de venditione, dixerit Pomponius, cùm ſint relatiua,
& alterum, vt videtur, ſufficere poterat, alio loco [a] oportunius dicetur.
Fructus tamen & partus (de quo ſeorſim loquimur, quia is in [b] fructu non
eſt) futuri, rectè emuntur & venduntur: † ſicut obligātur [c], ſtipulando pro- 2
mittuntur [d], & teſtamento legantur [e]: Vis autem talis emptionis ea eſt,
quòd tacitè inſit non ſolùm dilatio, quam res ipſa poſtulat, verùm etiam
conditio [g], quæ cùm euenerit, retrotrahitur, quaſi tunc venditio facta in-
telligatur, cùm eſt cōtractum negotium: † ne prius ſine re facta videatur [h]. 3
Quid ergo, non natis fructibus, erit ne emptio? dubitationem facit, quod
Iuriſconſultus hic [i] dicat, tunc ex empto agi poſſe, cùm id egerit vēditor,
ne naſcatur fructus, aut partus: ſi igitur id non egerit, ſed fatali malo eue-
nerit, vt non naſceretur, videtur ex empto non nata actio, ne ſine re em-
ptionem eſſe dicamus. † Ita vt & pretium, in eam fortè cauſam, ab empto- 4
re prærogatum venditori, reſtituendum eſſet [k]. Ex aduerſo autem, eadem
verba Iuriſconſulti, in aliam partem, præbent argumentum: ſi enim tunc
demum ex empto eſt actio, cùm impediuit vēditor ne naſceretur fructus,
videtur quod cū id non egit, ſed fortuna factū eſt, vt non naſceretur: iam
actionem non ſupereſſe, ne ad pretij quidem reſtitutionē, ſi omninò em-
ptio non ſit. Mouerunt hæc nonnihil Salicetum [l], vt cogitandum reliquerit,
an pretium prærogatum reddi, non natis fructibus debeat: & an emptio
verè aliqua ſit: quod alio loco [m] plenius examinauit, diſtinguens in effe-
ctu, an fructus futuri emantur, vt alia, an ſub conditione, ſi naſcantur.
Mihi ſanè videtur, pro regula tradi poſſe, huiuſcemodi rerum emptionem ſemper ſub conditione ſtare, ideoque non natis fructibus, nullam emptionem eſſe [n]: pretiumq́ue reſtitui, ſi non actione ex empto (quod tamen non eſſet abſurdum fateri, quamuis contractus per ſe nullus ſit [o]) ſaltem condictione ſine cauſa [p]. neque tamen ob id otioſum erit, quod hic dicitur,

a ad l. domum. hoc tit.
b §. in pecudū. Inſtit. de rerum diuiſion.
c l. & quæ nondum. de pignoribus.
d l. interdum. de verbor. obligat.
e §. ea quæ in rerum natu. Inſtit. de legat.
f l. interdum. de verbor. obligat.
g l. 1. in fi. de condit. & demonſtrat.
h Bald. hic.
i in verſic. ſed ſi id egerit.
k arg. l. domum. j. eod.
l hic verſic. quærit. glo. finalis.
m ad l. empti fides. l. eo. tit.
n arg. l. neceſſario. in prin. verſic. quod ſi ſub conditione. inf. de peric. & cōmod. rei vendit.
o l. qui officij. §. qui neſciens. hoc tit. l. ex empto. §. ſi quis virginē. l. ſi ſterilis. in princ. & §. quāuis. de act. emp.
p gloſ. vlt. ad finē. l. ſi debitor. §. veriſimile. j. eo.

dicitur ex empto agi,ſi id egerit venditor,ne fructus naſcatur: tunc enim
plenius adhuc agetur,videlicet ad vniuerſum quod intereſt,ob dolũ ven-
ditoris,ſicut cum præſciuit non naſciturum [a].ad quod cum dolus aut cul-
pa imputari non poteſt venditori,non poſſet agi. Quando ergo quis om-
nes fructus emit alicuius prædij,eo anno naſcituros, vel illorum tertiam,
quartam,aliamve ſimilem aliquam portionem ; fit vt nullis natis nulla ſit
emptio,ſine re, & deficiente conditione. Si qui verò nati fuerint, quan-
tumuis tenues,perficitur emptio, nec fit emptori vlla remiſsio ob ſterili-
tatem,cùm hoc genus venditionis directo referatur & pertineat ad fru-
ctus,& inter ſpem & metum lucri damnique emptorem conſtituat. Si ve-
rò certa & determinata aliqua quantitas ematur, vtputa decem modij fru
menti,ex hoc fundo naſcituri,inerit & nunc conditio,non quidem colle-
ctiuè, ſed diſtributiuè, vt aiunt [b]: hoc eſt, non ſic, quòd tota ea quantitas
naſci debeat,vt emptio ſit,etſi quid defuerit conuentæ quantitati,iam non
putetur contracta, velut deficiente conditione:ſed vt ſi quicquam naſca-
tur,& quatenus naſcetur,ſaltem in illo putetur contracta.quod ſignifican
tius dixit Iuriſconſultus [c],venditorem,qui ſtipulatus eſt pro decem pon-
do olei,quod natum eſſet,pretium conſtituiſſe ex eo, quod natum eſſet,
vſque ad decem pondo olei,hoc eſt,vel pro decem pondo,ſi tot naſcan-
tur,vel minore quantitate,pro rata portione,non verò vltra decẽ pondo.
Et quod Salicetus addit, de fructibus venditis & emptis,vt alea:eã qui-
5 dem comparationem non improbo,† ſed non ſatis ſcio,an in reſponſis Iu-
riſconſultorum ea ſic facta legatur. memini eos de periculo,ex conditio-
nali venditione & emptione ſuſcepto,eſſe locutos: quod vt interdũ à ven
ditore ſuſcipitur [d]: ita & ab emptore poteſt ſuſcipi. æquè vt in condi-
tionali emptione rei præſentis, quæ pendente conditione interit [e]. Sed
per eam conuentionem ſuſcepti periculi ab emptore, repræſentatur perin-
de,atque ſi adhuc eſſet,etiam poſt interitum, & non poſsit excipere em-
ptor conuentus de pretio rem non tradi, cuius ipſe ſuſcepit periculum,
quo non ſuſcepto,audiretur [f]. Quo quidem pacto dicunt quidam [g] actio-
nem reformari,ita vt ex emptione rei,conſtituatur emptio ſpei. Et hoc
illud eſt,quod Salicetus voluit,cùm de alea diceret. Alij verò [h] exiſtimãt,
actionem conſeruari,id eſt,eius fundamentum ſuſtineri, atque foueri ex
conditionali emptione,vbi aliàs ſuapte vi, & ceſſante pacto, nulla actio
competijſſet. Itaque vbicunque conſiderare poſsimus rem velut emptam
vel præſentem,vel naturaliter futuram,non dicemus emi ſpem, ſed rem:
quamuis ſub conditione,& ſuſcepto periculo. Sed vbi nihil verè ſubeſt
rei,neque præciſe emitur res,vel vt præſens,vel vt futura:ſed emitur quic
quid iuris venditor habuit(cùm fortè aliquod habere putaretur)in re præ
ſenti,hic fatebimur emi,vt aleam:veluti ſi qua ſit hæreditas, tibi empta e-
rit aureis tot [i]. Quo fit, vt huiuſcemodi venditio, vendo quicquid iuris
habeo in eo fundo,non præbeat iuſtum titulum vſucapionis rei [k]. Refert
6 autem plurimum an ſpei, aut rei futuræ ſit emptio,† propterea quòd hæc
(vt dictum eſt) conditionalis ſit:illa verò, præſens, atque pura. ita vt te-
neat,etiamſi res nulla ſequatur, ſi nihil inciderit [l]. & quod miſſilium no-
mine eo caſu captum eſt, ſi euictum fuerit, non tenetur de euictione
venditor [m].hoc enim ſic actum præſumimus,ex ſubiecta materia: nam ſi-
cut hoc expectauit emptor,an quid in vulgus mitteretur,& ſpargeretur,an
caperetur:ita & hoc ſuo periculo ſuſcepiſſe intelligitur,quale & cuius id
eſſet,quod fortè caperetur:qui enim maiora illa in ſola ſpe habuit,nõ audi
retur,ſi de minutiore hoc(cuius ſcilicet res eſſent)vellet eſſe ſecurior.

a d.l.ſi ſterilis.in princ.

b Bart.Bald.& alij. ad l. ſi debitor. §. veriſimile. hoc tit.& ad l. Stichum, qui means ent. de legat.

c in d.§. veriſimile.

d l.fiſtulas.§.frumenta. hoc tit.

e l. ſi in venditione. de peric.& commod. rei ven.

f l.neceſſario. verſic. ſanè ſi pendente. de peric. & commod.rei vendit.

g Fulgo. ad d.l. ſi in venditione.

h Paul.Caſt.ad ſi. legis pe- tens.C. de pactis.

i l.nam hoc modo.de here. vel act. vendit.

k Bart. Alex.Iaſon.& alij ad l.ſi ſic.§.1. de lega.1.

l hac l.verſic.aliquando tamen.

m hac. l. in ſi. ver. et quod miſsilium. l.2.quæ.rer. actio non da tur.

His nunc proximè accedit emptio quæ eſt rei verè exiſtentis, ſed a-
pud hoſtes, ita vt cõmercium noſtrum exijſſe videatur. † Veluti ſerui qui 7
apud hoſtes eſt, & venditur [a] tamen atq; legatur [b], non ſolùm, ſi ab hoſti-
bus captus poſtliminio redire ſperetur [c]: verùm etiam, ſi ſemper fuerit ho
ſtium [d]. vt quidam [e] aduerſus Accurſium cenſuit [f]. cùm facilè aliquo caſu
ad nos venire, & ſic præſtari poſsit: quamuis fundi qui ſemper hoſtium
fuit, & in eorum eſt ditione, non æquè probabilis ſit emptio, aut ſtipu-
latio [g]. hanc enim cõmparat Iuriſconſultus ſtipulationi hominis mor-
tui aut liberi, cùm immobile ſolum bello captum publicetur [i]: † non au- 8
tem militibus per occupationem concedatur: niſi quatenus in pretium
eis fuerit aſsignatum [k]. atque ita hoc ipſum auget difficultatem commer-
cij, quòd ſolum ſit factum publicum [l]. Sanè expulſis hoſtibus ex agris,
quos ceperat, dominia eorum agrorum ad priores dominos redeunt [m].
ideoque & vendi, & donari poſſunt [n]. quamuis id Hannibal indignè le-
gatur tuliſſe, cùm caſtra prope Romam habens, reſciuit ex captiuo quo-
dam, eum agrum, in quo ipſe caſtra haberet, vænisse, nihil ob id dimi-
nuto pretio, id adeò ſuperbum & indignum ei viſum eſt, eius ſoli quod
ipſe captum bello poſsideret, haberetque inuentum Romæ emptorem, vt
extemplò, vocato præcone, tabernas argenteas, quæ circa forum Roma-
num erant, iuſſerit vænire. qualem venditionem ſub cõditione, ſi in ſuam
poteſtatẽ res venerit, æquè fieri dicemus poſſe, vt donationem [o].

Hactenus egimus, quando emitur res quam ſperebamus futuram: nunc
videamus, ſi ematur ea quam contrahentes credunt exiſtere, ſed fallun-
tur: cùm ante emptionem interierit. † Quod quidem argumentum in va 9
rias ſpecies vertunt Iuriſconſulti. hoc interim vbique præſupponentes,
interijſſe rem antequam venderetur [p]: damnum enim, quod poſt con-
tractam emptionem contingit, emptoris periculo eſt: neque eum à pre-
tio ſoluendo liberat [q]. Prima ſpecies hic ſe offerens ea eſt [r], ſi duos quis
ſeruos emerit pariter vno pretio, quorum alter ante venditionẽ mortuus
eſt, neque in viuo conſiſtere emptionem. † hic autem non diſtingui- 10
mus, an vnum ſine altero empturus erat, nec ne: ſufficit ad id, de quo quæ-
rimus, quòd vnum abſq; altero non emerit, ſed duos pariter vno pretio [s].
quamuis interim non negauerim, quin & ipſa connexio rerum plurimum
hic faciat, ad hoc vt vnica plurium rerum dicatur emptio. Veluti, ſi quis
emat ſeruos comœdos, mulas bene pares, quadrigam equorum, aut ſimi-
les res, quarum vnam abſque altera non erat empturus. At inquies, ſi
domus vendatur in qua fuit incendium, valet venditio, ſi vel dimidia pars
ſalua ſit [t]. † cur ergo non valet, vbi adhuc vnus duorum ſeruorum em- 11
ptorum ſupereſt? Reſpondet Accurſius [u], Quod hic fortè vnum abſque
altero non erat empturus. Sed iam diximus in conſideratione id non
haberi, tanquam neceſſarium ad id, de quo quærimus: & fortè nec di-
midiam partem ædium fuiſſet empturus, pertæſus ſumptuum, in altera
parte reſtauranda. Melius ergo reſponderi poterit [x], quòd ibi eſt v-
num corpus, quod ex contingentibus, & pluribus inter ſe cohærenti-
bus partibus conſtat [y]: hic verò duæ ſunt diſtantes res, duo ſcilicet ſer-
ui, non vni nomini ſubiecti: neque ſimul vnum aliquid conſtituentes,
ita vt non facilè ex diuerſitate eiuſcemodi rerum portiones inueniri
queant [z]. Hæc autem quæ diximus, de rerum inter ſe connexione, &
vno quo ſunt emptæ pretio, conſideramus, non tantùm in contrahen-
da venditione & emptione: hoc eſt, an vnica, an plures contractæ ſint:
verùm etiam in ea reſoluenda, † ex pacto addictionis in diem [a], & in 12
redhi-

a l. vlt. inf. de act. empti.
b l. id quod apud hoſtes. de legat. 1.
c d. l. id quod apud hoſtes.
d l. ab omnib. §. etiam. de legat. 1.
e Soſinus ad d. l. id quod apud hoſtes.
f in d. l. vlt. §. de act. emp.
g Soſin. ad d. l. id quod apud hoſtes. ex l. liber homo. in ſtipulation. in fin. de verbor. oblig.
h in d. l. liber homo. de verbor. oblig.
i d. l. ſi captiuus. §. 1. de captiuis & poſtli. reuer.
k l. in agris. de acquir. rer. do. l. Lucius. de euictio.
l l. apud Iulian. §. vlt. de legat. 1.
m d. l. ſi captiu. §. expulſis.
n Bart. Saſ. & alij. ad d. l. liber homo.
o c. abbate ſane. de re iud. lib. 6.
p l. etſi cõſenſum. in princ. hoc tit.
q §. cũ autem emptio. Inſti. de emption. & vendit.
r l. ſi duos quis ſeruos emerit. hoc tit.
ſ l. quod ſi vno. in princip. inf. de in diem addict.
t l. domũ. hoc tit.
u hic ad verba. cõſtat emptio.
x cum Fulgoſ. hic.
y l. rerũ inſtaur. de vſuca.
z arg. l. ſi alterius atq; alterius, iuncta. l. queſtes. §. ſi duo in fi. de hered. inſtit.
a l. cũ duo ſerui. inf. de in diem addict.

59

redhibitione omnium, ex vnius vitio[a]. denique & in ſupplendo defe-
ctu menſuræ vnius rei,ex eo,quòd in altera abundat & excedit[b]. Sed vbi
diſtinctim,in ſingulas res conſtitutum eſt precium, non iuuabitur, neque
ſuſtinebitur vnius rei emptio,in qua læſus eſt emptor ex alia, in qua magis
læſus eſt vẽditor. quin emptori decepto,ex remedio iuris[c], ſuccurratur[d].
Præterea quamuis vnica ſit emptio plurium rerum, vnius tamen nomine
13 ex empto agi poteſt[e]. † vt & commutatis ſimul rebus pluribus, quan-
tumuis[f] ſeparatis. Venditor verò non æquè expeditè vnius rei nomine a-
get[g]: quod quamuis voluat & reuoluat Iaſon[h], non tamen perducit ad a-
liquem exitum,cùm rationem diuerſitatis inquirit inter emptorem & ven
ditorem: quæ alioqui ſatis expedita videtur. nam emptor eſt, qui de rebus
agit,quarum emptarum ſingulas æquè ei præſtare oportet: & ſic merito
vnius rei nomine agit: venditor verò ad precium agit, quod non eſt ei
concedendum, vt inſtituta actione,diuidat, & in ſingulas res pro ſuo ar-
bitrio deducat.

a *l.cum eiuſdem. de ædilitio edicto.*
b *l.ſi duorum. de act.emp.*
c *l.2.C.de reſcindẽda venditione.*
d *Bald.ad l.vlt.§.præterea.C.de iure dom. Iaſo. ad l.ſcire debemus. de verbor.oblig.*
e l.etſi vno.inf.de act.empti.
f *l.in commodato.§.duab. commodati.*
g *Bart.ad d.l.ſcire debemus.*
h *ad d.l.ſcire debemus.*

L. DOMVM.

SVMMARIA.

1 *Domus combuſta ſi vendatur, an emptio teneat, diſtinguit Paul.*
2 *Quid partis ædificij nomine hic appelletur, an etiam ſolum, ſiue area.*
3 *Scienter emens domum exuſtam, nõ videtur à fraude excuſari.*
4 *Scienter emens domum exuſtam, vẽditore id ignorante, nõ habet beneficiũ. l.2.C.de reſcind. vendit.*
5 *Fulgoſij ſententia etiam latius extendit reſponſum Iuriſconſulti Papin. etiamſi nulla pars domus ſuperfuerit.*
6 *Mudæus cõmunem ſententiam tutiorẽ arbitratur.*

CVM domus emitur combuſta,an contractus teneat,diſtinguit Pau-
1 lus, † totam ne domum, an partem aliquam, & quantum incendium
abſumpſerit, & id ſciuerint, an ignorauerint contrahentes. Et hoc
rurſus variè: aut enim vterque ſciuit venditor & emptor, aut vterque
ignorauit, aut ſciuit alter, ignorante altero. Cùm vterque ignora-
uit, videri poſſet, obligationem ex conſenſu nulla fraude infecto, v-
trinque naſci. At non poteſt deficiente re quæ væneat[i]? Vtique, ſi
nec dimidia pars ædificij permanſerit: tunc enim non ſolùm compel-
litur perficere emptionem: ſed etiam quod fortè per eum ſolutum eſt,
repeter. qui ſi dimidia tantùm pars, vel minor exuſta eſſet, venditio-
nem implere deberent. pretio tamen ob damnum, quod ex incendio eſt
acceptũ,arbitratu boni viri diminuto. Partis aũt loco hic ea tantum habe-
2 mus,quæ ædificij ſunt, † nõ ſolùm ipſum, quamuis alioqui verè pars ſit do-
mus, & quidem maxima[k], cùm magis ad ſuperficiem, quàm ad ſubiectum
ſolum contrahẽtes reſpexerint[l]. Quòd ſi vterq; ſciuerit, nihil actum eſſe
dicemus, dolo inter vtramq; partẽ cõpenſato: ob quem dolũ iudiciũ iſtud
quod bonæ fidei eſt, ſtare non concedimus. At quis, inquies, dolus hic po
teſt vtrinq; conſtitui, cùm vterq; ſciuerit: & ſcienti non fit iniuria, neq;
dolus[m]? Certè vnica dictione adiecta, quæ ex ea regula eſt omiſſa, facil-
limè hoc diſſoluitur. propoſita eſt enim regula, non de ſciente tantum: ſed
& conſentiente. fieri autem poteſt, quòd vterque ſciat, ſed neſciat alte-
rum ſcire, cum quo contrahit: & ſi ſciuiſſet, diſſenſurum fuiſſe. Quem au-
tem fructum ſuæ emptionis expectat emptor, qui ſciens prudenſque emit
3 domum, quam ſcit exuſtam: non facilè dixeris. † Niſi fortè quod mala men
te, atque malo animo id faciat, cùm venditorem ignorare putet, & ſic
ſe, diſſimulata ſcientia, nactum exiſtimet occaſionem vexandi vendito-
rem, & exaggerandæ petitionis, de eo, quòd ſua dicet intereſſe, ſibi tradi
quod

i *l.nec emptio.inf.eod.*
k *l.domo. de pig. act. l.qui res.§.mol. in fi. de ſolut.*
l *Alb. hoc arg. l. arborib. prox.ſequẽt. in verbis, ſi cõparatiõe illarũ arborũ.*
m *l.nemo videtur.fraud. de reg.iur. c. ſcienti. eo.tit. in 6.*

quod emit, & ſic venditorem, quibus pene velit legibus, conſtringat. Sicut cùm venditor quidem ſciebat domum exuſtam, emptor autem ignorabat, ſi quantulacunque pars ædificij maneat, ſtare dicimus venditionem, & venditorem emptori quod intereſt præſtare. Nã ſciens prudensq; ignorantem emptorem decepit, in eo, quòd ex ſua parte pro implemẽto contractus præſtare eum oportet. Imò, ſi emptor ſciuerit ignorante venditore, omne pretium conuentum, ſi non eſt depenſum, ſoluet: aut ſi ſolutũ ſit, non repetet. & hic tamen emptor non decepit venditorem, circa illud quo ipſe emptor contractum, ex ſua parte, implere debeat, nempe pretium: quin potius ſubleuat à damno venditorem: ipſe quodammodo ſuſtinens periculũ interitus rei, quæ venditori, antequam venderet, perierat. Quod ſi cui nõ ſat æquum videatur, is hoc cogitet, quòd non ſola emptoris ſcientia, cũ venditoris ignorantia, damnum hoc à vẽditore ad emptorem transferat: ſed emptor ſuo ipſius cõſenſu ſeſe obligat. qui quamuis nõ ignoraret perijſſe rem, conſenſit tamen eam emptã habere, & ad pretij ſolutionem ſe ſponte obligauit. Quo fit, vt non poſsit poſtea ſe læſum dicere, neque ad beneficium legis † confugere [a]. quo ſuccurri ſolet, deceptis 4

a l.2.C. de reſcindẽda venditione.
b Bald.hic.

vltra dimidium iuſti pretij [b]. Quin etiam maius quiddam Fulgoſius hic dicit, ſe trepidè primum animo concepiſſe, ac deinde perſpecto exactius

c in l.arborib.hoc tit.

ſequenti reſponſo Papin. [c] omninò ſententiam obfirmaſſe, quod etiam, ſi nec minima pars ædificij ſuperſit, idq; ſciat emptor, ſed ignoret venditor, æquè locum habere, quod iam diximus, teneri emptorem, vt pretium ſoluat vniuerſum: † tum, quod in hac parte ſui reſpõſi nihil repetat, nihil 5 diſtinguat Iuriſconſultus, an aliqua pars ædificij ſalua manſerit, nec ne. Quod tamen paulò ante, conuerſo caſu, cùm venditor ſcit, & emptor

d in verſic. ſin aũt venditor quidẽ.
e in d.l.arboribus.

ignoret, apertè diſtinxerat [d]. tum quod paulò poſt [e] tam apertè Papinian. diuerſam conditionem conſtituat venditoris & emptoris, dicens nihil referre, ſciuerit an ignorauerit venditor, extinctam eſſe rem. Quaſi æquè vtroque caſu non teneat venditio rei prius extinctæ. In venditore verò diſtinguit, ſciuerit an ignorauerit, ſubindicans, quòd ſi ſciuerit arbores etiam omnes (nihil enim eo Papiniani reſponſo diſtinguitur) deiectas aut abſorptas, teneat emptio, & pretium totum ſoluat. Et videtur ſanè hæc aliquam habere rationem: nam vt maximè dictet æquitas, venditorẽ teneri ſcientem, tunc etiam, cùm nihil ex ædificio ſupereſt: lex tamen ipſa, atq; adeò natura contractus refragari videtur, ob defectum rei quæ nulla eſt, quam dicere poſſes venditam: ad quam tamen tradendam obligatio venditoris, ſi qua eſſet, cenſeretur contracta. Emptorem autem ſcientem obligari eadem æquitas deſiderat, & res ſubiecta commodè patitur. Ad pretium enim tenetur in genere [f], quod interire non poteſt [g]: Neque omninò præter exemplum id fit, quod emptor venditori obligetur, & nõ contra, emptori venditor [h]: atq; ita in effectu voluit Fulgoſius, ſine re quæ væneat ſtare emptionem: ſed non venditionem, cui apertè reclamare videtur Pomponius, cùm ait [i]: nec emptio, nec venditio, ſine re quæ væneat, poteſt intelligi. Niſi fortè dicas, quòd illud de vera contractus ſubſtantia, & de ordinario eius vtrinque implemento, accipiendum ſit: hic verò Paulus, non tam de contractu ipſo, quàm de iudicio empti & venditi vtrinq; inſtituẽdo, ac moderando ſit locutus. cùm hic ſubinde indicij cõditionis ſoluti, & depenſi prædij petitionis nondum ſoluti, & boni viri arbitratu moderandi mentionem faciat. Sed hic tutius erit communiora ſequi: † & vtroque caſu, cùm vel emptor ſcit, vel venditor, ignorante altero: 6 æquè dicere neceſſario rem quæ væneat, vel aliquam eius partem: vt contractus

f l.ex empto.in ſ.princip. infr.de act:o.empti.
g l.incendium. C.ſi certum petatur.
h l. ſi in emptione. §. item ſi emptor, ho: tit.
i in d.l.nec emptio.hoc tit.

tractus valeat,& iudiciũ detur.Et eo ſolo caſu nihil referre,an tota domus exuſta ſit,an ex parte: cùm id ſcit vterque. nam illa verba: *Domum eſſe exuſtam totam, vel ex parte*, Iuriſconſultus incluſit medio orationis,qua illum ſolum caſum exprimit, quæ alioqui facilè poterat,ſi voluiſſet,& ad caſum præcedentem referre:cum ſcilicet ſcit emptor, & venditor ignorat.

L. SI IN EMPTIONE. §. OMNIVM RERVM.

SVMMARIA.

1 *Omnium rerum quas quis habere, poßidere, vel perſequi poteſt, venditio rectè fit. l. ſi in emptione. §. omnium. hoc tit.*
2 *Seruitutes vna cum prædijs tranſeunt & poßidentur, & vicino prædio per venditionem cõſtituũtur.*
3 *Illæ res vendi poſſunt, quarum iure gentiũ eſt commercium: ſed non vbiq;, neq; ſemper, neque omnibus.*
4 *Liberi hominis venditio an valeat.*
5 *Rei ſacræ vel religioſæ nulla eſt venditio.*
6 *Littorum nulla eſt venditio, neq; ea cedunt in modum agri venditi: ripæ verò cedunt.*
7 *Venditio prohibitu ex fine in quem deſtinatur.*
8 *Qui negotiandi cauſa domum aut villam diruit, ex Senatuſconſulto, duplum præſtat fiſco.*
9 *Turpis, inhumana, & reprobata conditio venditioni adiecta, non valet.*
10 *Seruus à domino vendi non poteſt, vt cum beſtijs depugnet.*
11 *Venena mala vendens in l. Cornel. de ſicar. incidit*
12 *Feuda fundi Eccleſiæ, pupillorum, aut minorũ, non alienantur, niſi cum ſolennitate.*

1\.
CVM iam ſatis ſuperque dixerimus, rem aliquam eſſe oportere, quæ væneat, nunc qualem eam eſſe oporteat, videamus. Qua de re hanc regulã hic dedit Paulus, Quòd omniũ rerum, quas quis habere, poſſi-
1 dere, vel perſequi poteſt, venditio rectè fiat: † Sed vt videtur, generaliorem, quàm conueniat, cùm varij ſint modi & habendi & perſequendi, habemus. & perſequimur liberos noſtros [a], perſequimur & publica popularibus actionibus, aut ex interdictis agẽtes [b]. Quòd ſi reſtinguas regulam ad ea ſola, quæ in bonis noſtris ſunt, & quæ perſequimur, vt nobis, & in dominio noſtro habeamus, & poſſideamus: iam ſtrictior videbitur, quàm conueniat, tum quòd ſeruitutes emantur & vendãtur, quæ tamen dicuntur in bonis non eſſe [c]: tum quod & liberos interdum patri vendere licuerit [d]. Quare ciuile temperamentum, vt plerunque ad omnes regulas, erit hic adhibendum: & vt liberi aliquando vendi poſſent, ita & vendicari actione in rem ſpeciali, & præiudiciali [e] ſtatus actione petitur [f]. Seruitutes autem, vt per ſe, & à prædijs in totum ſeparatæ non conſiderantur: ſic quoque non ſunt eo modo in bonis: ſed bene ſi eas conſideres vna cũ præ-
2 dijs, quibus inhærent. & ſic venditis prædijs, † quoq; tranſeunt [g], & vicinus vicino per venditionem, aut ſtipulationem, ex qualibet alia cauſa conſtituit [h]. Publica verò, vt fluminum iura, aut ſacras res, non perſequimur, vt habeamus nobis: imò aduerſus eos perſequimur, qui illa ſibi quoquo pacto appropriare ſtudent, vt edictorum, ſiue interdictorum, quæ diximus verba apertè demonſtrant. & ſic quoque ciues in iure ſtatuarum in ciuitate poſitarum tuendi ſunt, aduerſus petentem exceptione: & actione aduerſus poſſidentem [i]. Quo fit, vt quæ iure naturæ ſunt communia, vel iure gentium publica, vel more ciuitatum, non ſingulorum, ſed vniuerſorum ciuium ſunt, & ſic vniuerſitatum (ſic enim interpretor hic Pauli verba, * quamuis aliter Accurſius) ea quoque vendi non poſſunt. Conſtitutiones principum [k] longius ſunt progreſſæ ad eas quoque res, quarum iure gentium (ex quo manauit iſte contractus) eſt commercium: ſed non vbique, neque ſemper, neque
3 omnibus. † Et his viciniores ſunt conſuetudines locorum, circa rerum commer-

a *vt in tit. de liberis exhibend. & deducẽ.*
b *ne quid in flumine publico, ne quid in loco ſacro. vt in flu. pub. nauig. liceat.*
c *l. 1. de vſufruct. legat.*
d *in l. vnica. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
e *l. 1. §. per hanc. de rei vendic.*
f *§. præiudiciales. de act. Inſtit.*
g *l. ſi aquaeductus. hoc lib.*
h *§. vlt. inſtit. de ſeruitut. vrban. & ruſtic.*
i *l. ſtatuas. de acquir. rer. dom.*
* in verſ. quas verò natura.
k *in tit. C. quæ res vend. poſſ.*

commercia, quæ vel præcipiunt, vendiq́; iubent, vel interdicunt. Quamuis nonnulli eas conſuetudines trahāt ad illud, quod hic dicitur de moribus ciuitatum. quod tamen, vt diximus, verius pertinet ad ea quæ ſunt vniuerſitatis, & in nullius bonis. Quæ rerū diſtinctio vt cōmodius ſeruaretur, factū eſt, vt hic de libero homine, rebus ſacris, & loco religioſo (quia nullius ſunt, & ſic membrum conſtituunt diuiſionis rerū [a], à ſuperioribus generibus diuerſum) ſeparatim ſit dictum: & multis quidem locis [b], quòd venditatem hominis venditi, valeat contractus † quoad obligationem, & præ- 4
ſtationem eius quod intereſt, atque adeò etiam ad traditionem, quando publicè ignoratur liberum eſſe, & ipſe homo diſtractus, pro ſeruo ſe gerit: hoc enim meritò poſtulat frequens ille, & promiſcuus vſus ſeruorum, ac difficilis inter eos & liberos homines diſtinctio; quæ & alij reſponſo cauſam dedit ad diſcrimen liberi hominis, bona fide poſſeſsi, & liberorum, quos noſtros credimus ex iuſtis nuptijs [c].

Eadem ratione ſacra & religioſa vendi non poſſunt [d]. † hæc enim ex- 5
ceptio: *Si quid ibi ſacri, vel religioſi eſt, nihil eius venit*: ſuperuacua non eſt [e]. Quamuis enim non hoc præſtet, neque in hoc ſeruiat, ne quæ ibi ſacra ſunt, putentur vendita, & cum toto fūndo ad emptorem tranſire [f]: hoc tamen præſtabit, ne de euictione teneatur venditor, ad id quod ſua intereſſe diceret emptor, nihil ibi eſſe ſacri aut religioſi, quo latius agrum poſſet colere: hæc enim exceptio, quam diximus, duplicem interpretationem recipit. Vel quod ſecurus voluerit eſſe venditor, de euictionis periculo, vt diximus: quam interpretationem, vt venditori minus vtilem, in ambigua re ſequimur [g], & in modicis tantū ea exceptio prodeſt [h]. Vel eam habet interpretationem, quòd venditor ipſe voluerit ſibi ſeruare, vt exequi poſſet ius religionis, & ibi familiares ſuos ſepelire [i], ad quod meritò legem debuiſſet dicere apertius, & non excipere tātum religioſa: ſed nominatim ſibi excipere: quamuis Accurſ. eum qui ſimpliciter excepit, ſibi excepiſſe intelligatur.

Littora quoque nullius ſunt, ſed iure gentium omnibus vacant: quare nec ea væneunt, nec in modum cedunt agri venditi: niſi id nominatim fuerit conuentum [l]. † Riparum verò proprietas illorum eſt, quorum 6
prædijs adhærent, & arbores in eiſdē natæ [m]: ideoq́; & in modum cedunt, quamuis vſus earum ſit publicus, & exundante flumine, aliam viam præſtare debeant [n].

Eſt etiam vbi venditio prohibetur, ex fine in quem deſtinatur † vtputa, ne quis domum villamve diruat, negotiandi cauſa, quo plus ſibi ex 7
materia ſeparatim diuendita acquirat [o]. quam tamen ſi ad opus publicum transferat, pœnam huic rei ſtatutam non ſubit [p]: nec ſi diſtrahat, ſine læſione prioris ſtatus, is qui ei, in cuius fundamento ædificauerat, donare non potuerit materiam, vt maritus vxori [q]. Pœna autem, ſi contra quis fecerit, hæc eſt, vt duplum pretij, quo domus in hoc eſt vendita, inferatur fiſco: † & quidem vtriuſque damno, venditoris & 8
emptoris: huic enim conceditur, vt pretium nondum depenſum retineat, cum re, pro qua nihil præſtet venditori, quia irrita venditio eſt, vel vt ſolutum repetat, tanquam ſine cauſa apud eum ſit [r]: ac deinde ipſe infert duplum fiſco. Qua conſideratione vtrunque rectè defendi poteſt, eam quod hic dixit Paulus in emptorem conſtitutum eſſe pœnam, vt duplum eius, quanti emiſſet, in fiſcum inferre cogatur: quàm quod Martianus [ſ], quòd emptor & venditor ſinguli precium, quo

a in princip. 2. Inſtit.

b hac lege. §. liberum hominem. l. liberi. cū duabus ſequētibus. l. liberi hominis. hoc tit.

c l. iuſto errore. de vſucap.

d l. æde ſacra. hoc tit.

e l. hanc legem. hoc tit.

f Fulg. hic. arg. l. quædam. de acquir. rer. dom. & d. l. æde ſacra. §. intra.

g Fulg. hic ex l. Labeo ſcribit obſcuritatem. hoc tit.

h l. 24. in modicis. hoc tit.

i l. ſi vēditor. de religio. & argum. l. fundus famil. erciſcund.

k vt in l. ſi mercedem. §. ſi eum fundū. de act. empt.

l l. littora. hoc tit. l. id quod poſt vēditionē. §. id quod venditur. de pericul. & commod. rei venditæ.

m §. riparum. Inſtitut. de rerum diuiſ.

n l. ſi locus. quemadmodū ſeruitut. amit.

o l. ſenat. hoc tit. in verb. quo pl⁹. l. Marcellus. in verb. negotiationis cauſa. de donatio. inter vir. & vxorem.

p l. vlt. verſic. ad opus añ. de damno infecto.

q d. l. Marcellus.

r hac l. ſenatus. verſic. planè. hoc tit.

ſ in d. l. vlt. de dam. infect.

quo domus diſtracta eſt, præſtent. quamuis prima facie videantur aduerſantia reſpondiſſe. nam cùm pretio conuento careat venditor, perdit in effectu ſimplum: emptor verò retinens rem ſine pretio, & duplum fiſco inferens, non niſi ſimplum pœnæ nomine præſtet.

a Fulgo. hic & Cuma. ad d. l. vlt. de damno infect.

9 Sed etſi turpis, inhumana, & reprobata conditio † ſiue modus venditioni adijciatur, non valere eam, generaliter traditum eſſe,[b] ex eo Iuriſconſulti reſponſo, quo id in vna ſpecie deciſum, dominis non permitti, vt ſeruos, quamuis crimihoſos, in hoc vendant, vt cum beſtijs pu-
10 gnent[c]. † niſi ad iuſtam domini querelam, iudex permittat pœnæ tradi[d]. ſicut nec aliter licere debeat ſeruum caſtrandum tradere[e]. Et quo latius pateat hæc prohibitio, adiectum hîc eſt, quòd ſic vendere ſeruos domini non poſsint, neque per ſe, neque per procuratores, vt occurretur, ni fallor, dubitationi, quæ aliunde moueri poterat: vbi quod dominus ipſe in ſeruo vendendo per ſe non poteſt, hoc tamen poteſt per amicum, ex mandato eius, aut ſine illo, negotia eius gerentem[f]. Et non abſimili humanitatis intuitu, hæc conuentio, qua mancipium ita vænit, ne proſtituatur, adeò firma eſt & fauorabilis, vt etiamſi conſenſerit venditor proſtitui contra legem prius à ſe dictam, nihilo magis id poſsit emptor, ſed iam mancipium proclamet ad libertatem[g].

b ab Albâico. ad d. l. dñi. hoc tit.
c l. dñi. hoc tit.
d l. circumcadem. §. ſeruo. & § ſequenti. ad l. Corneliam. de ſicarijs.
e l. is qui ſeruum. eo. ti. ad l. Cornel. de ſicar.
f l. quod ſæpè. §. ſi quis amic. hoc tit.
g l. prima. C. ſi mancipium ita veneat, ne proſtituatur.

Venena quoque mala, & quæ nullo modo, per adiectionem mate-
11 riæ alterius, vſui eſſe poſſunt, vendi non poſſunt[h]. † qui contra fecerit, legis Corneliæ, de ſicarijs, reus eſt: à qua non omnes immunes ſunt pigmentarij, qui temerè dederint alicui venena mala, quæ alijs medicamentis contemperata, fieri poſſunt ſalutaria[i].

h l. eiuſdem legis. ad l. Corn. de ſicar.
i d. l. eiuſdem legis. §. alio ſenatuſconſulto.

Res litigioſas beneficiarias, quæ feuda vocamus, teſtamento prohibita, alienari, fundus eccleſiæ, pupillorum, aut minorum, aut non vendi, aut non abſque ſolennitate diuendi, & iuſta cauſa, obiter monuiſſe ſat eſt, neque huius eſt loci de ſingulis illis plura dicere.

L. REM ALIENAM.

SVMMARIA.

1 Res aliena an vendatur.
2 In oppignoratione res ipſa afficitur: in venditione, tantùm perſona obligatur.
3 Venditor non neceſſe habet rem venditam emptoris facere: ſed pignori dans rem, efficere ita debet, vt poßit Seruiana vti, aduerſus quemcunque poſſeſſorem pignoris vel hypothecæ.

1 NVNC videamus, an aliena res vendi poſſet. † Et refert ſanè plurimũ, an ea ſit aliena tãtùm, an verò etiã furtiua. Si tãtum aliena, vitio furti non infecta, clarum eſt, vendi poſſe. At obligari, & hypothecæ ſupponi non poteſt[k]. quia ſic obligaretur res ab eo[l], cui ius non eſt, eam ob-
2 ligandi. hic verò perſona vendentis obligatur: † & de euictione tenetur. Quòd ſi vrgeas, vt venditor de euictione tenetur: ſic quoq; actione contraria pignoraticia tenetur debitor, qui alienam rem pignori dedit. quare ergo, cum vtrique malo, tam obligationi, quàm venditioni rei alienæ aliqua actione ſuccurſum ſit, non æquè dicimus vtrunque permitti, aut vtrunque prohiberi. Reſpondet Accurſius[m], non ſic debitorẽ teneri contraria actione: ſicut venditor de euictione tenetur. Quam diuerſitatem vt commonſtret, ad externa quædam confugit, quæ ad id, de quo hic agimus, nihil, aut certè parum pertinent. Ex venditione, inquit, ſequitur vſucapio: tacitè hoc negans de oppignoratione. & rectè quidem: ita quod ipſius rei pignoratæ dominium, nullo tempore vſucapiat creditor[n].

k l. rem alienã. de pig. act.
l l. ſi rem. §. contrariam. de pig. act.
m ad ſi. gloſſ. penul. hic.
n l. vſucapio. de pignor.

Sed vſucapit in ea ius hypothecæ[a]. Subijcit alterum, quod minus huc
pertinet, de ſtipulatiõe dubium. Sed melius dicemus[b], quòd qui alienum
vendit, non niſi ſecuta euictione, tenetur emptori, & interim contractus
habet ſuam firmitatem, & impleri vtrinque[c] debet, niſi in limine contra-
ctus emineat euictio[d], aut malæfidei ſit venditor: quia ſciebat alienũ quod
venderem, quem ratione doli mox conuenire licebit[e]. Sed qui pignori
dat rem alienam: etiam ſi id faciat ignorans, & optima fide, credens ſuum,
mox ſimulatque id cognitum, etiam ſi nondum aliqua quæſtio à vero rei
domino mota ſit: tenetur contraria actiõe[f]. meritò ergo dici poterit, nul
lo momento temporis ſubſtitiſſe eam obligationem rei alienæ, quæ ſi te-
neret, contraria actio pignoraticia locum non haberet: nec eſſet in pi-
gnore deceptus creditor. Paucis ergo res tota in eo verſatur, quòd qui vẽ
dit, non habeat neceſſe rem venditam emptoris facere[g]: ſed qui dat pi-
gnori, debet creditori rem ſic afficere, vt pro debito Seruiana actiõe poſ-
ſeſsionem illius à quocunq; poſſeſſore auocet. † qui proprius eſt vſus fru- 3
ctusque hypothecæ[h], & finis hypothecariæ actionis[i].

a l. ſi ab eo. de pigno. facit. l. ſi certis annis. de pact.
b cum Fulgo. hic.
c l. qui rem. C. de euict.
d l. ſi poſt perfectã. de euict.
e l. ſeruus quem à me cum pecul. §. vlt. de act. emp.
f d. §. contrario.
g l. ſi ita diſtrahatur. §. qui vendidit. hoc tit.
h §. rem alienam. de pign. actio. l. ſi Titio. de pigno.
i l. ſi venditor. verſic. non idem. de euict.

L. SI IN EMPTIONE. §. ITEM SI EMPTOR.

SVMMARIA.

1 Res furtiua vendi non poteſt, & quæ talis habeatur.
2 Accur. in hoc reſpõſo non ſatis ſibi cõſtans, an ſi furtũ ipſa vẽditiõe cõtrahatur, valeat nec ne vẽditio.
3 Mudæi diſtinctio in re furtiua vendita.
4 Azonis diſtinctio in re furtiua, et vi poſſeſſa re immobili.
5 Inter ſcientes rem alienam, non eſt commerciũ, quãdo contractus vergit ad crimen.
6 Emptor ſolus, ſi ſciat alienum eſſe, an venditor teneatur ex vendito.
7 Venditor ſolus ſi ſciat alienum eſſe, quod venditur, an valeat venditio.
8 Baldi ratio à Mudæo probata.

OPERAEPRECIVM eſt, hic examinare, quænã ſit res furtiua, de cu
ius venditione an teneat, hic diſtinguit: nec dubitandum puto, quin
Paulus intellexerit eam rem, quæ furti vitio eſt infecta, antequam
venditur, vt ſic verè dicas furtiuum eſſe, quòd vænit, & tunc cum vænit[k].
† Sed & ipſa venditione, aut ſaltem cõtractatione rei, cùm vẽdita traditur, 1
fit interdum furtum rei, quæ prius furtiua non erat: ſcilicet, cùm ſciens a-
lienam vendit, & tradit[l]. an ergo & hæc res ſub hoc reſpõſo cõtineatur,
Accurſius putat non contineri[m]: imò venditionem valere: licet vterq;,
tam emptor, quàm venditor, ſciat rem eſſe alienam, quæ vænit. Sed hic ſi-
bi parum videtur[n] conſtare †, vt qui paulò ante[o] latius reſponſum hoc 2
interpretatus, dixit eſſe furtiuum, ſiue aliàs ſurreptum, ſiue ipſa contre-
ctatione, quia venditur. Ad quæ concilianda, ſic diſtinguit quidam[p], An
ſtatim cùm vendita res eſt, etiam tradatur: & ſic venditionem non va-
lere inter ſcientes, quia quæ ſtatim fiunt, ineſſe creduntur[q]. Sed ſi lon-
giore aliquo interuallo temporis tradatur, tunc ſolo conſenſu rectè per-
fectam venditionem, cùm aliena tantùm, & nondum furtiua res eſſet, non
retractari ex ſubſequente vitio furti. Sed cùm venditio pura eſt, & ex
qua ſtatim venditor ad traditionem rei poſsit compelli, cur vllam ratio-
nem habemus interualli temporis, quo traditur, quæ quàm primum tra-
di debuerat vendita: cur obligationẽ cõtractus, qui ſolo conſenſu perfici-
tur, dicimus velut in ſuſpẽſo eſſe, ex tempore traditiõis: qua cẽſeretur cõ-
tractus omninò impleri, ex parte vẽditoris, & obligatio, ſi qua prius cõtra-
cta fuiſſet, diſſolui? Quare mihi viſum eſt, † aliter diſtingui poſſe: an bona 3
fide

k arg. l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. act. l. Titi⁹. de militari teſta.
l §. furtiuæ quoq; res. verſ. nam qui ſciens. Inſtit. de vſucap.
m in gloſ. 1. huius §. ad fin. verſic. ſed ſi quid vterque.
n Bald. hic. verſic. attende.
o in princ. eiuſ. glo.
p Salicetus hic & Fulgo.
q l. lecta. ſi certũ petatur.

ſide contrahant venditionem & emptionem rei, quam ſciunt alienam: an
mala fide, priore caſu venditionem tenere, non poſteriore. Sed quomo-
do, inquies, bona fide vendes, aut emes, quod ſcis alienum? certè quod v-
terque putet dominum conſenſurum[a], & venditor iure familiaritatis, a-
liáve ratione tantum ſibi licere putauit in rebus alienis: & emptor quoque
perſuaſit ſibi facilè, id dominû nô improbaturum. Sed quando nulla veriſi-
mili ratione id ita creditum eſt, ſed vterque cogitauit contractum nô niſi
ſcelere impleri, & furto rei, tunc ſtatim venditionem non tenere. quan-
tocunque interuallo temporis traditio ſequatur. Quod & Azo ſenſiſſe vi-
detur[b], cùm negat diſtinctionem huius reſponſi procedere in re immo-
4 bili, vi poſſeſſa, † quæ venditur. cuius venditionem omninò valere pu-
tat. Eandemque diſtinguit à re mobili furtiua, quòd vis non fiat, occa-
ſione contractus initi. Sed rei mobilis furtum fit occaſione contractus,
atque adeò in ipſo contractu. aut ſaltem implemento eius per traditio-
nem: in quam ſciebat venditor dominum non conſenſurum. Aequè autem
occaſione venditionis proceditur ad furtû, ſiue ſtatim, ſiue ex interuallo
res tradatur. Vnde nec Baldus priorem illam diſtinctionê tenuiſſe vide-
5 tur, qui dixit[c] inter ſcientes rem eſſe alienâ, non eſſe cômercium, † quando
contractus vergit ad crimen: nâ impia eſt promiſſio, quæ ſcienter imple-
tur[d]. Et hactenus de primo mêbro triplicis diſtinctionis hic factæ à Iuriſ-
conſultis. Secundum diſtinctionis membrum eſt, ſi emptor ſolus ſciat alie
6 num eſſe, quod emit. † Et hoc caſu non obligabitur venditor, ſed nec ob-
ligatû ſibi habebit emptorê, niſi vltro rem vêditam præſtet[e]: & ſic emptor
côſequetur excipiêdo, quod agêdo non potuiſſet côſequi: ſicut etiam in-
terdû plus quis conſequitur côpenſando, retinêdoq;, quàm agendo poſſet
conſequi[f]. Non addidit autem I. C. an vltro oblatum à venditore, quod
emptor ſciebat furtiuû, recuſare poſſet, ne ſoluat pretium, ſi dicat furtiuû
eſſe, & cauere debere venditorem, ne vel nunc crimê furti cômittat, ſi per-
gat tradere. Certè cùm hic præſupponamus ſolum emptorê ſcire, & igno-
rare venditorem: non temerè hic credet emptori, implementû contractus
ſubterfugienti. maximè cum, quamuis ſciret eſſe furtiuû, nihilominus ta-
men emit: ita vt quem nô deterruit vitium furti prius côtractum, non de-
terreat quoq; furtum quod nunc ex traditione rei fingit committendum.
Tertia & vltima diſtinctionis pars hæc eſt, cùm ſcit venditor rem eſſe alie
7 nam, & ignorat emptor, quo caſu vtrinque obligatio côtrahitur. † Sed cur
tam variè, reſpondet hic ſubobſcurè Baldus: Quod quâtum ad rem ipſam
quæ furtiua eſt, ſcientia emptoris, eſt ſcientia obligantis. i. hoc agentis, vt
alium ſibi obliget: ſcientia verò venditoris, eſt ſcientia obligati: & magis,
inquit, nocet ſcientia alium ſibi obligantis, quàm eius qui obligaretur.
Sed huius rationem nullam addit. Fulgoſius videtur confugiſſe ad il-
lud, quod & alijs locis[g] attigit, quaſi emptorem obligari ad pecuniam:
& ad eam venditori, etiam ſcienti, actionem acquiri, non ſit inconue-
niens. venditor verò, ſi venditio teneret, obligaretur ad rem præſtan-
dam: quam vel furtiuam præſtare, vel præſtando crimen furti incurrere,
minimè conuenit. Sed nunquid vtroque caſu æquè turpiter accipitur, à
venditore pecunia, qui ſcit rem eſſe furtiuam, & ab emptore res, quam
ſcit furtiuam? Niſi fortè dicas, quòd venditor precium, non ex re, ſed
propter negotiationem percipiat[h]. Mihi autem videtur ratio Baldi
rectè expenſa, non à ratione aliena: & alludere ad illud, quod eſt reſpon-
ſum[i]: multum intereſſe, an quis ſtipuletur, an promittat rem, cuius cômer-
ciû nô habet. Quaſi promittere liceat, & ſibi imputet, ſi quod promiſerit id

a arg. §. ſ. furtum autê ſit. verſic. placuit tamen. de Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.

b in ſumma. ad rubricam hanc. C. verſic. quid in re vi poſſeſſa.

c hic in fine.

d c. in malis promiſſis. 22. q. 4.

e vt hic verſic. nec tamê ex vêdito.

f l. ſi cum filio fa. de compenſat.

g ad l. domum. ī. co.

h l. venditor hominis. ver. ſed hoc in re ſingulari. de hered. vel act. vendit.

i in l. multum intereſt. de verbor. obligat.

quod ipſe habere nequit. vnde nunc aliũ quærere debet, qui pro eo præſtet, quod promiſit. ſtipulari verò minimè ſit permiſſum, cũ habere nõ liceat. Cui nõ eſt abſimile, quod hic tractamus: nam emptor qui ſcit rem eſſe furtiuam, cenſetur non habere commercium illius rei: vt ſibi dari à non domino ſtipuletur, quam turpiter acciperet: vnde nec emit, cùm quoq; emptionis finis idem ſit: vt ſcilicet venditorem cogat tradere. Sed qui vendit ſciens furtiuum ignoranti emptori, æquum eſt, vt teneatur: & vt emptori bona fides ſua proſit, ad acquirendam & retinendam obligationem, quam quidem etſi non poſſit venditor ſuo iure diſſoluere, cùm ſciat alienam, quærat viam, qua per alium emptori ſolui curet, ad quod eſt obligatus. comparet rem à vero domino, & ſic tradat. Sed quando ergo, inquies, procedet quod ſcriptum eſt [a], iuris eſſe, cùm quis rem furtiuam vendidit, & poſtea domino hæres exiſtit, venditionem quæ non valuit, confirmari. Nam ſi ſolus ſciuit venditor, tenuit ab initio venditio: nec cõfirmatione indiget. Si ſciuit vterque, mox nulla eſt, neque videtur ex ea ſucceſsione furis vendentis, in ius domini conualeſcere poſſe. Reſponderi poteſt, quæ de confirmatione ſunt dicta, referri ad vſucapionem, non ad obligationem, de qua hic agimus, cuius latior explicatio ius longius à propoſito traheret.

[a] in l. quod vir. verſic. idẽ iuris. de vſucapio.

Raphael Cumanus.

L. ETSI CONSENSV. §. SI REM MEAM MIHI IGNORANTI.

SVMMARIA.

1 *Suæ rei an emptio eſſe poſſit.*
2 *Qui ſuam rem emit, pretiumq́ue ſoluit, condicit illud veluti indebitum errore ſolutum.*
3 *Emptor rem ſuam emens, ſi tuſſerit alij tradi, non transfertur dominium huiuſmodi traditione.*
4 *Alciat. ratio conciliandæ antinomiæ, in errore cauſæ quæ impedit dominij tranſlationem.*
5 *Si quis rem emerit in quo vſumfructum habet, valet emptio.*
6 *Si quis rem emerit ſibi cum alio communem, pro parte tantùm ſubſiſtit emptio.*
7 *Officium iudicis quo minuitur vel ſcinditur pretium, ſeruit actioni, non autem eſt nobile.*
8 *Vendens rem communem, an poſsit exercere pactum addictionis in diem, & ſi exerceat, an in totum, an in partem.*
9 *Rei ſuæ venditio valet ab eo qui in iudicio poſſeſsionis potior eſſet.*
10 *Debitor an à creditore rem ſuam pignoratam emere poſsit.*

QVAESTIONI quam nunc tractauimus, an aliena res vendi poſſet, affinis hæc eſt, an propria emi poſset. & reſponſum eſt [b], † non 1
poſſe. Sed ſi pretium ſoluerit emptor rei ſuæ, hoc condictur ũ, † ve- 2
lut indebitum: quia nulla obligatio fuit [c]. Ex qua ratione inferri poteſt [d], quod ſiue emptor errauerit in facto, quòd rem ſuam eſſe ignoraret, ſiue in iure, quia quamuis ſciret propriam, illam tamen emi poſſe putauit: æquè condicturum, quòd pretij nomine ſoluit, eo quòd hoc omni iure eſſet indebitum. Conſequens quoque eſt, quòd ſi hic emptor ſuam rem, quam ignorans emit, iuſſerit alij tradi, nõ tranſiturũ dominiũ. † quia non hoc ci 3
propoſitum fuit. Eaq; ratio ab ipſo Iuriſconſulto adiecta [e] ſi diligẽter expendatur, facilè diſſoluet antinomiam [f], in qua concilianda multũ hic fatigatur Accurſius, tres vias quærens, quas ſingulas Salicetus hic ei obſtruit, & improbat. Multis [g] placuit, Quòd hic nõ tranſeat dominium, id fieri ob errorem in cauſa tranſlationis: talem ſcilicet, quòd ij à quo, vel ex cuius arbitrio, & donatione, cenſeretur in accipientem tranſlatum: putet rem eſſe alterius, à quo intẽdebat acquirere, remq́; manu in aliũ transferre. Sed alio illo loco, dominiũ pecuniæ quod tráſijſſe dicim' in accipientẽ, errore tradẽtis nõ obſtante, erat ſerui tradẽtis, verè ei acquiſitũ, & in eũ tranſlatũ ab eo, cui' eã pecuniã eſſe putabat: nimirũ à domino ſuo, cui' res geſſerat, eiuſq́; nõie adhuc gerebat, cũ ignoraret defũctũ, etſi ab eo ſcriptũ hæredẽ.

[b] in l. ſuæ rei. in princip. hoc tit. l. ſeruum meum. de condict. indebiti. l. tum rei. C. de contrah. emptione.
[c] d. l. ſuæ rei.
[d] cum Alberico. ad d. l. ſuæ rei.
[e] in hoc §. ſi rem meam. in verbis, Quia nõ hoc mihi propoſitum fuit.
[f] huius §. & l. eius qui in prouinc. verſic. quas verò pecunias. Si cert. pet.
[g] Fulgo. & Alber. hic.

4 Quod apertè ad conciliandam hanc antinomiam attulit † Alciatus [a], qui dicit, ſeruū ibi hoc egiſſe, vt dominium pecuniæ, quam adhuc ſui domini eſſe putabat, in alios quibus credebat, ſecundū legē præpoſitionis, transferret: illudq́; idem dominium quod transferre intēdebat, ipſe in ſe habebat, quia hæres fuit defuncti, illiuſq; perſonam repræſentabat. ita vt non tam erraſſe, quàm id quod intendebat, & propoſitū habebat, impleuiſſe cenſeri debeat. Neq; enim qualisqualis ille error ſeparabat voluntatem tradendi, ab eius poteſtate, quoad tranſlationē dominij: quandoquidem poteſtatē fœnerandæ pecuniæ non poterat non habere, tunc ipſe factus dominus pecuniæ, quā domini nomine transferre conſueuerat. Neq; audiendus hic eſſet in allegatione deficientis voluntatis, ſi forte dum ſcit ſuum ipſius negotiū eſſe, velit improbare factū, quod cum ſe ſuo domino gerere putauit, probauit, & vtile eſſe cenſuit. Nam & eleganter Fulgoſius [b], ſicut id quod quis geſsit ex rebus eius quē poſtea habet hæredem, habere debet ratum hæres qui ſucceſsit, & cuius res geſtæ ſunt: ita quoque è diuerſo, quod quis gerit nomine alterius, non poterit poſtea ſuo nomine improbare, ſi illi poſtea exiſtat hæres [c].

Quòd ſi fortè vſusfructus tantùm ementis ſit, id emptioni nō obſtabit [d]:
5 † nam poteſt vēditor rectè dicere, totā rem venditam eſſe ſuam [e], quamuis vſusfructus alterius ſit, & ſic totius rei emptio valet. Sed officio iudicis minuitur pretium [f], ratione vſusfructus, qui ſeruitutis locū obtinet, ſicut cum fundi alieni legati legatarius proprietatem emit, deducto vſufructu, qui poſtea ad emptorem per ſe redit finitus [g], præſtabitur ex legato ſolius proprietatis æſtimatio [h].

6 Sed ſi quis rem ſibi cum alio cōmunem, emat ſibi nō alij [i]: † hic iam pro parte tantùm quæ aliena eſt valet emptio [k], ſciſſo ſcilicet pretio ſimili iudicis officio, quo paulò ante minui diximus. Illo ſcilicet, quod actioni ex
7 hoc contractu deſeruit, † non illo quod vocant nobile: cuius gratia principaliter iudex adeundus eſt, & implorandum eius officium, loco deficientis actionis. Quamuis Baldus hoc officium hic putauerit ſignificari, exiſtimans non poſſe agi ex ipſo contractu, qui ab initio ex defectu & prohibitione iuris non tenuit: licet ſi à principio tenuiſſet, & virtute conuentionis aut pacti, reſolueretur iam ex eo contractu, ad reſolutionē agi poſſet [l]. Sed & hic putauerim ſufficere, quod pro parte ſaltem emptio valeat, & ſic æquè vt ſuperiore caſu, vbi totius rei valet emptio, iudicem de contractu cognoſcentem, pretium ex officio minuere poſſe, vel ſcindere. Sanè vt vnus vendentium rem cōmunem, exerceat pactum addictionis in diem, &
8 ipſemet meliorē conditionem offerat, † quod facere poteſt, neceſſe eſt vt ſuam quoq; partē retrahat cum tota rē [m], quia pro parte exerceri hoc non poteſt, quādo tota res vno pretio eſt vēdita [n]: ſed antequam res illa redimitur, tota quodāmodo facta eſt aliena, videlicet emptoris, à quo retrahitur [o].

Porrò rei ſuæ emptio valet, ſi quatenus domino abeſt, hoc per emptio-
9 nem recuperare velit. † Vtputa ſi eam rem meliore iure poſsideat alius, qui in iudicio poſſeſsionis eſſet potior, iam quidem rem ſuā dominus rectè emet, ratione poſſeſsionis, quæ ei abeſt [p]. Sic etiam cui res in præiudicium filij donatoris cōtra paternū officium eſt donata, poteſt ſibi conſulere, via emptionis rei à filio, qui de inofficioſa donatione conqueri poterat, & ſic donationē ſibi firmare [q]. Sic quoq; is cuius res cōmiſſa eſt, quia tota ei abeſſe cenſetur, totam quidem illam quondam ſuam, & nunc alienam poteſt emere [r]. Sed etſi quid iuris prætendat alius quiſpiam in ea re, quam noſtrā eſſe firmiter credimus, illud quoque, ſtabiliendi noſtri iuris gratia, emere

a in d. l. eius qui in prouincia. ad verbū, alienatas eſſe.

b ad d. l. eius qui in prouincia.

c l. ſolutum. §. ſolutam. in prin. de pig. act.

d l. ſuæ rei. verſic. nec tamen emptioni.

e l. rectè dicimus. de verb. ſignifi.

f l. officio. hoc tit.

g §. finitur. verſic. cū autē. Inſtit. de vſufruct.

h §. ſi cui fundus. Inſtit. de legat.

i l. qui negotia. §. vlt. mandati.

k l. ſed ſi cōmunis, hoc tit.

l l. ſed Celſus. §. j. verſic. nec cōturbari. hoc tit.

m l. quod ſi vno. in ſi. de in diem addict.

n d. l. quod ſi vno. in prin.

o Fulgoſ. hic.

p l. ſi in emptione. §. rei ſuæ.

q l. cum res. hoc tit.

r l. cott. §. eam rem. de publicanis.

poſſumus [a]: vnde conſequitur, quòd emens rem ab aliquo, non propterea videatur fateri venditorem eſſe dominum [b].

Cur ergo, inquies, non emit rem ſuam pignoratã debitor à creditore, ratione iuris quod in ea habet creditor: † quã tamen nõ emere eum, ſed redimere ſiue luere, & quaſi ſuæ rei emptorẽ ex vendito non teneri decisũ eſt: præſertim cum legatũ valeat à creditore debitori factum [d]. & venditiones quoq; quo melius valeant, benignè iuuemus, ſic vt ius quod venditor habeat vẽdidiſſe videatur [c], ne ad illud quis cõfugiendũ putet, quod in teſtamentis latior fiat interpretatio [f]. Nemo hoc attigit præter Fulgoſium, qui de alia magis appoſita ratione relinquit cogitandum: augetq; difficultatẽ, quòd rem ſuam à creditore emi mandet rectè alij debitor [g]. Cur ergo id per ſe non poteſt debitor? Vos diſpicite, conſiſtendo, quod ad prius attinet, in generali illa ratione laxioris interpretationis vltimarũ voluntatũ. ad poſterius (quod magis huius eſt loci) dici poſſet, duplicis generis eſſe venditionem, quam facit creditor: vna enim eſt ſolennis, ex præuijs denunciationibus, qua ex legis poteſtate diſtrahit rem ipſam ſibi obligatam pro debito [h], & in hac quæ ſub haſta & auctione publica fit, emptorẽ à debitore ſupponi poſſe dicimus, qui ipſe quidem verè ſit emptor, ſed regreſſum mandati actione habeat aduerſus debitorem mandantem, quæ ſpecies venditionis ſignificatur primis verbis reſponſi in contrarium citati, *Si hi quorum res venenut*: venire enim dicuntur, cum publicè & ſolenniter pro debito venduntur, ſicut dicimus debitorum bona ex decreto poſsideri & venundari. Alia eſt ſpecies venditionis, quam abſq; vlla externa ſolennitate, imo & abſque denunciatione debitori facta, creditor ſuo iure, quãdo ei lubitum eſt facere, non ad tranſlationem dominij rei pignoratæ, ſed nominis debitoris, & pignorum ſiue hypothecarum ad ſecuritatem eius debiti [i]. Iam autem vt non poteſt debitor, mera & ſubtili iuris ratione, rem ſuam emere, quæ priore modo à creditore venditur: Ita quoque non poterit emere poſteriore modo, ſi venditio deflectatur ad ius quod in re habet creditor. Imò multò minus ſic poterit emere, aliúmve emptorem ſupponere, ſic enim emeret ſuum ipſius nomen & ius pignoris, in ſuis rebus proprijs, pro eo quod ipſemet debet. Quæ nulla iuris ratione conſtare poſſunt, cum ipſe ſibi obligari non poſsit, neque res propriè ei pignori eſſe: vel pro eo quod alius debet. Sic itaque fit, vt eum venditionem rei, hic vis deflectere ad venditionem iuris quòd venditor habet in re, magis venditionem impedias & inutiliorẽ facias. quamuis in alijs eiuſmodi deflectio benignè iuuet [k]. Et ſanè debitor dominij eius rei, quæ priore modo venditur, minimè ipſe capax eſt, nec vllo tempore aut modo erit capax. Quandoquidem in ſua ipſius perſona conuerti deberet in qualitatem omnino oppoſitam, & obligationem tranſire in liberationem, neque enim aliquid aptari hic poſſet perſonæ debitoris, quàm liberatio quæ, inquit hic Fulgoſius, nihil eſt. cùm obligationem extinguat, & priuatio ſit, ita vt emi non poſsit [l].

Reſtat nunc vt appendicem tractemus tertiæ partis de rebus, quæ ſcilicet res, quæ iura & emolumenta, venditis rebus accedant, & quæ excipi intelligantur, ac in totum, de vi & poteſtate conuentionum, quæ verſantur in acceſsionibus & exceptionibus. Hic autem non video vnde commodius exordium deſumam, quàm ab eo Pomponij reſponſo, quo generaliter docet, quæ ſequantur rem alienatam, non hoc tantùm titulo venditionis, ſed & alio quocunque.

L. ALIE-

[a] *Bar. Caſtren. Alexan. & Iaſ. ad d. l. ſi ſic pactus. §. j. de lega. j.*
[b] *glo. ad verba, à nõ domino. & ibi quoq; Ang. ad l. j. de public. in rem act. Deci. ad l. ſi à furioſo. in ſi. ſi cert. peta. Alex. cõſi. 92. lib. j. & cõſi. 42. li. 4.*
[c] l. ſi debitor. hoc tit.
[d] *l. j. §. Iulianus. de liber. legata.*
[e] *l. qui tabernas. hoc tit.*
[f] *l. in teſtamentis. de reg. iur. l. apud Iulianũ. verſic. ſi Titius. de lega. j.*
[g] *l. ſi mãdauero tibi vt pro me fideiubeas. §. ſi hi quorum. mandati.*
[h] *l. creditor hypothecam. l. quæ ſpecialiter: de diſtr. pigno. l. cum contra. C. ſi vend. pig. agatur.*
[i] *Pau. Caſt. ad l. ſi conuenerit. j. nu. 9. de pig. act.*
[k] *d. l. qui tabernas.*
[l] *arg. l. nec emptio. hoc tit.*

L. ALIENATIO.

SVMMARIA.

1 *Dominium cum omni ſua cauſa, in alienatione transfertur.*
2 *Quid rei cauſa appelletur.*

ALIENATIO, inquit, tum fit, cum ſua cauſa dominiũ ad alium trans-
1 ferimus. † quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet. Eſt autẽ hic
2 rei cauſa [a], † ius omne, ac omnis vtilitas quã habuiſſet ex re vẽditor, ſi eam non diſtraxiſſet. Quod toto iure ciuili ita ſe habere diſtinctius multorũ enumeratione tradidit Vlpianus [b]. Idq́; etiam in tempore obtinet, vt ſcilicet tranſeat res cum ſua cauſa, & tam diu ſit apud emptorẽ, quàm diu eã retinere potuiſſet is qui diſtraxit [c]. Huic autẽ regulæ ſic extenſæ ſuam exceptionem adiunxit Iuriſconſultus, *Præterquam ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum.* De qua non video quin cõmodè intelligi poſſet, de eo quod conuentione contrahentium aliter eſt conſtitutũ: excipiendo fortè quædam, quæ non excepta, intelligerentur ſub venditione contineri: vel paciſcendo vt accedant, quæ alioqui non erant acceſſura. Contractus enim ex conuentione legem accipiunt. Accurſius tamen refert hanc exceptionem ad ea, in quibus nominatim aliter iure eſt conſtitutum: & exemplũ adfert de præſcriptione aduerſus actionẽ hypothecariam. Bonæ fidei enim emptor rei obligatæ, fit longi tẽporis præſcriptione ſecurus aduerſus creditores. Quæ tamen præſcriptio venditori, eidemq́; debitori, hæredíque eius nihil erat profutura [d]: vt ſic, quodámodo pleniore iure, tranſeat res ad emptorẽ, quàm apud venditorem fuerat: ſi & hanc vſucapiendi facultatẽ inter commoda contractus, aut res, numeres [e]. Eſt etiam vbi aliud, vel minus transfertur, quàm quod habebat venditor, ſic attemperata venditione, ne totũ ius tranſeat. vt ſi quis rei ſuæ vẽdat tantùm vſumfructum [f], vel ſuperficiem in ſuo ſolo.

a *l. præterea. de rei vẽdic.*
b *in l. venditio. de acquir. rer. dom.*
c *l. peto. § prædiũ. de lega. 2. l. 4. §. ſi autẽ auaritia. C. cõia de lega. et fideicõ.*
d *l. j. C. ſi aduerſus credito. lib. 7. l. cũ notiſſimi. C. de præſcr. 30. vel. 40. an.*
e *arg. l. venit. fam. erciſc.*
f *l. quod noſtrũ. de vſufru. l. acceſſarid. §. vlt. de peric. & cõmo. rei. vend.*

L. SI AQVAEDVCTVS. CVM DVAB. SEQ.

SVMMARIA.

1 *Seruitutes tranſeunt cum fundis, etiam ſi nihil de iis cautum fuerit.*
2 *Venditor ſi ſciens celet ſeruitutes fundo debitas, atque ob id tempore per emptorem amittantur, tenetur ex vendito.*
3 *Ex duobus fundis altero legato, cenſetur & iter ad illum legatum, ſi aliò non pateat aditus. Ac idem ſi alter venditus fuerit.*
4 *Diſſenſus in acceſſione non vitiat contractum.*
5 *In acceſſionibus, prædici debet de morbis ac vitiis, vt in principali.*
6 *Venditor de dolo & culpa tenetur, in acceſſione, vt in principali.*
7 *Numerus rerum accedentium, ſi præſcriptus eſt, in eo conſiſtet emptor, etiam ſi plures res eodem loco eſſent.*
9 *Seruus cum peculio decem venditus, hoc adiecto, ſe nihil ademptur ũ, etiam ſi quindecim peculium ſcit deberi.*
10 *Verba in contractibus poſita, ita intelliguntur, vt aliquod augmentum operentur, & vt cioſa non ſint.*
11 *Florentina lectio.*
12 *Acceſſionum dubia conuentio, refertur ad tempus contractus, vt in principali.*
13 *Exceptiones quandoq; inſtar actionum eſſe.*
14 *Fructus fundi venditi pendentes, cedunt emptori.*
15 *Lapidicinas in emptione fundi excipiens, de apparentibus intelligendum venit.*
16 *In venditione facta hac exceptione,* Si quid publici eſt eius, nihil vænit: *an contineantur quæ in fiſci patrimonio ſunt?*
17 *In ſingulos annos decem, vel habitatione excepta, electio eſt debitoris.*
18 *Inquilino habitatio, vel colono patientia fruendi ſua conductione, ſi quis paciſcatur, quæ vis huius exceptionis.*
19 *Inquilinus vel colonus, ſi rem fecerit deteriorem, an actio à venditore emptori cedi ſufficiat.*
20 *Fulgoſij acuta inueſtigatio ac diſtinctio.*

SI SERVITVTES debeantur fundo qui traditus eſt, cum iure ſeruitutum debitarũ transfertur [g]. quod hoc titulo aliquot reſponſis [h] peculiariter propoſitũ eſt de aquæductu: non quòd in ea ſola ſeruitutũ ſpecie hoc obtineat, ſed quòd non ſit alia, quæ tot habeat ſibi connexa: quæ & ipſa intelliguntur in conſequentiam cum ſeruitute tranſire ad emptores. Vtputa fiſtulas,

g *l. traditio. de acquir. rerum dom.*
h hic. & in. l. qui fundũ. 4. in lege. l. fiſtulas. 1 prin.

fiſtulas, per quas aqua ducitur, caſtellum è quo ducitur, quæ diligenter in-
terpretatur Budæus [a]. Et meritò quidem tranſeunt etiam ſi de ijs nihil di-
ctum ſit ad emptorē † quia fundi ſunt. Fundo dicitur ſentētia [b], & qui ſerui 1
tute fundo debita prohibetur vti, propemodū turbatur in poſſeſsione fun-
di, quo vti non poteſt cum ſua cauſa & iure. Adeo vt quidam cōcedant, ex
ea cauſa, cōpetere actionem ex interdicto de poſſeſsione fundi [c]. Quòd ſi
hic fundus pluribus ſit communis, non tamen ex eo ſequitur etiam ſeruitutū
communio: ſed hæ inſolidum, ac velut ſeparatim ſingulis eius prædij domi
nis cōpetent [d]. ideoq; & communi diuidundo earum nomine non agitur [e],
vſqueadeo autē ſeruitutes ſequūtur fundū, vt ſi venditor, venditis prædijs,
ſciens celauerit, & ob id per ignorantiam rei emptor non vtendo per ſta-
tutū tempus eas amiſerit (quod etiam ignorāti cōtingit [f]) ex empto tenea
tur venditor, † ob dolum [g]. Quod alioqui mirū videri poterat [h], cum ſerui- 2
tutem ſuo iure poterat venditor remittere vicino, neq; vt videtur decé-
pit, vt qui fundum à ſeruitute ei debita non cōmendauit, neq; ob eam plu-
ris vendidit, vt facilè potuiſſet, ſi ſeruitutem non celaſſet. At quia vendidit
& tradidit fundum, ſeruitute vicino non remiſſa, cùm adhuc dominus eſſet
prædij; cui ea debebatur, neq; ex venditione exceperit, intelligere debet
ſe obligatū, vt præſtet emptori omnē commoditatem fundi venditi: cuius
nunc iura, cùm ſit alterius factus, minuere non poteſt. Sed & inſtrumenta
omnia, quæ ad fundum & illius iura pertinent, emptori tradere debet: quā-
uis ſeruitutes non ſint vēditæ, neq; partes venditi fundi. Sed hæc quæ dixi-
mus in ſeruitute conſtituta obtinent: in conſtituenda verò diuerſum hoc
eſt, quod non tacitè væneant, nec ſequantur rem venditā, ſed nominatim
promitti debent [i]. promiſsis autē illis veniunt & ea quæ cohærent [k]: Quod
ius etiam in exceptionibus ſeruatur. nam excepto ſepulchro per vendi-
torem, intelligitur & iter ad illud eſſe exceptum [l], quamuis videri pote-
rat exceptiones concludi ſtrictius, & emptoris fieri quicquid non exce-
perit venditor: ſicut dicere ſolemus, Quòd exceptio regulam in non ex-
ceptis caſibus firmet. Sanè ſi dominus duorum prædiorum alterum alicui
legauerit, ei & iter per alterū fundum, ſi alius non pateat aditus, † debebi- 3
tur [m]. Sed an idem ſit iuris vendito altero fundo, & an tunc iter ſaltē vendi
debeat difficilius dixeris: & alterius eſt loci [n]. Super acceſsionibus au-
tem conuentis, ſuboriuntur quæſtiones quædam, quas ferè his regulis li-
cet comprehendere.

Prima regula.

Diſſenſus in corpore de cuius acceſsione conuenit, non vitiat contra-
ctum, † quando conſenſum eſt in id, quod principaliter vænit [o]. 4

Secunda regula.

Quod venditioni accedit, pars eſt venditionis, ideoq; de morbis & cæ
teris ita prædici debet in acceſſorijs, ſicut in principali: † & tam integrum 5
præſtari quod accedit, quàm quod principaliter vænit [p]. Ideoque ſi in lege
venditionis cōprehenſum ſit, dolia ſexaginta emptori acceſſura, cùm eſ-
ſent centum, eſt quidem in poteſtate venditoris, quæ ex illis dare volet [q],
dummodo integra det, & non corrupta [r]. Niſi fortè nō plura ibi ſint, quàm
quæ conuenerūt accedere: tunc enim ſuffecerit ea præſtare qualia ſunt [s].
Sic enim videtur conuentū in ſpecie de acceſſuris ob hanc adiectionem
(*quæ ibi ſunt*) hæc enim deſignatio certā ſpeciem corporum facit, quamuis
fortè aliud dicendum eſſet cum Fulgoſio, ſi conuentum eſſet in genere de
tot dolijs acceſſuris [t].

Tertia regula.

Aequè oportet venditorem præſtare dolum & culpam in acceſſorio, ſi-
cut in principali. † Vt ecce, ſicut emptor prædij non compellitur ſtare lo- 6
cationi à venditore factæ [u], imò nec fructum emptori cedere [x], cùm poten

tius

a *ad l. fundus. de act. emp.*
b *l. qui alienis. §. vlt. de ne got. geſt.*
c *arg. l. ſicut. §. ariſto, in fi. ſi ſeru. vend. & l. vi fa- cit. de vi & vi armata.*
d *l. vlt. de ſeruitut. l. ſi de cōmuni. ſi ſeruit. vendic.*
e *l. ſeruu. §. ſi per eundem. commun diuid.*
f *arg. l. vlt. C. de præſcrip. longi temp.*
g l. in vēdendo. §. ſi cum ſeruitus. hoc tit.
h *Fulgo. hic.*
i l. in vēdendo. in prin. verſi. quæ- dam ita demum.
k *d. l. qui fundū. §. in lege. & d. l. fiſtulas.*
l *l. ſi venditor. de relig. & ſumpt. funer.*
m *l. ſi fundum. §. qui fun- dum. de lega. j.*
n *ad l. binas ædes. de ſer- uit. vrba. præd. & ad l. ſi quis ſepulchrum. de re- lig. & ſumpt. fune.*
o *l. ſi in emptione. hoc tit.*
p *l. quicquid. l. emptorē. §. ſi quis vēdiderit. de act. emp. l. quod ſi nolit. in fi. & l. 2. & ſeq. de Aedi. edic.*
q l. cōprehenſum. hoc tit.
r *l. pen. §. vlt. in princi. de act. empti.*
s *eo. §. vlt. in poſter. parte.*
t *arg. l. ſi à ſubſtituto. §. vlt. de lega. j.*
u *l. emptorē. C. de locat. & conduct. Conſuetudo ta- men in contrarium eſt. Gabriel.*
x *Bal. ad l. ſi fundus. loca.*

tius ius in re habeat [a]: ita quoq; emptori non accedunt penſiones aut mer-
a arg. l. vlt. §. vlt. hoc tit.
cedes à conductoribus debitæ venditori, niſi ita conuenerit: cuius cõuen
tionis ſi hæc fuerit forma, acceſſurũ quod venditor mercedis nomine à cõ
ductore exegiſſet, etiã diligentiam facere debet vt exigat & emptori præ-
ſtet [b], neq; ſufficeret cedere actionem emptori vt ipſe exigat, quia forma
b l. ſi cũ fundũ. in prin. hoc tit.
actionis conuentæ continet venditorẽ exacturũ. Ideoq; nec ſatis eſſet ſpõ
tè oblatũ accipere, ac deinde emptori dare: Imò ipſe exigere debet, & in
eo præſtare non dolum tantùm, ſed & culpam: ne imputare ei poſſet, quòd
bona nomina non interpellãdo fecerit mala.

Vbi numerus rerũ accedentium præſcriptus eſt, in eo conſiſtet emptor,
Regula quarta.
nec plura petet etiam ſi eodem loco plura eiuſdem generis ſint, ad vendito
7 rem pertinentia [c]. † Quo exemplo quæri ſolet, Quid ſi res vendita aut do-
c d. l. comprehenſam.
nata deſcripta & deſignata ſit à confinibus? id eſt, eo expreſſo quos vici-
nos habeat proximos [d], & expreſſa ſit quoq; rei quantitas. ſed alterum alte
d l. formã. in prin. de cẽſib.
ri non ſatis conuenit, vt quia maior eſt prædij intra fines deſcriptos quan-
titas: vtrum horũ iam potius erit ſequendum, an ad quantitatẽ conuentam
reſtringenda donatio, an ex finibus deſcriptis extendenda. Et referre vo
lunt [e], quid potiſsimũ ſolius demonſtrationis cauſa ſit additũ, & quid con-
e Alberi. ad d. l. cõprehenſam. & Caſtrẽ. in effectu ad l. ſi ſeruũ. §. ſi modus, de act. empti.
iunctius ſit habitum ſubſtantiæ rei venditæ aut donatæ. Verbi gratia, ſi ſic
ſit dictũ, *Vendo vel dono quinquaginta iugera prædij intra tales limites*; iam non
niſi expreſſam quantitatẽ deberi: Si verò ſic, *Vendo aut dono prædium intra
illos fines, quod eſt quinquaginta iugerum*, iam etiam quod amplius eſt deberi.

Nec hoc prætereundum duxi, quòd vbi conuenta eſt acceſsio rerũ ad
Regula quinta.
certum aliquem numerum: veluti ſi venditor hominis dicat peculium eum
habere decem, magni momenti eſſe hanc adiectionẽ, *Nec quicquam adem-
pturum*. Sic enim fiet, vt etiam vltra conuentũ numerum præſtari totum
9 debeat: veluti quindecim, ſi tot fortè in peculio ſeruus habeat [f]. † Quod
f l. ſi venditor. de act. empti.
nunc dictis omnino repugnare videtur [g], & variè conciliari videtur. Nam
g ex l. cõprehenſam. hoc tit. et ex l. pen. §. vlt. de act.
ſunt [h] qui ſubindicant id fieri ex vi & proprietate ſermonis, vt quéadmo-
dum promiſit venditor, nihil adiuuat ex toto peculio, quantumcunq; illud
h Fulgoſ. ad eã. l. ſi venditor hominis. de act. emp.
fuerit: etiã ſi fortè maius quàm aureorũ decem. non autem intelligi quòd
nihil adimet ex illis decẽ. Ad eam enim quantitatẽ ſatis obligatus eſt vẽdi
tor, ex ſola affirmatione quòd dixerit ſeruũ peculiũ habere decem: etiam ſi
nõ adieciſſet poſteriora illa verba, nec quicquam adempturum. Quæ de-
10 bent in dubio ſic intelligi, vt aliquid ad augmentũ operentur, nec otioſa †
ſint [i]. quod & res ſubiecta ſuadet, cùm ſerui peculium, ſi negotietur, quoti
i Bald. ad rubr. C. de contrahen. empt.
die creſcat, decreſcat, & rationes aliquãdo intricatæ ſint. Alij diſtinguũt [k]
k Caſtren. ad l. ſi venditor hominis.
an certa quantitas rerũ accedentium mox ſit adiecta, in vna eademq; ratio
ne, cum ijs rebus quæ dicuntur acceſſuræ. Veluti, *Vendo prædium cũ octo-
ginta dolijs, vel accedent octoginta dolia*, & tunc ſi plura ſint, non vltra con-
uentum numerum acceſſura. An vero ſeparatim, & alia oratione de quan-
titate ſit dictum, ad demonſtrationem. Veluti ſi vendat ſeruum cum pe-
culio, ac deinde ſubiecerit, ad demonſtrationem quantitatis peculij, quod
in eo habeat decem: tunc ſi plus habeat, integrũ peculium deberi empto-
ri. propterea quod plenẽ, & abſolutè venditus eſſet ſeruus cum peculio, ſic
vt non reſtringatur illa venditio ex demonſtratione ſubiecta. Atqui ſic nõ
eluceſcet vlla vis verborum illorum, *nec quicquam ademptũrum*. quæ tamen
maximè Iuriſcõſult. mouiſſe videtur. Niſi fortè dicas ea verba eſſe appoſita
aduerſus deductionẽ, quæ videretur alioqui fieri poſſe è peculio, de eo qđ
domino debetur, quod filijs eius, qđ pupillis quos in poteſtate ſua habet [l].
l l. peculium autem deductum. de peculio.
11 Cui propius acceſsit Florentina lectio † quæ habet, *nec quẽquam adẽpturũ*.

Regula ſexta.

Ad præſens tempus, & vt res ſunt tempore contractus (ſicut in alijs con
tractibus [a]) dubiá acceſsionum conuentio debet referri [b]. † Verbi gratia, 12
qui lacum emit, & ad lacũ decem pedes, intelligetur conceſsiſſe de decem
pedibus proximis, & extra lacum, vt tunc erat cum venditio fieret. non au
tem quod ſi poſtea & hi decem pedes, creſcente lacu, ſub aqua ſint, iam
adhuc alij pedes decem, extra aquam proximi, accedant. non enim mu-
tat quicquam lacus, ſiue excreſcens, ſiue decreſcens, ex iure dominij præ
diorum vicinorum. Imò non tam lacus, quàm aqua eius propriè dici-
tur creſcere [c].

Exceptionum in venditionibus duplex vſus eſt, ſiue finis. Vel enim ex-
cipit venditor, quod ſibi intédit reſeruare, ne ad emptoré tranſeat [d]. Vel ne
obligetur emptori, ſi non exceperit, quod illi non licebit habere. ſiue quia
in bonis noſtris eſſe nõ poteſt [e], ſiue quia alterius eſt qui poſſet euincere.
Cùm auté quid excipitur velut alienum, quod nec ad venditorem cũ exci-
pitur pertinet, neq; emptoris facere poteſt, diligẽter conſideranda eſt for
ma verborũ, & in ea hoc maximè [f], an id dicat tantùm, an verò etiá deducat
& excipiat véditor. Qui dicit vſumfructũ Titij eſſe, in eo prædio quod ven
dit, veritus ne eius ſit, & ob id de euictione teneatur, ſi emptori fundũ em-
ptum habere nõ liceat [g], rectè ſibi proſpexit, ſi Titij, nõ ſi alterius [h] ſit vſuſ-
fructus. vel ſi Titio fuerit debitus. Agere enim poterit véditor vt patiatur
emptor cõſtitui vſumfructũ, & ſic liberari venditoré, qui vſumfructũ aut il
lius cõſtituendi obligationé nõ celauit [i]. Sed ſi neq; Titij ſit vſusfructus,
neq; Titio debitus, nihil proderit véditori hoc dixiſſe, cum véderet, quod
Titij eſſet vſusfructus. neq; poterit poſtea Titio deducere [k]. Qui verò nõ
dicit tantùm, ſed & excipit atq; deducit quicq̃; è véditione, is hoc ipſo mi-
nus vendit. Ideoq́; ſi védat fundũ deducto vſufructu, qué dicat eſſe Titij, ſi
huius nõ ſit, neq; ipſi debitus, ſibi reſeruare poterit, non quidé ad ſuá ſed ad
Titij vitá, ac velut in Titij perſona conſiſtentẽ ac finienté [l]. Verè enim nõ
niſi nudam proprietaté, quoad viuet Titius, aut capite nõ minuitur, védit.
ſicut ſi quis Titio & hæredibus eius in tertiá generationé acceperit prædiũ
aliquod in emphiteuſi, & Titio cõtractũ nõ approbáte, ipſe qui cõtraxit ſi-
bi ſeruet, nõ in ſuá tertiá generationé, ſed Titij, ſecundũ legé cõtractus ha
bebit [m]. Quòd ſi deducat tantũ vſumfructũ ſimpliciter, nec dicat cui, intel
ligetur ſibi ipſe deduxiſſe, etiá ſi alij re vera cõpetat: niſi ꝓbetur hoc actũ,
vt illi alij véditor exciperet [n]. Ex his iam apparet, huiuſmodi exceptiones
quáuis earũ vſus pleruq; in ſolis exceptionibus iudiciarijs verſetur, inter-
dũ etiá ad actiones valere [o]. † Sicut & alias, quæ in ipſis iudicijs introducũ 13
tur ad exceptioné & defenſioné, legimus tranſire & valere ad actiones [p].

Sicut acceſsionũ vis tum demum eluceſcit, vbi conuentum eſt accede-
re, quod non conuentum non fuiſſet acceſſurum [q]: Ita ex contrario, vim
exceptionum maximè cognoſces, vbi ea excipiuntur quæ nõ excepta cen-
ſerentur vendita. ideoq́; ruta cæſa, quæ non ſunt ædium, neq; fundi, excipi
non debent. Nam niſi ſcriptum aut conuentum ſit ea quoq; vænire, & eſ-
ſe in acceſsione: per ſe ſatis excepta eſſe, Quintus Mutius reſpondit [r]. vt
hactenus eius reſponſum lectũ & intellectum [s] eſt, & eodem recidit. Imò
& ſignificátius idem exprimitur ſecundum aliam eiuſdem reſponſi lectio-
nem, directò ad verborũ ſignificationé relatá, hoc pacto, quòd ſi quis ſcri-
pſerit, *Ruta cæſa, quæue ædium fundiue non ſint*, bis idem eſſe ſcriptum, & ex
poſterioribus verbis, priora interpretationem ſuam accepiſſe [t].

Fructus fundi véditi pendentes cedũt emptori. † nam fundi parté facere 14
dicũtur [u]. Aptiſsimè ergo excipientur, ſi véditor eos in venditione cõpre-
hendi

a *l. ſi à colono. de verbor. oblig.*
b *l. Rutilia Polla. hoc tit.*
c *l. vicinus. §. vlt. de aqua pluuia arcen.*
d *l. véditor. in verb.* exci pitur ad hoc vt ipſe. *de religio. l. ſi mercedem. §. ſi eum fundũ. in verb.* nominatim tibi exce piſti. *de act. empti.*
e *l. hãc legé. cũ l. ſeq. hoc ti.*
f *l. minor. §. vlt. & ibi Accurſ. ad verb. Seiũ. de euict. l. fundũ. de act. emp. l. ſi in venditione. illum prædior.*
g l. in védendo. in prin. hoc tit. *l. ſi ab emptore. de euict.*
h *d. l. minor. §. vlt.*
i *d. l. ſi in véditione. verſi. ſi quis in tradendo.*
k *d. l. ſi in véditione. in ſi.*
l *l. fundum cum mihi venderes. de act. empti.*
m *Bar. Pau. Caſt. & alij ad d. l. fundum.*
n *l. ſub cõditione. de vſufr.*
o *Pau. Caſt. ad d. l. fund°. ex d. l. ſi in véditione. et l. Iulianus. §. ſi véditor. habita. de act. empti.*
p *in l. ſed & ſi poſſeſſori. de iureiur.*
q *l. dolia. et ibi Bal. hoc ti.*
r l. in védendo. §. Quint⁹ Mutius. hoc tit.
s *etiã ab Alciat. ad ſi. l. in rutis. de verb. ſignifi.*
t *d. l. in rutis. l. fundi. §. in ruta. de act. empti. l. malum. de verb. ſig.*
u *l. fructus pẽdentes. de rei vendic.*

hendi nolit[a], qua in re diligẽter erit expẽdendũ, quæ lex exceptionis ſcripta ſit, an ſcilicet omnem frugem exceperit[b], an omnẽ fructũ, cuius ſignificatio latior eſt, venitq́; & arundo & ſylua cædua[c]. An manu ſata, quibus exceptis, hoc primò ad reſtrictionẽ expendendum erit, quod dicitur manu. ſi enim, ex eo fundo, ex ſtipula ſeges nata ſit, non magis ea continebitur, ſub exceptione, quàm ſi quid ex ſacco ſaccari, aut auibus ex ore excidiſſet, quod renaſceretur[d]. quod facit ad deciſionem quæſtionis alio loco ab Accurſio tractatæ[e]: An ſi quis fundum venderet, arborem exceperit exciderit que, ſed ex radicibus alia repullulet, an excepta & hæc intelligatur. Sed nec ea quæ perpetuo manu ſata ſunt, in exceptione erunt, vt ſic & vites, & arbores omnes in ea cõtineantur. ſed illa ſola quæ ſingulis annis ſeri ſolent, vt fructus eorum tollantur[f]: non quòd vites & arbores ſeri non dicantur, vt Accurſius tradit[g]: ſed abſurditatis euitãdæ gratia[h], ſtriſtior pro emptore contra venditorem, qui & legem emptionis dixit, aut ei profutura eſſet, fit interpretatio: ne longius vltra veriſimilem contrahentium intentionem, exceptio extendatur.

Eademq́; ratione, qui fundum vẽdens excepit lapidicinas, vbicunq; eæ
15 eſſent, nõ niſi apparentes tempore contractus videbitur excepiſſe: † & minimè eas, quæ poſt multum fortè tempus reperientur[i]; niſi de illis quoq; actum appareat. Non enim in dubio credendum eſt, quòd quiſquam vendat aut excipiat, quod non ſcit eſſe in rerum natura. Et vt venditio ſine re non eſt, ita nec exceptio. Sicut enim quod futurũ eſt emimus, ita & quod aliquando futurum putamus, aut inueniendum, apertis quoque verbis excipimus[k]. quæ quidem ad eam rem quã tractamus, debuiſſent eſſe generalio ra, ſi & reperiendas quandocunq; lapidicinas libuiſſet excipere, cùm nũc apparentes tantùm tempore contractus, in quacunq; fundi parte intelligãtur exceptæ. Et aliter dicentibus occurreret illud abſurdũ, & minimè cogitatum, quòd ſi in toto eo fundo ſub terra lapis eſſet, totus iam fundus in exceptione lapidicinarum eſſet, & nihil eius in venditione. Sed & ſermonis proprietas ſtrictiorem hanc interpretationem deſiderat[l], vt lapidicinæ dicantur: non vbicunque lapis ſub terra latet, qui cædi & illinc eximi poſſet, ſed vnde cæditur & apparet. Ita vt hinc inferri non rectè poſſit illud peruulgatum, & quod omnes ex hac lege ducunt, *Quòd paria ſunt non eſſe & non apparere*, quandoquidem quæ non apparent, eæ quoque nõ ſint lapidicinæ, quamuis ibi eſſe poſſint. & aliud eſt in rebus ciſtæ incluſis, & ſic depoſitis: nam illæ ipſæ res depoſitæ videntur[m], non verò ſic hic exceptus eſt lapis, quicunque ſub terra eſſet, ſed ſolæ lapidicinæ, quæ non ſunt, niſi apparentes tempore venditionis. ad quod quidem tempus verba exceptionis ſunt referenda, ſicut paulò antè de acceſſionibus diximus[n]. Quod etiam ad formam cautionum damni infecti pertinet[o], & alia pleraque ſimilia[p]. Velut, inter cætera, ad illud, qui promiſit molere omne frumentum, quo in familia egebit Titius, an & aucta familia, eodem pretio molere debebit[q].

Rurſus ſi lex venditionis ita facta ſit, *Si quid publici eſt, eius nihil venit.* excepta tantùm ea intelligentur, quæ in vſu ſunt publico, & quorum ven-
16 ditio nõ valeret, † veluti forũ, baſilica[r]. non quæ in fiſci ſunt patrimonio[s], ad quæ exceptio non proderit: nam vẽditio illarum quoq; rerũ tenet inter cõtrahentes, id non ignorantes[t]. Quamuis in fiſci præiudicium nõ valeát, vt nec rei alterius cuiuſlibet venditio[u]. At, inquies, ſimpliciter dictum eſt, legatum non valere rei Cæſaris[x], an hic plenius interpretabimur contractus, quàm vltimas voluntates? Fulgoſius ſubindicat hic admitti

a l. qui fundũ vendebat. §. fundi vẽditor. eod.
b l. frugis. de verb. ſig.
c d. l. qui fundũ. §. cũ fundũ. hoc tit. l. arboribus. de vſufruct. l. diuortio. §. ſi fundo. ſolu. matrim. l. ſylua cædua. & ibi Alciat. de verb. ſignif.
d d. §. fundi venditor.
e ad l. obligationi ferè. verſic. ſic & in tradendo. de act. & oblig.
f l. cũ manu ſata. in prin. hoc tit.
g hic in glo. j.
h latè domianus Praſet in loco ab abſurdo.
i l. in l. fundi. hoc tit.
k l. ſi quis legauerit fundũ excepta vinea. de lega. j.
l Fulgoſ. hic.
m l. j. §. ſi ciſta ſignata. depoſiti. & arg. l. qui ſaccum. de furt.
n ex l. Rutilia. hoc tit.
o l. damni infecti ſtipulatio cõpetit. §. ſi is qui vicinus. de damno infect.
p & ibi glo. ad verbũ, augeri. & Alberi. ad l. Rutilia.
q Alberi. hic in fi. & latius ad auth. hoc ius porrectũ. colum. 5. verſic. vnd aliam pulchram. C. de ſacroſan. eccleſ.
r §. vlt. Inſti. de empt. & vendit.
s l. pacta cõuenta. §. Papinianus. hoc tit.
t Fulgo. hic.
u l. rem alienam. hoc tit.
x l. idem Iulianus. §. conſtat. de lega. j.

id poſſe: ſiue quod legatarij cauſa lucratiua ſit, emptoris verò oneroſa: ſiue quod in alium finem tendant legata, nimirum ad dominij translationem, in legatarium vel recta via, ſi res fuerit teſtatoris, vel aliqua ratione, vt hæres grauetur emere, & legatario tradere, vbi ſcilicet facilis eſt comparatio. At vbi difficilis & à principe impetranda, furioſi hominis eſt talia legata inſcribere. Venditio verò ſuæ obligationis fines habet, & euictionis cautionem atque periculum, citra reſciſsionem contractus, admittit. Denique vt nulla ſit, hac in parte, inter contractus & legata differentia, ipſarũ tamen rerum differentia expendi poteſt. Papinianus enim locutus eſt de ijs rebus, quæ ſunt in patrimonio fiſci: & quidem ſæpè venditioni, donationi, aut alterius generis alienationi paratiſsima. quare hoc ſolùm, neque legata, neque obligationes contractuum impedient, quod res ſint in fiſci patrimonio. Quæ verò principis vſibus deſeruiunt, veluti horti in quibus deambulet, qui oblectent, & quæ iam in formam patrimonij redacta ſunt, ſub procuratore patrimonij, ea neque legantur [a], neque venduntur.

Qui in ſingulos annos duorum alterum excipit, vtputa venditæ domus vel habitationem quoad viuet, vel in ſingulos annos decem: ille nunc hoc, nunc illud, & vno anno habitationem, alio decem, vt volet emptor, accipere cogitur [b]. huius enim, vt generaliter debitoris [c], electio eſt, † quid præſtet. Et quamuis vnica ſit in omnes annos vitæ venditoris ſtipulatio ſiue obligatio [d], interim ea quoque ſemper, & vbique ſuam ſeruat naturam: vt ſcilicet quotannis eligat debitor quid præſtet. Quod tamen mirum videri poterat, duabus ex cauſis, tum quòd venditor, qui ipſe ſibi ad ſuam vitã alterutrũ ſingulis annis excepit, videri quoq; poſſet ſibi electionem ſeruaſſe, tum etiã quòd illa variatio videretur potius neutri permiſſa, quandoquidem is qui ſic variat, meritò videri poſſet nõ conſiſtere intra fines datæ electionis: quæ eſt de his propoſita, vt præſtetur habitatio, vel vt præſtentur in ſingulos annos decem, quoad viuet venditor. Semel ergo eligatur vel habitatio quoad viuet, vel in ſingulos annos vitæ eius decem. Sed profectò imputare ſibi debet venditor, quòd legem non dixerit apertius ad ſeruandam ſibi electionem, quo omiſſo, adhæremus regulæ quæ debitori electionem concedit. Præterea hæc verba, in ſingulos annos, quamuis orationi vnius membri propoſitæ electionis ſint incluſa (ad veram ſcilicet habitationis æſtimationem, in ſingulos annos) ad totam tamen orationem pertinẽt vtriuſq; rei eligibilis, vt intelligatur hæc pactio, & exceptio, perinde ac ſi venditor excepiſſet ſibi in ſingulos annos, vel habitationem, vel decem: quibus eam habitationem æſtimauerit. 17

Deniq; ſi quis vendens domũ vel prædium, inquilino habitationem, colono patientiam vtendi fruendi, toto tempore conductionis durantis excepit, eius exceptionis vis atq; poteſtas, variè expendi poteſt. † Vtputa, vel inter eos ipſos, qui venditionem & emptionem contrahũt, vel inter alterum eorũ & inquilinũ aut colonum. Et venditori quidem cũ emptore, ſi hic nõ patiatur inquilinũ habitare, colonum vti frui, ſemper ex vẽdito eſt actio [f], & viciſsim emptor cum venditore, ſi fortè inquilinus aut colonus damnum dederit, aget ex empto, vt venditor agat locati cum eis, & quod conſequutus fuerit emptori reddet, ſicut & aliàs agi poteſt cum aliquo, vt is agat, & quod conſequetur agenti reddat [g]. Ipſe autem emptor cum colono non experietur iudicio, iure ſuo, neque colonus cum emptore, cùm inter eos ipſos nullum negotium ſit contractum: ſed non patiente emptore vti frui conductorem re conducta: hic aget cum venditore, eodemque locatore. 18

a d. §. conſtat. verſi. ſi verò Saluſtianos hortos. et verſi. ſed & prædia Cæſaris.

b l. ſi ſterilis. §. vlt. de act. empti.

c l. pleræq;. in fi. de iu. dot.

d l. ſi Stichum. §. ſtipulatio huiuſmodi. de verb. obli.

e in l. qui fundus. eſt contrarium.

f l. Iulianus. §. ſi venditor. de act. empti.

g l. 2. ad leg. Rhod. de iact. l. cum in plures. §. meſſem. locati.

Et hæc

Et hæc quidem extra omnem controuerſiam ſunt. Sed incidit non inele-
gans diſputationis articulus, de cedendis actionibus: An ſcilicet venditor,
idemq́; locator, ab vno vel emptore, vel colono, empti vel conducti iudi-
cio conuentus, liberari debeat, ſi præſtet actiones ſuas aduerſus alterum, vt
locati actionē ſi cedat emptori, ex ea cauſa cōquerenti, quòd conductor rē
19 fecerit deteriorē, & conductori cedat † actionē ex vēdito, formatā ex pa-
cto in venditione adiecto, ſuper exceptione habitationis, & iuris coloni, ſi
hic fortè conqueratur, & cum locatore agat ex ea cauſa, quòd emptor ha-
bitationem aut vſum impediat. Et [a] ſunt qui ceſsione actionum venditorē
eundemq́; locatorem, ab vtroq́; æquè liberari exiſtimant, quaſi delegatio
20 actionum pro iuſta præſtatione ſit [b]. Alius [c] diſtinguendum putat, † vt ven
ditor emptori de damno per inquilinum aut colonum dato, aut ſi qua alia
ratione teneatur inquilinus, de eo quod emptori competat, vt fortè pen-
ſio & merces conductionis de qua dictum eſt, quòd emptorem ſequetur,
non niſi cedere actionem locati debeat. Sed ſi locator velit colono ce-
dere actionem aduerſus emptorem, qui fortè habitationem vſumq́ue rei
conductæ turbat aut impedit, iam nō liberari. non enim ideo tenetur lo-
cator cōductori, quòd vt vēditor aduerſus emptorem ex lege venditionis
dicta, actionē habet [d]: ſed quia cum ipſo conductore cōtraxit, eiq́; locauit
prædium, quo nunc quietè vti non poteſt. Quòd ſi vrgeas venditorē quoq́;
non ideo teneri emptori, quia actionē locati habet aduerſus inquilinum de
damno dato: ſed quia cū eo contraxit. Ad hoc reſponſum eſt in effectu [e],
quòd nō par ſit ratio culpæ, vtroq́; caſu, in venditore eodēq́; locatore: em-
ptor enim de nulla poteſt conqueri culpa vēditoris, qui palam excepit ius
certi conductoris, qui vēditionis tempore tenebat rem conductā, de cuius
conditione & moribus poterat inquirere. & ſi is non placebat, neque eum
conductorem in re, quæ fieret ſua, ferendum putabat: vtique non debebat
in illam legem venditionis conſentire, ſi conſenſerit, quæ iniuria eſt, vt
venditor illum remittat, ſuaſq́; actiones cedat emptori, vt ipſe experiatur
de damno quod conductor dedit. At venditor cum emptore concludit
venditionem, inſcio plerūq́; conductore: ita vt hic dici non poſsit, empto
ris noui domini eius prædij quod conductum tenet, conditionem & mo-
res probaſſe. Ideoq́; iniquius deſideraret locator effugere actionem, im-
peditæ habitatiōis gratia, colono competētem, hoc ſolo, quòd eū remittat
ad emptorem: vt aduerſus illum aliena actione, ſibiq́; ceſſa à locatore expe
riatur: qui expeditius ſuo ipſius iure, ſuaq́; propria actione ipſum locato-
rem cum quo contraxit, conuenire poteſt, omiſſo emptore nouo domi-
no rei locatæ in quo non conſenſit. Hæc tamen ſubtiliori diſcuſsioni ad-
huc ſubmittenda putaui.

a *Accurſ. hic in glo. verbi, ex vendito. & Alberi.*
b *l. quod debetur. de pecul.*
c *Fulgo. hic.*
d *vt in d. l. quod debetur. in fi. in verbis, idcirco teneri.*
e *à Fulgo. hic.*

QVARTA PARS DE PRETIO.
L. II. §. SINE PRETIO.

SVMMARIA.

1 *Ad ſubſtantiam venditionis pertinent pretium, res quæ veneat, & conſenſus contrahentium.*
2 *Promiſsio de vēdendo tenet, etiam nō deſignato certo pretio, ad exemplum legati.*
3 *Pretiū poſterioris vēditionis quandoq́; dinoſcitur ex priori, quaſi eodem pretio res vendita ſit.*
4 *Si ſtatuto cautū ſit, vt qui cū alio rem cōem habet, illi potius q̄ extero vēdat, an intelligatur vt eodē pretio quo ipſe rē cōparauit, an verò iuſto pretio?*
5 *Emptio vt probetur, probari debeat pretium.*

AD ſubſtantiā venditionis nō minus pretiū [f] pertinet, quàm res q̄ væ-
1 neat, & contrahentiū conſenſus. † quorū triū ſi quid deſit, nulla vēdi-
tio eſt [g]. Sanè promiſsio de vendendo tenet, etiam nullo deſignato futuræ

f *l. ſi donationis cauſa. C. eod. tit.*
g *l. cū res. & ibi Bal. C. eo. Soci. conſi. 208. Zaſi. cōſi. 18. priori volu. ſub fi.*

 vendi-

venditionis pretio: ad exemplum præcepti teſtatoris de vendendo aut e-
mendo. † Cuiuſmodi legati magna ſæpè eſt vtilitas, etiã ſi nullum pretium 2
definiuerit teſtator, quo vendi aut emi res debeat, quia intelligitur, vt hæ-
res vendat aut emat pretio iuſto [a]: præſertim quando non præceſsit alius
contractus, aliúdue negotium definitum pretium habens, ex quo, & in
alio ſubſequente, certa pretij quantitas poſſet dinoſci. † Tunc enim quæ- 3
ri & controuerti ſolet, an poſterioris quoque contractus ſiue negotij,
idem pretium intelligi debeat: quod fuit prioris. An potius adhuc in ge-
nere, & abſque certa determinatione, intelligemus illud pretium, quod
tempore poſterioris contractus inuenietur iuſtum. Verbi gratia: Si quis
vendens prædium aureis centũ, ſtipuletur illud intra decennium ſibi reuẽ-
di: nec addat quo pretio. Vel ſi ſtatuto cautum ſit, vt qui cum alio rem cõ-
munem habet, illi potius quàm extero vendat. † an his caſibus eodẽ pretio 4
reuendet emptor quo prius emit: an iuſto pretio, pro ratione temporis, cũ
vult tranſcribi ſibi emptor: & an oporteat offerri ſocio, quantum alius qui
uis extraneus emptor offert: an ſit ſatis offerre iuſtum. Quæ alijs [b] locis la
tè tractata, hic indicare tantùm volui. Sed & illud perplexè diſputatur [c],
An, vt non conſiſtit emptio ſine pretio: ita quoque non probetur, nõ pro-
bato pretio. † Quod breui diſtinctione expediri ſic poterit, vt inter eos 5
ipſos qui contraxerũt, ad actionem ex eo contractu fundandam, non ſuffi-
ciat probatio, quæ nullam cõplectitur certam & definitã pretij quantitatẽ.
quamuis de ea iudex iuſiurandum deferre poſſet [d], in ſupplementum proba
tionis, ſi reliqua benè probata ſunt. Sed ſi quæſtio vẽditionis & emptionis
incidat tractanda alio fine, & vt ſæpè fit, inter alios quàm contrahentes, vt-
puta ſi tituli loco ſit in vſucapione deducenda & demonſtranda: iam non
æquè de certo pretio conſtare deberet. Quod nõnullis locis de induſtria
omittitur, etiam in eo genere inſtrumentorum, quod maximè ibi ſolenne
habent: veluti in literis vt vocant ſcabinalibus.

a l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. l. & ſi equo. de lega. j.

b à Salice. ad l. dudũ. C. eo. verſi. quæro ſtatuto caueatur vt conſors, &c. Iaſ. ad l. vlt. in. 6. colũ. C. de iure emphit. Sozinus & alij latè ad l. qui Romæ. §. cohæredes. de verborũ oblig.

c à Sozi. cõſi. præalleg. 208. Lud. Rom. conſi. 91. in. 3. quæſt. Fulgoſ. & Caſtrẽ. ad l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. & ibi à Iaſo. ad. §. Marcellus. de iureiuran.

d Bar. ad l. admonendi. colum. 8. de iureiurã. Phil. Dec. in repeti. c. j. de probat. colum. 21.

L. CVM IN VENDITIONE. 36.

SVMMARIA.

1 *Si pretiũ in vẽditione ponat vẽditor donationis cauſa non exacturus, an emptio ſit, an donatio?*
2 *Simulata venditio.*
3 *Qualitas adiecta verbo, ineſt tẽpori verbi, ac ſecundum tempus verbi intelligenda eſt.*
4 *Pretium in emptione, an ſtatim in ipſo contractu remitti poſſit.*
5 *Dictio, mox, cũ internallo aliquo intelligitur.*

CVM IAM iam ſatis conſtet pretium ad ſubſtantiam venditionis per
tinere: conſequens eſt, quòd ſi illud ponat venditor, donationis cau-
ſa non exacturus, non cenſeatur vendidiſſe, ſed potius donaſſe. † ſi dona- 1
tionis gratia traditio ſequatur, & in poſſeſsionem inductio, vt alia quadam
conſtitutione requiri videtur [e]. ſcilicet cum nondum donatio nudo con-
ſenſu & pacto perficeretur, vt hodie perficitur [f]. Porrò quod Vlpia. hic
dixit, poni pretium, quod nõ ſit exacturus venditor: duplicis reſtrictionis
interpretationem accipit. ſcilicet vt non ſolus venditor ponat, non ſolus
concipiat animo remiſsionem pretij: ſed quod vterque ſimulet pretium,
cùm inter eos id ageretur, vt nullum daretur, aut deberetur. † Alioqui id 2
ſic cogitante ſolo venditore, nihil minus vterque alteri, ſecundum legem
venditionis & emptionis, obligaretur [g]. Quamuis enim venditor cogi-
tauerit donare, pretiúmque remittere, non donauit tamen [h]. Et vt ab ini-
tio contractus id inter eos agatur, ſic vt eo ipſo tempore conuenti, aut
veritus ſimulati pretij, actum ſit illud non exigi, ex regula peruulgata,

e l. empti fides. C. eo.

f l. pen. §. vlt. C. de donat.

g Accur. hic. & cũ eo Salic.

h arg. l. ſi repetendi. C. de condict. ob cauſ.

quòd

3 quòd qualitas adiecta verbo, inſit tempori † verbi[a]. Nam ex interuallo
pretium etiam totũ remitti poſſe conſtat, manente nihilominus venditio-
ne & emptione[b], vt & merces in locatione[c]. At inquies hæc merces etiá
mox poteſt remitti, atque adeo, vt videtur, in ipſo contractu locationis[d]:
4 cur ergo non æquè pretium ſic remitti poteſt in emptione? † Certè eo-
dem modo vtrumq; remitti poteſt, aliquo ſcilicet interuallo poſt contra-
ctam obligationem. Et quod vnó loco dictum eſt, mox penſionem re-
mitti, non putabimus referendum ad ipſum initium contractus: alio-
qui nulla vnquam debita fuiſſet penſio quæ remitti poſſet, ſed cum ci-
uili temperamento, & aliquo licet breui interuallo poſt contractam
locationem intelligetur. Sicut & alijs pleriſque locis legimus[e] dictio-
5 nem, mox, longioris etiam temporis interuallum † admittere.

a l. in delictis. §. ſi extraneus. de noxa. act. l. Titius. de milit. teſt.
b l. ſi cõuenerit. de pact.
c l. ſi tibi habitationem. locati & conducti.
d d. l. ſi tibi habitationem. in verbo, mox.
e apud Panorm. ad c. quia propter. in ſi. princ. de elect. Bal. & latiſſ. Iaſ. ad l. fructus. ſolu. matrimo.

L. SI QVIS DONATIONIS CAVSA.

SVMMARIA.

1 *Venditor ex certa ſcientia rem vendens infra dimidium iuſti pretij, non tamen cenſetur partim vẽdere, partim donare.*
2 *Ceſsio ſimulata cenſetur ob exiguitatem pretij.*
3 *Contractus vt cenſeatur mixtus, partim venditionis, partim donationis, an neceſſe ſit exprimi verbum donationis.*
4 *An donatio cenſeatur ipſius rei, an pretij, quod deeſt ad verum rei valorem, ex coniecturis æſtimandum.*
5 *Venditio donationis cauſa minori pretio facta inter coniuges, an valeat.*

CVM MINORIS venditur res quàm valeat, ſi fallitur venditor pu-
tatque pretium iuſtum, reſcinditur contractus, quando vltra dimi-
diam iuſti pretij læſus eſt[f]. Si non fallitur, ſed ex certa ſcientia mi-
noris vendat, non mox putabimus rem partim eſſe venditam, partim do-
1 natam, mixtamque eſſe ſpeciem contractus: † ſed in primis ſpectandum
erit principale propoſitum contrahentium, & quid inter eos ſit actum[g].
Si enim hoc agant vt venditio ſit, ea erit ſola & mera venditio[h]: etiam
ſi infra dimidiam iuſti pretij res fuerit diſtracta. Nam nec hoc dona-
re eſt, ſed damnoſè contrahere[i]. Sicut inæqualiter diuidere, non eſt do-
nare: ſed in diuiſione lædi. quamuis ceſsio actionum titulo emptionis
2 facta, cenſeretur ob exiguitatem pretij ſimulata[k]. † Vt tamen mixtus ſit
contractus, partim venditionis, partim donationis: non dicimus neceſ-
ſarium eſſe exprimi verbum donationis: ſed ſufficere[l] probabiles con-
3 iecturas intentionis donandi. † vtpote ex familiaritate, cognatione, a-
liaue neceſsitudine & coniunctione perſonarum, vltra id quod vendi-
tor, ſciens verum rei pretium, abſque neceſsitate rei familiaris, tam exi-
guo pretio rem addixerit. Quo caſu dubitari adhuc poteſt, an con-
currens illa & venditioni permiſta donatio ſit ipſius rei, partisve eius:
4 an potius pretij deficientis. † Diſtingui poterit[m], vt in primis inſpicia-
5 mus, quid inter contrahentes ſit actum, & quod verba deſignant, hoc in
dubio ſequamur. Si nihil ex verbis appareat, tunc ex circumſtantijs e-
tiam externis inſpici quod eſt veriſimilius. Veluti ſi rem expoſuerat ve-
nalem, quam donationis cauſa minoris vendat: donationem eſſe dicemus,
non alicuius partis rei, ſed pretij: & in materia retractus ſuppleri debere,
ab agnato retrahente, id quod cõperietur deeſſe iuſto pretio, non integrè
donandi animo cõuento. Et inter has cõiecturas erit & origo tractatus ha
biti de cõtrahendo negotio: ita vt diſtinguamus de quo genere cõtractus
ſermo prius habitus ſit, ſiue de quo tractari cœperit[n]. Ita vt ſi à venditione
inchoata res ſit, & de re vendenda primo ſit actum, quæ deinde exiguo
pretio addicitur, dicemus totam rem eſſe venditam, nihil eius donatum,

f l. 2. C. de reſcind. vendit.
g l. rogaſti. l. ſi quis nec cauſam. ſi cert. pet.
h vt hic in verb. venditio valet.
i Bal. ad rubric. C. de contrahen. empt.
k Bal. hic in l. pen. & vlt. C. locati.
l cum Molin. ad. §. 23. conſuetud. feudal. 12. & 15. quæſt.
m cum Molin. loco alleg.
n arg. l. ſi procuratorem. mandati.

ſed partẽ tantùm pretij remiſſam, donationis cauſa. Si verò tractatum ſit de donatione, Veluti cum interpellaretur is qui aliquando dixerat ſe donaturũ aureos centum, vt illorũ loco rem quampiam det: ſed quia ea longè pretioſior eſt, dare nolit, niſi quod pluris valet, à donatario in pecunia numerata reddatur, vẽditio erit & donatio rei. Sanè ſi vno quis nummo rem magni pretij addicat, imaginaria eſt venditio: cui non ſolùm antiquiſſimo illo ſeculo locus fuit, in emancipationibus liberorum [a] (cuius reliquiæ videntur ad nos vſq; manaſſe, cũ hic in emancipationibus liberorũ videmus adſcribi, quod focũ patris reconduxerũt vno nummo) verùm etiã accõmodæ ſunt viſæ, per quas fieret in alios tranſlatio emolumentorum eius rei, quæ à perſona in qua reſidet trãsferri nequit aliàs vtputa vſuſfructus [b]. Habet autem hæc diſtinctio permiſtionis contractuũ venditionis & donationis, plurimũ momenti inter eas perſonas, inter quas donatio iure prohibita eſt: veluti coniuges. † Si enim alter alteri principaliter intendat donare, non valet quod agitur [c]: nec qui emere ſimulat, debitor eſt pretij [d], nec æſtimatio rei dotalis ſic facta, emptionẽ facit: ſed res manet dotalis [e]. Sed ſi cum vendendi animũ maritus haberet, & vxori quoque vendere vellet, minoris vẽdidit animo donandi aliquid ex pretio: dicemus totã rem rectè venditam, & in dominium tranſiſſe vxoris: ſed non valere donationem pretij, quatenus ex illius remiſſione locupletior eſt mulier [f]. 5

a l.liberos.§.j.de cap.dim. & .§. preterea. & .§.j. Inſtit. quib.mo.ius.pat.

b l.ſi vſuſfructus. de iure dot.l.vſufructu.ſolu.matrimo. & vtrobiq; Bald. Bart. & alij ad l.ſi quis ante cõduxerit. de acqui. poſſeſſ. Cynus ad l.maritus. C. de procurator.

c vt his in verbis, inter virum enim. & toto tit. de don. inter vir. & vxo.

d l.vir vxori. in princi. ad Velleia.

e l.ſi res æſtimata. de iure dot.

f l.ſi ſponſus.§.circa venditionem. de dona.inter vir. & vxo.

L. HAEC VENDITIO. §. I. L. SI QVIS FVNDVM. HOC TIT.

SVMMARIA.

1 *Pretium certũ eſſe debet, & in pecunia numerata.*
2 *Hæc emptio, erit tibi emptus quanti à teſtatore eſt emptus, conditionalis cenſetur, & cur.*
3 *Incertitudo pretij quandoq; ſuſtinetur in emptione.*
4 *Si res vẽdatur iuſto pretio, in genere ſcilicet: an cenſeatur venditio.*
5 *Venditiones, quanti volueris, quanti æquum putaueris, aut quanti æſtimaueris, an valeant?*
6 *Pretij augmentũ an conferatur rectè in arbitrium alterius contrahentium. Veluti; vendo tibi centũ aureis, & quanti pluris eandẽ vendideris. Et quid in re dotali eo modo æſtimata.*
7 *Pecunia ad numerum danda eſt in emptione, alioquin ſi, vt certa corpora, tam contractus erit innominatus.*
8 *Si res ematur vna marca aut vncijs aliquot argenti vel auri, an ſit venditio?*
9 *Res poteſt accedere pretio veluti pretij pars.*
10 *Res accedẽs pretio, an poſſit eſſe melior ipſo pretio, vt contractus feruet naturã emptio. & vendit.*

HACTENVS vidimus, quòd in venditione aliquod ſemper pretium eſſe oporteat: nunc quale illud eſſe debeat videamus. Quod duabus potiſſimũ qualitatibus abſoluetur: nimirum, vt certũ ſit, & vt in pecunia conſiſtat numerata. † Certum, inquam, vel per ſe, vel per relationẽ ad aliud: ita vt ſi ex eo, ad quod relatio fit, nullum pretium inueniatur, venditio nulla ſit. Vtputa ſi hæres ſic vendat fundum hæreditarium: Erit tibi emptus quanti à teſtatore eſt emptus. & mox inueniatur non emptus, ſed donatus teſtatori: Hanc conuentionẽ Vlpianus dixit [g] ſimilem eſſe venditioni ſub conditione factæ. † nam verè quidem conditionalis non eſt, quãuis enim idem ſit in relatiuo quantitatis, quod ſubſtantiæ [h]: ſicut tamẽ hoc conditionem non facit, niſi quando ſpectat ad futurum [i]: ita nec illud, nam generaliter nulla propriè cõditio eſt, quæ refertur ad præſens aut præteritum [k]: neq; in hoc caſu aliud dicemus eſſe in legatis, quàm in cõtractibus. Nam & legata vitiarentur ob demonſtrationem falſam, in eo quod pertineret ad ſubſtantiam rei legatæ [l]. 1 2

g in d. l.ſi quis fundum.

h Bal. ad d.l.ſi quis fundũ.

i l.Stichum quæ alius erit. de verb.oblig. iuncta.l.ſi ita ſtipulatus fuero hanc ſummã centũ aureorum. de verbor.oblig.

k l.cũ ad præſens.ſi cert.peta. l. cum in ſecundo. de iniuſt.rup.vel irri.teſta.

l l.ſi ſic.§.j. de lega.j.

Quando verò id ad quod fit relatio reperitur, & ex eo certum aliquod pretium intelligi poteſt, rectè contracta eſt emptio: etiam ſi tempore conuentionis non appareat quid illud ſit: vtputa ſi emero à te quãti tu emiſti, quanti ſimilem rem à te vel ab alio emit alius, vel quanti pretij in arca habeo: id

68 Bis

beo: id eſt, tanti, quantam pecuniam in arca habeo [a]. Quod poſtremum, vt
ſingulare, memoria tenendum eſt. nam verius videtur genus eſſe incertæ
cuiuſdam ſponſionis [b]: quàm bene deliberatæ venditionis, aut emptionis.
Suſtinetur tamen huiuſmodi incertitudo pretij, cum magis ignoretur,
quanti res empta ſit, quàm quod in rei veritate pretium ſit incertum.
3 † Sed an ea ignoratio quantitatis pretij, cóperto poſtea pretio multũ inæ-
quali, admittat beneficium reſcindendi contractus ex læſione, præſertim
vbi id ſciuit vnus contrahentium, & ignorauit alter, nemo hic attigit, &
ea ſu occurrente, alio recurri poterit [c]. Quid ergo ſi quis vendat alij e-
menti rem pretio iuſto, in genere, nulla alia certi pretij conuentione ha-
4 bita, qualis hic erit contractus? † Sunt qui venditionem & emptionem eſ-
ſe tradant [d], magisq; ignorari pretium, vt hic dicitur, quàm quod per rei na-
turam ſit incertũ: cui vicina eſt hæc ſpecies conuentionis in vſu frequẽti,
qua traditur & accipitur res eo pretio, de quo poſtea inter eos cóueniet:
quam quidá [e] referunt in numerum contractuum innominatorum [f]. Alij
malunt [g] vocare venditionem: ſed velut pendentem, quæ perficiatur, ſi de
pretio poſtea conuenerit, ſi non conuenerit rem reddi ſaluam, & inte-
gram, ſi ſic reddi poſsit. ſi non poſsit, tunc demum ad arbitrium boni viri,
quò æſtimatio fiat, eſſe recurrendum [h].

Et quoniam iam in mentionem incidimus æſtimationis, quæ alieno
arbitrio fiat, hoc minimè prætereundum putaui, quòd in liberam voluntaté
alterius contrahentiũ, non poſsit quantitas pretij conferri [i]: non ſolum ſi
ita conuenerit: *quanti velis*. quæ verba liberam ſignificant voluntatem: ne
in teſtamentis quidem hæredi permittendam [k]: ſed nec ita, quanti æquum
5 putaueris, quáti æſtimaueris, † quæ non plenum arbitrium important, &
in teſtamentis hæredi aſſcribi poſſunt. quamuis in ijs rebus quæ inſpi-
ciendæ [l] & experiundæ dari ſolent, etiam poſtquam de venditione & pre-
tio earum conueniet, paciſci licent, vt ſint & permaneant emptæ, ſi
intra menſem placuerint [m]. vel ita, vt niſi placuerit, redhibeatur [n].

Sanè de quantitate pretij, in tertij alicuius arbitrium collati, alio loco
ſatis multa diximus [o]. Augmentum verò pretij tacitè in arbitrium alterius
6 contrahentium poſſe conferri, † hic quoque propoſitum eſt [p]: quod qui-
dem augmentum, quamuis in conditione ponatur, velut accidentarium
dubium atque ſuſpenſum (vt vendo centum aureis, & quanti pluris ipſe
vendideris) conditionalem non facit venditionem: ſed mox ſoluto eo
pretio, quod certum eſt, peti poterit rei venditæ traditio, vt ex pura
venditione [q]. quia vt hic Iuriſconſultus ait, habet pretium certum cen-
tum aureorum; quòd fortè augebitur, ſi pluris eum fundum vendidero:
ſi non pluris permanet in ſuo ſtatu, velut ſatis determinatum, & certum
pretium, centum. Cuius rei in quæſtione non otioſa, exemplum dari
poterit, de æſtimatione dotalis rei ſic facta, vt detur in dotem marito
fundus æſtimatus aureis centum, ea adiectione, vt quanto pluris venie-
rit, hoc quoque ſit in dote. Hic enim maritus in effectu emit fundum, &
æſtimatio emptionem facit: non quidem, vt omninò centum tantum au-
reos reddat, ſoluto matrimonio, velut pecuniá dotalé: verũ etiá, vt addat,
quáto pluris védiderit. Sicut ecótrario cóueniri poteſt, ſi minoris vẽda-
tur, id debeat mulier ad doté addere, vt integra dos ſit aureorum cétum [r].
Huc accedit etiam illud, quod in confeſsionibus certam quátitatem con-
tinentibus, ſed cum hac adiectione (plus minuſve) aut (paulò plus aut mi-
nus) ſtádum ſit, veluti firmis, quoad expreſſam & determinatam quanti-
tatem, ſi non ex aduerſo probetur plus eſſe, aut minus [ſ].

a hac l. hæc venditio. §. 1. & ibi Accurſ.

b vt in l. ſi tibi rem inſpiciendam. §. vlt. de præſcript.

c ad l. à Titio. de verb. oblig. Decius conſil. 116.

d Alberic. hic. & Fulgo. ex l. ſi fundus. §. poteſt. de pignor.

e Paul. Caſtrenſ. ad l. empti fides. C. eod. tit.

f arg. l. ſi tibi polienda. de præſcript. verbis. & Inſtit. de locat. & conduct. in fin prin.

g Salic. ad l. vlt. C. eo. in 4. quæſt.

h vt in d. l. ſi tibi polienda. & Caſtrenſ. ad l. ſi merces locat.

i l. quod ſæpè. §. 1. hoc tit. l. in ven. C. eod.

k l. fideicommiſſa. §. quamquam. de legat. 3

l arg. l. ſi tibi rem inſpiciendam. de præſcript. verb.

m §. emptio. Inſtit. de emp. & vendit.

n l. quod ſi nolit. §. ſi quid ita venierit. de ædilitio edicto.

o ad d. l. ſi fundus. §. vlt. de pignorib.

p in l. hæc véditio. §. vlt. hoc tit.

q Bald. hic.

r l. ſi pater dotem. §. ſi fundo æſtimato. de pact. dotal.

ſ l. Publia Meuia. §. Titius. & ibi Bart. Bald. & alij depoſiti.

Aliud, quod de pretio obiter attigimus paulò ante, quale eſſe debeat,
illud fuit, vt conſiſteret in pecunia (ſic enim à permutatione ſeparamus,
ſtrictè hic accepto pecuniæ vocabulo) & quidem numerata. i. nô côſide-
rata vt ſpecie, & certo corpore nummorũ (ſicut interdum fit[a]) † quo caſu 7
tranſiret in ſpeciẽ côtractus innominati: ſed ad numerum ſoluenda, & ſic
côſiderata pecunia, vt genere, ſiue quantitate, cuius ſpecies eſt, numerus.
Ideoq; ſi appendantur, non numerentur pecuniæ, ex conuentione, non
erit emptio. † Vt ſi quis dicat, ſe rẽ emere vna marca, aut vncijs aliquot auri, 8
ri, vel argenti[b]. Longè magis ergo à vera venditione & emptione rece-
ditur, quando ex parte eius, qui videretur emere, nullo modo pecuniã dari
conuenit, ſed aliud quiddam fieri, vtputa ſi quis duas ruinoſas habens in-
ſulas, vnam vendat, vt alia reparetur & ædificetur: non vẽditio eſt, quam-
uis ita ſonent verba, quæ rei potius ſeruire debent, quàm res verbis[c]: ſed
innominatus contractus[d]. Poteſt tamen pecuniæ numeratæ aliud quid-
dam accedere, † quod ſit velut pars pretij venditionis[e], quia hoc ipſo plu 9
ris vel minoris venditur res, quòd tali lege, ſiue pacto de aliquo alio fa-
ciendo vendatur, atque ita res tota verè quidem vendita eſt, licet fortè
vilius, quòd eo pacto ſit vendita: quod enim deducitur in pactum, ſurro-
gatur in locum partis pretij, quæ pecuniæ numerandæ deficit, ideoq; ad
illud ipſum, quod in pacto eſt, extenditur actio ex vendito[f].

Sic quoque qui fundum vendidit conſtituto pretio, ſed moderatiore,
propterea quòd appoſitum eſſet pactum, vt certa mercede retineret con-
ductum: is poteſt ex vendito agere, non tantum ad pecuniam, verùm e-
tiam ad complendum illud quod pepigerunt[g]. id eſt, vt conductum ha-
beat, vt emptor ei locet, & cùm locauerit, tunc ad ea quæ in conſequen-
tia conductionis vel locatiôis veniunt, ageretur ex locato, aut côducto[h].
Qui contractus, quamuis ex pacto venditioni appoſito fieri debeat, &
iniri, atque ita mox ex tempore appoſiti pacti, appareat aliquis conſenſus,
ille tamen non eſt præſens, & iam nunc contractæ locationis & condu-
ctionis: ſed relatus in futurum, de locando & conducendo, vt ſic nondum
dicere poſſimus, locationem eſſe & conductionem. Sicut pactum de ven
dendo latè probauimus non eſſe venditionem. Eaque expeditior eſt re-
ſponſio, cur hic nudo conſenſu non dicamus contractam locationẽ, quàm
quæ ſuper eadem quæſtione à Fulgoſio eſt addita[i]. Et hæc quidem ita cô
modiſſimè procedent, ſi quod accedit ad pecuniam conuentam, non ſit ta-
le, quod principaliter, & magis quàm pretium pecuniarium, forte exiguũ,
venditorem permouerit ad venditionem: quando enim non ad hoc prin-
cipaliter reſpexit, vt id ſibi impleretur, ſeruat contractus venditionis pro-
priam ſuam vim, † quod ex capite cauſæ non ſecutæ, ſiue illius non imple- 10
ti, quod fieri conuenerat, non reſcinditur[k]: vbi alioquin, ſi exiguum eſſet
pretium pecuniarum, quod acceſſiſſet pacto alterius alicuius facti, quod
fieri & impleri ſibi principaliter intendiſſet venditor, illo non facto, re-
ſolui contractus poſſet[l]. Hac in parte accedens ad naturam innominati
contractus, quòd ab eo recedi poſſit, ex capite non ſecuti implementi:
hoc tamen diuerſum habens, quòd non ex capite liberæ pœnitentiæ[m].
Illud quoque non omittendum putaui, ea quæ de pretio diximus, refe-
renda eſſe ad conuentionem, non ad implementum ſiue ſolutionem:
hoc eſt, vt emptio contrahatur; neceſſe eſt conueniri de pretio pecu-
niario, cuius tamen loco poſtea volenti creditori aliud poteſt ſolui[n].

L. QVOD

a l. planè vbi trãſferre. §. 1. l. ſed etſi certò. l. ſi ſeru[?] legat[?]. §. qui quãdoq;. de legat. 1. l. ſi certos. de verbor. oblig.

b Faber & Ang. ad §. idẽ pretium in numerata pecunia. Inſtit. de emptione & vendit.

c l. ſi vno. poſt princip. verſ. ſed etſi donato. infr. locati. l. vbi ita donatur. de mortis cauſa donatio.

d l. inſulam. de præſcript. verbis.

e l. fundi partem. in fi. hoc tit. l. tenetur. §. 1. de act. empti.

f l. ſi venditor ab emption. infr. ſi ſeruus exportandus veneat.

g l. qui fundum vendidit. hoc tit.

h l. ſi heres teſtamento. de action. empt.

i ad l. fundi partẽ. hoc tit.

k l. ea conditione. C. de reſcindenda vẽd. iuncta l. inciuile. C. de rei vend.

l l. cum te. C. de pact. inter empt. & vend.

m Paul. Caſtrenſ. ad d. l. cũ te.

n l. pretij cauſa. C. de reſcindenda vendit.

L. QVOD SAEPE. IN PRINCIPIO.

SVMMARIA.

1 *Contractus arralis proprius eſt contractus, licet acceſſorius ad aliam contractum.*
2 *Arræ diuerſimodè accedunt ad contractum.*
3 *Arræ data ſi amittãtur, vel duplicata reddãtur, an etiam præſtandum eſt quod intereſt.*
4 *Ex arrali pacto naſcitur perſonalis actio ex empto & vendito.*
5 *Arra datur q͞nq;, vt probatio cõtract⁹ ſit expeditior.*
6 *Arra in pecunia numerata cõſiſtens, cedit in partem pretij.*
7 *Arra ſi data ſit, non vt cederet in partem pretij, an repetatur.*

POSTREMO pertinet huc de arris aliquid dicere, quæ ab emptore dantur, & ad pretium proximè accedunt. Et eſt quidem arralis pro-
1 prius contractus [a], acceſſorius tamen ad alium,† cui non ſecus atq; pignus aliquod [b] firmitatem tribuat. Sed diſtinguendum eſt, quid arrarum nomine detur, & quando, an ſcilicet annulus, aliáue quælibet res, aut ſpecies, an pecunia numerata [c], & an perfecto contractu, an verò illo adhuc imperfecto arræ detur [d]. Ex quibus facilè erit conſequenter cognoſcere, ad quid dentur. Si enim dentur imperfecto adhuc negotio, in ſignum cepti contractus, penè concluſi, & in ſpem reliqua perficiendi: iam videntur nō-
2 nihil accedere ad pœnam,† vt vel perdat eas emptor, vel duplicatas reddat venditor, qui contractum inchoatum denegat concludere, & abſoluere [e]. Hoc tamen diuerſum à pœna habens, docente Zaſio [f]: quòd pœna præciſè cogat, nihil de conſenſu habeat, ſed puniat diſſenſum, quem præſupponit, aut ſecuturū metuit, qui pœnam opponit, in euentum diſſenſus: ſed arræ ad perficiendum, quod ceptum eſt permoueant & alliceant. Interdum ad abſoluendum tantum contractum [g]. Interdum etiam, vt vtrinque contractus conuentione abſolutus impleatur [h], quæ arræ perfecto & impleto cōtractu, & ſic ſecuto eo ob quod datæ erant, vel communi conſenſu reſoluto, repetuntur, vel actione ex vendito aut empto, vel cōdictione ſine cauſa [i]. Si non perficiatur contractus, cuius gratia datæ erant, perduntur, aut duplicatæ redduntur. Nec tamen eo amplius id etiam quod intereſt rem tra-
3 di, præſtandum eſt,† ſi dicamus id tunc ſolùm obtinere, cùm non abſoluitur contractus, cuius ineundi gratia datæ erant: quo caſu non dicet alter contrahentium ſua intereſſe, impleri contractum, qui nondum initus, nec quoad terminos conuentionis abſolutus, aut concluſus: ſed dicere poſſet ſua intereſſe, concludi & abſolui contractum, quod cùm nemo facere teneatur, non magis quàm contrahere [l]: & multa tractentur, quæ non concluduntur: illius quod ſic intereſt, nulla habetur ratio, niſi in ſolo arrarum periculo. Et huc fortaſſe pertinet, quod eſt conſtitutum [m], ex arrali pacto
4 perſonalem duntaxat paciſcentibus actionem præparari.† perſonalem, inquam, ex vendito & empto, de qua eo loco principaliter agitur, & hanc quidem præparari tantum, ex pacto arrati, quod fit imperfecto adhuc, & nondum concluſo contractu. Non autem dari & naſci, cùm nondum obligatio venditi & empti ex conuentione abſoluta ſit contracta, & non intelligi illud actionem perſonalem, qua ipſæ arræ repetantur. Quando autem abſoluto contractu, eoq; vel ſcriptura vel abſque ea concluſo, arræ dantur, tunc adhuc videntur futurum quiddam reſpicere, & tēdere ad implementum contractus: dicitur enim [n] tunc eas in hoc dari, vt euidentius probari poſsit conueniſſe de pretio, illius autem probatio in nullum alium finem fit, aut adducitur, quàm vt agens ex vendito aut empto, poſsit vincere: & ſic contractus, qui conuentione eſt abſolutus, tandem quoque re ipſa impleatur. itaque hoc caſu minimè relictus eſt locus pœnitentiæ, ſolo

arrarum

a l. contractus. C. de fide inſtrument. l. ex arrali. C. de act. empt.
b l. vnica. C. ſi rector prouinciæ.
c vt in l. ex empto. §. is qui vinum in prin. verſ. ego illud quæro. inf. de act. empt.
d vt hic. & in d. l. contractus.
e d. l. contractus.
f ad l. Titia. de verbor. obligat.
g d. l. contractus. ſub fin.
h d. l. ex empto. §. is qui vinum. verſic. ego illud quæro. inf. de act. empt.
i d. §. is qui vinum. l. 2. C. quãdo liceat ab emptione recedere.
k cum Fulgoſ. hic. & ad d. l. contractus. Fab. ad ſin. princip. tit. Inſtit. de empt. & vendit.
l l. ſicut ab initio. C. de act. & obligat.
m in d. l. ex arrali.
n in hac l. quod ſæpè.

arrarum diſpendio, vt quidam putát [a], quod hoc ipſo reſponſo Iuriſcõſulti videtur improbari, cùm dicitur, arram dari pro emptione ſcilicet implẽda: (cõuentionem enim abſolutá præceſsiſſe præſupponitur) dari, inquam, nõ quod cõuentio ſiue arra non perficiat cõtractũ: ſed, inquit, vt euidentius probari poſsit cõueniſſe de pretio, de quo cõueniſſe nihil prodeſſet, nihil illius probatio iuuaret, ſi ſolo arrarum diſpẽdio ab ea conuentione perfecta (quæ hic dicitur ex arra nõ ſumere robur) poſſet recedi. Arra ergo datur, non quo inualidior, minusq́; firma ſit conuentio, ſed quo eius proba-
tio ſit expeditior. † Poſtremò non hoc erit omittendum, quòd arræ quæ 5
conſiſtunt in pecunia numerata imputantur in partem pretij [b]. † & in du- 6
bio videri actum, vt pretio cedãt [c], ita vt ſi prædium emptum agnatus venditoris retrahat, arras datas inueniat emptor in pretiũ quod ab agnato reſtituitur. Sed ſi ſit actum, vt non cedant in pretium, permaneant vẽditori:
† aut dẽtur pauperibus: tunc recuperabit emptor, non vt partẽ pretij, ſed 7
vt ſumptus legales factos, vt ad emptorem peruenire poſsit.

a Salicet. hic. & ad d. l. cõtractus videatur. Zaſ. reſponſo. ſingula. cap. 2. cap. 24.

b Gla. d. l. 2. ad verba, recuperare. C. quãdo liceat ab empt. recedere.

c d. vlt. inf. de l. cõmiſſoria.

QVINTA PARS, DE PACTIS INTER EMPTOREM ET VENDITOREM.

SVMMARIA.

1 *Pactum, modus & lex venditioni dicta, differunt à conditione.*
2 *Modus non ſuſpendit obligationem vt conditio, & quæ ſit ratio.*
3 *Conditio pro impleta habetur, ſi per eum ſtet, quo minus impleatur, qui adimplere eam tenetur.*
4 *Contractus claudicare non debet.*
5 *Actio præſcriptis verbis concurrit cum actione ex empto.*
6 *Dicta à promiſsis diligenter diſtinguenda.*
7 *Si quis dicto alterius fidens decipiatur in contractu qua actione agat, Veluti ſi dolus dederit cauſam contractui.*
8 *Licet contrahentibus inuicẽ circumſcribere, & quatenus, ex Mudæi conſideratione.*
9 *Fraus ab induſtria multum diſtat.*
10 *An in cõtractibus taceri aut diſsimulari quid poſſit, quod expreſſum impediturum erat contractum.*
11 *Venditor in generalibus verbis conſiſtens, dum rem commendat, an teneatur.*
12 *An emptor ſciens vitium, ſtipuletur illud abeſſe, an venditor promittens teneatur.*
13 *Materia pactorum in empt. & vend. triplicis generis eſt.*
14 *Subſtantialia contractus, comprehendunt ea quæ ſunt de ſolennitate interna.*
15 *Naturalia contractus accedunt ad contractũ formatum, & inſunt contractui authoritate legis.*
16 *Naturalia duplicis gñis ſunt, interna. ſ. et externa.*
17 *Diligenter cauendum, ne ſubſtantialia cum naturalibus confundamus.*
18 *Alciati rationes non concludunt Mudæo.*
20 *Accidentalia contractuum quæ ſint.*
21 *Varia pactorum nomina ab effectu petita.*

NON conſtitui hic totum caput exequi, & quicquid ſub eo contineri poteſt, attingere, cùm ſicut ſub capite rerum, occurrerunt aliqua ſuis peculiaribus titulis tractata, vt de hæreditate, vel actione vendita: ita hic quoque præcipua quædã, & frequẽtiora pacta, ſuos habent titulos [d]: ſed conſiſtemus quoad fieri poterit, in ijs ſolis, quæ hoc generali titulo, de contrahenda emptione ſunt tradita, & quæ ad illorum intelligẽtiam maximè ſunt neceſſaria.

Et in primis quidem † pactũ, modum, ſiue lẽgẽ venditioni dictam à con 1
ditione appoſita ſeparare debemus, quorum diſcrimen non aliud melius quàm à Iuliano diſcemus [e], qui voluit, quòd conditio contractũ ſuſpendat: ſic vt antequam ea purificata ſit, obligatio non naſcatur, ex contractũ agi non poſsit, & multo minus ad hoc, vt conditio impleatur [f]. Sed ſi modus adijciatur contractui, nulla ex eo erit ſuſpenſio obligationis, aut a-
ctionis: † quin ante impletum modũ, atque adeò ad illius ipſius implemen 2
tum agi poterit. Verbi gratia: Qui fundum alij obligatum habet, cuidã roganti habere emptum, ita vendidit, vt eum ante calendas Iulias liberaret: pura hæc emptio eſt, ex qua agi poterit, poſt eas calendas contra venditorem, vt liberet, vel à creditore redimat, tantùm abeſt, vt omiſſa redemptio aut luitio, inutilem, velut ex defectu conditionis, emptio-

d de in diem addictione. de l. commiſſoria. de ſeruis exportandis. vel ſi mãcipium ita venerit, vt manumittatur, vel cõtra.

e in l. Cum ab eo.

f vt hic in verſic. ſi verò ſub conditione.

emptionem faciat, vbi alioqui vera conditio ſic venditioni appoſita, *Si*
eum fundum, ante calendas Iulias, venditor à creditore redemiſſet, inuti-
lem penè emptionem faceret. ita ſcilicet, vt venditorem differentem redi-
mere non aſtringeret: ſubijcit enim ea forma conditionis, apertis verbis,
omnem propemodum obligationem, voluntati & facto ſolius venditoris[a].
Nam ignorare nõ potuit emptor, quòd creditor vel inuitus cogeretur de-
bitorem pignus luere volentem, ſolutione eius quod debetur, & pro quo
retineri pignus poſset, admittere[b]. vbi verò in conditione hoc eſſet, quod
non pendet ex arbitrio aut facto vnius contrahentium, ſed ex ſua & alte-
rius voluntate: iam ſi non curet impleri, ſed ſtet per eum, quo minus im-
3 pleatur, vtique pro impleta, † quoad actionem aduerſus eum dandam, ha-
beri poterit[c]. Vt ſi mihi bibliothecam ita vendideris, ſi decuriones Cam-
pani locum vendant, in quo eam ponerem[d]. At inquies: multo magis vi-
detur imputandum ei, qui non implet, quod in ſuo ſolius eſt arbitrio, vt im
pleat, quam ſi ex voluntate quoque alterius pendeat, qui non cogitur in-
uitus contrahere, vt in exemplo nunc dicto, Campani non coguntur locũ
vendere[e]. Albericus hanc obiectionem præſentiens[f], reſpondet in effe-
ctu, quòd non ſolùm oporteat reſpicere ad perſonam illius, cui cõditio ap-
ponitur, & per quem eſſet implenda: verùm etiam, & multò quidem ma-
gis ad perſonam alterius contrahentium, qui ſic patitur apponi & aſcribi
conditionem alteri: hoc enim ſi fieri patiatur, de ea conditione, cuius im-
plementum pendet ex illius voluntate, cui aſcribitur: iam etiam videtur,
ſe illius voluntati quodammodo ſubieciſſe, quæ idcirco ei expectãda erit,
æquè, inquit, ſicut caſus fortuitus expectaretur, ſi in eum collata eſſet ven-
ditio. Neque tamen hic dices, conditionis implementum pendere ex me
ro arbitrio venditoris: hic enim, etſi non redimat ferè, niſi velit, fieri ta-
men poteſt, quod vt maximè velit, & ex vendito tradere deſideret, nõ poſ-
ſet: ſi vel pecuniam corradere non poſſet, pro qua res eſt obligata, vel pro
qua alioqui retineri poſsit pignus. Quare dici non poterit, venditionem
hanc nullam eſſe, tanquam pendeat ex alieno arbitrio: ſicut hæc, vendo ſi
4 voluero, ne claudicet contractus[g]. † Sed rectè contracta eſt venditio, ex
qua vtrinque poterit agi, impleta conditione, quamuis ad hoc agi nõ poſ-
ſit, vt conditio impleatur[h]. Quando verò conditio mixtim dependet ex
voluntate, ſiue facto vnius contrahentium, & tertij alicuius[i]: tunc ſicut ea
non conſiſtit in voluntate ementis aut vendentis, cui apponitur: ita nec al
ter cum eo contrahens intelligetur ſe retuliſſe ad illius voluntatem, nec
ſe illi ſubieciſſe: ſed ita potius cum illo conueniſſe, vt cùm ſe ex ſua parte
oſtenderet paratum emere, hoc quoque curandum ſuſceperit, vt velint
alij vendere. Nec aliud ſanè ſenſiſſe puto Accurſium[k], cùm hæc verba, *Si*
Campani locum vendidiſſent, ita interpretatur, ſi parati eſſent, vel voluiſſent
vendere: quàm quòd illis volentibus, atque paratis locum bonis conditio-
nibus vendere, ſtet per emptorem bibliothecæ, ſi non emat, atque ita con-
ditionem haberi pro impleta. Et non eo amplius hoc voluiſſe eum ſua illa
interpretatione, quòd verè impleta eſſet conditio, ſic enim nõ dixiſſet Iu-
riſconſultus, quaſi impleta conditione agi: neque addidiſſet, per empto-
rem ſtare, quo minus impleretur, ſi verè impleri poſſet, eo ſolo, quòd Cam
pani parati eſſent bonis conditionibus vendere. Et ſanè vt hoc obiter at-
tingamus, hinc pendet verum diſcrimen actionum, vt in hac vna eademq́;
5 ſpecie † concurrentium[l], quod actio præſcriptis verbis competat, inſpecta
veritate, cùm re vera conditio non ſit impleta, differente illo à Campanis
vendere paratis emere. conditio autem nõ impleta meritò videri poterat
Labeoni

a gloſſ. 1. hic in verbis, hec eſt ratio.

b l. item liberatur. infr. quib. mod. pig. vel hypothec. ſolu.

c l. iure ciuili. de condit. & demonſtrat.

d l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothec. hoc tit.

e l. ſicut ab initio. C. de act. & oblig.

f hic ad d. l. Labeo.

g contra l. cum emptor. inf. de reſcind. vendit. l. in ementis. C. eod. Alex. & Iaſo. ad l. centeſimis. §. vlt. de verb. oblig.

h d. verſ. ſi verò ſub conditione.

i vt in d. l. Labeo.

k ad hanc l. Labeo. in prin. gloſſ. verbi vendidiſſet.

l teſte Alberic. hic. Fortunio Garſia. ad l. iuriſgentium. §. quinimò. col. 3. verſic. non obſtat ſeptimũ argument. de pact. Alciato quinti paradox. cap. primo.

Labeoni non agi ad pretium ex vendito, cùm vis & poteſtas veræ conditionis appoſitæ contractibus, verſetur in ſuſpenſione obligationis ex eo naſcituræ: cùm tamẽ æquum eſſet aliquam actionem dari, & fruſtrationem emptoris, locum emere nolentis, ei ipſi eſſe damno, & non venditori bibliothecæ, deficeretque actio ordinaria ex vendito, quam forma contractus præ ſe ferebat, recurſum eſt, ex generali regula [a], ad actionem præſcriptis verbis. Vlpianus verò ex alia regula [b] quæ conditionem pro impleta habet, cùm ſtat per eum qui implere deberet, quo minus fiat, etiam ex vendito actionem dari dixit: velut purificata conditione, ex iuris interpretatione.

Proximũ erit dicta à promiſsis in vẽditione bene diſtinguere [c]: hæc enim 6
ſemper obligant, illa verò quæ dicta tantùm ſunt, non ſemper. nam quæ commendandi cauſa dicuntur, ſi palam appareant, aut facilè cuiquam apparere poſſunt, venditorem non obligant [d]. & ad culpam imputatur emptori, ſi id non perpenderit, aliumve qui facilè perpendere poſsit, ſecum adduxerit. Si tamen dolum admiſcuerit venditor, quia is culpæ præponderat [e], vtique tenetur: etiamſi generaliter, quid dixerit, non excipiens nominatim, quod in ſpecie deeſſe ac deſiderari præſciuit. vt ſi ſe vendere dicat, quicquid intra demonſtratos fines & terminos poſsidet, cùm ſciat quam partem non poſsideat, & hoc taceat tamen. Vel ſi dicat: ſeruitutes, ſi quæ debeantur, non præſtabo: cùm ſciat quænam verè debeantur. Nam generalis adiectio ad ea quæ ſpecialiter nouit, is qui vendit, nec excipit, pertinere non debet [f]. ne facilis occaſio detur venditoribus fallendi emptores inſidioſè aliquid diſsimulando, ſub generalitate & inuolucro verborũ. Sed hoc aliquã difficultatẽ habet, qua actione ſic decepto ſuccurratur: an agat de dolo [g], an ex vendito [h]. † Quod nonnulli diligenter di- 7
ſtinguunt, & alijs caſibus, alij actioni locum dant [i]. Quamuis interim negandum non videatur [k], quin ſententia Vlpiani, qui de dolo agi reſpondit, non parum iuuet Bulgari ſententiam [l]: qui exiſtimauit, quod ſi dolus dederit cauſam contractui, ſecutaque traditio ſit, agẽdum ſit doli actione. Quod & Cicero voluiſſe videtur [m], vbi dolum recitat venditoris, quo Caius Cannius ad hortos emendos inductus eſt, ſtomachari inquit Cannius: ſed quid faceret? nondum enim Aquilius collega, & familiaris meus tulerat de dolo malo formulas. Verùm de hoc latius, cùm de actionibus agemus empti & venditi. Quod verò eodem loco addit Cicero, de frumentario prædio, illi non abſimile quiddam noſtri diſputant [n], de eo qui cum ſciret conſtitutum iri pretium certum frumenti, longè minus, quàm grauioris annonæ tempore paulatim creuerat. mox magnam quantitatem frumenti diſtraxit, minore quidem pretio, vt emptorem alliceret, quàm quod tunc vulgo frequentabatur: ſed maiore quàm quod ſciebat mox ex edicto conſtituendũ, an hic venditor teneatur emptori? Qui ſimplicitatem & æquitatem amant [o], volunt teneri venditorem ex dolo, & moderandum eſſe pretium ad regulam edicti. Alij [p] videntur magis eo inclinare, quòd non teneatur venditor induſtria ſua vſus, cùm liceat contrahentibus inuicem ſe circumſcribere [q]. † Sed perpendamus, quo modo, 8
& in quo permiſſum id ſit. Et nemo, vt opinor, illo argumento excuſabit venditorem, *In emendo* (inquit Iuriſconſultus) *& vendendo naturaliter conceſſum eſt, quod pluris ſit, minoris emere. & quod minoris ſit, pluris vendere. & ita inuicem ſe circumſcribere.* Expẽdite hæc verba (naturaliter) & quæ mox ſequuntur (& ita) quæ reſtrictionis gratia ſunt appoſita. Dolus autem naturali æquitati aduerſatur, neque ex doloſa diſsimulatione, legimus permiſſum

a l.1. & 2. de præſcript. verbis.
b d. l. iure ciuili. de condit. & demonſtrat.
c l. ſciendum. §. dictum à promiſſo. de ædilitio edicto.
d l. ea quæ commendandi. hoc tit.
e l. item ſi obſtetrix. in fin. ad l. Aquiliam.
f l. quæro. de act. empti.
g vt in d. l. quod venditor.
h vt in fin. d. l. quæro.
i Accurſius & Alberic. ad d. l. quòd venditor. de dolo malo.
k Alberic. ad finem l. quòd venditor. de dolo malo.
l ad l. & eleganter. de dolo malo.
m in princ. officiorũ tertij.
n Bart. & Fulgoſ. ad d. l. quæro. de actio. empti.
o Bart. ibidem Caſtrenſ. ad l. contra legem. num. 3. de legib. & ad fin. l. 1. de act. empt.
p Fulgoſ. ad d. l. quæro.
q l. in cauſa. 2. §. Pompon. de minorib. l. item ſi pretio. §. quemadmo. locati.

miſſum contrahentibus, inuicem ſe decipere. Et hæc quidẽ in caſu, quem
diximus, diſſimulati ſtatuti: quod breui promulgandum venditor ſciebat,
9 omninò obtinet. † quaſi non in fraudem emptoris tantùm, ſed & ſtatuti,
(cùm & futuræ legi fraus fieri poſsit) venditor contraxit [a]. Sed vbi aliunde
quid reſciuiſſet venditor (vtputa naufragium, quo perierunt ſimilis gene-
ris merces plurimæ, vel inexpectatã aduẽctionẽ ſimilium) quod cum adhuc
alios omnes lateret, ipſe magno ſuo emolumento negotiatus eſt, emit, aut
vendidit, durius poſſet videri [b], teneri eum, qui hæc habens cognita, cum
alio ignorante contraxerit, cùm omninò externa hæc ſint, & quæ rei ven-
ditæ aut emptæ non cohærent, neque adiacent, quamuis nihil taceri poſ-
ſit, aut diſſimulari ex incommodis ipſius rei, ſuper qua contrahitur, quibus
10 cognitis, alter aut non erat empturus, aut non eo pretio: † vſque adeò, vt
nec confinem aut vicinum malum tacere liceat [c], nec cum colono collu-
dere: ſic vt ſupponat aliquem venditor, circumueniendi emptoris cauſa,
vt quia ſimulant pluris locatum & conductum, quo pluris quoq; vẽdatur [d].
Sed etſi quis villam ruſticam diſtrahens & deſignans, quæ prædia, quæ pra
ta, alia ve ad illam pertineant, ſuis fere quoque menſuris, ſed vno loco ſtu-
dioſè diſſimulans, multas eſſe exiguæ menſuræ terras, omnes in vnam
quantitatem colligit, dicitque in eo agro eſſe tria iugera, etiam ſi verè
tot ſint, eaque quantitas reſultet ex omnibus in vnam conflatis, quia ta-
men tacuit, non vnius fundi eam eſſe menſuram, ſed plurimorũm ſimul,
venditorem hunc eo dolo teneri, ob multa incommoda, quæ ſunt ex mul-
tis exiguis terrulis [e]. Sed reuertamur ad Iuriſconſulti reſponſum, quod hic
explicandum ſuſcepi. Si venditor in terminis generalibus conſiſtat, vt ſi
dicat ſeruum quem venalem exhibet, deformem aliquem forte mopſum,
eſſe ſpecioſum ſeruum: domum, quæ aerem & ſolem, vbi non oporteat, ha
beat: & vbi oporteret, non habet, dicat bene ædificatam, non tenebitur.
11 † Hæc enim & ſimilia palam apparent. Sed quæ latent, & emptorem inui-
tant ad emendum, etiam ſi dixerit tantum, nihil promiſerit venditor, velu-
ti artificem eſſe ſeruum, & non ſit eius artis ad aliquẽ ſaltem modum [f] peri
tus: tenebitur. Sicut è diuerſo quædam etiam pollicitationes & promiſ-
ſiones venditorem non obligant [g], ſi ita in promptu vitium ſit, vt emptor
non probabiliter ignorare potuerit: vt ſi emat hominem luminibus effoſ-
ſis, de cuius ſanitate ſtipulanti ei venditor promittat: nam intelligitur po-
tius de reliqua parte corporis, quæ non apparebat, ſtipulatus: quàm de eo
in quo ſe ipſe decipiebat. At quid, ſi nominatim de illo ipſo eſſet ſtipula-
tus, ſciuiſſet cæcum eſſe, & nihilo minus ſtipularetur eum videre, vel fu-
12 gitiuum eſſe: & promitti ſibi vellet, † non eſſe fugitiuum. Accurſius iam
dubitat [h]. Et ſunt [i] qui exiſtimant, non obligari venditorem, ex ſtipula-
tione, qua ſciebat promitti impoſsibile [k]. Sed aliud apertè Labeo & Vl-
pianus reſponderunt [l], ex ſtipulatu agentem emptorem, non repelli exce-
ptione doli: quæ hic videretur competere. eo quòd ſciuerit vitium, quod
abeſſe eſt ſtipulatus, qui tamen ex empto ſi ageret, repelli poſsit. Indi-
cant ergo Iuriſconſulti, expreſſam illam ſtipulationem vires habere, quas
extendat & exerceat, vbi actio ex contractu emptionis non poſsit com-
petere. Rationi autem in contrarium adductæ, diſtinctione quadam ſatiſ-
facit hic Fulgoſius, diſtinguens aliqua eſſe euidenter impoſsibilia, ſecun-
dum naturã: Veluti hominem non eſſe moriturũ. Et hæc ſi in ſtipulationẽ
deducantur, nullã prorſus habere obligationẽ, nec illius quod intereſt [m].
Alia verò tãtum impoſsibilia eſſe ſecundũ accidẽs, non ſecũdũ naturã, vt

e Stichum

a *Paul. Caſtrenſ. præallegatis locis. & Fulgoſ. ad finem d.l. contra legem.*

b *Fulgo. ad d.l. contra legem. & ad d.l. quæro.*

c quòd ſæpè. §. vltimo. hoc titul. *& facit. l. ſi cui fundus. de legat. 2.*

d *l. qui per colluſionem. & ibi Alberic. Bald. & Fulgoſ. de act. empt.*

e *l. ea quæ commendandi.*

f *l. ſciendum. §. illud ſciendum. de ædilitio edicto.*

g *d. l. ea quæ. verſic. quædam etiam.*

h *hic in gloſ. 2. ad verb. de ſanitate.*

i *Rubardus quem refert et reprobat hic Fulgoſ.*

k *arg. l. non moriturum. C. de con. ſtip.*

l *in l. apud Celſ. §. item Labeo ſcribit. de dol. mal. & met. except.*

m *d. l. non moritur.*

Stichum ſeruum, qui reuera cæcus eſt, videre. quod nō eſt omnino impoſ
ſibile, cùm fortè etiam viderit interdum, ſed nūc deinceps impoſsibile fa-
ctum eſt. ſicut cum ſæpius fugijt & redijt, nō eſſe fugitiuū eſt impoſsibile,
quatenus in præteritum non eſt potentia: ſed poterat in id vitium nou in-
cendere, ſicut dialectici in modalibus diſtinguunt, in ſenſu diuiſo pro-
nunciata interdum vera eſſe, vt, cæcum non impoſsibile eſt videre: quæ
in compoſito ſenſu falſa ſunt. vt ſi dicas, cæcum videre non eſſe impoſsi-
bile. Quæ autem ſic impoſsibilia ſunt, non apparet tamen ex forma ſtipu-
lationis, vitium aut impoſsibilitas, illa vtique in ſtipulatum deduci poſ-
ſunt. & naſcetur obligatio ad id, quod intereſt ſtipulatoris ſiuè emptoris [a].
Non minus quoque neceſſarium erit ad vim pactorum, quæ inter em-
ptorem & venditorem fiunt, exactius dinoſcendam, bene diſtinguere il-
lorum materiam, ſuper qua fiunt, & interponuntur. Ea autem materia tri
plicis generis † eſt: Nam in contractibus quædam ſubſtantialia, quædam 13
naturalia, & alia quædam accidentalia ſunt. in quibus bene diſtinguen-
dis ab antiquo laboratum eſt [b], & vix tandem à neotericis [c] rectè defini-
tum. Subſtantialium appellationem hic comprehendemus, quæcunque
ſunt de materia, forma, & ſolennitate interna, † quamuis & hæc inter ſe 14
differunt, neque facilis ſit vbique illorum diſtinctio [d]. Sed quod ad ea
attinet quæ hic dicemus, omnia hæc indiſtinctè ſic pertinent ad ſub-
ſtantiam, vt ſine illis contractus conſiſtere nequeat. Huiuſmodi eſt con-
ſenſus in quolibet contractu [e]: Res & pretium in emptione & vendi-
tione [f]: Res & merces in locatione & conductione [g]: & quidem, vt v-
trumque tam pretium, quàm merces, in pecunia conſiſtat numerata: vt
communius eſt creditum. Quamuis de mercede conductionis nouiſsi-
mè quidam aliud ſenſerit [h], talis in ſocietate eſt communio: in ſtipula-
tione, interrogatio & reſponſio ordine facta. Et hæc quidem omnia ne-
ceſſariò apparent in contractu, & concurrunt ad ſubſtantiam eius, an-
tequàm initus & concluſus dici poſsit. Naturalia, ad contractum for-
matum, naturali quadam habitudine, accedunt: & legis authoritate il-
li inſunt. † etiam ſi de ijs contrahentes nihil dixerint, non conuene- 15
rint. Nam contractum naturaliter comitantur, ex eo dependent, ex eo
conſiſtunt: non contractus ex eis. Hæc duplicis generis ſunt, aliqua
interna ſiue innata, quæ per naturam, velut intrinſeca qualitate, con-
tractui cohærent. † illi ab exordio inſunt, vt poſsis dicere virtutem à 16
propria contractus ſpecie productam, quam dialectici propriam paſsio-
nem rei nominant, velut enatam, & mox conſurgentem ex principijs
eſſentialibus. Alia ſunt naturalia quidem, ſed externa, quæ ex con-
ſuetudine plerunque adſunt, & contractui inſunt: nec alia ratione na-
turalia dicuntur, quàm quòd aſsidua, aut frequentiore conſuetudine,
quæ altera natura eſt, accedant. Exemplis vtriuſque generis res erit
clarior. Quòd in venditione, dominium rei venditæ, vel quaſi domi-
nium, id eſt, vſucapiendi conditio, tranſeat in emptorem, naturale eſt
internum: vſqueadeo, vt in contrarium non liceat paciſci, manente eo-
dem genere contractus [i]. Donationi cauſa mortis naturaliter ineſt intrin
ſecè, quòd reuocari poſsit, ſi in contrarium pactio fiat, vt nullo caſu reuo-
cari poſsit, transformabitur in oppoſitam ſpeciem, & fiet inter viuos dona
tio [k]. ſic & mutuo hoc naturale eſt, & internum: vt in eodem genere red-
datur [l]. Externa quamuis naturalia, pacto mutari poſſunt, manente eo-
dem genere contractus. Veluti in venditione & emptione, euictionem
non

a l. ſi ita quis ſtipulanti. de verb.
b ab Accurſ. & DD. ad l. pacta conuēta. hoc tit. ab alijs ad l. iuriſgentium. §. quinimò. de pact.
c Zaſ. quodā cap. intellect. ſing. cuius inſcriptio eſt, Subſtantialia & naturalia cōtractuū quæ ſunt.
d Alcia. 5. Parad. cap. 15.
e l. 3. §. conditionis. de pact.
f l. 2. §. ſine pretio. l. nec em pto. hoc tit.
g l. 2. loca. & conduct.
h Io. Coraſ. Miſcellaneo. 2. cap. 11.
i l. cum manu ſata. §. vlt. hoc tit.
k l. vbi ita donatur. de mort. cauſa donat.
l l. 2. in prin. ſi cert. peta.

non præſtari [a]: culpam & caſum præſtare, vbi ex natura contractus non eſſent præſtanda. Vel contra, non præſtari. vbi ceſſante pactione, conſtitutum eſt præſtari [b]: ex mutuo accepto æquè bonum reddi [c]. Sic & emphiteutico contractu, pœna commiſsi, ſi non ſoluatur penſio ſtatuto tempore, externum naturale eſt, pactione mutatur, prout inter contrahentes conuenerit [d]. Ex quibus differentia inter ſubſtantialia & naturalia interna, intelligi poterit: quamuis ea res egeat ingenio, & quidem bene inſtructo, ne ſubſtantialia cum naturalibus in ſeparatis con-
17 fundamus. † quod ſuperioribus (inquit Zaſius [e]) annis, quidam ex Doctoribus fecit. quem notare velit, ignoro. hoc ſcio, Alciatum dixiſſe [f], ea naturalia, quæ origini contractus coniunguntur, quia pactione contraria tolli, ſaluo ipſo contractu, nequeunt: ad ſubſtantiam pertinere.
18 quæ tamen rationes re vera non concludunt. † Nam & ea, quæ propria paſsio dialecticis vocatur, ineſt ab origine rei: nequit etiam diuelli ab ea, minimè tamen ad ſubſtantiam pertinent. ſunt tamen aliqua, de quibus adhuc hodie dubites, & difficulter eis aliquod membrum huius diſtinctionis adaptes: ita vt tacitè itum ſit in contrarias ſententias. Verbi gratia: in precario, quod ad lubitum concedentis reuocetur [g], hic Zaſius [h] ad ſubſtantialia refert, æquè vt in emptione pretium: naturale vocat Alciatus [i], non ſubſtantiale: niſi quemadmodum ille, omnia naturalia interna, quæ pacto tolli nequeũt, ad ſubſtantiam quodámodo referri poſſe putat. nam nec hoc, cõtraria pactione, à precario tolli poteſt [k]. Nos ergo nõ ſubſtantiale, ſed naturale internũ vocabimus. Accidentalia ea ſunt, †
19 quæ non modò non pertinent ad ſubſtantiam: ſed omninò ſunt extra naturam [l] contractus. Et hæc admodum variè à contrahentibus, prout lubitum eſt, apponi poſſunt. vt quod res vendita venditori locetur, vel vna medietas rei ſic vendatur, vt debeat locari alteri [m]. & aliæ innumeræ conuentiones ſimiles, Iuriſconſulti vocant adminicula [n], quæ hic iam naturalia externa, vel accidentalia eſſe diximus. Et generali nomine, hæc omnia dicuntur pacta conuenta, eo quòd ſemper alterius contractus gratia concipiantur, qui ex huiuſmodi pactis, ſiue conuentionibus, ſuas leges accipiat: vt pacta conuenta ſuper dote [o], ſuper ſocietate [p], ſuper transactione [q], ſuper diuiſione [r], ac deniq; ſuper obligatione ex maleficio contracta, aut contrahenda [s].

Cùm igitur pacta conuenta ſemper ſuper alio contractu fiant, aut interponantur: hinc factum eſt, vt propter diuerſam vim, & poteſtatem, & varietatem effectuum, quos operantur circa contractus: diuerſa quo-
21 que nomina acceperint. † Quædam enim conformant rem negotio, quod contrahitur, & explicant, quicquid ex legum conſtitutione contractui ineſt. Alia informant contractum, qui numero idem manet: Alia reformant, id eſt, nouum, ſed eiuſdem generis faciunt contractum: Alia transformant in diuerſam ſpeciem: Alia deformant, id eſt, commaculant, & illicitum contractum faciunt. Alia verò reſoluunt: de quibus quidem ſingulis, id quod potiſſimum habent, obiter erit explicandum: ſed initio facto à ſummis, & maximè potentiæ pactis, videlicet reſolutiuis, aut reſoluentibus.

a l. emptorem. §. qui autẽ. de act. empti.
b l. contractus. de reg. iur. l. j. §. ſæpè. depoſ. l. j. C. de commod. cũ ſimilib.
c l. cũ quid. ſi cert. peta.
d l. j. & 2. C. de iure emphyteu. c. vlt. de loca. & conduct.
e ad ſ. præall. cap. intellect. ſingul.
f ad prin. l. cũ quid. ſi cert. peta.
g t. j. de precario.
h in prin. alleg. cap.
i in prin. d. l. cum quid.
k l. cum precario aliquid. de precario.
l l. iuriſgentium. §. viputa. verſic. idem reſponſum. de pact.
m l. fundi partẽ. hoc tit.
n in l. pacta conuenta. hoc tit.
o in rubr. Cod. de pact. conuentis ſuper dote.
p l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.
q l. 2. de tranſact.
r l. tres fratres. de pact.
s l. ſi vn9. §. pacta quæ turpem. eo. tit. de pact.

CAPVT DE RESOLVTIVIS PACTIS.

SVMMARIA.

1 *Pacta reſolutiua ad diſtractum potius quàm contractum pertinent.*
2 *Reſolutio contractus non niſi re integra ſit.*
3 *Quando dicatur res eſſe integra, vt ab emptione recedatur.*
4 *Conſtitutum veram poſſeſsionem gignit.*
5 *Pactu reſolutiua etiam ex interuallo fieri.*
6 *Pacta reſolutiua varia ſunt.*
7 *Pacta reſolutiua verbis directis concepta, an in ipſo contractu fieri debeant, an vero ex interuallo appoſita eandem vim habeant, contraria Doctorum ſententia à Mudaeo enucleata.*
8 *Contractu reſoluto datur vendicatio etiam contra emptorem.*

HAEC pertinent ad contractus, qui ex conſenſu producunt obligationem[a]: & contractum, illiusque obligationē omnem ita perimūt, vt in totum ab ijs receſſum putetur, nec nouus contractus ex priori, & pacto illo reſolutiuo reſultat. merus enim diſtractus eſt, † non nouus con 1
tractus, priore ſic euacuato, vt nec quicquam ſubſtantiale eius, nec naturale, nec accidentale relinquat. Veluti vt ab emptione diſcedatur, idque dupliciter fit: vel ſimulatque pactum in hoc erit emiſſum[b] aut poſtquam perfectus eſt, & completus contractus, qui etiam aliquandiu ſuis viribus ſubſiſtit, in euentum appoſitæ conditionis: Velut addictionis in diem, vt ſi alius meliorem conditionem obtulerit[c], vel legis commiſſoriæ, vt ſi ad diem pecunia ſoluta non ſit[d]. Et hoc vtriuſque generis reſolutioni commune eſt, quod non niſi re integra fiat, † vt neo reformatio contra- 2
ctus[e]. Nam ſi ex alterutra parte impletus eſſet contractus, aut cœptus impleri, vel arris ſolis in partem pretij datis, non reſolueretur nuda voluntate venditio: ſi non actus quoque priori ſimilis retro agens venditionem, interceſſerit[f]. Fideiuſſore autē dato, vel à venditore vel emptore, res nihilominus integra eſſe cenſetur[g]: & debitore, pro quo interceſſerat, nuda & contraria voluntate liberato, liberatur in conſequentiam fideiuſſor: & quidem ipſo iure. quamuis non poſsit directò agere ad ſuam ipſius obligationem, ſolenni ſtipulatione contractam[h], adhibita contraria conuentione. Aliter quàm acceptilatione ſolenni liberari[k]. Sed ſi cōtrahentium alter alteri ſtipulatione obligatus ſit, iam nuda voluntate non diſtrahetur emptio ipſo iure, ſed tantùm ope exceptionis[m]. niſi interuenerit acceptilatio, quæ tamē hàc in parte, vbi rè adhuc integra alter alteri fert acceptum id, in quo ex contractu erat obligatus, non ſua propria vi, & natura, ſed conuentionis: valet ad diſtractū, ſiue reſolutionem contractus[n]. nam ſuapte natura acceptilatio vim habet ſolutionis[o]. Solutione autem ab vno contrahentium alteri facta, non modò non tollitur obligatio, & ex conſequenti quoque actio: ſed ea magis firmatur[p]. Sed etſi res vendita, verè quidem tradita non ſit, ſed illius interitu abſq; ſua culpa venditor liberatus ſit, æquè dicemus, deſijſſe rem eſſe integram. † & niſi iuſta conuentio vtpote acceptilatio interuenerit vendito- 3
ris, non diſtrahetur contractus nuda voluntate: ſed actiones ex empto & vendito manebunt[q] aduerſus emptorem, ad precium conuentum[r], & aduerſus venditorem, non ad rem venditam, à cuius obligatione per interitum eſt liberatus, ſed ad acceſſiones fortè rei[ſ]. Minus ergo mirum videri debet, quòd ſi venditor ſe nomine emptoris poſsidere conſtituerit[t], iam res integra non ſit. nam ſic verè & propriè poſsidet emptor[u], perinde ac ſi ei verè tradita eſſet. & hoc eſt quod aiunt[x], conſtitutum, quamuis ficta traditio ſit, veram tamen poſſeſsionem gignere. † Sanè vbi 4
ex ſolo

a *§. vlt. Inſtit. quib. mod. tolli. oblig.*
b *l. ab emptione. de pactis. l. 1. C. quando liceat ab empt. diſcedere. l. emptio. l. cum emptor. ƒ de reſcind. vend.*
c *l. 2. verſ. nam ſi quidē hoc actū. ƒ de in diem addict.*
d *l. 1. de lege commiſſor.*
e *d. l. pactu conuent. in fin.*
f *d. l. ab emptore. & d. l. emptio. & l. 1. in fin. C. quando liceat ab empt. diſced.*
g *d. l. emptio. verſic. an autem fideiuſſore.*
h *l. blanditus. C. de fideiuſ.*
k *§. præterea per acceptilationē. Inſtit. quib. mod. tollit. oblig.*
m *d. l. emptor. in princ.*
n *d. l. cum emptor. in fin. princ.*
o *d. §. præterea per acceptilation.*
p *l. Iulian. §. offerri. de act. empti. & Fulgo. ad d. l. cum emptor.*
q *d. l. cum emptor. in fin.*
r *§. cum aūt emptio. Inſti. de empt. & vendit.*
ſ *d. l. Iulianus. §. fructib⁹. verſ. ſed etſi quid.*
t *vt in l. quod meo. de acquir. poſſeſſ.*
u *l. certè. §. 3. in verb. proprè poſsid. de procurat.*
x *Caſtrenſ. & alij. ad d. l. quod meo.*

ex ſolo titulo, nondum ſequuta traditione, dominium in emptorē tranſ-
eat, puta in eccleſiam[a]: an & eo caſu contraria voluntate diſſoluatur
emptio, & illius quoque effectus, reuertente ſcilicet dominio ad vendito-
rem, ipſo iure, difficilius dixeris, & opiniones variant. Sed nō video, quin
ſecurè liceat adhærere ei, quod Iaſon[b] aduerſus Baldum cenſuit: diſſen-
ſu fieri reſolutionem eius contractus, eiuſdem naturæ atque potentiæ,
cuius erat contractus, conſenſu initus. De tempore autem huius re-
ſolutionis, & quando interuenire debeat pactum, quo contractus ſic
reſoluatur: non dubium eſt, quin etiam ex interuallo, poſt contra-
ctam obligationem, ſuis adhuc finibus conſiſtentem, & non impletam,
5 hæc pacta accedere poſſint[c]: eaque ad diſſoluendam obligationem
potentiora eſſe, quàm pacta de non petendo, quæ ad ſolam petitionem &
actionem relata, nullam, ex quorundam[d] ſententia, obligationem tol-
lunt[e]: & ex aliorum ſententia ſolam naturalem. hæc enim pacta reſol-
uentia, velut ſecuris admota radicibus, omnem tollunt obligationem,
reſciſſo contractu[f]. Poſteriore autem modo, & ex euentu conditio-
nis reſolutio fit, ex duplici genere pactorum, vt cōmunior tenet ſentētia.
Addictionis in diem, & legis commiſſoriæ, quibus vt crebrius vſitatis, credi
tur vt peculiaris illa vis atq; poteſtas ſingulari iure tributa, vt euenie̋te cō
ditione, dominium ad venditorem, à quo receſſerat, ipſo iure redeat, de-
ſinatque emptor eſſe dominus[g], mox reſoluto titulo, etiam cùm ad-
huc apud ſe rem emptam habeat: vt ſicut acquiri dominium ſine titu-
lo non poterat[h]: ita nec conſiſtere poſſit eodem loco reſoluto titulo.
Non tamen exiſtimabimus hæc omninò propria eſſe ſolis pactis legis
6 commiſſoriæ, & addictionis in diem: † vt quidam voluerunt[i]: quin
potius, nihil reſpicientes ad conditiones, an ſcilicet hæ ſint, ſi ad
diem pecunia ſoluta non ſit, ſi alius meliorem conditionem obtule-
rit, an verò hæc: Si quando venditor emptori precium reſtituerit, ſi-
ue aliæ quæcunque, dicemus eundem effectum reſolutionis ſequi, ſi
modò verba pacti diſpoſitiua ſint directa, hoc eſt, directò & apertè
in reſolutionem contractus ſonantia: vt hæc: Sit res inempta: ſit ven-
ditio vt non facta: recipiat rem venditor. obliquæ enim ſignificatio-
nis verba (qualia ſunt hæc: reuendatur res venditori[l], tranſcribatur
in eum, reſtituatur, recuperare ei liceat, cum ſimilibus) non effi-
cienr, etiam ſi quam ex duabus illis conditionibus pactorum legis com-
miſſoriæ, & addictionis in diem, habeant adiunctam, vt dominium ipſo
iure, eueniente conditione, ad venditorem redeat: ſed actionem pro-
ducent perſonalem, ad rem recuperandam: ſi contractui inſint, aut ex
continenti ſint adiecta.

Porrò de pactis illis, quæ directis verbis concepta, contractum re-
ſoluunt, & dominium in priſtinum locum redire faciunt: an contra-
ctui ineſſe debeant, vel ex continenti fieri, an verò & ex interual-
7 lo facta eandem vim habeant, difficilius dixeris. † Accurſius[m] aper-
tè cenſuit, hæc pacta fieri debere integra adhuc re, & in ipſo con-
tractu. Quorum prius, à nemine, puto, in dubium vocatum, cùm
& reformans pactum, quo non æquè contractus conuellitur, de-
beat re integra fieri[n], ideoque ſi poſt rem traditam, multis fruſtratio-
nibus emptoris eluſus venditor in pretij ſolutione, tandem cum eo
paciſcatur, quòd ſi ad ſtatutum diem pretium non ſoluatur, res ſit
inempta, quæ eſt & tradita: vendicari tamen non poſſit[o]: nec e-
nim redit hoc ipſo dominium ad venditorem. Sed an & alterum
illud,

a l. vlt. C. de ſacroſanct. Eccleſ.
b ad d. l. ab empt. col. vlt. verſic. & per hoc non pu to verum.
c arg. d. l. pacta conuenta. in fin.
d Fortunij ad l. ſi vnus. §. pact. ne peteret. de pact.
e arg. §. præterea debitor. Inſtit. de except.
f Paulus Caſtrenſ. ad d. l. ab emptione.
g l. ſi quis hac l. de rei ven dicat. l. vlt. inf. de l. cō-miſſoria. l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcel. de in diem addict.
h l. nunquam nuda. de acquir. rer. dom.
i Alexander toto conſilio decimo.
k l. ſi cum venderet. de pignor. act.
l l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor.
m ad verb. rogaris. in d. l. ab emptione.
n d. l. pacta conuenta. & l. ſi quam rem. infr. de reſcindend. vendit.
o l. incivile. C. de rei vendicat.

illud, quod dixit Accurſius, in ipſo contractu, aut in continenti ea pa-
cta adijci debere, verum ſit, dubitabilius eſt: & à tam multis [a] conceſ-
ſum, vt dixerit quidam [b], ſe putare, quòd nemini hactenus id dubium
fuerit. At certè ipſe Fulgoſius [c], quem citat vt Accurſio conſentientem,
apertè diſſentit, ratione, vt videtur, non mala, ſed argumento deducto à
toto ad partem [d]. reſolutio enim prioris generis, quæ ſtatim & purè fit,
ſimul atque pactum eſt emiſſum, fit etiam virtute pacti ex interuallo ad-
iecti: ergo & conditionalis reſolutio, vt in euentum conditionis fiat,
non requirit neceſſario pactum eſſe adiectum in continenti: ſed ſufficere-
rit ex interuallo adiectum, dummodò re adhuc integra. Nec citauit
quicquam Accurſius ad ſuam in ea parte ſententiam confirmandam, nec
ille ipſe locus [e], vbi id dixit, vt obiectioni, quæ de his pactis fieri pote-
rat, occurreret: vtrunque illorum æquè exigebat, vt & in contractu, &
re integra fierent: ſed ſolum poſterius ſufficere ad eam rem poterat. Ac-
cedit, quòd non ſit neceſſarium ex his pactis purè ac merè reſolutiuis,
oriri aliquam actionem perſonalem, qua res repetatur, vt ob id opor-
teat ea pacta ineſſe contractui, quæ aliàs actionem non eſſent productu-
ra: nam paratior eſt venditori in rem actio rei vendicationis, etiam con-
tra emptorem, † vt alium quemcunque poſſeſſorem, vbi hæc pacta pere- 8
gerint id, ob quod ſunt introducta, reſoluerintque contractum: quo reſo-
luto, non poteſt non ſine cauſa & titulo, dominium intelligi permanſiſſe
apud emptorem [f]. Si quid tamen præter meram reſolutionem deducatur
in pactum, vtputa fortè, quòd quanti minoris res poſtea alij væniſſet, id
emptor præſtaret, non ſoluta ad diem pecunia [g]: hoc quia actione perſo-
nali perſequendum eſſet, oporteret ſanè pactum in contractu eſſe factum,
aut incontinenti adiectum, & ſic cohærentia contractus, vt loquuntur,
veſtitum, quo poſſit actionem producere. Nec conturbari aut moueri
debemus, admiſſum eſſe & pactum reſoluens, quo res fit inempta: atque
ita perperam dici, pactum veſtiri contractu, quem reſoluit & perimit.
Nam neque ſtatim reſoluit aut perimit: ſed in euentum conditionis, ita
vt contractus, qui aliquandiu ſuis viribus ſubſtitit, robur dare pacto poſ-
ſit [h]: & illud quidem non tam tenue aut fragile, vt corruente contractu,
debeat in conſequentiam corruere quoque pactum: quin etiam in exem-
plo iam dicto, non expirat neque corruit omnino contractus: ſed ex cau-
ſa [i] diſſoluitur obligatio, ex vna tantum parte, efficitq; pactum, ne vẽditor
emptori obligetur: non vt omnis obligatio empti & venditi vtrinq; ſol-
uatur [k]. imò cum tempore contractus, aut in ipſo contractu, agitur de illo
in euentum aliquem reſoluendo, reſolutioq; quæ poſtea fit, non propriè
intelligitur eſſe reſolutio: ſed ipſius potius contractus, cuius pactum pars
eſt, executio [l]. Denique Paulus Caſtrenſis, qui ab alijs citatur, vt cõſen-
tiens Accurſio, videtur tamen hac in parte, de qua nunc agimus, diſſenſiſſe
potius [m], & his pactis tribuiſſe vim reſoluendi, ſiue ſtatim, & in ipſo con-
tractu fiant, ſiue ex interuallo: ſed aliter vno caſu, quam alio. Priore e-
nim modo, ſic reſoluitur contractus, quaſi nunquam factus fuiſſet, nec ſub-
ſtitiſſet vnquam ab initio, non vt nunc primum, cùm euenit conditio in-
telligatur ceſſare, & hinc fit, vt pœna commiſſi ob ſic factam reſolutamq;
venditionẽ rei emphiteuticæ, irrequiſito domino nõ habeat locũ, perinde
ac ſi nulla vnquam facta eſſet venditio [n]. Sed poſteriore modo, & ex inter-
uallo facto pacto, nõ dices perinde eſſe, atq; ſi nunq; fuiſſet cõtracta ven-
ditio: ſed potius, eã aliquandiu ſuis virib⁹ ſubſtitiſſe, & poſtea eſſe reſolu-
tã: quo fit, vt pacta addictionis in diẽ, aut legis commiſſoriæ, ex interuallo
adiecta

a ab Ang. nu. 3. Iaſo. col. 3. verſic. 1. cõcluſio, in d. l. ab emptione. & obiter à Paulo Caſtrẽſ. ad fin. l. 1. de donation.
b Andr. Tiraquel. de retra-ctu connent. §. 1. gloſ. 7. num. 5. in fin.
c in d. l. ab emptiõe. nu. 6. ad gloſ. verbi cogatur.
d l. quæ de tota. de rei vẽdic. d. l. pacta conuenta. in fin. & d. l. ab emptor.
e d. l. ab emptione. verſ. illud planè. de pact.
f Salicetus ad l. ſed Celſus. §. ſi fundus. hoc tit. ex l. veſtrarius, de fideiuſſ.
g l. ſed Celſus. §. ſi fundus, hoc tit.
h l. ex empto. §. is qui vnũ. de act. empt.
i Fulgoſ. ad d. §. ſi fundus.
k d. §. ſi fundus. in fin. & l. ſi conuenerit. de pact.
l Baldus conſ. 415. illa ſolennitas. lib. 2. arg. l. 4. §. ſi ab ignoto. de manumiſſ. l. 1. in fi. de reb⁹ eorum qui ſub tutela vel cura ſunt. & eorũ quæ habet Bald. ad l. petens. col. vlt. C. de pact.
m ad l. ab emptione. nu. 9.
n Paul. Caſtr. loco præall. Iaſon ad l. vlt. col. penul. in 21. quæſt. C. de iur. emphiteut. Phil. Dec. cõſ. 88.

adiecta, non liberent emphiteutā à pœna cōmiſsi. non quidem ob id quod ſic adiecta, non haberent vim reſoluendi ipſo iure, vti Iaſon putauit[a]: ſed quia talis reſolutio, quæ non retrotrahitur ad initium contractus, non poteſt obſtare iuri dominij directi, quod occaſione cōtractus purè facti, perfecti, & aliquamdiu validi, prius acquiſiuerat[b].

a In praell. 21. quæſt.
b arg. l. quidā in teſtamen to. in ſ. princ. & ibi Alberi. & l. rogo. de fideic. libert.

DE PACTIS TRANSFORMANTIBVS.

SVMMARIA.

1 *Pactū transformans, facit aliud genus contractus.*
2 *Pactum contra naturam contractus adiectum, vitiat contractum.*
3 *In emptione non licet paciſci, ne dominium vel vſucapiendi conditio tranſeat in emptorem.*
4 *Venditio ex pacto transformatur in contractum, do vt des, vel facio vt des.*
5 *Accurſ. exempla de pactis transformātibus, in commodato & depoſito non conueniunt.*
6 *Ratio cur in precario pactum, vt in certum tempus rem poſsidere liceat, non valeat.*
7 *D. Berengarij Fernandi ratio de precario.*
8 *Mudæus Berengarij rationi nō accedit, & cur.*
9 *Mudæi elegans obſeruatio ex Cumano.*
10 *Mudæi reſponſio ad præcipuū Berēgarij argumentū.*
11 *Si in instrumento donationis cauſa mortis, generalia verba executiua à notarijs addi cōſueta, ſcripta ſint, an ex illis donatio habenda ſit tanquam inter viuos donatio.*
12 *Transformātia pacta ſola actionē non pariunt, ſed quod ex contractu & pacto ſimul componitur.*
13 *Trāsformatio transformationis quādoq; fieri poteſt.*

HVIVS generis pacta pertinent potiſsimum ad illa, quæ diximus contractibus eſſe naturalia interna: & ex ijs vnà cum ipſo contractu, cui adijciuntur, reſultat alius contractus, & alterius generis, quàm quē verba
1 præ ſe ferunt: fit enim transformatio in aliud genus. † Nec conturbari debemus, quòd eum hanc pactorum ſpeciem recenſuiſſet, & alijs connumeraſſet Iaſon, mox cepti pœnitens reuocet[c], hoc argumento, quòd ſi quis mutuatus decem, paciſcatur reddi vndecim, non transformetur cōtractus in aliam ſpeciem[d]. Nam de illo pacto obijcere non deberet, quod quidā[e] putarat, aduerſari ſubſtantiæ contractus, vt reuera eſt impoſsibile, obligationem quæ re contrahitur, in plus cōtrahi quàm res ſit[f]. & iure Romano, quo vſuræ ſunt prohibitæ, verius dices, illud pactū deformare, quàm transformare cōtractū. nam præſumitur ad vſurā vndecimū illud ſuperadditū[g]: vſura autem nec iure ciuili debetur ex mutuo ſolo pacto, ſed opus eſt ſtipulatione[h]. Neq; hic in vniuerſum aſſerere volumus, quandocunq; contra naturalia interna contractus, adijcitur pactum, transformari tum in aliā ſpeciem. Interdum enim non valet quod agitur, & maximè ſi quid contra
2 naturā rei in contractum deductæ † adijciatur[i]. Sed vbi iure ſubſiſtit, & valet quod ſic agitur, tunc fiat transformatio in aliud genus contractus. Cuiuſmodi pacta in iure non raru ſunt, & exemplis res fiet clarior, vt ſi mortis cauſā donetur vt nullo caſu retractari liceat, transformabitur donatio cauſa mortis, quam forma verborum deſignat, in oppoſitā ſpeciem donationis inter viuos[k]. Et quando mutuum datur, vt res eadem numero reddatur: nam ſic fiet aut cōmodatum, aut depoſitum[l]. Et vbi quis alij certam pecuniam dat, vt ex reditu eius pecuniæ tributū quod is debet, qui dat ſoluatur, & quod amplius præſtitū eſſet, quam ex vſuris colligeretur, ſorti decederet. Hoc enim ius & cauſam creditæ pecuniæ excedit, & fit ab initio contractus innominatus[m]. Deniq; ſi quis rem vendat, hoc pactus, ne dominiū ad emptorem tranſeat[n]: neq; ſcilicet verū dominium, ſtatim à traditione ſecuta[o], neque quaſi dominium. i. vſucapiendi conditiu: vt longa poſſeſſione ſubſequente, tandem acquiratur verum[p]. Quamuis enim ad obligationem venditi & empti contrahendam, & vt illi ſatisfiat, non debeat neceſſario dominium tranſire ad emptorem[q]: non tamen in contrarium pa-
3 ciſci licet, ne id fiat. i. ne tranſeat dominium, aut vſucapiendi conditio. † Quamuis conueniri poſſet, vt id non niſi ex certo tempore fiat, vel vſq; ad

c ad l. petens. in prin. C. de pact.
d l. rogaſti. ſ. ſi tibi decem. ſi cert. peta.
e Lorio. ad d. ſ. ſi tibi decē.
f l. ſi tibi decē. de pact.
g l. cum, verſ. penul. & vlt. de vſuris.
h l. 3. C. de vſuris.
i Pan. Caſt. ad ſi. l. vbi ita donatū. de mort. cauſ. donat. & l. per ſeruū, in ſi. cū ll. ſeq. de vſu & habi.
k ſ. vbi ita donatur. de mort. cauſa dona.
l l. 2. in prin. ff. ſi cer. peta.
m l. Titi[o]. de præſcrip. verb. Lorio. de pact. axio. 33.
n l. 8. cum manu ſā ta. hoc tit.
o l. traditionib. C. de pact. l. ſeruū emptor. C. de rei vendit.
p l. clauibus. hoc tit.
q l. ſi ita diſtrahatur. ſ. quū vendidit. hoc tit.

certum tempus, ſub conditione, vel vſq; in euentum conditionis [a]. Et hoc
modo potuit propius accedere venditio ad locationem, vt facilius ex ad-
iecto pacto in illam tranſeat, & transformetur, ſcilicet, ſi temporalem ven
ditionem conſtituas; vt ſi quam domum, fundum, aliámve rem emeris, ad
vitam tuam. Sed & perpetuæ locationes agrorum vectigalium, eo tempo
re, frequentabantur: ex quibus non tranſmittebatur dominium in eos, qui
conduxerant [b]. Interdum quoque ſic transformatur venditio, non in lo-
cationem, ſed in aliud genus contractus innominati, do vt facias, † vel fa- 4
cio vt des [c], idque propius huc pertinet, quàm alia quædam contractuum
genera, de quibus diuinauit Accurſius [d], videlicet de pignore, emphiteuſi,
cõmodato, depoſito: nam licet in pignus degenerare vẽditio poſsit [e], mul-
tumque inter ſe conueniant interdum [f]. Et emphiteuſim hodie vocemus,
quæ hic locatio dicta eſt: duo tamen poſteriora Accurſij exempla, de cõ-
modato & depoſito, huc minimè † pertinent. nam gratuitum debet eſſe 5
commodatum, ne tranſeat in ſpeciem locationis, vel in contractum ali-
quem innominatum proximum locationi. depoſitum quoq; ſuſcipitur gra
tis cuſtodiendum, ne ad cuſtodiam videatur opera locata, non interue-
niente autem pecunia, non eſt diſputandum de vi & effectu pacti appoſiti
venditioni, ne tranſeat in accipientem dominium rei, quaſi illud ſit quod
venditioni & emptioni obſtet: ſed erit aliud quiddam, & longè maius, quo
impeditur, ne emptio ſit aut venditio: nimirum quòd in ſubſtantia con-
tractus inueniatur defectus, cùm nullum eſt pretium: & ſic fit, vt non elu-
ceſcat vis & poteſtas illius pacti, quod naturalia tantùm reſpicit, ne do-
minium tranſeat, quamdiu maior inuenitur defectus in ſubſtantia [g]. An
autem vt in venditione & emptione, non valet pactum, vt valeat ven-
ditio, ne dominium tranſeat, manente emptione: ita quoque in com-
modato non valeat pactum, vt tranſeat dominium manente commoda-
to: ſed & hoc transformet cõmodatum in aliam ſpeciem, difficilius dixe-
ris, & varia eſt opinio [h].

Quid ergo inquies in cauſa eſt, quòd ſi precario tale pactum adijcia-
tur, vt in certum tempus res precario poſsideatur, reſponſum ſit, non va-
lere pactum [i]: non autem quòd precarium transformetur ob pactum, in a-
liud genus contractus: vt in cõmodatũ, vel in donationem vſus rei ad cer-
tum tẽpus. † Si dixeris [k] nomen precarij nimiũ diſtare à nomine donatio- 6
nis, & diuerſitatẽ eſſe in nomine appellatiuo: objiciã, quod iamiam dictũ
eſt [l], vẽditionẽ transformari in locationẽ, & plerũq; contractum nominatũ
in innominatũ: quæ inter ſe diſtãt, vt ſpecies oppoſitæ. Eadẽq; ratione cõ-
uincã, nõ nimiũ diſtare cõmodatũ à precario, quin hoc & in illud trãsfor-
mari poſsit. alia ergo tentãda erit via. Et quidẽ, quamuis quòd in donatio-
ne vſus rei nõ tranſeat, excuſari aliquo modo poſſet [m], ob id, quòd donatio
antiquitus non niſi ſtipulatione vel traditione rei perfici poterat [n], difficul
ter tamen hoc procederet: quia in precario res traditur poſsidẽda, & vtut
ſit, ea tamen euaſio non ſufficit, cur non transformetur in commodatum,
præſertim cum ſuæ quiſque rei moderator ſit & arbiter [o]. atque ita nulla
ratio videatur admittere, vt quod quis poſſet amico liberaliter & in per-
petuum donare, non poſsit ei, ad certum tempus, precario tenendum con
cedere: ſic vt non ante finitum tempus illud reuocare queat. Quare no-
uiſsimè quidam [p] putat † Iuriſconſultum, vbi pactum hoc improbat in pre- 7
cario, locutũ de re aliena, id eſt, quæ neq; eſt eius cui precario conceditur,
(vt certè nunquam ferè illius eſt) neq; etiam concedentis: ſed quæ à non
domino, conſenſu & permiſsione veri domini, precario alij conceditur.

Quale

a *Alberi. ex l. qui abſenti ſerno. §. j. de acq. poſſiſs. & ex l. illud. C. de lega.*

b *l. j. §. vectigales. et. §. qui in perpetuum. ſi. vbi ager vectigalis.*

c *l. j. §. vlt. do. de praeſcript. verb.*

d *in glo. vlt. l. cum manu ſata.*

e *c. ad noſtram. de emptio. & vendit.*

f *l. ſi pecuniam. de pig. act. & ad illã Alcia. diſpũct. 2. cap. 3. & l. ſi is qui bona. §. j. de pignor.*

g *arg. §. affinitatis. verſic. quod ita ſcilicet accipi debet. Inſtit. de nupt.*

h *DD. ad l. vlt. de praeſcr. verbis. Alciat. 2. Parad. cap. 19.*

i l. cum precario. de precario.

k *cũ Bar. ad l. vbi ita donatũ. de mort. cau. dona.*

l *ex d. l. cũ manu ſata. §. vlt.*

m *cum Cuma. ad l. vbi ita donatũ. circa mediũ. verſic. praeterea poſſum dare.*

n *idem Cuma. ad l. Aquiliam. & ad §. Lucius. de dona.*

o *l. in re mãdata, C. mãdat.*

p *dñs Berẽgarius Fernãdus ſub ſi. quinta praefationis ad hanc l. pacta cõuẽta.*

75

Quale genus precarij in eodem adhuc titulo alijs Iuriſconſultorũ reſponſis [a] traditum eſt. quamuis ergo nõ reprobaretur hoc pactum adiectũ contractui, quo dominus rem ſuam precario concedit, cuius eſt moderator & arbiter, non tamen eſt ferendum, vt id faciat quoq; non dominus precario concedens rem alienam. Et hanc ſuam interpretationẽ ita ſuadet, & à diuinatione excuſat, vt non putet poſſe fieri aliam. nam quid quæſo, inquit, ſibi volunt illa verba illius legis, *Vt rem alienam inuito domino poßidere liceat?* Si dixeris alienã fuiſſe, in eo qui vtebatur, ſed non in eo qui tradiderit precario: ſtatim vinceris. quia tradens fecit pactum ne reuocaret, etſi fuiſſet dominus, recipiens inuito domino non fuiſſet vſus: itaq; verba illius legis nõ congruerent. Hactenus ille. Addit etiam ab Accurſio ita intellectum fuiſſe [b] illud reſponſum, quod ibi cõtrahebatur ſuper re aliena: & dubitandi rationẽ fuiſſe, quòd precarium ſimile eſſet cõmodato [c]. in quo adiectio certi temporis, quo durare debeat cõmodatũ, rectè admittitur [d]. Atque ita videbatur non malè adiectum quoq; precario certum tempus, quo durare deberet. Sed hanc rationem eſſe decidendi, quòd quando dominus mandar, aut permittit rem ſuam precario dare, is facilè videat ex natura precarij, quouis momento repeti poſſe. At ex pacto, ſi id validum eſſet, non poſſet. Accedat, quòd cui quid mandatum eſt, idipſum explere poteſt, nõ digredi ad ſimile [e], niſi per omnia ferè ſimile ſit, & eundem habeat effectũ [f]. Ideoq; reſpondiſſe Iuriſconſultum, non valere hoc pactum à non domino adiectum: cui nõ hoc quoq; ſit nominatim permiſſum. Addit etiam, quòd ſi tibi concederem equum, ac deinde facio pactum, vt eo vtare ad certum vſum: nemo tã hebes ſit, qui neget pactũ valere. ego certè, inquit, negãti id etiam Iureconſulto fidem non haberem: mihi enim licet, pro voto, de re

8 mea ſtatuere. Acutè quidem hæc omnia: † ſed ſi hoc poſtremũ referat ad eum, qui equum ſuum alio concedit precario, de quo hic nobis ſermo eſt, & adhuc tam conſtãter affirmet pactum valere: nemo hactenus fuit, qui ei conſenſerit manenre precario. imo pleriq; omnes contendunt, non valere quod agitur: tanquam pacto contra ſubſtantiam contractus adiecto. Sed & ad reliqua quæ tradit, ſubſiſtendum nonnihil, & veritatis inquirẽdæ gratia, ſuſpendendũ adhuc iudicium puto. Facilius ei accederẽ, ſi reſponſum illud Iuriſcõſulti, de cuius interpretatione quærimus, cohæreret proximè alijs reſponſis [g], de precaria conceſsione rei alienæ. nunc verò illud per ſe ſtat, velut pro regula generali, in materia precarij traditum: & ſimilis generis ſunt intermedia alia quoq; reſponſa. Moueor & illo, quòd qui permittente domino, rem eius alio precario cõcedit: ipſe agit cum eo qui precario accepit, & non dominus rei, propter verba edicti hæc, *Ab illo precario habes* [h]. quo fit, vt quamuis dominus rei intrepidè allegare poſſet, nullas eſſe illius pacti, à non domino facti, vires, in hoc, vt ſe inuito alius ſuum poſsideat: hoc tamen durum eſſet, contra factum proprium allegare eum, qui ipſe hoc pactum appoſuit, & cui ſoli ea replicatio inutilis pacti cõpeteret, cùm ei ſoli actionẽ dixerimus cõpetere. Sed nec Accurſ. [i] reſponſum illud reſtringit ad precarium rei alienæ, ſed ad illud quoq; extendit potius, & idcirco illa verba legis, *inuito domino*, extenſiuè interpretatur de quolibet cõcedente precario: ſiue ſuã rẽ, ſiue alienã. addens, quòd & hic reſpectu eius qui habet & renet precario, ſatis poſsit dici dominus, eo quòd concedendo precario non poſsit, cũ res repetitur, quæſtionẽ dominij referre. Reſtat vna illa & potentiſsima obiectio, quæ plus cæteris vrgere videtur, quòd ſi de re ſua pactum diceremus dominũ ipſum cum precario concederet, nõ poſſet dici; quòd alter qui accepit, vteretur ea inuito domino: cùm

ex pacto

a *l. quæſitum. de precario.*

b *in glo. ad verba, non domino. d. l. cum precario illud.*

c *l. j. de precario.*

d *l. vlt. s. commod.*

e *l. diligenter. mandati.*

f *l. vlt. in fi. mandati.*

g *d. l. quæſitũ. & l. ſeed.*

h *d. l. quæſitum. in princ.*

i *in glo. ad verba, à domino inuito. d. l. cum precario.*

ex pacto domini ea vtatur. Sed & illa mox diſſoluetur, vbi prius aliam interpretationem recitauero, cuius principia & fundamenta à Raphaele Cumano[a] didici. † Qui ita ait, quod ibi fuit conceſſum precario vſq; ad certũ tẽpus, & quæritur, nũquid antea poſſet reuocari. Et certè ſic, licet videretur facta cõceſsio vſq; ad illud tẽpus, nã illud tẽpus fuit gratia finiẽdi precarij, nõ ad faciendũ illud irreuocabile. & q^d^ dicit textus (nulla vis eſt huius cõuentionis. &c.) ſcilicet hoc modo factæ. Voluit ergo non hoc in quæſtionem vocaſſe Iuriſconſultũ, vt vulgò tamẽ creditur, an valeat pactũ, nec ne, tranſmutet aut non tranſmutet contractum precarij: ſed an in hoc valeat, & an eam vim habeat, vt toto præſcripto tempore liceat vel inuito domino qui conceſsit, habere eam & poſsidere. Et reſpondet Iuriſcõſultus, interpretando illud pactum aliter, quàm vulgò traditum eſt ab ijs qui credunt illud interpoſitum ne precarium reuocetur. niſi quòd non ſit ea vis, neq; ſententia illius pacti, vt liceat rem alienam domino inuito poſsidere, qui hoc tantùm diſertè cauit, vt in illud vſq; tempus precariò poſsideret. 9
bis enim precarij mentio in illo Iuriſconſulti reſponſo facta eſt: & ſecundo loco, in verbis illius ipſius pacti, ſcilicet, *vt in calendas Iulias precario poſſideat*. Hæc autem contraria ſunt precario poſsidere, quod ſolùm eſt in cõuentione ſine pacto, & inuito domino poſsidere: ita vt nulla ratio admittat, ſed verbis pacti repugnet, qui prætextu pacti, quo permittitur precaria poſſeſsio in certum tempus, velit etiam inuito concedente, in illud vſque tempus poſsidere, non permittens ei reuocandi facultatem. Et hoc illud eſt, quod facilè reſponderi poterit ad illam obiectionem, vt videbatur multum vrgentem, † nam non rectè infertur, neque ſequitur, is qui precario accepit poſsidet, ſecundùm hoc pactum quod diximus ab ipſo domino factum: Igitur eo pacto ſe iuuare poterit, ne ante ei poſſeſsio omnino auferatur. Ad hanc enim obiectionem tacitè reſpondet Iuriſconſultus, quòd vis illius cõuentionis non tanta ſit, neq; in eo verſetur, vt domino inuito rem aliquo tempore poſsideat: ſed vt verba ſonant, quòd precario poſsideat, id eſt, quàm diu dominus velit[b]. 10

Sed vt redeamus vnde digreſsi ſumus, illud adhuc de pactis trãsformantibus habete, quod debeant adijci primarijs actibus ſiue cõtractibus, & nõ ſufficiat eiuſmodi pacta deprehendi aut colligi poſſe, ex nouiſsima[c] parte pactorum in clauſulis ſtipulationum, ex more notariorum adſcriptis: quas executiuas vocare ſolemus. Verbi gratia: Si non principalibus verbis donationis cauſa mortis, vno orationis cõtextu, adijciatur hoc pactum, quod diximus: vt nullo caſu retractari poſsit, ſed in infima parte inſtrumẽti ſcriptum ſit, (vt ſolent notarij) contrahentes omnia prædicta ſolenni ſtipulatione promiſerunt perpetuo firma ſeruare: nunquam contrauenire in aliquo, &c. minimè hic iam dicemus, mortis cauſa donationem eſſe transformatam in oppoſitam ſpeciem inter viuos[d]. † Nam illæ clauſulæ executiuæ non trahunt principalem diſpoſitionem in ſua iura: neq; tranſmutant eam, ſed trahuntur & mutantur ab ea[e]. An ergo cohærentia opus ſit huius generis pacti, cum eo contractu, quem transformat? Et ſanè is quem paulò ante retulimus[f], non putat cohærere debere. Tum quòd naturalia interna propè conueniant cum ſubſtantia rei: Quæ autem ſubſtantiam concernũt pacta reformatiua, certum eſt cohærere non debere contractui quem reformant[g]. Tum etiam, quòd interdum per pactũ transformatiuum reſultet contractus innominatus, ex quo non niſi re ſecuta, & ei qui ex ſua parte impleuit, efficax naſcitur actio. Sed obſtare vidẽtur quæ paulò antè diximus, ad primarios actus referri debere pacta transformantia, quæ à reformantibus pa- 11

a ad d. l. vbi ha donatum.

b l. 2. verſ. eſt enim natura æquũ tam diu. de ꝓcario.

c vt in l. iuriſgentium. §. quod ferè. de pact.

d Laud Phil. Dec. roto conſi. 305. Alcia. ad l. nõ omnis numeratio. ſi cert. peta.

e Iaſ. & Salom. ad l. im ciuile. de iuſt. & iure. facit l. ouera. §. inter locatorẽ. loca & conduct.

f Dis [illegible]renza. in. 2. regul. cohærent. ad hanc l.

g has l. pacta cõuẽta. ſub ſi.

bus pactis in hoc videntur eodem authore differre, quod reformantia pacta, vel ſola, producant actionem, ex nouo eiuſdem generis cōtractu: extincta obligatione prioris contractus. At neque ſolus contractus [a] transformatus, neq; transformantia pacta ſola, obligationem aut actionem pro-
12 ducunt, † ſed quod ex illis ſimul coniunctis aggregatur: Ita vt cum tanquã partes concurrant ad vnius eiuſdemq; contractus conſtitutionẽ, non conueniat nimium illa inter ſe diſtare, quin ſaltem ſi pactum transformans ex interuallo fiat, debeat compẽdioſè intelligi iure repetita prior conuentio, quam transformat. vt ſimul cõnectas principia, ex quibus vnus idemq; contractus componitur: quemadmodum ſola tutoris authoritas nõ poteſt interponi ex interuallo poſt contractum pupilli [b], ſed repetito contractu: & tunc accedente tutoris authoritate, firmum eſt quod agitur [c]. Deinde, quod dictum eſt, ex contractibus innominatis non niſi ei qui impleuit, efficacẽ actionem dari; hoc probat quidẽ ſolã cohærentiam pacti & contractus, interdum non ſufficere ad actionem: ſed ex eo non conuinces, quin & ea cohærentia, ſaltem ex tacita repetitione conuentionis transformandæ neceſſaria ſit, ob aliud quod diximus: vt ſcilicet ſimul conſtituant vnum contractum. Idq; neceſſarium eſſe maximè eluceſcit in donatione, quæ à traditione incipit, & non niſi dum formatur, transformari poteſt: quẽadmodum luteum vas figuli recens tantum reformatur. nam cum ſit genus quoddã acquiſitionis [d], nomen ab executione habens, & ſtatim transferẽs dominiũ, nõ poſſet ex interuallo, vtpote re tunc nõ integra, transformari.

a l.2. inſ. de reſcin. vend.
b §. tutor autem ſtatim. Inſtit. de author. tutor.
c l. ſi id quod purè. §. j. de reſcin. vendit. l. de pupillo. in prin. & ibi Iaſ. nu. 5. de ope. no. nunciat.
d Inſtit. de donat. in prin.

Deniq; nec hoc prætereundum putaui, quòd interdum transformatio
13 transformationis fiat, † & ſic reditur ad cõtractum transformatũ. Vt ecce, ſi alij conſentienti dones cauſa mortis, hic iam ſi ſubſiſteres, abſoluta eſſet donatio, in eo genere, quod verba ſonant. Addis autem vt retractari non poſsit, ſi vel hic ſubſiſteres, transformatio eſſet in donationem inter viuos: ſed addis iterum, niſi tu, qui accipis, deceſſeris. hic iam redis ad mortis cauſa donationem: ad quã ſufficit eam ſeruare aliquid, ex facultate aliquo caſu retractandi [e]. Simile erit exemplum (niſi quòd ad ſubſtantialia, non ad naturalia contractus hic pertineat) ſi dicas, Inſulam tibi vendo: hic enim initiatur contractus venditionis: addis, vt aliam ædifices: hic ſi ſubſiſteres, iam initiatam venditionẽ, eo pacto, transformaſſet in ſpeciem contractus innominati [f]. cùm autem addis iterum, & centum aureos numeres: rediſti ad venditionem [g]. Meritò ergo conſiderari diximus, in his, totum aggregatum ex omnibus pactis: & contractum, non niſi tota conuentione perfecta, ex omnibus pactis, quæ lubet apponere, abſolui. & tum demũ reſponderi poſſet, ad quod genus conuentionis totum hoc negotium pertineat.

e l. ſi alienam rem. §. Marcellus. de mort. cau. don.
f l. inſulam. de præſcrip. verbis.
g l. tenetur. §. j. de actio. empti.

DE PACTIS DEFORMATIVIS SEV DEFORMANTIBVS.

SVMMARIA.

1 *Pacta deformatiua, contractũ deducunt ad ſpeciem conuentionis improbatæ.*

2 *Contractus pignoris, ſimulata emptione tranſit in vſurarum contractum.*

SIC VISVM eſt nonnullis vocare ea pacta, quibus inficiuntur con-
1 tractus, vt degenerent in ſpeciem conuentionis improbatæ: † non ſecus atque vrbem aut aſpectum vrbis dicimus ruinis deformari: Eiuſmodi, iure canonico inſpecto, erit pactum de reddendis vndecim, ei qui decem mutuo dat [b]: & apertius erit exemplum vbi contractus pignoris agitur ſimulata emptione, quæ ob pacta adiecta degenerat in conuentionem
2 pignoris vſurarij † contractus [i]. & ex alijs pleriſque ſimilibus [k].

b l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. petat.
i c. ad noſtram. de empt. et vend. c. illo vos. de pign.
k c. cum clerici. de pact. c. vlt. de condit. appoſi.

DE

DE PACTIS CONFORMANTIBVS.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio ſuper ſocietate interpoſita conformat ſe ſocietatis contractui.*
2 *Stipulatio ſuper lege aut conſuetudine ſeruanda, cõformis eſt legi vel conſuetudini.*
3 *Pactum de alendis liberis, aut filiabus dotandis, quam vim habeat.*
4 *Conuentio non efficit, vt quid deperdatur ab eo, quod iure alioqui competeret.*
5 *Quæ tacitè inſunt, ſi exprimantur, non minuũt ius, ſed augent vel declarant.*
6 *Nepos cum patruo admittitur iure repræſentatiõis, ſed non ſi teſtator vſus fuiſſet dictione proximi.*

CVM ſocietatis, quæ initur, iura, conditiones, ſiue leges, pactaque con 1
uenta ſunt: ſi tum deinde ſtipulatio interponatur, quæ omnia illa com
prӕhendat [a] dari ac fieri; ea ſanè ſtipulatio, quæ & ipſa pactum eſt, di-
ci poterit ſeſe conformaſſe ſocietati: & ad omnia illius pacta ſe accom-
modaſſe: Sic & pactum conforme erit ſtipulationi pœnali [b], ſiue antece-
dat, ſiue ſtatim ſequatur [c]. Poteſt etiam hæc cõformitas referri ad id quod
eſt in lege aut conſuetudine, qua obligamur, † poteſtq́; pacti obligatio 2
conformis eſſe obligationi ac diſpoſitioni legis aut conſuetudinis, aut per
omnia, vel cum aliqua determinatione, & definitione eius, quod in lege
aut conſuetudine relictum eſt indeterminatum & indefinitum. Huius ex-
emplum eſt in ea obligatione, qua pater lege obligabatur liberos alere, fi-
lias dotare, &c. [d] quod cõuentio ad certã dotis quantitatẽ formãq́; reducit.
† Illius verò vis cõſiſtit potiſsimũ in explicando eo quod iure aut cõſuetu- 3
dine diſpoſitũ æquè locũ habuiſſet, etiamſi non eſſet conuentum, nec in
pactionem deductum. Sed non æquè fortè id notum fuiſſet contrahenti-
bus, iuris & conſuetudinum ignaris. Quin etiam actionem hæc pacta ſo-
lent adijcere actioni, quæ ex lege aut conſuetudine datur [e]. Neque inte-
rim efficit conuentio, vt deperdatur aliquid, † ſi quid fortè maioris robo- 4
ris, vt tacitæ hypothecæ expeditioris executionis, vt tranſlationis do-
minij, in eo quod lege aut conſuetudine eſt inductum, vtputa ſi lucrum
nuptiale vidua ex conſuetudine ſic habeat, vt poſſeſsio à marito defuncto
in eam cenſeatur continuari, hoc ſi in conuentionem deduxerit, non id-
circo arctabitur ad actionem: vt ab hæredibus mariti præſtari ſibi ea pe-
tat, & non ſuo mox iure ipſa poſsideat, & apprehendat [f]. Ad hæc pertinẽt
regulæ de expreſsione eorum, quæ tacitè inſunt, quorum tamen inter-
dum alia vis eſt, ſi expreſſa ſint, † quàm ſi tacitè inſint, cùm per fideicom- 5
miſſum relinquitur familiæ. Interpretatur hoc lex proximiori relictum [g],
nepotem tamen admittit cum patruo, cum iure repræſentationis, quæ
legis iunctum eſt, eum habeat æquè propinquum: ſed ſi teſtator expreſsiſ-
ſet, de proximo, excluderetur à patruo nepos [h]. Sunt huic plurima alia
ſimilia, quæ ſuis locis occurrent: ſed hic non duxi latius repetenda.

a *vt in l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.*
b *l. ſi pacto quod pœnam. C. de pactis.*
c *l. petens. C. de pactis. l. 3. C. de dolis. actio.*
d *l. qui liberos. de ritu nuptiarum. l. obligare. §. lege. de act. & oblig.*
e *Inf. ad l. ſi donaturus. in 3. notabili. de condiction. ob cauſam.*
f *Commentator conſuetudinũ Burgundiæ. in tit. des drois pertenans aus gens ma. §. 15.*
g *l. cum ita. §. in fideicommiſſ. de leg. 2. l. vlt. C. de verbor. ſignif.*
h *Iaſon & Decius ad l. 2. de ſucceſſ. edicto. et idem Philip. Dec. conſilio, no j.*

DE PACTIS REFORMANTIBVS.

SVMMARIA.

1 *Pactum quod reformet contractum, quale ſit.*
2 *An prior cõtractus, ſi reformetur pacto, extinguatur, an verò duret.*
3 *Non eſſe ſuperuacuam diſputationem ac inquiſitionem, duret ne, an extinguatur contractus ex pacto reformante.*
4 *Pomponij reſponſum, quod ſequitur Vlpianus: in ſpecie à Pauli & Papin. reſponſo diuerſum à Muſaeo enucleatur.*
5 *Remiſsio pretij non reformat contractum: ſed liberat ab implemento.*
6 *Diminutio vel augmentatio pretij pertinet ad pacta reformantia contractum.*
7 *Res tota mutatur, cum eius ſubſtantia mutatur.*
8 *Qualitas prioris contractus intelligitur repetita in contractu qui pacto reformatur.*
9 *Conditio viduitatis in teſtamento adſcripta legato, an cẽſeatur repetita in codicillis, in quib. idem repetitur legatum.*
10 *An obligatio re contracta poſsit reformari.*
11 *Cum dantur decem mutua, vt nouem reddantur, decimum quod ſuperanumeratur, donari videtur.*

12 *Pactum*

47

12 *Pactum quod ineſt contractui, limitat conſenſum contrahentium, vt impediat obligationem naſci in plus quàm ab initio eſt conſenſum.*
13 *Reformationem contractus fieri, integris omnibus manentibus, non poſt adimpletum contractum.*
14 *Reſolutio contractus fit, reſtitutis iis quæ alter alteri impleuit.*
15 *Pacto de reſoluendo contractu inito, quomodo ſuccurratur aduerſus nolentem recedere: à priore contractu.*

1 HAEC AD ſubſtantialia contractus pertingunt, & maximè eius, cuius obligatio contrahitur conſenſu. Dicitur autem pactum reformare † aut renouare [d] contractum, eo quòd nouam obligationẽ, priore extincta, ex nouo ſed eiuſdem generis contractu, producat [b]. Super his autem mirum in modum ab antiquo dubitatum eſt, & diſputatum, An prior obliga-
2 tio, prioris contractus reformati, verè cum eo intercedat & extinguatur: † firmitatem ſuam obtinente ſolo poſteriore cõtractu reformante. an prior contractus adhuc valeat, ſecundum reformationem ſubſecuti pacti: an vterque. Et ſunt qui putant [c] eam diſputationem plus ſubtilitatis habere, quàm vtilitatis: quaſi parum interſit, an ex priore, an ex poſteriore contractu agatur: cum hoc certum ſit, agi ſemper ſecundum formam poſterioris pacti priora reformantis. & rectè quidem, ſi de ſola actione quæras. At poteſt multum intereſſe propter alia, videlicet, propter fideiuſſorem in priore contractu aſſumptum, ad alium longiore interuallo reformantem, non repetitum: quem liberari neceſſe erit, ſi priorem obligationem fatearis extinctam [d]. Sed & ſi quid impoſititij oneris ſit in ſingulis contractibus, veluti, vt ex ſingulis aliquid ſoluatur, & eorum emolumentorum alius alio tempore collector ſit & conductor: iam refert ex quo contractu id præſtetur, & præterea ſi quid ordo obligationum & contractuum fortè efficere queat, vtputa vbi ex ſolo titulo transfertur, & eo reſoluto redit dominium [e]. Quid enim ſi inter duas venditiones eccleſiæ factas, quarum poſteriore priorem reformat venditor, eam rem alij pignori dediſſet [f]? Denique ſi venditoris poteſtas atque facultas tempore mutata & diminuta ſit, vt quod vendidit prædium maritus cum vxore, ſi ea defuncta reformet venditionem, vbi ex conſuetudine defuncta vxore, non liceret ei vendere aut abalienare, eo quòd morte vxoris inſtar vſufructuarij ſit factus ſuorum propriorum bonorum, in commodum & fauorem liberorum communium. Quando er-
3 go in re ipſa tantum eſt diſcriminis, † non debet in vanum videri labor eius diſputationis, & inquiſitionis ab antiquo ſuſceptus. Martino imponitur ea opinio, quòd ita demum à priore contractu cenſeatur receſſum, ſi id conſtet actum eſſe inter contrahentes, cùm verò id non agitur, remanere priorem contractum: Ioanni contraria, quod niſi actum ſit, vt duret prior contractus, non durare, ſed ſic reformari, vt fiat nouus. Azo Martinum ſequitur, quando incontinenti reformatio fit: Ioannem, quando ex interuallo. Quæ diſtinctio etiã Accurſio placuit [g], Odofredo contra, diſtinctio cum caſuum inuerſione. Martinum enim ſequitur, vbi Azo Ioannem. Quis ergo tam variè fluctuantes opiniones conciliabit? Quod vel eo magis neceſſarium videtur, quòd & Iuriſconſultorum reſponſa leguntur, hac de re, nonnihil diuerſa. Pomponius enim, quem crebro Vlpianus citat [h], clarè aſſeuerauit, diſceſſum eſſe à priore emptione: perinde quaſi nulla præceſſerit. Sed hic Paulus dixit, eumque ſequutus Papinianus [i], non abſque aliqua nota improprietatis, quòd receſſum à priore
4 contractu, & noua emptio interceſſiſſe videatur. † Accumulat, vno eodemque contextu, plures improprietatis notas Vlpianus, cum ait [k], quòd quodãmodo quaſi renouatus cõtractus videatur. Hic certè in primis omnino diſtingui debere videntur hæc tria, quæ circa vnã eandemq; rem

a l. iuriſgentium. §. adeo. de pact.
b l. pacta conuenta. verſic. an idẽ dici poſſit. hoc tit. l. ſi quam rem. de reſcin. vendit.
c Alberi. hic.
d Iaſ. ad d. §. adeo. l. iuriſgentium.
e l. vlt. C. de ſacroſ. eccle.
f l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. de pignor.
g hic in glo. mag. poſt princ. verſi. ego diſtinguo.
h in d. l. iuriſgentium. §. adeo.
i in hac l. pacta conuenta. verſi. Paulus notat.
k in d. §. adeo.

f proximè

proximè concurrunt. Eſt enim interdum aliqua correctio in re, aut pretio, quæ à contrahentibus fit cum initur contractus. eſt remiſsio pretij, aut partis eius, eſt & diminutio aut augmentatio pretij. Correctio eſt de
a vnum.8. qua hic videtur locutus Fulgoſius[a], cum diceret, reformari emptionem per pactum, quod ante venditionem perfectam attribuit ei formam, cum fit venditio. ſicut artificialia, cum fiunt, in varias interdum formas commutantur. Additur, adimitur aliquid materiæ, aut nouæ formæ, antequam abſoluantur. In qua ſpecie ceſſat difficultas propoſitæ quæſtionis: quia ab initio, non niſi vnus contractus ſic prodit, vna ſemel forma conceptus, ſed deinde noua aliqua in pretio aut re perfectus, & abſolutus. In remiſsione pretij partiſue eius, ceſſat quæſtio, nam ea non infringit contractum: ſed illo firmo manente, liberat ab implemento, † 5
ſiue implendi neceſsitate, ex vna quidem parte ob probabilem aliquam
b l. ſi conuenerit. de pactis. l. ſi tibi habitationi. locati & conduct. cauſam[b]. Diminutio pretij aut augmentatio, quæ fit nouo pacto, quali & nouus contractus ab exordio fieri poſſet, huc pertinet, † quando 6
ſcilicet abſoluto priore contractu, & ſuam formam habente, velut ex intentione contrahentium completa, ſubſequitur pactum quo precium augetur aut minuitur, rei venditæ aliquid adijcitur aut detrahitur. Neque hic diſtinguendum puto, quanto interuallo ſequatur, ſi modò contrahentes priorem contractum habuerint aliquando pro perfecto, & conuentione eorum abſoluto: ſed illud potius, quid ſit in conuentione ſubſequente, quid illius verba oſtendant, an omnino nouum ab exordio contractum, an alicuius tantùm partis vt pretij, vel rei mutationem priore caſu. intrepidè dici poteſt & veriſsimè, quòd nouus ſit contractus,
c in d.l.2. ſeſ. de reſcind. vendit. extincto priore. Sic locutus eſt Pomponius[c], *Si rem quam à te emi*, ecce pro abſoluto habitum priorem contractum, *eandem rurſus*, ſignificatur hic aliquod interuallum, *à te emero*: En hic iam nouum omnino contractum. De priore caſu, vbi in parte ſola eſt reformatio, loquuti ſunt hic Paulus & Papinianus: ſcilicet quia omnibus integrè manentibus, de augendo vel minuendo pretio conuenit. Et hic iuris ſubtilitate noua quoque eſt obligatio, quia non poteſt non mutari res, cuius ſubſtantia mutatur. † Sed hic non tam conſtanti aſſeueratione Iuriſconſulti dixerunt nouum eſſe contractum, proptereà quòd reliqua omnia, 7
eo ſolo excepto, quod mutatur, eadem maneant: velut iuris interpreta-
d d. §. adeo. in verbis, quæ ſi repetita. tione, repetita in poſteriore conuentione[d]. Vel è diuerſo, poſteriore cõuentione relata, & adhibita ad priora, & in locum eius quod mutatum
e Fulgo. ad l. iuriſgentiũ. §. pactum ne peteret. in ſi. & ad ſi. princ. l. emptor. de pact. eſt, ſurrogata: non ſecus[e], atque domo paulatim refecta, quæ ſemper manet eadem, etiam ſi tandem ſingulæ eius partes refectæ inueniantur:
f l. ſi ita legatum ſit. §. vlt. de lega. j. ſed noua eſt, ſi ſimul tota à fundamento noua reficiatur[f]. Nam ſic Vlpianus[g] non inſubtiliter argumentum ducit à toto ad partem. non qui-
g in d. §. adeo. verſ. ſi igitur in totũ. & paulò poſt in verſ. nam ſi poteſt totaret. dem ſolùm in diuerſo genere pactorum, videlicet à pacto reſolutiuo, ad reformatum in parte: verùm etiam in eodem genere, hoc eſt, à reformatione totius contractus, ad reformationem in aliqua parte. Cur enim quod iuris neceſsitas interdum poſtulat, non niſi pro parte reformatum eſſe contractũ, vtputa, quando cum vno hæredum eius qui contraxe-
h d. §. adeo. verſ. ſed cum duo heredes. rat, reformatio fit[h], id nõ poſſet emptor & venditor, eorum conuentionibus, imitari? & non in totum, ſed pro parte, contractũ reformare, & priori contractui expreſsis verbis, dare aut relinquere ſuam firmitatem in cæte-
i l. ſed Celſus. §. cõditio, hoc tit. ris? Cuiuſmodi eſt reformatio de qua alio loco Pomponius ſcribit[i], quòd conditio, quæ in initio contractus dicta eſt, poſtea alia pactione mutari poteſt, ſicut etiam abiri à tota emptione. De quibus quidem

contra-

contractibus ſic reformatis, hoc tradi ſolet: Quod à prioribus non intelligatur receſſum, niſi quatenus reformatio facta eſt. ideoq́; qualitas prio-
8 ris contractus reformati, intelligitur repetita in contractu reformante [a]. † Vnde Philippus Decius pulchrè conſuluit [b], In donatione poſteriore omiſſam conditionem viduitatis, id eſt, quamdiu vidua maneret donataria, intelligi repetitã ex priore donatione reformata, in qua erat expreſſa. ſubijciens & illud [c] non inſubtili diſputatione, quòd conditio viduitatis, appoſita legato in teſtamento facto, videatur repetita in codicil-
9 lis, † in quibus idem legatum eſt factum: ſed ſine expreſſione illius conditionis. At non idem erit dicendum, duobus conditis teſtamentis, quorum poſteriore, cùm reuocetur prius, & ad nihilum recidat, nihil ex illo priore repetitum intelligetur in poſteriore [d]: ſed reuocato & annullato priore teſtamento, intelliguntur omnia in eo contenta eſſe reuocata, niſi expreſsè ſint repetita [e].

Sed nunc videndum erit, quæ vis in eo ſit, quòd pactis reformantibus ea virtus, quam diximus, non ſemper & vbique tributa ſit: Sed omnibus integris manentibus, id eſt, in ſolo adhuc conſenſu, & abſque implemento ex alterutra parte ſecuto, conſiſtentibus: an igitur
10 non poterit obligatio, quæ re contrahitur, reformari? † Non videtur. nam non poteſt re dici contracta obligatio, antequam res interuenerit, tunc autẽ non ſunt integra omnia. In contrarium vrgere videtur, quòd ſi quis mutuo decem det vt reddantur nouem, hæc obligatio in nouem contracta videtur. vtique reformata, ſi ſpectes illud, ad quod re ipſa, non addito tali pacto, fuiſſet contracta [f]. Sunt [g] qui fatentur & illam reformari, ſed diminuendo tantùm, non addendo [h]: quia, inquiunt, diminutio eſt ſimile genus diſſoluendi, quo erat contracta obligatio. Quæ ratio ſubobſcura eſt. niſi fortè illud velit, quod hic pacto detrahitur rei, & ſic re minuitur, ſicut re contrahitur obligatio. Numerantur quidem decem, ſed cum nouem reddi conuenit, decimum illud donari videtur, re ipſa: cum traditur & numeratur, ac velut ſupernume-
11 ratur, vltra id, quod mutuo datur. † Nam alia hic non cadit coniectura, quàm donationis [i]. Adde, quòd dicimus, re contrahi obligationem mutui, non ſic eſt accipiendum, vt omnino conſenſum excludamus contrahentium, qui æquè principaliter, vt res aut numeratio, ad obligationem contrahendam concurrere debet: quando ergo ab initio numerationis, & cum in creditum itur, numeratio non habet conſenſum pretium, omnino conformem rei: ſed decem numerantur, eo acto, vt nouẽ debeantur: non dicetur in maiorẽ ſummã contracta obligatio. Quàuis enim, qui decem ſibi deberi dicit, nõ excludat, quin plus deberi ſibi poſsit, neque hoc videri dixiſſe debet, tantùm decem deberi [k], qui tamẽ contrahit obligationem in aliqua quantitate, non cenſetur in maiorem ſummã contrahere, ſic ſcilicet limitante obligationem conſenſu, qui ſubeſt ab initio. Vnicum enim negocium contrahitur ex numeratione, & conſenſu, & non niſi vna ſola naſcitur obligatio [l], nonnihil reformata ab eo quod deſtinatum videbatur. & ad quod re ipſa, ſi non aliud placuiſſet, contracta fuiſſet. Tanta ſcilicet vis eſt in eo pacto, quod ineſt contractui, & ab origi-
12 ne conſenſum contrahentium limitat, † vt impediat ipſo iure naſci obligationem in plus, quàm ab initio eſt conſenſum [m]. vbi alioqui, ſi ex interuallo, poſt contractã perfectamq́; obligationẽ, emiſſum eſſet: non ad radices obligationis pertingeret, nihil ex ea ipſo iure minueret, ſed exceptionem tantum daret. Nec hoc infrequens eſt, quod facilius impedias naſci

a *Bal. ad l. pacta nouiſsima. in fi. C. de pact. Alex. conſi. 107. in. 4. parte.*
b *conſi. 190. Circa primum dubium, &c.*
c *eod. conſil. pag. 2. verſic. venio ad ſecund.*
d *Bar. ad l. Statius Florus. in prin. de iure fiſci. pulchrè Franc. Curt. iun. conſi. 163. à nu. 14. vſq; in fi.*
e *l. ſi iure. de lega. 3. ad gl. ad verbũ, Fauiana. l. ſi patronus. §. patronum. ſi quid in frau. patroni.*
f *l. rogaſti. §. ſi tibi decem. ſi cert. pet.*
g *Lorio. de pact. axio. 18. & 20. in fi.*
h *l. ſi tibi. de pact.*
i *Bar. Caſtr. Iaſ. Alcia. & alij ad d. §. ſi tibi. l. rogaſti.*
k *l. cũ furti. de in lit. iurã.*
l *arg. l. cũ enim de nouat.*
m *Bal. Iaſ. & alij ad d. §. ſi tibi.*

obligationem, quam tollas natam [a]. Et vt reuertamur ad obligationes, quæ
conſenſu contrahũtur, in ijs quoq; hæc verba, *Omnibus integris manentibus*,
† ſuá vim exercẽt: nam nõ poterimus poſt pretiũ ſolutũ, emptione repetita 13
priorẽ emptionẽ in aliam reformare [b], aut infectá reddere, nõ alia cõtracta
noua emptione [c]. Quòd ſi forte, re nõ integra, cõuenerit inemptá rẽ fieri.
certiſsimum eſt, nihil valituram eam conuentionem, ad fouendam tantam
iniquitatem, vt alter contrahentium, cui contractus eſt impletus, rem &
pretium ſimul retineat [d]. Sed ſi vltrò reſtituiſſet, vel emptor rem vendito
ri, vel venditor emptori pretium: iam quidem neque de actione, neque de
exceptione quærendum eſſet, † quia reſolutus eſſet contractus, in integrũ 14
reſtitutis ijs, quæ alter alteri impleuit: quod perinde eſt, atq; ſi adhuc inte
gris omnibus manentibus ita conueniſſet [e]. Sed de eo dubitatur, † ſi pa- 15
rato reſtituere eo, qui accepit, iam nolit alter recipere: ſed vrgeat ad im-
plementum contractus, neglecto pacto, quod dicit perperam, & non eo
tempore quo oportuiſſet, eſſe factum: an agentẽ poterit alter exceptione
repellere, & vel nunc reſtituere: quo prius reſtituto, & ſecundum pactum
accepto, diſſolutus fuiſſet contractus? Certè hoc naturalis æquitas vide-
tur dictare, atque ita iure cautum eſt [f], vbi vendidit procurator & tradi-
dit: ſed dominus paciſcitur rem reſtitui, & inemptam fieri. extra eum ca-
ſum autem, & cum ipſi contrahentes ſic pacti ſunt, non congruo tempo-
re: quia rebus non integris omnes reclamant, exiſtimantes pactum quod
fit ad reſolutionem contractus, non parare exceptionem: ſolus Fulgo-
ſius contrarium vix tuetur [g], ad quem occurrente caſu erit recurrendum.

a *arg. l. patre furioſo. de his qui ſui vel alie. iu. ſunt.*

b *l. 2. verſi. ſed non poteris. inf. de reſcind. vend.*

c *l. ab emptione. verſi. Ariſtoni hoc amplius. de pact.*

d *glo. vlt. in fine. l. vlt. C. quando lic. ab emp. diſc.*

e *d. l. ab emptione. verſic. nec quicquam intereſt.*

f *in l. ſi cum emptore. §. vlt. de pact.*

g *ad d. l. ab emptione.*

DE PACTIS INFORMATIVIS SIVE FORMANTIBVS ACTIONEM.

SVMMARIA.

1 *Informare ſiue formare actionem quid ſit?*
2 *Pacta quæ detrahunt, limitant, ac reſtringunt obligationem, an informent?*
3 *Pacta debitoris fauore interpoſita, actionẽ creditoris limitant & reſtringunt: diſtinctio in his Alciati.*
4 *Obligationum cauſas quomodo Paulus dixerit pactione mutari poſſe, in l. nec ex prætorio. de reg. iuris.*
5 *Pacta ex interuallo facta, an alijs acceſſoriè obligatis proſint?*
6 *Pactum in reſponſo Pau. in l. lecta. ſi cert. petat. informat non reformat contractum.*
7 *Pacta informare actionem, etiã in quaſi contractib.*
8 *In obligationibus conditionalibus & contractib. etiam informari actionem.*
9 *Ex conditionali obligatione, quomodo ex pacto quandoq; agatur ante conditionis euentum.*
10 *An in ſtricti iuris contractib. etiam pacta ex continenti appoſita inſint ex parte actoris ad actionẽ formandam controuerſum ab antiquo fuit.*
11 *In ſtricti iuris contractibus vſuræ ex pacto non debentur, ſed tantùm in ſtipulationem deducta.*
12 *Si quis certum & incertum vna ſtipulatione ſeu interrogatione ſtipulatus fuerit, an duplex actio competat.*
13 *Fundamenta contrariarum ſententiarũ, an pacta incontinenti facta ſtipulationi inſint.*
14 *In l. petens. C. de pactis. quidam duplex pactum conſtituunt.*
15 *Regula, quòd tot ſint ſtipulationes, quot ſunt res, quomodo intelligenda veniat.*
16 *Quæ in præfationibus conuenta ſunt, etiam in ſtipulatione cenſeri repetita.*
17 *Stipulationi conditionali additum pactum purum, an ſtatim formet actionem, non expectato conditionis euentu?*
18 *Si decẽ interroganti promittantur viginti, cur viginti nõ debeantur velut ex cohærente pacto.*
19 *Contractus emphyteuticus recipit pacta quæ formant actionem.*
20 *Contractibus innominatis pacta adiecta, an formant actionem.*
21 *Contractus innominatus ſi ex altera parte adimpletus ſit, an pacto formetur? Berẽgarij ſentẽtia.*
22 *In contractu innominato reuocabiliter informari actionem ex pacto.*
23 *Ex mutuo certo loco dari promiſſo arbitraria datur, quæ non mutat genus actionis.*
24 *An contractu acceptilatione ſublato duret pactum.*
25 *Mulier dotem dando, ſi promittat ſoluere tributa, quæ vis pacti.*
26 *An valeat pactum, ne emptor vel poſſeſſor tributa empti prædij ſoluat.*
27 *Pacta duriora & inhumana an informent actionem: Veluti ſi ſeruus vẽdatur ne manumittatur.*
28 *Intereſt hominis, hominem beneficio affici.*
29 *Pactum in venditione, vt res periculo venditoris ſit, quale ſit. Item in conditionali venditione, vt emptoris ſit.*
30 *Pacta quæ damnum inferunt actori, an forment ſiue informent actionem.*
31 *Pacto etiam diminuente obligationem, formari actionem, ex Mudæi ſententia, quando incontinenti apponitur.*

32 *Extraneus dotās, pacto ſibi cauere poteſt, dotem ſibi reſtitui ſoluto matri. pater verò per ſtipulationē.*
34 *Pater an neceſſariò cogatur filiam dotare, & qualis ſit ea neceſſitas.*
35 *Pater iure ciuili diſſoluit ſponſalia filiæ ſuæ, ea etiam inuita.*
36 *Patris in filia dotanda vel dote deneganda libertas à Iuriſconſulto obſeruata in l. adoptiuum. §.1. de iure dot.*
37 *In traditione rei quodlibet pactum rectè apponi, quomodo reſtringatur ac intelligatur.*
38 *Doctorū cōmunis error à Mudæo detectus.*
39 *Pactum promiſſæ euictionis interpoſitum tempore donationis, cur non valeat.*
40 *Pacta in traditione appoſita, quæ neq; rem, neque traditionem reſpiciunt, an actionem pariant.*
41 *Qualis requiratur connexio inter pactum & contractū, cuius cohærentia pactum veſtiatur.*
42 *Adminicula contractui cohærentia.*
43 *Vt conuentionalium ſtipulationum tot ſunt formæ quot genera rerū contrahendarū, ita & pactorū.*
44 *An ex pactis informantibus præter actionē ex ipſo contractu. etiam detur præſcriptis verbis.*
45 *Contrahentes, quando præciſè ad implendum contractum cogantur.*
46 *Actionem præſcriptis verbis in quibuſdam magis elaceſcere, quàm actionem ex contractu, quando ſimul concurrunt.*
47 *Actio præſcriptis verbis quando competat.*
48 *Procurator ad vendendum datus etiam cauet de euictione, vel dominus.*
49 *Fideiuſſorē euictionis an quis dare teneatur.*
50 *In euictione fundi, vſusfructus pro parte dominij eſt.*
51 *Vſufructu conſtituto alicui, quoad viuet, an finiatur cap. diminutione.*
52 *In his quæ pondere, numero, & menſura conſtant, quando emptio cenſeatur perfecta.*
53 *Quādo venditio cenſeatur facta ad menſuram.*
54 *Menſuræ mentionē nō ſemper venditionē ad menſurā facere, ſed addi quādoq; ſtij declarādi gratia.*
55 *Si omne vinū quantumcunq; eſſet vno pretio vendatur, Et, ſi vinum vendatur vt in ſingulas amphoras pretium dicatur, quomodo differant.*
56 *Si fundus vendatur vt certum corpus, an modum quem venditor dixerit præſtare debeat?*
57 *Venditor ob renunciationem modi agri, ab agri menſore minùs facta, ſi plus ſoluerit, an actionem ex empto habeat.*
58 *Formula pactionum, de renunciatione modi agri facienda, multum diuerſa.*
59 *Arctior eſt temporis ratio, ſi dicatur in diebus aliquid fieri, quàm ſi in diebus triginta.*
60 *Tempus priori orationi inſertum, an repetitum cenſeatur in poſteriore.*
61 *Venditio rectè fit, vt emptor fundum conductum habeat, donec pretium ſoluat.*
62 *Si quis emerit domum, vt cōductam habeat donec ſoluatur cuius ſit periculum.*
63 *Mudæi reſponſio ad aduerſariorum rationes de traditione fundi facienda, quādo venditio facta eſt vt conductum habeat emptor.*

HAEC pertinent ad naturalia externa ſiue accidentalia contractuū,
quæ hic [a] adminicula vocantur, & dicuntur contineri contractu, aut
ineſſe cōtractui, ſed nō dicuntur informare aut formare contractū. Quod
ad actionē potius ex contractu, quàm ad ipſum contractū eſt referēdum [b].
1 Informare aut formare actionem, † nō aliud eſt, quàm illam mutare, & extra terminos à iure regulariter conſtitutos, inflectere ad id, quod eſt in pacto. ſiue quia extenſim actio deducitur [c], vt competat ad hoc quoq;, quod venit in pactum, quando pro creditore illud eſt appoſitum, qui ex eo contractu actionem habet [d]: ſiue quia reſtringit, limitat, & moderatur actionē, quando pro debitore ad minuendam obligationē, in ipſo contractu eſt appoſitum. Et quamuis dubitari ſoleat, imò & à plerisq; negari, quod poſteriore loco diximus, de pactis quæ detrahūt, limitāt, & reſtringūt obligatio-
2 nem: an illa informēt, † an potius illa ſola quæ addūt ad obligationē, & extenſiorē faciunt actionē. Minimè tamē dubitandū eſt, quin & detrahentiū pactorum, ſiue reſtringētium vis influat in actionem, dum illam reſtringit, & ſic moderatur, vt ipſo iure actio non competat, niſi ſecundum limitationem & reſtrictionē pacti, quod ab initio contractui apponitur. Et quáuis exceptionē pareret, etiá ex interuallo appoſitū, prodeſt tamē cohærētia, & quod inſit cōtractui, ſi qualitatē effectus cōſideremus. tunc enim exceptio nō eſt opponēda, & ex cōſequēti nec ꝓbatio pacti neceſſaria: ſed actor ꝓducēs aut ꝓbās integrū cōtractū cū reo initū, cuius pactū pars eſt, ipſe ſecū adfert limitationē, ſiue reſtrictionē ſuæ actionis neceſſariá. Et hoc eſt quod Alcia. dixit [e], quòd pacta debitoris fauore interpoſita, actionē creditoris li-
3 mitát & reſtringūt, † & in his diſtingui, an ex interuallo facta ſint, vt tunc ſolá exceptionē producant [f]: an verò incontinenti, & tunc ipſo iure actio nem reſtringát: adeoq; inſint cōtractui & actioni, vt hæc ipſo iure nō competat, niſi quatenus pactio non reſtringit. Et hæc exempli loco adferri poterunt, ad declarationem illius quod dixit Paulus [g], obligationū cauſas

a in prin. l. pacta cōuenta.
b l. iuriſgentium. §. quinimo. de pact.
c Alciat. ad prin. l. in bonæ fidei. C. de pact.
d l. fundi partem. hoc tit. l. tenetur. §. 3. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. de act. empti.
e ad l. lecta. in prin. ſi certo peta.
f l. ſi vis. §. pactus ne peteret. de pact.
g in l. nec ex prætorio. de reg. iur.

poſſe pactionem immutari, † & ipſo iure, & per pacti exceptionem. Hinc 4
etiam fit, vt quamuis interdum pactum ex interuallo factum alijs acceſſo-
riè obligatis, neque proſit, † neque noceat [a]: pactum tamen quod ab ini- 5
tio ineſt contractui, & pars eius eſt, extendens aut limitans ius obligatio-
nis, neceſſariò quoque ad alios acceſſoriè obligatos pertinet [b]. Et his
modis vim ſuam exercet informatio pacti, quod detrahit aliquid ob-
ligationi [c]. quamuis debitori, pro quo interponitur, non tribuat actio-
nem: cui non parum hoc videri debet, quòd creditoris actionem, quæ
in eum competit, reſtringat ipſo iure. Atque ita cum nonnullis [d] de-
fendi poterit, quantumlibet repugnantibus alijs [e], in celebri illo re-
ſponſo Pauli [f], pactum informare actionem ex contractu, cui ſtatim ad-
ijcitur non reformare contractum, † aut obligationem. Accedat ad hæc, 6
quod dici ſolet, contraria conſiſtere & operari circa idem plus & mi-
nus, non conſtituere diuerſas ſpecies: ſi ergo pactum quod addit, actio-
nem informat: quare non & pactum, quod detrahit, cum vtroq; modo ali
qua qualitate actio mutetur, æquè quia reſtringitur pacto, quod detrahit
obligationi atque ampliatur pacto, quod addit. Cùm diceret Vlpianus [g]
Pacta conuenta ex continenti ſubſecuta ineſſe, etiam ex parte actoris: An puta-
bimus negaturum fuiſſe, & non potius, velut ſatis notum firmumq́; præſup
poſuiſſe, quòd ex parte quoq; rei ineſſet. & quidem ad actiones, limitatio
nem, & reſtrictionẽ, ipſo iure, quãdo incontinenti pro debitore eſſet appo
ſita? Et obtinent hæc locũ, non in ſolis contractibus: verùm etiam, in quaſi
cõtractibus. † Vt in obligatione & actione tutelæ [h]. neq; tunc ſolùm, cùm 7
pacti implementũ ſtat cũ implemẽto contractus: ſed & tunc, cùm pactũ vi
detur aduerſari cõtractui, & tendere in illius reſolutionẽ. veluti ſi pactum
ſit in venditione & emptione, aliquo caſu rem fieri inemptam [i]. Atque
etiam ſi pactum tendat in aliam ſpeciem contractus, & aliam præ ſe
ferat actionem, quàm quæ reſpondet nomini contractus, cui apponi-
tur. Vtputa ſi venditioni apponatur pactum de locando, de conducen-
do [k]. Sed etſi conditionalis fuerit contractus, cui pactum adiectum
eſt, informabit actionem ex contractu, tunc, cùm ea nata erit. † ni- 8
mirum, vbi conditio euenerit [l], qualiſcunque etiam ea fuerit [m], ſeu for-
tuita ſeu voluntaria. Vt in contractu dotis [n], qui, quod ad reſtitutionem
dotis attinet, eſt conditionalis, ſi matrimonium ſoluatur [o]. quæ condi-
tio ex vno eius capite, videlicet mortis, à caſu: ex altero verò, videlicet
reſpectu diuortij, à voluntate pendet: & non trahitur retro [p]. Si verò con-
ditio defecerit, & ſic non naſcatur vnquam actio [q]: non poterit hæc dici in
formata, aut formata pacto appoſito. Prius enim eſt actionem eſſe, quàm
talem eſſe ad hoc aut ad illud formatã. Niſi fortè hoc inter contrahentes
eſſet actum, vt cõmodo & emolumento pacti reſpondeat contractus ipſe,
ſub conditione initus. Siue, vt apertius dicam, ſi vnus contrahentium, id
quod eſt in pacto promiſerit, ratione ſolius ſpei ſibi ab alio oblatæ, cũ quo
contraxit, de conſequendo emolumento contractus, ſub conditione initi.
Exemplo res erit clarior, deſiderabas à me emptum habere equũ, ſub con-
ditione ſi vere proximo bellum reſtauretur, quẽ ego nõ niſi purè & ſtatim
vẽdere volo, ſiue quòd ſumptũ in alendo equo, ſiue quòd periculum interi
tus euitare velim: impetras tandem, vt ſub conditione, vti deſideras, ven-
dam, ſed ita, vt præter pretium conditionali venditioni conſtitutum, & pa
ctum periculi interitus in te ſuſcepti [r], etiam aliquid pro me facias hoc ca
ſu, eo ipſo quòd ſub conditione vendidi, & ſic ſecurum te feci. quod alius
conditionem emendi nõ poterit tibi præcipere, nec tu tamen emptum ha
bere

a *l. iuriſgentium. §. pacto. l. niſi hoc actum. l. vlt. de pact.*
b *Pau. Caſtr. ad l. petens. nu. 5. C. de pact.*
c *d. l. rogaſti. §. ſi tibi, ſi cert. peta.*
d *Accurſ. Bart. Aug. Alex. ad d. l. lecta.*
e *Lud. Ro. Pau. Caſtr. Iaſ. ad eandem l. lecta.*
f *d. l. lecta.*
g *in d. §. quinimò.*
h *d. l. iuriſgentium. §. vtputa. verſi. idem Marcellus.*
i *l. ſed Celſus. §. j. hoc tit. l. ex empto. §. ſi quis virginem. de act. empt. l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit.*
k *l. fundi partem. hoc tit. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. de act. empti.*
l *Bar. Caſtr. & alij ad l. petens. C. de pact.*
m *Alcia. ad d. l. petens.*
n *l. iuriſgẽtium. §. quinimo. verſi. vtputa à contrario ſenſu.*
o *l. ſi cõſtante. ſolu. matri.*
p *l. de diuiſione. l. fructus. ſolu. matrim.*
q *l. cedere diem. de verbo. ſignif.*
r *l. ſi in venditione. de peric. & commo. rei vẽdi.*

bere debeas, niſi eo caſu,quo equus tibi neceſſarius erit, ob hanc ſpem ti-
bi datam, non expectato conditionis euentu, videor ſtatim promeruiſſe
emolumentum quod verſatur in pacto, à te viciſsim in rem meam facto.
Itaque mox poſt venditionem, quanquam per illam etiam adhuc ſuſpen-
ſam,ex mea parte adimpleuerim,quod inter nos conuenit, quia ſub condi
9 tione vt voluiſti vendidi, agere potero, † vt tu viciſsim quoq; adimpleas
id,quod eſt in pacto[a]. Atq; ita ſtrictè hoc intelligendum eſt, quod aliqui
generalius quàm par ſit, in hoc iuris articulo docuerunt: qui videntur in-
diſtinctè voluiſſe,quòd etiam ſi conditio deficiat, veſtiatur tamen pactum
contractui conditionali appoſitum,ſi nõ contractu, ſaltem rẽ interuenien
te: hoc eſt,perfectione,concluſione,& abſolutione contractus conditio-
naliter initi. Oportet enim eam fuiſſe mentem & intentionem contrahen
tium apertè cognitam,quòd vel ob id ſolùm,quod placuerit conditionali-
ter contrahere,vendere,locare,& in illius ſolius compenſationem ab alia
parte quicquam promiſſum ſit,vt diximus. Secus verò,ſi hoc, quod eſt in
pacto promiſſum, eſſet velut appendix pretij venditionis: & cùm pretium
ſoluetur,tunc præſtandum & implendum. Tunc enim non deberetur, niſi
purificata conditione emptionis. In caſu autem contrario,quando contra
ctus purè initur,& apponitur pactũ conditionale,non dubiũ,quin vbi cõdi
tio pacti euenerit,actio cõtract[•] informetur,aut formetur quoquo pacto[b].

An autem in ſolis cõtractibus bonæ fidei locum habeant, quæ diximus,
pacta incontinenti adiecta, etiam ex parte actoris valere ad formandam
actionem: an verò & in ſtricti iuris contractibus, ab antiquo cõtrouerſum
10 eſt. † Et dubitationem facit,quòd vbi mentio huius rei incidit,non fruſtrà
videatur additum de bona fide[c]. & quidem vt videtur reſtrictionis cauſa,
& ad excludendos contractus ſtricti iuris,præſertim vbi dicitur[d], quòd in
terdum pactum format actionem, & quando id fit mox ſubiungitur his ver
bis, *Vt in bonæ fidei iudicijs*, nã dictio præcedens, *interdum*, nõ videtur admit-
tere, vt de bonæ fidei iudicijs, dicamus expreſſum cauſa exẽpli, quo nõ re-
ſtringitur regula. & mox ſubſequitur, *Pacta conuenta ineſſe bonæ fidei iudicijs*.

Huc ſpectat & illud, quod in contractibus ſtricti iuris, citra vinculum
11 ſtipulationis vſuræ † non debeantur[e], quæ in bonæ fidei iudicijs debentur
ex pacto appoſito[f]. Militat & generale illud, quod vel ex nomine ſolo
contractuum,& obligationum ſtricti iuris,ſatis appareat,quàm ſtrictè cõ-
cludendæ ſint[g]. Neq; parum mouere videtur,quòd vbi quis ſtipulatur vna
interrogatione duo,& vtrum eorum ipſe volet,quorum alterum certum,
alterum incertum eſt[h],non eadem actio ad vtrumlibet,quod eligere eum
12 contingat,competere poterit:† ſed ad certum certi condictio: ad incertũ
actio ex ſtipulatu[i]. Si igitur vnius eiuſdemq; ſtipulationis, vna pars non
poteſt informare alteram,aut actionem ex altera parte: ſed vtraque ſuam
habeat actionem,quomodo poterimus dicere pactum quod verè extra ſti
pulationem eſt,quamuis mox poſt illam emiſſum, ſic vt videatur ineſſe,
informare actionem ſtrictiſsimè concluſam ex ſtipulatione? præſertim ſi
ſtipulationi rei certæ adijciatur pactum faciendi, quod eſt incertum[k]. an
tribuemus acceſſorio pacto,quod vni parti principalis ſtipulationis ex al-
tera non diceremus conceſſum? Quod ſi fortè pactum illud ſtipulationi
accedens dicas verè ineſſe ſtipulationi,ratione coniunctionis,conſequẽs
erit,non pacto nudo:ſed ſtipulatione illud eſſe promiſſum,cum tot ſtipu
lationes ſint,quot res[l]. Denique omnium maximè nonnullis[m] vrgere vi-
detur.quòd ſi ſtipulanti decem,promittat quis viginti ,non niſi in decem
contrahitur obligatio[n].at verò quid poteſt eſſe coniunctius decẽ ſtipula

f 4 tis,quàm

a Alex.ad d.l.lecta.pen. colum.ſub num.18. & Alcia.ad d.l.petens.

b l.ſed Celſus. §.j. hoc tit.

c in l.in bonæ fidei. C. de pact.

d in d.§.quinimo.

e l.3.C.de vſuris.

f l.cum quidam. §.ex locato.de vſur.l.in initio. C.de pact.inter empt.& vendito.

g l.quicquid aſtringendæ. de verbor.obligat.

h l.liber homo.2.§.vlt. de verbor.obligat.

i l.ſi quis certum.ſi certũ petatur. & in princip. titul.Inſtit.de verb.obl.

k l.vbi autem non apparet.in princip.& §.qui id quod in faciend. de verbor.obligat.

l l.quoties. l. ſcire debemus.de verbor.oblig.

m Sozin. ad l.1.§.ſi quis ita.& §.ſi ſtipulanti, vtroque loco. paulo poſt princip.de verbor.oblig.

n d.§.ſi ſtipulanti.

tis,quàm alia illa decem,quæ non vno tantum ſpiritu,ſed & vno eodemq́; nomine,nimirum viginti ſunt promiſſa?Si igitur pactũ ſtipulationi appoſitum veſtiret actionem,ex ſtipulatione naſcentem,aut ſtipulationem: an non multo magis alia illa decem deberi cenſerentur,ſaltem ex pacto ſtipulationi adiecto,quamuis ſola decem, de quibus ſolis præceſsit interrogatio, ex ſtipulatione deberentur.Ex aduerſo vrget,quod apertiſsimè dixit Paulus[a],pacta incontinenti facta,ſtipulationi ineſſe: & quod eſt conſtitutum[b], vt petens ex ſtipulatione,quæ placiti ſeruandi cauſa ſecuta eſt, ſeu anteceſsit pactum,ſeu poſt ſtatim interpoſitum ſit, rectè ſecundum ſe ſententiam ferri poſtulet.Atqui illud nõ rectè poſtularet, ex nudo pacto: oportet ergo illud,cohærentia ſtipulationis,eſſe firmatum.Quæ duo ſunt fundamenta,pro hac parte potiſsimùm vrgentia. † quibus tamen quod reſpondeatur minimè deeſſet,ei qui pertinaci diſputatione priora, quæ diximus,tueri vellet. Nam non informari ſtipulationem, aut actionem, ſed reformari eam pacto appoſito in Pauli reſponſo[c], non pauci ſunt opinati.Et conſtitutiones in contrarium adductæ,* tam varia eſt interpretatio, vt ex illa firmum argumentum in vnam, vel alteram partem definiri non poſsit.Quidam enim exiſtimant[d],id ipſum quod in pacto eſt,eſſe & in ſtipulatione:ita vt minimè mirum ſit,ad illud agi poſſe: ſi non ex pacto, ſaltem ex ſtipulatione,& actione ex ſtipulatu,vel certi condictiõe.Sic enim veſtietur pactum non cohærentia ſtipulationis, quaſi de alia re ſit, quàm de qua ſtipulatio eſt interpoſita: ſed ipſa ſtipulatione, qua firmabitur,pacto conuerſo in ſtipulationem. Alij verò qui illi conſtitutioni ex aduerſo innituntur,duplex pactum conſtituunt,† prius cui ſtipulatio ſit cõformis, 14
illudq́ue confirmet:alterum quod ſtipulationi mox ſubiectum eſt. Ita vt non forma,aut tenor ſtipulationis:ſed ſola cohærentia & connexio eorũ robur ei tribuat. Veluti(ne exemplum deſit)ſi conuenimus ſimul,vt mihi codicem ſcribas,& hoc ſtipulanti quoque promiſeris,ac deinde mox pactum adiecerimus,vt quod ſcripſeris recognoſcas,vitia ſi quæ ſint, emendes:hic non minus ad emendationem ſcripti teneberis,quamuis de illa tãtum pacti ſimus, quàm ad ſcribendum, quod & in ſtipulatione eſt, & in priore pacto. Quin etiam ſunt,qui putant[e], illam cohærentiam poſterioris pacti,& ſtipulationis,tanti momenti eſſe,vt quod in pacto eſt,id quoq; in ſtipulatione ſit verè, & non iam pactum ſit, ſed ſtipulatio alterius rei. Nam quod Iaſon[f] regulam illam, quæ habet, tot eſſe ſtipulationes,quot res[g]: putauerit reſtringendam † ad res plures æquè principales: pactum 15
verò iſtud acceſſorium eſſe: meritò alijs[h] diſplicet: quandoquidem ſortis & vſurarum ſtipulatio eſt duplex[i]. Nec fortaſsis omninò firmum eſt, & ſolidum, quod alius eandem regulam ſic reſtrinxerit[k], vt locum habeat in ijs ſolis, quæ ſunt comprehenſa in interrogatione & reſponſione: quod autem in pacto eſt,non eſſe in interrogatione. Nam Iuriſconſultus dixit ſtipulationi pactum ineſſe[l].& quæ in præfationibus conuenta ſunt, etiam in ſtipulatione cenſeri repetita[m]. † Non refert au- 16
tem, an pactum incontinenti præcedat, an ſequatur[n]. Hæc ſi ſequamur,non informabitur quidem actio, quæ ex ſtipulatione expreſſa naſcitur huiuſcemodi pacto: ſed & illud ſuam actionem producet: cùm ſtipulatio ſit, & ſic formet nouam actionem, ex noua alterius rei ſtipulatione. Nec quicquam obſtabit, quod de non extendenda ſtipulatione dictum eſt: nam vt non liceat vnam aliquam ſtipulationem extendere: licebit tamen ex conſenſu interrogantium & reſpondentium,ſtipulationes multiplicare,& numerare pro numero rerum.Eritq́; his cõſentaneum fateri

a in l.lecta. verſic.Aiebat,ſi certum petatur.
b in l.petens.C.de pactis.
c d.l.lecta.
* in d.l.petens.
d Fulgoſ.ad l.petens.& ibi Alciat.in princ.& hic iterum paradox.5. ca.2.
e Franciſc.Curt. ad l.petens.num.23. Loriot. de pactis.axiom.32.
f ad d.l.petens.col.5. ver. veritas eſt clara.
g d.l.ſcire debemus.de verbor.oblig.
h Curtio,loco præallegato.
i §.vbi autem non apparet.§.penult.de verbor. oblig.l.centum Capue. verſic.neque enim hæc cauſa.de eo quod certo loco.
k Dñs Berengarius hic. in 6. regula cohærentiæ.
l d.l.lecta.verſic.dicebã.
m l.Titia.§.prim.§.vlt.de verbor.oblig.
n d.l.petens.l.3.C.de edil. action.

fateri[a], quod hoc modo, ſtipulationi conditionali, mox additum pactum
17 purum, formet ſtatim actionem: non expectato euentu conditionis. †nam
non pactum ſimplex, ſed coniunctæ ſtipulationes erunt duarum rerum: v-
nius quidem ſub conditione, & alterius pura: ſic vt actionem ex hac naſci
non impediat, neque remouetur conditio, quæ eſt in altera. Sequetur & il
lud non fruſtra toties bonæfidei mentionem eſſe factam, vbi de informan
da aut formanda actione Iuriſconſulti locuti ſunt: propterea quòd pactum
appoſitum ſtipulationi, vel non ſit vllius momenti: ſi longiore interuallo
ſequatur, vel ſi mox ſubijciatur. iam & ipſum ſtipulationi inſit, & æquè in
ſtipulatione eſt id, quod eſt in pacto, atque alterum illud, de quo facta eſt
interrogatio. Reſtat ſolum, vt reſpondeatur ad illud, quod tantopere vi-
ſum eſt vrgere in contrarium, ſi decem interroganti promittantur vigin-
18 ti, cur non debeantur viginti, †velut ex cohærente pacto[b]. An dicemus[c],
quod ibi actus peccat in forma? agitur enim hoc, vt contrahatur obliga-
tio verborum, ex ſolenni ſtipulatione, idque ob difformitatem reſponſio-
nis ab interrogatione fieri non poteſt. quare nec iure pacti valebit, exem
plo eius quod dictum eſt[d], eum qui vtiliter ſtipulari vellet, cum id inutili-
ter faceret, nec ex cõſtituto obligatũ habere promiſſorẽ, cùm id ſtipulan-
di nõ cõſtituendi aīo feciſſet. Sed nec illud omninò expeditũ eſt, nõ con-
trahi obligationẽ in viginti, ſi mox placeat diuerſitas ſtipulatori, quod ex
eo pendet, an eo loco quo dicitur[e]. de diuerſitate placente, referatur tan-
tum ad præcedentia: vbi non in re, ſed in modo eſt diuerſitas reſponſio-
nis, ad interrogationem: vt ſi purè ſtipulanti ſub conditione promittatur.
An verò pertineat etiam ad ſequentia[f], vbi in re ſine quantitate eſt diffor
mitas. Prætereundum quoque non erit illud, quòd tota hæc diſputatio de
contractibus ſtricti iuris hactenus ſit relata, & communiter à Doctoribus
referatur, ad ſolã ſtipulationem: quæ tamẽ non ſola eſt in numero contra-
ctuum ſtricti iuris. Sed ſunt aliæ conuentiones ex quibus actiones naſcan
tur, recipientes aliquam informationem: veluti cõtractus emphiteuticus,
19 †& ex eo naſcens actio, non eſt relata in numerum actionum bonæfidei[g]:
& is cõtractus maximè pacta recipit, quæ in eo oīa ſeruanda ſunt[h], vſque-
adeo, vt qui illis contrauenerit, æquè ab emphiteuſi cadat, atq; ſi tempore
ſtatuto canonem non ſoluiſſet[i]. Sic eſt & in actione de conſtituta
pecunia: quæ nec ipſa aſſcribitur ijs, quæ bonæ fidei ſunt, & vt conditio-
nes recepit conſtitutum[k], & alium diem[l], ſic & alias leges, ſiue pacta,
quàm quæ principali obligationi inſunt[m].
DE Contractibus innominatis proxima nunc quæſtio eſt. Et hi quidem
20 adiacenti pacto robur quod non habent infundere non poſſunt, †ſuapte
ſcilicet vi & poteſtate, tam debiles, vt nec naturalem obligationem vi-
deãtur producere: aut ſi quam producant, fortè naturalem[n], ob conſen-
ſum contrahendi præſtitum (quod tamen controuerſum eſt, & ab alijs la-
tius tractatum[o]) neceſſe tamen eſt, fateri illam eſſe debiliorem, quàm ſit
alia qualibet naturalis, non reſpectiua, neque reciproca: ſed ex vna tan-
tum parte conſiſtens, nam non dabit hæc retentionem, nec impediet dati
conditionem[p], ſicut alia, quæ repetitionem impedit[q], & compenſationi
locum facit[r], quia ſimplex eſt, pura & abſoluta, deliberatiorem animum
deſignans ſeſe obligandi: quàm hæc quæ ſub ſpe fit, & expectatione, vt vi-
ciſſim quoque aliquid adimpleatur, detur ei, aut fiat. Non mirũ ergo quod
de viribus pacti aſſumptis ex cohærentia contractus, non legamus, niſi in
genere contractuum nominatorum. Sed an ſaltem, ſi cauſam contractus
21 habeat, interueneritq; res ex vna parte, an nũc veſtietur pactũ, †quod pro
eadem

a cum Curtio. ſub finem d. l. petens. nu. 51. qui citat Philip. Decium.
b l. 1. ſi ſtipulanti. de obligation.
c cum Curtio. ad d. l. petẽ. num. 24.
d in l. 1. §. eum qui inutiliter. de conſtituta pecun.
e in d. l. 1. verſic. cùm adijcitur.
f ad d. §. ſi ſtipulanti.
g §. actionum, Inſtit. de act.
h l. 2. in princ. C. de iure emphiteutico.
i Iaſon ad l. primam. 2. colum. verſic. idem ſecũdo adde. C. de iure emphit.
k l. id quod ſub conditione. verſic. ſed is qui purè. de conſtit. pecu.
l l. ſed etſi. de conſtit. pec.
m l. eum qui Epheſi. in princip. eodem.
n vt gloſ. habet. ad d. l. potent.
o à Curtio ad l. naturalis. in princ. num. 4. de præſcript. verb. Soſino ad l. Legẽ. C. de pactis. & ad rubric. de verb. oblig.
p l. ſi pecunia. de condict. ob cau. datorum.
q l. naturaliter. de condiction. indeb.
r l. etiam. de compenſat.

eadem parte ſtat,ex qua eſt implemẽtum ſecutum?Et hic putat quidam[a],
ne tunc quidem pactum iuuari,propterea quod quamuis vim habeat nunc
contractus,ea tamen eſt accidentalis,& aliunde quæſita, quàm ſolo con-
ſenſu conuentionis,ideoque alij vt aduentitio pacto eam vim non com-
municari[b].Sed aliter alijs[c] viſum eſt,quibuſcum potius ſentiendum puto.
Nam cùm ex innominato contractu formata eſt actio, ei, qui ex ſua parte
impleuit,& pro eodem ſtat etiam pactum illius,quod ex alia parte ei ſit im
plendum,vna cum illo,quod in principalem contractum innominatum ve
nit:videtur alter vno contextu promiſiſſe duo, aut dari, aut fieri, pro eo,
quod ex alterius parte conuenerat,& iam eſt præſtitum. Sed reuocabili-
ter informata eſt actio,† ad id quod eſt in pacto,ſicut repetere poteſt, qui 22
impleuit id quod dedit:& non ſinere vt alius impleat, quod ex eius parte
conuenerat,ſiue in principali contractu,ſiue per adiectitium pactum.

Vbi obligatio re contrahitur(de quo ſuperius aliqua attigimus)ſtrictior
plerunque eſt actio:quàm vt informari adiectitio pacto poſsit : neque ſic
pars eſt contractus id quod eſt in pacto,veluti depoſiti, pignoris, mutui:
ſicut pars eſt pretij aut rei in venditione aut emptione.Imò interdum re-
pugnaret nomini actionis rei,eam extendi ad id quod eſt in pacto,vtputa,
ex mutuo datur certi condictio,quam non potes extendere ad id, quod
eſt in pacto ſæpè incertum. At ſi conuenerit mutuum certo loco ſol-
ui, hoc ſanè pacto ſic formabitur actio ex mutuo, vt arbitraria fiat[d]:
quod non mutat genus actionum, † cùm arbitrariam eſſe aut non eſſe a- 23
ctionem,non ad ſpeciem certam:ſed ad qualitatem eius pertineat.Et hoc
quidem modo dicemus, certi condictionem ex mutuo aliquando infor-
mari extenſiuè,ſi ſcilicet creditoris interſit loco conuento ſolui: vbi alij
pecuniam ſub pœna debebat.Et quod diximus,actionem formari pacto di
minuente tantum, non addente, referendum eſt ad rem principalem,
qua eſt obligatio contracta[e].

Porro,an pactum.quod cohærentia contractus veſtitum eſt,ſiue con-
firmatum,tantiſper vires habeat,quàm diu principalis contractus, cui eſt
appoſitum,ſuas vires retinet:an verò diutius,indeciſum relinquit Accur-
ſius[f].Bartholus cenſuit cum contractu pactum tolli, acceptilatione fa-
cta, † ſic vt ob eã neuter ab altero quicquam petere poſsit[g],ideoque nec 24
illud,quod eſt in pacto,videlicet in reſpectiuis & correlatiuis obligatio-
nibus[h].Quamuis negari nõ poſsit, quin & pars obligatiõis accepto ferri
poſsit[i],& cui duplex ius cõpetit, vnius renunciatione ſic facilè attempe-
rare verbis poſsit,vt eo remiſſo, ſaluũ maneat alterum[k]. Sed nec ſemper
durat pacti obligatio,quàm diu ipſius contractus,cui cohæret. Fieri enim
poteſt, vt cùm pactũ interpoſitũ eſſet,illius gratia quod intereſt,deſinat in
tereſſe,cùm adhuc ex cõtractu agi poteſt. Quin etiam illius,quod in pacto
eſt interdum ea natura eſt, vt deſinat illius gratia actio competere, vbi ex
principali cõtractu primũ incipit cõpetere.Exẽpli gratia,mulier dedit do-
tẽ,& eſt pacta cũ marito,quòd ipſa tributa ſoluet,& creditorib⁹,quibus res
eſt obligata,†ſoluto matrimonio repetit primũ dotẽ mulier,cõſtante ve- 25
rò matrimonio euaneſcit vis pacti, ſcilicet vt maritus rẽ dotalẽ liberè te-
neat,à creditoribus nõ inquietetur,& vt vberiores fructus, ad onera matri
monij ferenda,colligat,ſi nihil ab eo hypothecaria actione auferant cre-
ditores.Soluto autẽ matrimonio,& cùm iam res deſijt eſſe dotalis ,fruſtra
ſollicitus eſſet maritus,eiuſve hæres,ſoluat nunc, an non ſoluat mulier,
eiuſve hæres creditoribus:niſi vbi æſtimatio rei dotalis emptionẽ feciſſet,
cuius virtute etiã ſoluto matrimonio dos maneat apud maritũ eiuſve hæ-
redem

a Dñs Berengarius hic in 5.regula cohærẽtiæ.nu.6
b argumento l.à iudice.C. de iudicijs.
c Curtio ad d.l.petens.nu. 47.Alciato ibi & Loriotu.actione 33.de pactis.
d l. aut ſi mutuo. de eo quod certo loco.
e d.l.rogaſti.§.ſi tibi decẽ.
f in ſi.gloſſa magna.ver. Idem quod ſe pacto nudo.ad d. l.petens. C. de pactis.
g l.cum emptor.inf. de reſcindend. vendit.
h l.vlt.de acceptilat.Franciſc. Curtius ad finẽ d.l. petens.& ibi Alciat. in 4.caſu excepto.
i l.pars ſtipulationis. de acceptilationibus.
k arg.l.ſi domus. de ſeruitut. vrban.prædior.

redem [a]. Vidimus de varijs contractuum generibus, quibus appoſita pa-
cta actionem forment: nunc videamus, an in pactis ipſis aliquid interſit, ita
vt quidam informent, alia non ex regula cohærentiæ. Et quidem in pri-
mis negari non poteſt, quin pacta iure improbata actionem naſcen-
tem ex contractu, cui apponuntur, non forment. Quorum numero non-
nulli hoc pactum habent, vt venditor, non emptor aut poſſeſſor tributa
26 empti prædij ſoluat. † exiſtimantes illud pactum omninò improbari: non
ſolum, ne fiſco noceat, quin is liberè poſſeſſorem tributa cogat agnoſce-
re: ſed quod nec valeat inter vendentem & ementem. Sed alij intelligunt
tantum non valere, in præiudicium fiſci [b].

Sunt alia non omninò prohibita pacta, ſed duriora, quàm vt Legiſla-
tores putarint tantopere fouenda, vt ſola cohærentia contractu veſtiri
& firmari poſſint [c], & in his, quia vtrinque aliquid obſtare videbatur, in
quamcunque partem hæc vertas, ſiue valere dicas eas conuentiones, ſiue
non valere. hinc enim domino videretur adimi liberũ arbitrium, de rebus
adhuc ſuis ſtatuendi quod vellet [d]. illinc verò foueretur durities, & quædã
velut inhumanitas, ſi tam benignè foueri poſſent ea pacta, vt ſola cohæren
27 tia alterius contractus cenſerentur firma ad actionem. † Itaque electa eſt
media via, vt cui tam dura placent, ſtipulatione ſibi proſpiciat, etiamſi
non interſit pecuniæ ratione, quod in ſtipulatione pœnali non conſidera-
tur [e]. nam ſi verè interſit, vt quia alij cui ſtipulanti tantundem pœnæ nomi-
ne promiſit, obligatur, ſi contra fiat, iam etiam ex pacto pœnali actio erit,
quatenus intereſt [f]. Sanè ſi venditor agere velit non ad id quod eſt in pa
cto pœnali, ſed quanti minoris homo vænit, ob id, quod ea lege venditus
ſit, id vtique poterit, etiamſi non alia ratione interſit eius ſatisfactum non
eſſe ſic ſeuientis animo [g]. Conſiderari hic autem duritiem illius quod eſt
in pacto, & inhumanam indignationem venditoris, ob non irrogatam pœ
nam ſeruo vendito, facile eſt cognoſcere ex eo, quod per contrariũ ſubij-
cit, de contrarijs pactis, vt manumittatur ſeruus venditus, ne pœnæ cauſa
exportetur, & ſimilibus, quibus contractui appoſitis, etiam affectionis ſo-
lius gratia, rectè agitur, cùm interſit hominis hominem beneficio affici [h],
28 † & hæc de vno exemplo durioris pacti, cùm vænit ſeruus, ea lege, ne in I-
talia [i] eſſet. Alterum de ſepulchro variè accipitur, ſimilem tamen duritiem
continet [k]. ſed vter is ſit, cui ex pacto non liceat inferre mortuum in mo-
numentum, opiniones variant. Accurſius putat [l] conuentum, ne emptori
id liceat [m]: alij verò venditorem qui vendidit fundum, in quo erat monu-
mentum, vendidiſſe illud remiſſo iure ſepulchri, quaſi ſtipulatione id re-
mitti debuerit, quod verum non videtur.

Sanè hoc notius eſt, quàm quod dici debeat, quòd ſi pactum non con
tineat materiam actioni conuenientem, (vt quia non continet aliquid da
ri aut fieri) non formare quoque actionem. Exemplum habemus in pacto
29 quo ſuſcipitur periculum rei venditæ, † vel à venditore, vbi id ex regulis
communibus [n] eſſet emptoris, vel contra, ab emptore, vbi illud eſſet ven-
ditoris, vt in conditionali venditione [o]. Et decertent alij, quãtum velint [p],
illud pactum facere ad dandam actionem, etiamſi conditio venditionis
nunquam eueneri t, difficulter quiſquam perſuaſerit illius pacti tantã vim
eſſe, vt deficiente conditione ſoluat emptor pretiũ rei interemptæ, quam
non niſi eueniente conditione emptam eſſe voluit. Et profectò multum
adhuc eſt, & abundè ſufficere debet venditori, quòd re perempta caſu for
tuito ante conditionis euentum, ea tamen poſtea eueniente, pretium pe-
tere poſſit ab emptore, perinde atque ſi adhuc res exſtaret, cuius pericu-
lum,

a l. ex conuentione. C. de pactis. l. 1. C. ſine cẽſu vel reliquis.

b Alciatus ad l. ſuper verbis, ſed ſi fundus, in princip. C. de pactis. Salicet. ad l. 2. C. ſine cen, ic.

c L. quod ſi locus, de religio. l. ſeruus. ex lege. de ſeruis exportand.

d contra l. in re mandata. C. mandati.

e d. l. ſeruus. ea lege à contrario ſenſu verborum citra ſtipulat. & §. alteri. Inſtit. de inut. ſtipu.

f d. l. ſeruus.

g l. ſi vẽditor ab emptore. in fi. de ſeru. export. Ful. ad princ. d. l. ſeruus.

h d. l. ſeruus. verſ. quod ſi vt manumittatur.

i in d. l. quod ſi locus.

k Accurſ. ibi in gloſ. 2. poſt princ. verſ. vel dic quod forte.

l ibi. in gloſ. 1.

m Fulg. ibi. in princip.

n §. cum autem. Inſtit. de emption. & vendition.

o l. ſi in venditione. de peric. & com. rei vend.

p Fortun. Gerſias ad d. §. quinimo pro. Bart. Iaſ. ad l. petens. C. de pact. & Bereng. ad hanc leg.

lum,quod ad interitum attinet,ante conditionis euentum,in ſe ſuſceperat emptor,quod alioqui omiſſo pacto futurum erat venditoris[a], non autem in ſe ſuſcepit emptor conditionis euentum,quod non aliud fuiſſet, quàm ſe obligare purè,ad pretium,& abſque conditione,& venditorem non niſi ſub conditione teneri ad rei traditionem. Quare maluerunt alij[b] dicere,illud pactum nihil facere ad actionem formandam, & minimè quidem, vt hic loquimur,ad eam formandam,vt competat ad illud,quod eſt in pacto, in quo nihil actioni aptum continetur,nec dari nec fieri.ſed ad formatam actionem adiuuandam,& conſeruandam.Vel verius,ad conſeruandã diutius ſpem actionis naſcituræ ex conditionali contractu:ſic ſcilicet, vt vbi ea ſpes omnis intercidiſſet,ſolo interitu rei,ante euentũ cõditionis, nunc addito tali pacto,cõſeruetur diutius,vt omni modo detur actio, ſi quando conditio euenerit.ſiue exſtante adhuc re,ſiue prius interempta.

Sed nec ea pacta,quæ damnũ inferunt ei,cui ſoli ex cõtractu actio cõpetit,credũtur actionẽ formare aut informare.† quaſi iniquũ eſſet,actionẽ a- 30
licui natam,contra eum informari ex pacto,atque ita plerique omnes exiſtimant[c]:ſed meminiſſe oportet, quòd hi præſupponant,nõ informari actionem,niſi cum extenditur & ampliatur.Nos verò probabilius eſſe puta-
bimus,etiã tunc formari, † cum pacto, obligationẽ diminuẽte, incontinen 31
ti appoſito,reſtringitur.Et ſanè legimus,vbi actio ex pacto datur ei,qui ex contractu cui apponitur pactum,ipſe eſt obligatus,& alioqui alium nõ haberet obligatum. Vtpote in contractu dotis,ab extraneo promiſſæ, aut datæ,qui ſtipulatur vel paciſcitur ſibi reddi dotem,ſoluto matrimonio:conſequendæ enim dotis actio,marito competit, quæ nec ampliatur, nec reſtringitur, illo pacto tantiſper, dum dos erit: ſed ſoluto matrimonio, ex pacto datur actio dotanti, quæ omiſſo pacto fuiſſet mulieris, vel hæredum eius[d].

Sed hoc alij[e] ex eo eſſe tradunt, non quòd pactum illud aliquo modo actionem formet, ſed quod ex contractu reſultet cauſa pacti, & idcirco hoc non omnino nudum ſit,hoc eſt, ex contractu,ex quo extraneus non agit,ſed ipſe conuenitur,actionem ei nõ dari,extentiorem videlicet, etiam ad id quod eſt in pacto: ſed quia dotauit, idcirco & ſuæ liberalitati permiſſum fuit, modum dicere, quem vellet,appoſito pacto[f], & ex illo pacto iam non nudo,ſed cauſàm habente inſtituere poterit ſuo tẽpore actionem.Sed cur vires pactum hoc habet dotante extraneo,quas non ha-
bet dotante patre,† qui ſtipulatione proſpicere ſibi debebat?[g]. Variè ad 32
hoc reſponſum eſt.Pleriq; omnes putant ex eo hoc fieri, quod pro patre inductum ſit; vt dotis actio ei ſit cum filia,quam dotauit,communis ex iuris diſpoſitione[h]. Si ergo illa legis prouiſione non contentus, velit amplius,propriam ſibi eſſe repetitionẽ dotis,hoc contra ſe ferre debet[i]: vt id deliberatius faciat. & quidem ſola ſtipulatione: nam ſimplici conuentione,ſiue ſolo pacto,non credetur dotis profectitiæ actionem voluiſſe innouare[k]. Alij[l] hoc referunt ad neceſsitatem, in qua nemo eſt liberalis,
& ad dotandam filiam pater iure † eſt obligatus[m]. nõ ergo ſic ei per- 33
miſſum erit, vt dotem (quæ filiæ propriũ patrimoniũ eſt[n]) caueat ſibi ſoli reddi,ſimplici cõuentione, vt poteſt extraneus,ad dotẽ minimè obligatus. Nec conturbari debemus,quòd emancipatam quoque filiam pater dotare debeat[o],& hanc tamẽ dotẽ, in reſtitutione ſibi ſoli propriá facere eũ ſimplici cõuentione[p]:ná vt nouo iure ea neceſsitas ſuperaddita eſt,ſic quoq; eo moderamine id factũ eſt, vt vel ſolo pacto poſſet pater cauere integrá dotẽ eo reuerti, vnde venerat[q].Sed Raph.Cumanus[r] videtur hác rationẽ

ex con

a l.neceſſario. verſ.ſanè ſi penden.conditione. de peric. & com.rei vend.

b Paul.Caſtr.ad d.l.petis. & ibi Curt.nu.5.

c Alciat.ad d.l.petens in communi caſu excepto fortuito. ad d. §. quinimò.

d l.vnica.§.accedat. C.de rei vxoria actione. l. ex morte. C.de pact.conuen.

e Lorior. de pactis.axiom. 67. Fort. ad d. §. quinimò.

f d.l.legem. C. de pactis.

g l.auia. C.de iure dotiũ. l.quoties.ſolut.matrim.

h l.2.§ quod ſi. in patris poteſtat. cum l. ſequent. ſoluto matrim.

i ex regul.l.eũ qui in priuris de iureiur.

k d.l.auia.in fin.

l Franciſc. Aret.Soſinus, Alciat. Curtius. ad d.l.legem. C.de pactis.

m l.obligamur.verſic.legẽ. & ibi Bart.de act. & oblig.l.qui liberos. de ritu nupt.

n l.3.§ ſed verum. verſ. proinde ſi filiꝰ.in fin. de minor.

o l.vlt. C.de dotis promiſſ.

p l.vni.a.§.accedit. §.extran.C.de rei vxor. act.

q Alciat.ad d.l. legem. C. de pact.

r ad d.l.quoties. ſol.mat.

ex conſideratione neceſsitatis inductam,non ſatis probare. Non eſt,in-
34 quit, neceſsitas, † reſpectu huius matrimonij, id eſt, non eſt neceſſa-
rium, vt pater eam tradat huic marito. Addite, non ſubeſſe etiam ne-
ceſsitatem, quæ præciſe cogat patrem ad hanc quantitatem dotis. Nam
obligatio legis, qua pater tenetur dotare filiam, generalis eſt, & inde-
terminata: quam poſſet pater maiorem dare, contemplatione appoſiti pa
cti, vt ad ſe dos redeat, & ſi fortè vidua iterum nubat, nouam det, pro qua-
35 litate noui generi, dotem. Poteſt etiam ſponſalia filiæ, noſtro iure, † ea
inuita diſſoluere [a]: atque ita ſublato dotis fundamento, quod eſt matri-
monium [b], efficere, quod non debeatur dos, vſque adeo vt quamuis pa-
ter ſucceſſerit extraneo, qui filiæ eius, ad nuptias futuras, promiſerat do-
tem: hanc ſi præſtet pater, nihilominus profectitia ſit, non aduentitia:
qui enim potuit impedire ne hoc matrimonium ſequeretur, is vtique po-
tuit dotem ad illud promiſſam, non præſtare: & ſi præſtitit, ſi matrimonium
cõtrahi paſſus ſit, iam filia patris potius beneficio quàm defuncti, dotẽ ha
bere videbitur [c]. Ecce Iuriſconſultus conſiderat hic magnam patris liber-
36 tatem, † vel in dote tota deneganda filiæ, quamuis obligato promiſſori
dotis pater ſucceſſerit: vbi alij ſpectant neceſsitatem, quæ illum ſic ob-
ſtringat, vt nec pactum reſtituendæ ſibi dotis, poſsit apponere. Pro-
dijt autem hæc limitatio, deſumpta ex neceſsitate præſtationis, primum
ab Accurſio [d]: qui cenſuit pactum appoſitum traditioni, quæ fit ex neceſ-
ſitate præcedentis obligationis, non formare aliquam actionem [e]. Quod
eo extenſum eſt [f], vt ſi contractus aliquis fiat, ex neceſsitate præceden
tis obligationis, vtputa ſi vendas, quod aliquo ante tempore ſtipulando
promiſiſti te venditurum, iam quoq; in venditione, appoſitum pactũ non
ſit formaturum actionẽ, quaſi nec cohærentia contractus, nec traditione
veſtiatur, & formetur pactum ad formandam actionem, quando illa præce
dentẽ cauſam habent neceſſariæ obligationis. Ideoq; in ijs contractibus
ſiue negotijs quæ denominationem accipiunt ab executione (quales ſunt
donatio [g] & dotatio [h]) ſi à traditione incipiant, etſi præcedentem neceſsi-
tatem non habeant, regulariter apponi poſſe pacta, ad formandam actio-
nem [i]. Si verò traditio ſequatur promiſsionem dandi, aut dotandi, tunc ne
minem poſſe in traditione legem dicere, quam non dixerit in præcedente
37 promiſsione. † quæ neceſsitatem attulit traditionis. Sed hæc videntur
mihi non vndequaque vera. nam vt maximè promiſeris vendere (quod in-
telligitur bonis & æquis, boni viri arbitrio, conditionibus [k]) nõ ob id ta-
men prohibeberis, pacta rei conuenientia, ſuper pretij ſolutione, eui-
ctione, alijſque ſimilibus, inire [l]. Et vt forte promiſsio de vendendo, tam
ſtrictè & exactè præfinita, habeat omnia, vt non poſsit venditor aliud a-
liquod pactum in venditione, ſuo ſolius arbitrio apponere, ſi tamen con-
ſentiat emptor, & permittat, imò ſi ipſe cum venditore illud ineat, & pa-
ciſcatur, tempore venditionis, quis iam negauerit illi pacto ineſſe vi-
res informandæ actionis [m]. aut cur iam dices obſtare præcedentem ne-
ceſsitatem, quam alter ipſe relaxauerit? quod niſi fecerit, etſi omninò
conſentire nolit, iam nec pactum erit, hoc enim neceſſario requirit con-
ſenſum duorũ [n]. In hæc ergo inciderũt DD. non ſatis memores illius, cuius
38 eſt maximus vſus in iure, † quod quoties de aliqua re diſputatio ſuſcipitur,
illud ſemper in primis quærendũ ſit, de quo dubitari, detractis etiam cæte-
ris, poteſt [o]. Atque ita hic in primis quærendum fuiſſe, an pactum ſit nec
ne antequam de pacti viribus diſputemus, et ſi pactum ita ſit, nulla eſt

a l. adoptiuum. §. 1. de iure dotium.
b l. item quia. §. 1. de pact. l. 3. infr. de iure dot.
c d. l. adoptiuum. §. 1.
d ad d. l. in traditionib. ad gloſ. marg. circa mediũ. verſic. ſed quid ſi hodie. de pactis.
e argum. l. ſi intra. & ibi DD. de pactis.
f à Zoſin. ad d. l. legẽ. Alexan. ad l. in bonæ fidei. de pact.
g vt in princip. tit. Inſtit. de donationib. & in §. alia.
h l. prima. C. de iure dot.
i Franc. Curt. ad d. l. legẽ.
k l. ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. & ibi Barth. Bald. Imola. Cuman. de lega. 1
l argum. l. ſi heres teſtamẽto. de act. empt. Curt. ad l. in bonæ fidei. nu. 6.
m l. quoties. in verb. niſi voluit filia. ſolut. matri. Curt. ad d. l. legẽ. nu. 4.
n l. 1. de pact.
o arg. l. ſi quæramus. de teſtament.

iuſta dubitationis ratio, cur non eas habeat vires, quas cætera pacta contractibus cohærentia: ita vt non magni momenti eſſe putem, hanc limitationem à Doctoribus deſumptam, ex capite præcedentis neceſsitatis. Ideoque etiam, venditione facta, ſi ex interuallo, in traditione, apponatur vtriuſque conſenſu pactum aliquod, ſuapte vi & poteſtate informatiuum actionis, ſi contractui cohæret, nunc quoque eandem illi vim concedemus. Atque ita hoc Papiniani reſponſum[a], in quo nunc latè verſamur, ampliabimus: quamuis ea ex parte reſtringere illud alij maluerint[b].

a d.l.pacta conuenta.

b Angel. ad d.l.ſi intra. de pactis.

Et quando iam in mentionem incidimus pactorum, quæ fouentur & vires ſumunt à traditione in qua fiunt, eximendus erit ille ſcrupulus, cur ad actionem non valeat † pactum promiſſæ euictionis interpoſitum 39
tempore donationis[c]. Quidam putant[d], ita demum valere pactum in traditionibus rerum[e], ſi tradentis interſit[f]: non intereſſe autem donantis, ſed ei aduerſari potius, ſic beneficium & liberalitatem ſuam adaugeri, vt tradidiſſe non ſit ſatis, quod voluit eſſe donatum, ſi etiam de euictione teneatur. vt ſcilicet, quod plærique omnes dixerunt de cohærentia contractus, ita demum illâ foueri pactum ad actionem, ſi eius vtilitatem reſpiciat, qui ex contractu actionem habet. Ita traditioni appoſitum, ita demum foueatur, ſi tradentis vtilitatem reſpiciat. Alij alijs verbis, ſed in eandem penè ſententiam, dixerunt[g]: ita demum pactum hoc ad actionem valeat: ſi rem ipſam, quæ traditur, reſpiciat. vel quia de ea reſtituenda agatur, vel traditionis cauſam declaret, vel eam reſtringat: & ſi qua ſint ſimilia[h]. Quæ ſi fiant, certaque tali lege res detur, iam vtique ſemper intererit tradentis eam legem ſeruari: & pro eo, non contra eum dictam. Sed ſi pactum nec rem nec traditionem reſpiciat, tunc nullam actionem parere: † vt in cautione euictionis nomine, vbi 40
hæc ex natura contractus, non debetur[i]: veluti in donatione, ſi donatoris dolus abſit[k]. Sed num & hoc eſt fundum certa lege tradere, ſic tradere, vt ſi euincatur, iam donatario, qui accepit, præſtetur quod intereſt: certa, inquam lege, ſic ſtabiliente traditionem: vt in omnem euentum donatarius retineat vel rem ipſam, ſi ea donatoris ſit, vel valorem eius, ſi fuerit aliena, & à domino euicta. At certè promiſsio euictionis non eſt cauſa traditionis, neque ſic ei cohærens, vt declaret illius cauſam, eamve reſtringat, aut alio quoquo pacto in illam traditionem vires ſuas inſtillet, ideoque nec, ex cohærentia eius, nudum hoc pactum vires vllas accipit: deberent enim hæc mutuis auxilijs ſtare, & talis requireretur nexus pacti & traditionis, vt vtrunque altero iuuetur pacto, dante legem certam traditioni, & ſic traditione cui cohæret vicißim accipiente vires ad actionem.

c d.l.2.C.de euictionib.

d Lorioi.de pact.actione. 67.

e d.l.in traditionib.

f l.quoties prima. in princip. de ſeruitutib.

g Alciat.ad d.l.legem. C.de pactis.

h l.1.C.de pact.conuent. l.legem. C.de donation. l.2. C.de dona. § ſubmo. l.ſi dominus. in fin. de præſcript. verbis.

i l.2.C.de euictionib.

k l.Ariſto.§.vlt. de dona.

Quin etiam talem connexionem requirunt plærique[l] inter pactum & contractum, cuius cohærentia pactum veſtiatur, † ne videlicet factum 41
illud ſit de quacunque re, longè lateque differente ab ea, quæ in principalem contractum eſt deducta: ſed de cohærentibus ſit, vt legem dare poſsit contractui, & connexam illi cauſam habeat. ſic enim interpretatur Alciatus[m] verba Iuriſconſulti, qui dixit, ea pacta ineſſe ex parte actoris, quæ legem contractui dant, & in ingreſſu eius facta ſunt[n]. Quo etiam ſpectat quod hic[o] dicitur, hæc locum habere in ijs quæ adminicula ſunt contractus, quænam autem illa ſint, ſubiecto exemplo cautionis de euictione ſatis declaratur. Nimirum ea eſſe, quæ propoſitum

l Paul. de Caſt. ad l.pect. col.2. verſic. vlt. oppono. C. de pact. & add. in bonæ fidei. circa med. verſ. item limita.2. & ibi quoque Alexand. poſt princip.

m ad d.l.in bonæ fid.

n l.iuriſgent.§. vtputa. in verb. ea enim pacta. de pact.

tum contractum ſic reſpiciunt, vt facilius inducant ad contrahendum, veluti ſi duplæ cautio cum fideiuſſore præſtetur, lubentius quiſque accedet ad emendum: ſi verò ea cautio omninò remittatur, & nullo modo præſtetur, lubentius vendet quiſque. Hæc aliaque ſimilia pacta, de
42 rebus non omninò remotis à contractu, meritò voces adminicula, † & ſic contractui cohærentia, vt illi certam legem dent, actionemque forment. Neque tamen hic tantam exigemus vicinitatem rerum, quæ ſunt in pacto & contractu, vt pactum cohærentia contractus foueatur, quàm pacti & traditionis, ſi huius cohærentia pactum veſtiri debeat: nam vt magna ſit diſtantia inter venditionem & locationem, vel eiuſdem rei vel diuerſarum rerum, vnius tamen horum contractuum cohærentia pactum alterius fouetur, ad formandam actionem[a]. Sic & Romam ire, à venditione prædij longè lateque diſtat, ſi res ipſas inſpexerimus: attamen in venditione prædij, poteſt venditor hoc paciſci, vt emptor pro eo Romam eat[b]: & ob id minore pecunia prædium emptori addicere. Et certè, vt conuentionalium ſtipulationum tot ſunt formæ, quot genera rerum contrahendarum[c]: ſic quoque contrahentes qualiacunque aliarum rerum pacta, venditionibus, locationibus, cæteriſque
43 contractibus principalioribus, apponi paſsim curant: † quibus facilius inducantur ad illos contractus ineundos, & concludendos, etiam vt non ſint pacta de appendicibus naturalibus, rerum deductarum in principales contractus: ſed de accidentalibus quibuſcunque: dummodo rei ſubiectæ (vt ferè fieret in obligationibus quæ re contrahuntur) non repugnent[d].

Non oportet autem, quamuis ita Accurſius exiſtimauerit[e], ad agendum appoſita eſſe pacta, vt actionem formare poſſent, & ad excipiendum ea, ex quibus exceptio detur. materia enim huius pacti, vt cum fideiuſſore cautio euictionis præſtetur, tendit apertè ad actionem, qua cogatur venditor quod promiſit præſtare: ſi tamen ex interuallo emiſſum ſit, ideoque ad actionem non poſsit ſufficere, valebit emptori ad exceptionem[f]. Quemadmodum ad liberationem ſiue exceptionem principaliter inducta, proſunt interdum etiam ad actionem[g].

Reſtat nunc, quod ad actiones pertinet, ex huiuſcemodi pactis informantibus: an ſcilicet præter actionem ex eo contractu, cui pacta
44 appoſita ſunt, naſcatur & alia actio præſcriptis verbis. † Quod tam variè diſputatur, vt vix exitum inuenias, & Iuriſconſultorum quoque reſponſa variè tradunt: nam actionem ex contractu dari, ad id quod eſt in pacto, nuſquam non eſt obuium: præſcriptis verò verbis agi variè legimus[h]. Alciatus cenſuit[i], parcè admodum præſcriptis verbis actionem dari: cum ſcilicet, vel in reſolutionem contractus, pactum tendit[k]: quo caſu non niſi vtilis ex contractu actio datur[l]: vel cùm dubitatur, ad quod genus contractuum, totum hoc ex contractu & pactis appoſitis negotium reduci debeat: tunc enim non ſecuriſſimum tantùm, ſed penè neceſſarium eſt, eo genere actionis vti[m]. Alius[n] parcè quoque actionem dat præſcriptis verbis, tunc ſcilicet, quando contrahens aduerſus quem ad id quod in pacto eſt, agetur, præciſè cogi poteſt, vt fidem contractus ſeruet. Cogi autem ad hoc poteſt, vbi recepit ex contractu id, quod alium, cum
45 quo contraxit, † dare aut implere ex ſua parte oportuit: vtputa, ſi vendi-

g 2

a l. fundi partem. hoc tit. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi. de act. empt.

b Alciat. ad d. l. in bonæ fidei. circa med. primæ annotation.

c in verſi. conuentionales. Inſtit. de diuiſ. ſtipulat.

d Franciſ. Curt. ad d. l. in bonæfidei. nu. 7. 8. 9. 10.

e ad d. l. in bona fid. ſupr. de verbor. exception.

f hac l. pacta conuēta. verſ. quo quidem caſu.

g Alciat. ad d. l. bonæfidei. ex l. quod mihi. de liber. lega. l. ſed etſi poſſeſſori. de iureiurand. l. fundum mihi. et ibi Caſtrēſ. de act. empt. & l. ſi in venditione, cōmunia prædior.

h l. ſi domicus. l. ſi vir vxori. de præſcript. verbis. coniuncta l. 2. C. de pact. inter empt. & venditor. l. cum res. l. legem. C. de donat.

i Paradoxor. 5. cap. 1. & rurſus ad d. l. in bonæ fidei. ad verb. actio.

k d. l. ſi vir vxori.

l ſed Celſus. §. 1. hoc tit. de contrah. empt.

m l. 3. de præſcript. verb. l. Labeo ſcribit. ſi mihi bibliothec.

n Petr. Loriot. de pactis, axiom. 18. & ſequent.

ſi venditor rem, quam ſub lege reuendendi vendidit, tradiderit [a], ſic enim ſeruauit actio præſcriptis verbis quod proprium habet, cum ex contractibus innominatis inſtituitur: quod qui agit prior ex ſua parte impleuerit, & vtilitatem non modicam adferre putant hanc actionem præſcriptis verbis, dum ea compellitur emptor omninò implere, quod eſt in pacto. i. præciſè reuendere, nec liberaretur ſoluendo quod intereſt. quamuis fortaſsis non aliud, quàm hoc, actione ex vendito poſſet conſequi: ſi videlicet cum illis ſentire lubeat, venditorem præciſè compelli non poſſe, vt rem tradat, ſed liberari præſtádo quod intereſt, quæ ſi natura eſſet actionis, ex principali venditione, cur non & ex pacto reuendendi? Sed & illud tentari poſsit, quod multum referat, quid ſit in pacto: nam ſi hoc tale ſit, vt tempore implementi contractus, non væneat, hoc cum cæteris exequendum, dabitur præſcriptis verbis actio. Vt ſi ex pacto reuendi res debeat, ſi veniat eodem tempore exequendum, vtputa, vendo fundi partem dimidiam, ita vt aliam habeas conductam: tunc actionem ex ipſo contractu dari, aut verius vtramque actionis ſpeciem ſemper dari: † ſed vno caſu magis eluceſce- 46
re hanc, quàm illam. Nam quando vtrinque impleto contractu, quoad ea quæ principalia ſunt, ſeorſum & longo ſæpè interuallo, velut ſopita iam actione ex contractu, petendum eſt, quod eſt in pacto: hic eluciſcit vis actionis præſcriptis verbis. vbi verò ſimul, & eodem tempore, id quod eſt in pacto præſtandum eſt, cum eo quod principale eſt ipſius contractus, videlicet vna cum pretio vel rei traditione, tunc parata eſt ex contractu actio, quæ ad vtrunque poſsit ſufficere, & ſimul inſtitui. Quemadmodum non infrequens eſt, ea quæ ſpecialiora ſunt, in generalioribus tantiſper dum concurrunt offuſcari [b]. neque nouum eſt, plures actiones eidem aduerſus eundem, de eadem re competere [c]: etiam vbi ſtultum eſſet vna agere, omiſſa altera [d]. Præſcriptis autem verbis actio, quamuis tunc neceſſaria ſit, cùm contractus exiſtunt, quorum appellationes nullo iure ciuili proditæ ſunt [e]. † vti- 47
lis tamen erit, vbicunque dubitari continget de genere contractus, ne qua forte actio eligatur imprudentius, quæ propoſito negotio non conueniat: qualis dubitatio potiſsimùm oritur, ex pactis appoſitis, quæ variam vim habere, nunc reſoluendi, nunc transformandi, nunc deformandi contractus, latè diximus. Inuenta itaque actio præſcriptis verbis, primum ob neceſsitatem, extenſa deinde eſt latius, vt competat etiam, vbi neceſſaria non eſt, exemplo bonorum poſſeſsionis, quæ datur & ijs, qui iure ciuili ad ſucceſsionem admittuntur, & hoc eſt, quod ſubinde legimus [f] tutius, vtilius, rectius, ſecurius facturum eum, qui præſcriptis verbis agit, quàm ſi ſpecialem aliquam ciuilem actionem eligat, rei fortè parum congruentem.

Hactenus de vi & effectu, in genere, nunc ſpecialius quædam, quæ ſparſim hoc titulo leguntur, examinemus. quorum pleraque tractauimus cum de acceſsione, & exceptione ageremus: quæ ſemper verſantur in aliquo pacto venditionis & emptionis. Præter illa occurrunt primo, quæ concernunt euictionem rei venditæ: quam quidem ſemper deberi, etiamſi non expreſſe promiſerit venditor, notiſsimum eſt [g]. Imò & cauere de euictione debemus [h], † etiamſi procurator vendiderit, cui tamen id nõ 48
ſit nominatim mandatũ, ſed ſimpliciter ad vendẽdum conſtitutus ſit [i]. Adde quod duplum quoq; interdum promitti debeat, vbi res ſunt præciſiores, quæ

a d. l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendit.

b §. affinitatis. Inſtit. de nupt.

c l. non eſt nouum. ȷ. de actionib. empt. & vend.

d §. caeterum. verſic. ſed erit ſtultiſsimum. Inſtit. quod cum eo qui in aliena poteſtate eſt.

e l. 3. de præſcript. verbis.

f in l. naturalis. §. penult. l. ſi gratuitam. l. ſi apud, l. rogaſti. de præſcript. verbis.

g l. in vendendo fundo. hoc tit. *l. non dubitatur. C. de euictionib.*

h l. ſi duo. §. ſi quis iurauerit me. de iureiurand. l. vlt. ſub fin. & ibi glo. ad verbum liberaberis. in prin. de condict. ob cauſ.

i Philip. Dec. ad l. ciuitas. col. vlt. ſi certum petat. Ang. ad l. 2. de iuriſdict. omnium iudic.

quæ plerunque ex affectione pluris emuntur[a]. Sed fideiuſſorem euictio-
49 nis†(quem ſecundum autorem vocamus) dare non tenetur venditor, niſi promiſerit[b]. Quo factum eſt, vt Iuriſconſultus[c] illud pactum, ne cautio duplæ præſtetur, dixerit detrahere aliquid euictioni.i.nimirum obligationem venditoris, ad incommodum emptoris. Contrà verò, hoc pactum, vt cum fideiuſſoribus ea cautio præſtetur, aliquid adijcere: & obligationem venditoris ad emptoris commodum intendere. Sanè cùm de euictione loquimur, non eam ſolam intelligimus, quæ eſt ipſius
50 rei venditæ: ſed & vſusfructus eius[d], qui pars eſt dominij[e]:† ita vt ob euictum vſumfructum, fundus cenſeretur euictus[f]; quod habere, poſſidere, & colere non liceret. vſufructuarius enim tenet, aut locat, & per ſe, non à proprietario fructus percipit[g]. Quare denunciare debebit emptor venditori litem, ſuper vſufructu motam, æquè atque ſuper ipſa re[h]. Neque ſuffecerit venditori ad effugiendum euictionis periculum, dixiſſe vſumfructum alterius eſſe: niſi adiecerit, quomodo alij conſtitutus ſit. hoc enim plurimum facere poteſt ad finiendum eum. Vtputa ſi
51 cui conſtitutus ſit, quoad viuet, non finietur capitis diminutione: † Hæc enim verba: *quoad viuet*, vim habent tacitæ repetitionis[i]: ideoque idipſum in venditione exprimendum erat, vſumfructum ea forma fuiſſe conceſſum[k]. Porrò quid de alijs ſit ſeruitutibus predialibus cælatis, & quàm variæ ſint formulæ verborum, quibus de euictione cauetur, & aliæ laxiores, aliæ ſtrictiores, quia ea omnia ad actiones empti & venditi magis pertinent, in eum locum ſeruare malo, vbi & ipſa Iuriſconſultorum reſponſa inueniemus[l].

Ad actiones pertinet etiam modus & menſura rei venditæ. hic tamen nobis explicandum erit Iuriſconſulti reſponſum[m]: quod docet, quando res ad menſuram vendita dicatur, & quando vt corpus, ſiue ſpecies certa: & quid inter hæc interſit quoad contractus perfectionem.
52 quæ quoad facta erit, periculum erit venditoris. † Perficitur autem conſenſu, quando venditur res menſurabilis, vt certum corpus: ſed ſi ad men ſuram, menſuratione facta: non prius. quaſi ſub ea conditione ſtet contractus[n]. Quod non in mobilibus tantum rebus obtinet, quæ ſui natura, pondere, numero, aut menſura conſiſtunt: verùm etiam in rebus ſoli, immobilibus ad menſuram venditis[o]. Et hic in primis nihil dubitandum eſt, ſi omne vinum, oleum, vel frumentum quantumcunque ſit, vno
53 pretio vænierit: quin ad menſuram non ſit facta venditio. † ſed vt cuiuslibet corporis, aut ſpeciei ſtatim conſenſu illam perficit[p]. Rurſus ſi ſingulæ amphoræ vini, aut ſingula iugera agri væneant: nec vllam quidem dubitationem habet, quin ad menſuram ſit facta veuditio. Sed ſi vendatur omne vinum, quod certo loco eſt, pretio in ſingulas menſuras conſtituto, vel totus ager pretio ad ſingula iugera relato: an ad menſuram venditio facta ſit, difficilius dixeris. Variant enim opiniones. Sunt qui putant[q], non ſic ad menſuram cenſeri hæc vendita: ſed vt certa corpora potius, & menſuræ mentionem fieri, non quaſi ea hoc caſu ad ſubſtantiam venditionis pertineat, ſed ad ſolam declarationem pretij, natura quidem certi: ſed apud contrahentes adhuc ignoti, quo-
54 ad menſuratio fiat. Ad menſuram autem ita demum propriè vendi: † ſi venditio directo referatur ad ſingulas rei menſuras, vtputa vendo ſingulas amas huius vini, aureis quinque: ſingula iugera huius agri aureis centum. Sed diſſenſerunt alij[r], non exiſtimantes eam diſtinctionem pendere, ex tam tenui verborum diſcrimine: cùm Iuriſconſultus diſtinguens

a *l.emptori.de euictionib.*

b *d.l.emptori.in verbis, non tamen vt ſatiſdetur. & l.illud. eodem tit.de euict.*

c in d.l.pacta conuenta.

d *d.l.in vendendo. in verbis aut vſufruct.*

e *l.4.de vſufruct.*

f *l.ſed ſi quid.§.ſi vſufruct.de euiction.*

g *l.fundi turbationi.de vſu & vſufruct.legat.*

h *l.ſi ab emptore.de euictionib.*

i *l.3.quibus modis vſufruct.amit.*

k *l.ſi rem.§.ſi fundum.de euict.*

l *in l.1.§.ſi venditor.In l.emptorem.§.cum autem.de act.empt.*

m l. quod ſæpè.§. in his quæ pondere, hoc tit.

n *hoc §.in his verbis, quia venditio quaſi ſub hac conditione iuncta.l.neceſſario.in princ.verſ. ſanè ſi pendent.condit. de peric. & commod.rei vendit.*

o *l.ſi in venditione.§.1.de peric. & com.rei vend. & ibi Bart. & cõſi.108.*

p *d.§.in his verſic.nam ſi vnde.*

q *Bald. & Caſtr. ad l.ſicut.C.de act.empti.*

r *Salic.ad d.l.ſicut. & Franciſ.Curtius ad hunc §.in his.*

duplicem

duplicem vini venditionem vnam ſpeciem ſic enunciet: *Si omne vinum, quantumcunque eſſet, vno pretio venierit.* Alterã verò ſic: *Si venierit ita vinum, vt in ſingulas amphoras pretium certum diceretur.* † Ecce hac quoque poſterio- 55
re formula (qua indubiè ſignificatur venditio ad menſuram) dicitur tamen
vinum vendi, in ſingulas menſuras conſtituto pretio: non verò quòd ſin-
gulæ eius amphoræ vendantur: quæ duæ formulæ poſtremæ nihil quoad
hoc, inter ſe diſtant [a]. Et fundi emptorem non ſingularum menſurarũ e-
ius vocauit Iuriſconſultus [b], vbi communius receptum eſt, ad menſu-
ram eſſe venditum. Quamuis id non ſit neceſſarium fateri [c], cum e-
tiam fundo vendito, vt certo corpore, modum eius quem dixerit ven-
ditor † præſtare debeat [d]: de quo aliquando latius [e]. Non minorem quo- 56
que dubitationem habet, ſi ad menſuram res vendita, antequam men-
ſuretur, tradatur emptori, an periculum ad eum pertineat. Ita enim
videtur, quaſi traditione dominus rei factus ſit, & ad dominum per-
tinere debeat periculum [f], quod aliqui cenſuerunt [g]. Sed nouiſſimè
quidam potenter impugnauit [h], ad quos ſi vſus natæ rei ita poſtulet, re-
currendum erit.

Si emptor plus minuſve dederit, quàm oportuit, pretij nomine,
propter renunciationem modi agri venditi, non iuſtè ab agrimenſore
factam, ex vendito & empto † actio eſt [i], eaque perpetua [k]: niſi terminus 57
aliquis à venditore ſtatutus ſit, quo lapſo, non pateat vlterius vlla em-
ptori querela, de minore modo agri: ſed fides venditoris ſoluta ſit.
ille enim terminus conuentionalis, vt vocant, præſcriptionis [l], perem-
ptorius eſt [m], tunc ſcilicet, cùm & ipſe venditor verum iuſtumque mo-
dum ignorat. Quem ſi ſciret, dixiſſetque maiorem, quàm re vera ſit, &
nihilominus certo aliquo conuento tempore, emptorem conſtringere,
eiuſque querelam de iniuſto modo concludere voluiſſet: iam ipſe in
dolo eſſet: Ideoque nulla huiuſcemodi conuentione tueri ſe poſſet [n].
Sed circa hæc occurrit formula conuentionis multum obſcuræ, & quæ
interpretationem ſub diſtinctione recepit à Iuriſconſulto, non minus
ferè obſcuram, ſi videlicet contrahentes pacto menſurationem & renun
ciationem modi coniunxerint. Cuius rei hæ duæ formulæ diſtinctæ
ſunt. Vna, ſi dixerit venditor: *Vt emptor triginta diebus proximus fundum metiatur, & domino renunciet, quanto modus agri minoris ſit.* Altera verò,
Vt Emptor in diebus proximis fundum metiatur, & de modo agri renunciet. † Hæc 58
enim dicuntur tam diſparis eſſe virtutis, vt pacto prioris formulæ em-
ptor non faciat ſatis, niſi ante diem trigeſimum admittatur & renun-
ciet. Pacto verò poſterioris formulæ tueri ſe poterit, quamuis multis
poſtea annis renunciet. In quo autem tota vis, aut præcipuum funda-
mentum lateat huius tantæ diuerſitatis, non facilè dixeris. Et minu-
tiſſima quæque doctores ad eruendum illud tam abſtruſum diſcrimen
perſcrutati ſunt. Quidam enim hoc [p] expendunt in poſteriore formula
dictum eſſe generaliter, *in diebus proximis*, nec eſſe additum trigin-
ta, atque ita incerti temporis adiectionem nullius eſſe momenti: nec
iuuare venditorem, qui poterat & debebat legem apertius dicere.
Sed hæc diuinatio alijs [q] merito diſplicuit: nam & ad poſterioris [r] for-
mulæ pactum ſeruandum, exigit Iuriſconſultus aliquam renunciatio-
nem in diebus triginta fieri. Et alioqui abſurdum eſſet fateri, quod
ſuffecerit facere multis poſt annis, id quod ex conuentione facien-
dum erat proximis diebus, qui quamuis nullo certo numero definiti
ſint, ex re tamen ſubiecta intelligi poteſt, intra quot dies velut pro-

ximos

a *vt in hoc §. verſic. quod ſi venierit ita vinum. iuncto verſic. ſed etſi ex doliario.*
b *in d. l. ſi in venditione. §. i. de peric. & commod. rei vendita.*
c *Fulgoſ. ibi.*
d *l. 2. de act. empt.*
e *ad d. l. 2. l. Iulian. §. ſi Titius. l. ſi ſeruum. §. ſi modus agri. de act. empt.*
f *l. quæ fortuitis. l. pignus. C. de pig. act.*
g *Ang. & Caſtrẽſ. ad l. 2. C. de peric. & commod. Philip. Dec. toto cõſil. 179*
h *Franc. Curt. hic ſub fin.*
i *l. ſi duobus. §. Põponius. Si menſor falſum mod. dixerit.*
k *Bald. ad l. qui fundum. hoc tit.*
l *In l. Aemilius Largian. de minorib.*
m *Bald. loco præallegat.*
n *Accurſ. ſub fin. gloſſa i. d. l. qui fundum. ex l. emptor. §. denique. de act. empti.*
o d. l. qui fundum. hoc tit.
p *Albert. hic cum Richar.*
q *Fulgoſ. hic.*
r *ſub finem huius. l. ſi in diebus 30. renunciaſſet.*

ximos, illud de quo conuenit, fieri poſsit commodè, boni viri arbitrio [a]. Imò arctior eſt ratio temporis, ſi dicas generaliter, in diebus a-
59 liquid fieri, quàm ſi addas triginta: † nam biduum tantùm intelligeretur [b]. Accedat, quòd cùm generaliter & abſolutè dictum eſt de tempore, nondum, tam effuſa generalitate, quodlibet & quantumuis longum tempus accipi poteſt: ſed vel anni vnius [c], vel ad ſummum decennij [d]. Pleriq; alij [e] hoc expendunt in illis formulis diuerſum, quòd in priore conſtituuntur triginta dies non ſoli menſurationi, ſed & renunciationi menſuræ compertæ. In poſteriore verò ſoli menſurationi, & non renunciationi. qua menſuratione in tempore facta, longo interuallo ſubſequi poſſet: quaſi in priore formula, hæc verba, *in diebus triginta proximis*, determinent vtrunq; verbum, *metiatur: renunciet:* ſed in poſteriore formula ſolùm prius, cui etiam proximè coniungitur. Poſterior enim pacti conuenti particula, *& de modo agri renunciet*, per ſe ſtat & abſolutè, ſine vlla temporis præfinitione. Cum tamen in priori formula pacti conuenti, poſt verbum (*renunciet*) ſequatur aliud, quo tota oratio clauditur. & quod ad vtrumq; verbum referri commodè poteſt, hoc ſcilicet, *quanto modus agri minor ſit*: nimirũ vt metiatur quanto minor ſit, & quidem vtrumq; intra certum tempus ad id præfinitum, vna eademq; oratione, in cuius medio vtrumq; verbum clauditur. Sed poſterior formula, orationes duas quodammodo habet ſeparatas; vnam de metiendo, alteram de renunciando modo comperto. Ita vt nihil mirandum ſit, ſi prior certi temporis habeat adiectionem aut reſtrictionẽ, & non poſterior. ſicut etiam diuerſa tempora contineri poſſunt. Neque hic tempus priori orationi, aut particulæ pactionis inſertum, debebit intel-
60 ligi repetitum in poſteriore, vt alio loco fit [f], vbi eadem id dictat æquitas,† Nam hic quò citiùs dixeris excludi emptoris querelam de minore modo agri quàm conuentum ſit, eò quoq; citiùs atq; faciliùs locum dabis iniquæ læſioni, qua cum venditoris lucro deceptus maneat emptor [g]. Quod non facilè concedendum eſt, præſertim cum ex regula generali, dubius ſermo venditoris, ei potius nocere debeat [h]. Et qui hanc interpretationem ſequuntur, adferunt quædam ſimilia, in alijs quæſtionibus ſimilem deciſionẽ habentia: videlicet, quòd ſi certum tempus conſtitutum ſit citationi, vel vocationi in ius, illam intra id tempus feciſſe ſatis ſit: quamuis poſtea iudici renuncietur eſſe factã [i]. Et ſi cui præfixum ſit tempus petendi, nihil obſtare, quò minus petitio in tempore facta, poſsit poſt tempus declarari, eaq; declaratio petitionis ſeu conuentionis libello adijci [k]. Sed hæc interpretatio eodem laborat vitio, quo præcedens: cum apertiſsimum ſit, quod Iuriſconſultus etiam ex hac poſteriore formula conuentionis, velit aliquam renunciationem in diebus triginta fieri. Tertia itaque opinio eſt [l] diſtinguentium in prædictis formulis, quidnam illud ſit, quod ex pacto in triginta diebus renunciari debet: hoc ne, vt renuncietur, quanto mòdus agri minor ſit: an illud tantùm, vt renuncietur de modo, an ſcilicet minor ſit, quàm conuentum erat: an iuſtus modus. Prius horũ renunciari debet ex formula prioris pacti: Sed in poſteriori ſufficit renunciari hoc poſterius. licèt multis poſt annis renunciet emptor, deſignetque quanto minor modus agri ſit: quod poſtea exactius facere poterit, vbi fortè per oportunitatem, alium inuenerit emptorem, cui rurſus admetiatur fundum, vel cum iudicio experietur aduerſus venditorem, qui ſibi imputare debet, quòd legem non dixerit apertius. Et hæc interpretatio, quia præ cæteris omnibus applaudit maximè verbis legis, tenenda erit.

Poſtremò, quãuis multis locis [m] appareat, pacta venditionis & emptio-

a *arg. l. continuus. §. cũ ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. l. ratum. l. quod dicimus de ſolutio.*
b *l. inter illam conditionẽ. §. vlt. de verb. ſigni.*
c *Bal. ad l. vſura. C. de vſufructu.*
d *l. ſine præfinitio. & ibi Accurſ. Bart. & alij, de pœnis. Feli. ad c. ex literis. 7. colum. verſic. prima cõcluſione. de conſtit.*
e *Bar. Bald. Salic. hic cum Ioanne quẽ citat Accurſ.*
f *in. §. capite tertio. verſic. ex hoc tamẽ capite. Inſti. de lege Aquil. l. Titia reſpondit. §. idem reſpõdit. de verbo. oblig.*
g *Fulgo. hic.*
h *l. veteribus. de pact. l. Labeo ſcribit obſcuritatem. hoc tit.*
i *Bald. hic.*
k *Bart. & Salic. hic.*
l *Accur. Budæi, & Fulgo.*
m *l. qui fundũ. l. fundi partẽ. hoc tit. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi fundũ. de act. empti.*

nis,quæ tendunt in aliud genus contractus,eſſe ſeruáda: data etiam ad hoc actione empti & venditi. Eſt tamen vbi huiuſcemodi pacta alterius contractus,ſuapte natura vltro citroq́; obligatorij, non niſi ex vna parte obligationem habet. Vtputa, ſi emptor fundum emptum conducat,donec pretium ſoluerit, † hic locator non obligatur, ſed ſolus conductor [a]. Et vt id 61
clarius ſit, latiore explicatione exempli erit opus. Eſt qui fundum aliquē deſiderat emptum habere,& vt nō præripiatur ei occaſio emendi, cùm ſorte ad pretium ſoluendum pecuniam non habeat paratam, ſciatq́; venditorem non tranſlaturum dominium, fide de pretio habita, ne ſub vſuris quidem,in ea regione vſitatis: vel ſub annuo redditu pecuniario,qui tanta ſorte, quantum eſt pretium, comparari ibi poſſet: hoc inuenit conſilium, vt emat certo pretio, & conducat certa mercede, donec venditori pretium perſoluerit: Hic ſanè in primis illud conſtat, contractum hunc non eſſe vſurarium,ſed iure permiſſum [b]: vbi alioqui tranſlato dominio,& fide habita de pretio,non potuiſſet venditor licitè ſtipulari certam pecuniæ quātitatem loco intereſſe, donec pretium ei ſolueretur [c]. Sed de impleméto pacti conuenti quæritur,& quatenus hoc verum ſit,quod dixit Iuriſconſultus [d],locatorem non obligari, ſed obligari conductorem. Et ſiquidem intelligas,non ſic obligari hunc locatorem,qui & venditor eſt eiuſdem rei, vt omnino præſtare debeat continuam patientiam vtendi fruendi conductori. Et quòd non niſi tantiſper mercedem conuentam petat, recipiátue, donec conductor idemq́ue emptor vti frui ea re poteſt. Ita videlicet, vt perinde atq; ſi hic locator adhuc ſuſtineret periculum rei, † remittere de- 62
beat penſionem totam, vbi ea res interierit, vel alia ratione deſierit cōductor ea vti poſſe. Vel quòd debeat minuere penſionem, & ex ea aliquid relaxare,ob ſterilitatem: quæ omnia incumbunt alijs locatoribus,vbi ſola & mera eſt locatio [e]. Hoc quidem tolerabile eſſe, & ſuam æquitatem habere placet omnibus [f], quodq́; periculum rei non ſuſtineat locator, neq; ad vbertatem aut ad ſterilitatem reſpiciat: ſed conuentā penſionem ſemper æquè exigat. Præterea, quòd traditione rei videatur in conductorem,eundemq́; emptorem, tranſlatum omne periculum rei & fructuum. quod hic æquè ſuſtineret,vel ex ſola emptione,purè & non ſub conditione facta, etiam antequam res ei traderetur [g]. quam quidem vim ſuam nō amittit emptio,per hoc quòd in gratiam emptoris permixta ſit cum ea locatio. Quin etiam videri hic poſſet,quod vnica traditione vacuæ poſſeſsionis, locator idemq́; venditor vtrique contractui venditionis & locationis,ex ſua parte feciſſet ſatis: quamuis alioqui traditio ex contractu venditionis, momēto vno,vel breuiſsimo tempore, tota poſſet impleri. Sed in locatione pura, requiratur & continua patientia vtendi fruendi,& vt præſtet locator toto conductionis tempore, rem vtendam conductori. Sed an omnino exonerandus ſit locator ab omni obligatione, ita vt nec tradere ab initio debeat fundum nō ſoluto emptionis pretio,ſed expectata tantùm in præſens mercede cōductionis: hoc profectò plus dubitationis habet. Et ſunt [h] qui nō contenti tantilla exoneratione locatoris, qualem priore loco attigimus, (quæ tamen re vera magna eſt, & ab omnibus illis ad quæ propriè obligatur locator,cū prima illa traditio vacuæ poſſeſsionis ſit, & venditioni mul tiſq́; alijs communis) putant eo amplius ſic exonerandum locatorem ab omni omnino obligatione locati, vt nec ad hoc obligetur, quòd tradere eum oporteat fundum vt locatum, ſed tantùm vt emptum, & empti titulo habendum,poſsidendumq́; ab emptore ſoluto pretio. Quod ſanè duriſsimum videtur,& fidem cōuentionis omnino ſubuerteret: quæ tamen & in hac ipſa

a l. ſicut. §. interdū. loca. & conducti.

b Salic. ad d. §. interdum. Panor. conſil. 66. prioris volu. Duo ad claram deciſionem, &c. in prin.

c Philip. Decius late conſi. 119. j. volu. in. 2. dubio.

d in d. §. interdum.

e l. ſi quis domū. §. in exactis. l. ex conducto. §. j. l. ſi fundus. locati.

f Accurſ. Barth. Caſtren. Salic. ad d. §. interdum. Phil. Deci. conſi. 312. Franciſc. Curt. Iun. conſil. 82. in fi. in priore volu.

g §. cū autem emptio. Inſti. de empt. & vendit.

h Pan. Caſtr. ad d. §. interdum.

hac ipſa materia, omnino exigit, vt quod conuenit fiat [a]. non enim vendidit tantùm, ſed & locauit, & emptor conduxit quoq;. Cur ergo non huic quoq; cõtractui locationis ſatisfacere cogetur, præſertim ſi fauore emptoris, eiuſdemque conductoris, contractus locationis emptioni admixtus ſit? Cui accedit, quòd qui cum emeret, promiſit tantum locare venditori, non dum locarit, cogi poſſe, vt quod pepegerit adimpleat [b]. Cur ergo ad hoc non æquè compellendus erit ille, qui iam locauit? Et vt fortè ea merces cõductionis ſimilitudinem aliquam habeat, cum vſuris prætij non ſoluti: non ſic tamen per omnia erunt exequenda illa, vt quæcunq; obtinent in vſuris, aut in eo quod intereſt, ratione pretij non ſoluti: etiam obtineant in hac mercede conductionis acceſſoriæ. Non enim parum momenti habet ipſa conuentio mercedis ſoluendæ, atque adeo locatio, & conductio iam contracta, & venditioni atque emptioni permiſta: ita vt ea merces ſit in obligatione iure contractus, cum plerunque vſuræ pretij, aut quod intereſt ob illud tardius ſolutum, non ſint in promiſsione, neque debeantur iure obligationis: ſed ſolo iudicis officio præſtentur, & ex illo dependeant. Et hoc illud eſt, quod iſta locatio quoad neceſsitatem ſoluendi mercedis, virtute peculiaris actionis ad id competentis, plus habet cõmodi pro venditore, eodemq; locatore: quàm ſi ea locatione non facta, debuiſſet ad iudicis officium recurrere, illudq; implorare, vt ei ab emptore vltra pretium præſtetur & hoc, quod intereſt, quia tardius eſt ſolutum. Sopita enim lite principali, cõquieſceret etiam iudicis officium in huiuſmodi acceſsionibus [c]. Itaq; non rectè, vt videtur, infertur [d] hoc modo, Si venditor non locaſſet, non teneretur neq; cõgeretur emptori tradere fundum non ſoluto pretio [e]: etiam vt maximè emptor offerret vſuras pretij venditori ſoluere: ideoq; nec nunc cum locauit, cogetur tradere velut locatum: ſed tantùm velut emptum, ſoluto pretio emptionis. etiam vt maximè emptor, tãquam conductor, offerat mercedem conductionis, nam hæc eſt ſimilis vſuris pretij.
63 Reſpondeo enim,† eſſe quidem in aliquo ſimilem: ſed non per omnia. Vno enim caſu facta eſt conuentio ſoluendæ mercedis ex conductione, quæ videtur tacitè indulgere emptori aliquam dilationem ſoluendi pretij. Sicut mutuo data pecunia non mox repetitur, ne nulla ſit ex mutuo vtilitas: Et qui pro alio fideiuſsit, non ſtatim petit liberari: ſed cùm vel ſoluerit, vel diu in obligatione ſteterit [f], ne nihil iuuetur debitor beneficio fideiuſsionis. Altero verò caſu, nulla eſt conuentio ſoluendi quod intereſt, ratione pretij non ſoluti, vel non ante certum tempus ſoluendi, quæ vel expreſsè vel tacitè tendat in aliquã ſoluendi pretij dilationem. Sed quando ergo, inquies, pretij petitio concedetur venditori? cogetur ne perpetuo locator eſſe, ita vt à petitione pretij emptionis repellatur, quamdiu volet emptor vt conductor ſoluere mercedem conductionis? Profectò crediderim, quòd ſiue ipſe emptor propoſuerit venditori hanc viam conductionis [g]: ſiue venditor, ſui commodi cauſa, emptori petenti dilationẽ ſoluendi pretij, propoſuerit hanc viam locationis [h], appoſitum ſemper eſſe tempus certum ſoluendi pretij, neque aliter vnquam ferè euenire, vt ſic cõtrahatur venditio & emptio, admiſta locatione eiuſdem rei, quin & tempus certum biennij, triennij, aliudve ſtatuatur, quo pretium emptionis ſolui debeat, vel vna vice totum, vel aliquot penſionibus. Quod pulchrè ſubdicat Iuriſconſultus in reſponſo mox ſequenti [i], quod præcedenti vno cõtextu cohæret, ex quo elici poteſt, in hypotheſi præcedentium reſponſorum, certum aliquod tempus fuiſſe præfinitum ſoluendi pretij: ſic quòd intra id tempus venditus fundus eſſet & locatus, locatione quadam acceſſoria ad

a l. cum venderẽ. quæ proximè ſequitur d. §. interdũ.

b l. qui fundum vendidit. hoc tit.

c l. 4. C. cõmodati. & Caſtren. ad d. §. interdum. ſub ſi. verſi. & in hoc eſt.

d à Pau. Caſtr. ibidem ſub ſi. in verbis. nam ſicut ſi venditor non locaſſet.

e l. Iulianus. §. offerri. de act. empti.

f à l. Lucius. mandati.

g vt in d. §. interdum.

h vt in d. l. cũ venderem.

i l. idẽ ſi pretio nõ ſoluto.

ria ad venditionem, & quæ pars eſt venditionis & emptionis, ea lege contractæ. Quæ quidem locatio ſic ſtaret, vt ſi emptor ante diem totum pretium perſolueret, à mercede reliqui temporis, quo adhuc poterat pretium non ſoluere, ſed vt conductum tenere fundum, veniat liberandus per acceptilationē venditoris[a]: vt ſcilicet ceſſante cauſa ceſſet & effectus. Non tamen ſic eſt acceſſoria locatio, vt ſublato principali, ſcilicet venditione, & venditi actione ad pretiū: tollatur quoq; in præteritū locatio, & locati actio. Vbi enim pactū legis cōmiſſoriæ factum eſt, vt nō ſoluta ad diem pecunia, fundus eſſet inemptus, ſi illius pacti beneficio vti velit venditor, perdet actionē ex vendito ad pretium[b]: ſed durabit, & vim ſuam retinebit pro tempore præterito, ipſa acceſſoria locatio, & locati actio[c]. Ita ſcilicet, vt quamuis inempto fundo deberet emptor reſtituere, & fructus ante diem ſoluendi pretij perceptos[d]: nunc tamen non fructus reſtituet, ſed locatione manente firma, ſoluet mercedem conductionis: ſiue hæc maior, ſiue minor ſit fructibus perceptis. Et ſic, quamuis acceſſoriè ad venditionem conuenta ſit locatio & conductio: non tamen ſi inempta res fiat, videri quoq; debebit, vt nunquam locata.

a d. l. cum venderem.

b l. ſi fundus. §. eleganter. l. poſt diem. de lege commiſſoria.

c d. l. item ſi pretio.

d l. lege. verſ. ſed ſi fund⁹. de lege commiſſoria.

SEXTVM CAPVT DE PERSONIS
L. SECVNDA IN PRINCIP.

SVMMARIA.

1 *Inter patrem & filiumfamilias non ſubſiſtit emptio.*
2 *Natura rei impedimento quomodo ſit, vt pater filio obligetur, vel ediuerſo.*
3 *Natura vt nihil facit fruſtra, ita nec ars quæ naturæ eſt imitatrix.*

QVAM LATE pateat ſextum hoc caput, nunc explicandū nobis eſt, & meliore quo poterimus ordine, reſponſa Iuriſconſultorū, quæ hoc titulo de ea re ſunt, ſequemur. Et in primis quidem, quāuis contractus iſte iuriſgentiū ſit, quo iure patria poteſtas, quæ iuris ciuilis eſt, non ſpectatur: neq; illud, quod vna quodāmodo ſit perſona patris & filijfam. (quod & ipſum ex iure ciuili, & nō abſq; improprietatis nota eſt inductū[e]) inter patrē
tamē & filiumfa. cōtrahi emptio nō poteſt. † Quod qua ratione ſit inductū, 1
diffuſè diſceptāt plurimi[f]. Sed ea ſic paucis haberi poterit ex Pauli reſpō
ſo[g], quod natura rei impedimēto ſit, cùm nō magis cū his, quos in poteſta
te habemus, quàm nobiſcū ipſi agere poſsimus. Ad actionē autē tendit ve
ra obligatio, ſi nō vltro ei pareat debitor, alioqui nec ciuilis, nec efficax eſt
obligatio: redderetq; reflexus inutilē obligationē, qua pater filio obligare
tur: † nā ea ipſa obligatio ſtatim patri acquireretur. Et ſic in effectu, pater 2
nō filio: ſed ipſe ſibi obligaretur, quod eſſet abſurdū, nihilq; actum cenſe
retur[b]. Vt autem nihil natura facit fruſtra, ita nec naturæ imitatrix † ars[i]. 3
Quòd autem hæc vera ratio ſit eius quod propoſitum eſt, vel ex eo apparere poteſt, quòd vbi ea relaxatur, rectè contrahatur emptio, ſtipulatio, aut alia quæuis ciuilis obligatio. Veluti in caſtrenſi peculio, in quo filius velut paterfamilias haberi debet[l]. Adduntur eodem iure quaſi caſtrenſia, imò etiam hodie (vt videtur[m]) aduentitia.

e l. vlt. C. de impub. & alijs ſubſtit.

f Bart. & alij, præſertim Io. Coraſ. ad l. frater à fratre. de condict. indeb. Pe. Lorio. de conſanguinitate axio. 21. cum multis ſeq.

g in l. ne cum filiofa. de furtis.

h l. ſi ſeruo. in prin. de vſufructu. l. liber homo. in prin. de verb. obliga. l. ſi quis pro eo. §. item ſi filius. de fideiuſſor.

i l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt lega. nomine cauea. l. qui bis idē. de verb. obli.

k vt hac l. 2.

l l. 2. ad Macedon.

m ex l. iubemus. §. ſ. C. ad Trebell. l. pactum. & ibi glo. ad verb. maxime. C. de pact. conuentis.

L. SI SCIENS.

SVMMARIA.

1 *Is cui bonis interdictum eſt, nihil rectè vendit.*
2 *Traditio facta ab eo cui bonis eſt interdictū, nō trāſfert dominium, ſi ſcienti fiat, non ſi ignoranti.*
3 *Interdictio bonorū fit vel à lege, vel à iudice.*
4 *A Iudice interdictio bonorum ob fugæ ſuſpicionem fieri poteſt.*

5 Deliberans de hæreditate adeunda, nihil hæreditarium diſtrahere poteſt.
6 Venditio rei ex hæreditate an ne arguat aditionem in deliberante.
7 Vendens in fraudem creditorum, rem alienat, atq; transfert in emptorem dominium rei.
8 Alienatio impeditur, quando irreuocabilis ea eſſet ad exemplũ manumiſsionis ſerui in fraudẽ factæ.

VNO HOC reſponſo, multumq; breui, tria propoſita ſunt, de eo cui
1 bonis eſt interdictum, † qui de hæreditate adeunda deliberat, & qui
vẽdendo creditores fraudat. Cui bonis interdictũ eſt, nihil omnino
bonorum ſuorũ rectè vendit ſcienti interdictionẽ, factamq; ab eo traditio
2 nem non ſequetur tranſlatio [a] dominij. † Si tamen ignoranti vendat, pro-
3 cedet interdum vſucapio. Interdictum autem hic intelligemus, † vel à le-
ge, vt pupillis, furioſis, in omnibus eorum rebus, minoribus, œconomis ec-
cleſiarum, de immobilibus: vel à iudice, vt prodigo [b]. Vnde colligi ſolet [c],
quòd interdictio alienationis à iudice non perfunctoriè, ſed iuſta de cau-
ſa, illiuſq; cognitione aliqua præhabita, impediat tranſlationem dominij.
4 vt ſi id faciat iudex ob ſuſpicionem fugæ debitoris, † aut alienationis bono
rum ſuorum, antequam promiſſa adimpleat, & debitum ſoluat [d].
Qui de hæreditate adeunda adhuc deliberat, nihil interim ex bonis hæ-
5 reditarijs diſtrahit: † maximè, ſi ſub hac reſtrictione, deliberandi tempus
ei conceſſum ſit ne alienet, vt hic quidam tradit [e]. quaſi idem iuris ſit, etiã
cum non adita ea reſtrictione, deliberatio conceſſa eſt, & rectè: Nam non
tributa poteſtas alienandi, cenſetur hoc ipſo denegata & interdicta, &
adeundus eſt prætor vt neceſsitate forte aliqua id exigente, aut vtilitate
ſuadente, ſpecialiter permittat [f]. Ex his autem pulchrè quidam hic nota-
uit [g], quòd deliberãs de adeunda hæreditate, non cenſeatur deliberatio-
nem abrumpere, & hæreditatem adire, per hoc quod rem aliquam hære-
ditariam vendat: Quia, inquit, id poteſt fieri citra ius & nomen hæredis,
cùm & res aliena poſsit vendi. Sed ſanè non omnino optima videtur hæc
ratio ab eo adducta, cùm alio loco [h] venditio rei hæreditariæ enumeretur
inter ea, ſiue eos modos, quibus aditur hæreditas: atque diſtrahere rem hæ
6 reditariam proximè quidem ſapit aditionem hæreditatis: † ſed non ita per
petuo, quin & animus diſtrahentis, & occaſio diſtrahẽdi, inſpici debeat [i]:
ita vt etiam ſæpè ex contrectatione rei alienæ, & quæ non fuit defuncti, hæ
reditas adita cenſeatur, ſi ſcilicet is cui hæreditas erat delata, rem verè alie
nam poſsideat, vt ſuam ex cauſa hæreditaria, & quaſi ea defuncti fuiſſet [k].
7 Diſsimilis his eſt ille, qui in fraudem creditorum vẽdit: † hic enim em-
ptorem, id etiam ſciẽrem, dominum facit: ſed retractationi venditio ſub-
iacet. Nam per actionem Paulianam, ſiue in factum reuocatoriam, quæ ſic
à debitore alienata ſunt per creditores, reuocãtur ab emptoribus, cũ cæte
ris debitoris bonis poſsidenda vendendaq; [l]. Sed vbi id, quod in fraudẽ fit,
ſui natura retractabile non eſſet, (vt libertas ſeruo data, quæ non ſic reuo-
catur) obſiſtendum eſt initijs, ne rectè data, aut vnquam ab initio compe-
8 tijſſe videatur [m]. vnde traditũ eſt [n], quòd vbi irreuocabilis eſſet alienatio, †
ea impediatur, non tantùm ſi à lege, iudice, aut teſtatore prohibeatur: ve-
rùm etiam ſi contractum conuentum fuerit, ne fiat [o].

a l. 2. §. ſi à pupillo. & §. ſi à furioſo. pro emptore.
b l. is cui bonis. de verbo. oblig.
c à Bar. hic, & ad l. filius familias. §. diui. ſub fi. & ibi Iaſon. nu. 66. de lega. j.
d l. qui fundũ. §. qui ſciẽs. de vſucap. l. de pollicitationib. in fi. & ibi Bart. de pollicitatio.
e Albericus hic.
f l. Ariſto. §. ſi maior. de iure delib.
g Salicetus.
h in. §. vlt. in verbis, vel vendo res hæreditarias. Inſti. de hære. qualit. & differ.
i l. pro hærede. §. ſeruos. de acquir. hæred.
k l. gerit. de acquir. hære.
l toto tit. quæ in frau. cre.
m Inſtit. qui & quibus ex cauſ. manu.
n à Bart. & Iaſo. ad d. §. diui.
o l. ea quidem mãcipia. C. ſi mancip. ita fuerit alienatũ. l. ſeruus hac lege. de manu. l. ille ſeruus. §. vlt. qui & à quib.

L. QVI A QVOLIBET.

SVMMARIA.

1 A furibus rem ementes, amittunt pretium rei, ſi rei dominus rem agnitam petierit.
2 Rem emens à minore ſine decreto iudicis, aut rem alienam, contra leges malæ fidei eſt.
3 Emptor bonæ fidei eſt, qui emit ab eo quẽ putat ius vendendi habere, veluti procuratorẽ vel tutorem eſſe: Ita tamen, vt cum eo non colluſerit.
4 Si procurator minoris vendat quàm dominus mandauerit, domino rem vendicanti non obſtat exceptio rei venditæ & traditæ.
5 Pretium à mandante limitatum, excludit conſenſum in minori pretio.

6 Res

6 *Rei vendito minori pretio quàm mandatum erat, ſi à domino petatur, an retineatur ſuppleto pretio.*
7 *Petitionis verbū ad actiones in rem pertinet.*
8 *Si dominus rem vẽdi mãdauerit non definito certo pretio, atq; procurator minoris rem vendat quàm alioqui valeat, an transfeat dominium.*
9 *Mandatarius habet ſemper modū finesq; pretij à lege præſcriptos, vt ſcilicet optima conditione rem domini vendat.*
10 *Procurator in damnum domini minoris rem vendens, non transfert dominium, ſed opus eſt vſucapione.*
11 *Mala fides authoris iure ouchem. obſtat vſucapioni longi temporis.*
12 *Malæ fidei emptor is dicendus eſt, qui ſcit procuratorem non rectè mandato exequi.*

NE QVIS paſsim & ſine delectu à quolibet emat, facilè efficiet ea
conſtitutio[a], quæ ſic admonet ementes à furibus: curate cautius ne
gotiari, ne nõ tantùm in damna huiuſmodi, (videlicet quòd rem em-
ptam non reſtituto pretio dominis reſtituetis †) ſed etiã in criminis ſuſpi- 1
cionem incidatis. Et rurſus alia[b], quæ habet, ciuile eſſe exhibere vendito
rem, nam à tranſeunte, & ignoto emiſſe non conuenit dicere, volenti eui-
tare alienam boni viri æſtimationem. Vnde generaliter in iuris regulas re
latum eſt[c], quòd qui cum alio contrahit, vel eſt vel eſſe debet conditionis
eius non ignarus. Paria enim ſunt hæc, ſcire, & ſcire debere: Et tam in cul
pa eſt qui ſcire debuit, quàm qui ſciuit[d]. Ideoq; à minore emẽs ſine decre
to iudicis, † vel ab alio quolibet nõ ſeruatis iuris cõmunis, ſtatuti, aut con- 2
ſuetudinum ſolennibus, malæ fidei emptor eſſe cenſetur[e]. Si tamen non
vana ſimplicitate ductus, ſed ex facie aut alia ratione deceptus, cùm appa-
reret maior, à minore quis emerit, non debet videri in culpa eſſe, aut ma-
la fide. Neque etiam putare debet, vt bonæ fidei ſit emptor, rem eius eſſe,
qui illam vendidit: ſuffecerit quòd putet illum ius vendendi habere, tutorẽ
eſſe, aut procuratorem, cuius rem vendit[g]. Ita tamen vt cum eo non collu
ſerit[h]: † aliàs enim, etiam ſi procurator tradidiſſet, emptor dominũ vendi- 3
cantem non repelleret, exceptione rei venditæ & traditæ: quin potius ille
de dolo malo replicare poſſet[i]. Ignoranti verò emptori, ac minimè cum
procuratore colludenti, nocere nõ debet, quod fortè procurator mala mẽ-
te, vt dominum damno afficeret, minoris vendat quàm poſſet[k]. Niſi fortè
præſcripſerit pretium dominus, quo mandauerit vendi. Nam ſi tunc mino
ris vendat procurator, notiſsimum eſt quòd non transferetur dominium,
niſi domini voluntas acceſſerit[l]. Nec obſtabit domino vendicanti exce-
ptio rei venditæ & traditæ, † quia non ex ſua voluntate vendita eſt aut tra- 4
dita. ideoq; perinde habetur, atq; ſi vendita non eſſet: & certè alienata nõ
eſt[m], adeo diligenter fines mandati ſeruandi ſunt[n]. Imò & hoc traditum
eſt[o], quòd emptor eo caſu non audiretur, etiã ſi vellet ſupplere quod deeſt
pretio, quo vendi dominus mãdauerat. Quamuis qui ab ipſo domino eme
rit, læſo vltra dimidium iuſti pretij, habeat facultatẽ ſupplendi iuſtum pre-
tium[p]. Neque videri hic duo mandata, quæ aliquo modo ſeparari ab inui-
cem ſic queant, quaſi mandatum omnino ſit procuratori vendere, & quidẽ
præſcripto, ſi commodè poſsit, pretio[q]. ſed vnicum & ſimplex mandatum
eſt, vt definito pretio vendat, non minore, quaſi pretium à domino limita-
tum, excludat eius conſenſum à minore pretio. † Et quamuis acutè multũ 5
hæc ſic tractata ſint[r], ſequi tamen ea dubitauerim, vt multum aliena à Iu-
riſconſulti ſententia, qui ſic ait[s], *Si mandauero tibi vt fundum meum centum
venderes, tuq; eum nonaginta vendideris, & petam fundum, non obſtabit mihi ex-
ceptio: niſi & reliquum quod mihi deeſt, mandato meo præſtes, & indemnem me per
omnia ſerues.* Nec eſt quod effugere tentes hanc obiectionem, quaſi Iuriſcõ
ſultus ibi mandatario ſit locutus, ſiue procuratori, qui electa à domino per
ſonali actione mandati, competente ad id quod intereſt, cõdemnationem
euitare poſsit, ſi ſuppleat quod præſcripto pretio deerat: † & ſic indemnẽ 6
dominum conſeruet, cuius tunc non intererit, neq; mandati directa agere
poterit.

a *l. in ciuilẽ rẽ. C. de furt.*
b *l. ciuile. C. eod. tit.*
c *in l. qui cũ alio. de reg. iuris.*
d *l. quod te. & ibi DD. ſi cert. peto.*
e *arg. huius l. & glo. ad verba, mala fide. in l. j. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10.*
f *l. eum qui. §. ſi à minori. §. prætor ait. de publi. in rem act.*
g *l. bonæ fidei emptor. de verb. ſigni.*
h *Accurſius hic.*
i *l. qui fundũ §. ſi procurator tuus. in. 2. parte. pro emptore.*
k *d. §. procurator tuus. in princip.*
l *l. ſi pretium. C. de procur. l. cũ mandati. verſi. vnde ſi contra. C. mandati.*
m *l. j. §. Celſus. de exceptio. rei vend. & tradi.*
n *l. diligenter. mandati.*
o *à Salic. ad d. l. cũ mãdati.*
p *l. 2. C. de reſcin. vend.*
q *vt in l. Celſus. de arbit.*
r *Salic. ad d. l. cum mandati.*
s *in d. l. diligenter. verſic. item ſi mandauero.*

poterit. Nam in primis Accurſ.[a] hanc ſuppletionē pretij, indifferēter retu
lit ad procuratorē vel emptorē: præſtes, inquit, tu procurator vel emptor.
quaſi & hic poſsit ſuppeditare reliquū pretij procuratori, quod ipſe det do
mino, vt ſic conſeruet quod emerat: & rei vendicationi quæ aduerſus poſ-
ſeſſorē inſtituitur, propriè conueniunt verba illa, *fundum petam*. Nam pe-
7 titionis verbo ſignificantur actiones in † rem[b], Nec fundū dominus à pro-
curatore, ſed quod intereſt[c], perſonali actione mandati petet. Deniq; ex
ijs quæ mox ſequuntur[d], clariſsimè apparet quòd Iuriſconſultus actionem
in rem intellexerit, nā ibi dixit, *ſimiliter vendicare*, & addidit, quòd nulla ex
ceptione dominus vendicans ſubmoueri poſſēt, niſi ei indemnitas præſte-
tur: quæ vtique non præſtabitur ei à ſeruo ſuo, cui mandauerat certa pecu
nia vendere. nam domini ſunt omnia quæ tenet ſeruus, atq; adeò ipſe ſer-
uus domini eſt: Ita quòd nullam indemnitatem re ipſa ſibi præſtari ab eo
expectet, quam non ipſe dominus apud ſe, & velut in manu ſua habeat.
Quòd ſi pretium certum, quo vendat procurator, non definierat dominus,
ſi minoris vendat alicui data opera, in fraudem domini, quàm poſſet: an
8 emptor dominus fiat rei ſic emptæ nō minus eſt dubitatū. † Videtur enim
[e] tranſire dominium in emptorem, fraudis procuratoris non participem,
cùm debitor in fraudem creditorum vendens, emptorem etiam fraudis par
ticipem faciat dominum[f]. Sed profecto hic ſuum vendit, in quo meritò
plus iuris ei eſſe debet, quàm illi qui in alieno negotio nihil poteſt, niſi ex
mandato, in quo quantumuis extenſo & libero, non includitur vt quid do
loſè faciat procurator[g]: ſic vt quamuis mandatum vendendi non habeat
ſuos fines præſcriptos à domino mandante, nullam ſcilicet pretij quantita
tem ab eo definitam: habet tamen ſuos fines modumque pretij præſcriptū
9 à lege: † vt ſcilicet qua poteſt optima conditione, in vtilitatē domini ven-
dat, neque minoris hic potētiæ eſſe debet præſcriptū legis, quàm hominis,
vt alij[h] cenſent. Quorum ſententia mihi optima videtur, & verbis Iuriſcō
ſulti[i] omnino conſona, vbi vſucapionē eo caſu admiſit: quæ profectò non
eſſet neceſſaria, ſi confeſtim emptor ſic emptæ & traditæ rei fieret domi-
nus. Nec eſt quod interpreteris mandatum ibi fuiſſe procuratori, vt certo
pretio venderet: ſic enim nō dixiſſet Iuriſconſultus, quòd procurator cen
tum aureis fundū vendere poterat: ſed quod omnino debebat. neceſſariò
enim fines mandati ſeruandi ſunt. Rurſus nō poteris euadere ſi dicas quod
Iuriſconſultus ibi locutus ſit de re aliena, quæ non eſſet domini mādantis;
ſi ſcilicet dominus rem non ſuā, ſed bona fide poſſeſſam mandauerit vendi:
quoniam non ex iure domini mādantis (an ſcilicet de fundo verè ſuo, an de
alieno vendendo mandauerit) deſumitur illius reſponſi deciſio: ſed ex fi-
de procuratoris exequentis mandatum: an ſcilicet bona fide, iuſto pretio
vendat, an data opera, in damnum domini vendat doloſè. Hoc enim ca-
ſu, quāuis re vera fundus ſit domini mandantis, nihilominus vſucapione eſt
10 opus; † vt tempore diluatur vitium, ex mala fide procuratoris contractum
inſcio emptore: & ſic conſolidetur ius emptoris in eo quod adhuc deerat,
ob malam fidem procuratoris vēdentis. Quemadmodum vbi nihil à quo-
quam mala fide eſt actum, nec à procuratore vendente, nec ab empto-
re: deeſt tamen aliquid quod venditionem eiuſque effectum impediat.
Veluti ſi hæres mandatarij, vigore mandati finiti, vendat: vſucapioni lo-
cus eſt, qua corroboretur, quod non omnino rectiſsimè eſt actum[k].
Et hæc quidem, quæ de mala fide procuratoris vendentis diximus,
obtinebant iure veteri[l]: non nunc nouiſsimo iure, quo authoris ma-
11 la fides vſucapioni longi temporis † obſtat[m]. At quare non idem olim

h admit-

a ibi in glo. verbi, præſtes.
b l. pecuniæ verbū. §. actiones. verſic. petitionis. de verbor. ſigni.
c l. ſi procuratorē. §. mandati actio. l. ſi quis alieni. §. qui ſuſcepit. mād.
d in ead. l. diligēter. §. ſeruo quoq;.
e Raph. Cuma. ad d. l. qui fundum. §. procurator tuus. pro empto.
f l. ſi ſciēs. hoc tit.
g l. creditor. §. pen. mādat.
h Bar. & Caſtren. ad d. §. procurator tuus.
i in d. §. procurator.
k l. mādatū diſtrahēdorū.
l in d. §. procurator.
m Authen. malæ fidei. C. de præſcript. longi temp.

admittebatur, etiam ſi emptor ſciret fraudem procuratoris, cùm æquè poſ-
ſet & hoc caſu ipſe emptor, ſi vẽditoris bonā fidem non ſpectes, dici bonæ
fidei: vt qui ſcit ſe à domino emere, aut vero eius procuratore, ex manda-
to ipſius? Reſpondet Paulus Caſtrenſis[a]: Quòd non ſolùm is malæ fidei

a ad fi. d. §. procurator.

emptor dicatur, qui ſcit non eſſe rem vendentis, vel illius cuius nomine vẽ
ditur: verùm etiam is, qui credit quidem illius eſſe, nec in hoc fallitur: ſcit
tamen vendi, non vt oportet, ac non rectè procuratorem mādata exequi: † 12
vt qui ſi voluiſſet, facilè pluris vẽdere potuiſſet. Vel expeditius dices, quòd
eo caſu, emptor ſciat fundum non eſſe vendentis procuratoris, ideoque
oportet nos recurrere ad alteram partem deſcriptionis emptoris bonæ fi-
dei[b], videlicet, vt putet vendentẽ ius vendendi habere. quod ſane hic em-

b in d. l. bonæ fidei. de verbor. ſig.

ptor, fraudis procuratoris conſcius, verè dicere non poteſt: vt qui certò
ſcit, vel ſcire debeat, quòd bonā fidem in exequendo mandato præſtare de
beret, quā ſcit non præſtari. atq; ita non habere eum ius vendendi, ſiue ve
rius adijciendi tam vili pretio rem, per ſordes aut gratiam[c].

c arg. l. 1. C. ſi vẽd. pig. ag.

L. SI IN EMPTIONE. §. VLT. HOC TIT.

SVMMARIA.

1 *Tutor rem pupilli emere non poteſt: & cur.*
2 *Tutor an ipſe ſibi ſoluere poſſit.*
3 *An vxores tutorum emere poſſint res pupillorum.*
4 *Saliceti pulchra diſtinctionis Iuriſconſulti explicatio, deductione facta in quatuor membra.*
5 *Tutor rem pupilli emere poteſt, ſi contutorem habeat cuius authoritate emat.*
6 *Tutor qui ſolus eſt, ſi palam & bona fide emat, an valeat emptio.*
7 *A pupillo infante, cui etiam alius tutor eſt qui authoritatem præſtet, contutorem emere non poſſe Salicetus putat.*
8 *Tutor rem pupillo à creditore pupilli, vt quilibet alius, emere poteſt.*
9 *Fideiuſſor cur non poſſit emere pignora debitoris à creditore diſtracta, ſed luere tantùm.*
10 *Qui ex officio rem vendunt, ipſi eam emere non poſſunt.*
11 *Qui ſine dolo & iuſto errore egrediũtur limites proprij officij, non tenentur.*
12 *Procurator qui nomine alterius rem vendit quam poſtea comperit eſſe ſuam, non poteſt illam vendicare.*
13 *Qui conſentit venditioni, an euincere poſſit.*
14 *Procurator à dño cõſtitutus vt rẽ certo pretio vendat, an eodẽ pretio rem ſibi retinere poſſit.*
15 *Ab œconomo eccleſiarũ nemo emere poteſt qui ipſi cognatione aliqua iunctus eſt.*
16 *Executores teſtamenti an rem ipſi emere poſſint, quam teſtator vendi mandauit.*

NE DVPLICI officio fungatur tutor, vẽditoris, & emptoris[d]: opti-
mè hic reſponſum eſt, quòd rem pupilli ipſe emere nõ poſsit. neq; in

d l. pupillus. §. idem ipſe. de author. tuto.

rem ſuā author fieri. † licet rectè contractā obligationẽ cum patre pupillo 1
rum ipſe poſsit diſtrahere: ſibi rem emptam tradere[e], vel quod aliunde
debetur, ſibi † ſoluere[f]. & in eo expeditius eſt obligationem ſolutione 2
tollere, quàm ab initio contrahere[g]. Poteſt tamen tutor id quod ſolen-

e l. fiſtulas. §. j. hoc tit.
f l. quoties. §. ſicut autem. & §. item ſi temporali. de adminiſt. tuto.
g Bald. hic.

niter publica auctione bonaque fide diſtractum eſt, emptore non ſoluen-
te pretiũ, ſibi retinere; & in rationes pupilli referre pretium vltima li-
citatione oblatum[h]: nam ſic nulla captio eſt pupilli, neque tutor ipſe

h l. tutor rerũ. de admin. tutor.

emit: ſed ab alio emptum, ſibi eodem pretio ſeruat, ex iuſta cauſa: cùm
etiam potuiſſet ab emptore emere. Neque dicemus facultatem emendi
res pupillares, tutoribus eſſe factam, ea conſtitutione, quæ vxoribus tu-
torum illam permiſit[i]: nam nec illis paſsim & indiſtinctè permiſſum eſt. † 3

i l. cum ipſe. C. de contrah. empt.

Sed hoc ſolùm ea conſtitutione cauetur, quòd cùm ipſe tutor non pro-
hibetur res pupillares emere: tunc multò minus vxor prohibebitur. ne-
que coniectura ſumi debebit illicitæ emptionis, quaſi eam ipſe tutor
clanculum faciat, interpoſita vxoris perſona: quod nunquam ei licere
debet[k]. Quando autem tutori id liceat, & ex conſequenti maiore ratio-

k d. l. pupillus. verſi. ſed & ſi per interpoſitam.

ne, eius vxori: hoc ea conſtitutione non deciditur, ſed præſupponitur vt
aliunde cognitũ, ex diſtinctione Iuriſconſulti[l]. Quā hic elegāter Salicet.

l in d. l. pupillus.

deduxit

4 deduxit in quatuor membra: † quorũ primũ hoc erit. Si tutor à ſe vt tutore
emat ꝓprio eius nomine, id licere minimè ei debet: ne duplici, vt dictũ eſt,
fungatur officio: creditoris, alium obligãtis: & debitoris, obligati. Quãuis
alio loco [a] vbi nõ tãta eſt repugnãtia, maneãt diſcreta iura, quæ in eandem
perſonã deuenerunt. Secundũ eſt, cùm ab ipſo pupillo emit tutor: & hoc
alias ſectiones patitur. Nam vel contutorem habet, vel ſolus eſt tutor. Et
rurſus ſi contutorẽ habeat, vel is adminiſtrandæ tutelæ ius habet etiã ſolus:
vel nõ niſi cum collega officij, videlicet tutore emptore. Priore caſu nul
la dubitatio eſt, quin tutor à pupillo authoritate cõtutoris, ſolidè & indiui
5 ſè adminiſtrationis ius habẽs, rectè, palam, & bona fide emat [b]. † Non verò
cum rectè diuiſa eſt tutela [c], & ex ſua adminiſtratione tutor quid emerit.
Neq; cum ita coniuncta eſt duorũ tutorũ poteſtas, vt alter ſine altero, vel
alterius conſilio (quod hic cõſenſum quoq; requirit [d]) nihil poſſet. Poſte
riore verò caſu, cùm quis ſolus tutor eſt, hunc credit Salicetus emere [e] poſ
6 ſe à pupillo palam & bona fide. † Sed profectò ea pars reſponſi Iuriſconſul
ti [f], ex qua hoc nititur conuincere, ſic cohæret præcedentibus, vt dubitari
non debeat quin loquatur, cùm tutor à cõtutore, vel cõtutoris authoritate
palam emit. Et præterea requirit Salicetus hoc caſu quòd interuenerint
iudex, affines, coniuncti pupillo, de eius commodo deliberãtes, per quos
facilè alterius tutoris defectus, qui authoritatem ſuam interponeret, ſup-
pleri poſſet [g]. Tertium membrum eſt, cùm tutor à contutore emit rem
pupilli: quod expeditiſsimè poteſt procedere. Negat tamen Salicetus [h] id
7 aliter fieri poſſe, quàm ſi acceſſerit etiam pupilli conſenſus: † ita vt ſi hic
adhuc infans ſit, putat fieri non poſſe, vt ex eius rebus quicquam emat tu-
tor: cùm non poſsit emere ab ipſo pupillo adhuc infante, neq; à contuto-
re, cui infans conſentire non poteſt: Sed vnde iſtud huc inuehat, de con-
ſenſu pupilli neceſſario, equidem non video. Non enim illius meminit Iu
riſconſultus, vbi hanc emptionem permiſit [i]. Neque id etiam requirit Ac-
curſius [k], cuius tamen ſolius authoritati innititur. Nam quod ille differen-
tiam conſtituerit inter contutores & iudices, ſimul magiſtratum geren-
tes: quòd videlicet horum alter non poſsit ab altero emere, neq; alterius
authoritate à ſubdito: quamuis illorum alter ab altero emat. Illuſque dif-
ferentiæ rationẽ hanc eſſe dixerit, quod vniuerſitas ciuium & ſubditorum,
in quorum fauorem contractus iudicum prohibiti ſunt, non conſentiant:
pupillus verò conſentiat: hoc ita accipiendum eſt, nõ quod pupillus ſem-
per conſentiat, & aliter valere emptio non poſsit, quàm ſi conſentiat. Sed
quod vniuerſitas ciuium non cõmodè poſsit conſentire, pupillus verò faci
lè conſentire poſsit. vel tunc cùm celebratur cõtractus, ſi eius ætatis ſit, vt
iudicio nõ prorſus careat, vel poſtea factus maior. Et quid quæſo eſt, quòd
hic pupilli conſenſum requiramus in contrahẽdis eius negocijs? cùm ipſe
tutor loco domini ſit, cũ adminiſtrat tutelam [l], & quidẽ etiam in iudicijs [m],
ſtrictiore rigore concluſis. Quartum & vltimum membrum eſt, quan-
do tutor à creditore pupilli vendente emit bona fide: quod indubiè vt a-
8 lius quilibet extraneus facere poteſt [n]. † At inquies, in omni contractu &
negocio pupillari bonam fidem præſtare debet tutor: Hæc autem ratio à
Iuriſconſulto adducta eſt [o], cur nõ poſsit fideiuſſor, vt alius quiuis, pignora
debitoris à creditore diſtracta, emere ſibi: ſed licere tãtùm vt debitor ob-
lata pecunia debita, æquè ab eo, vt à debitore, ſua pignora recipiat [p]. cur er
go non eadẽ ratione ꝓhibetur à creditore tutor emere, cũ vtrũq; indiciũ
æquè bonã fidẽ reqrat, ſummæ exiſtimatiõis ſit, & condẽnatũ afficit infamia [q].
Sed ratio diuerſitatis in prõptu eſt: nã fideiuſſor, & ali9 quiuis interceſſor,

a in l. tutorẽ. de iſt. quib. vt indig.
b d. l. pupillus. l. nõ exiſtimo. de admin. tutor. & arg. l. magis puto. §. illud quæri poteſt. de reb. eor. qui ſub tute. ſunt.
c vt in l. 2. C. de diuiden. tut.
d l. Titium & Meuium. de adminiſt. tuto.
e hic in. 2. caſu princip. ſua diſtinct.
f d. l. pupillus. verſ. ſand.
g l. ait prætor. §. permittit. de minor. l. ſi infanti. C. de iur. delib.
h hic in. 3. caſu ſua diſtin.
i in l. non exiſtimo. de adminiſt. tutor.
k in glo. l. vnica. C. de cõtractu iudi.
l l. qui fundum. §. ſi tutor. pro emptore.
m l. j. §. ſufficit. de admin. tuto.
n d. l. pupillus. in fi. de author. tutor.
o in l. ſi mandato Titij. §. j. mandati.
p l. j. C. de dolo malo.
q §. eo quibuſdam. Inſtitu. de pœna temerè litig.

cenſetur accepiſſe mádatũ,non intercedẽdo tantũ pro debitore,ſed & ſol
uẽdo [a]. & in hoc ſequutus eſt debitor fidẽ fideiuſſoris, vt ei cõmodet. Qua
re in dubio præſumetur ꝑ officio feciſſe,& nõ tã ſibi emiſſe, q̃; debitori, ſi
pecuniá reddat,luiſſe. † alioqui boná fidẽ non ſeruare, ſed ſimulato officio 9
tãtùm nõ nocere,nõ officere (vbi ſcilicet alius erat empturus) cũ etiá iuua
re debuiſſet , & luẽdo cauſam integrá debitori relinquere pignorũ,in eum
à creditore tranſlatorũ . Sed tutelæ munus non habet annexum onus ero-
gationis proprij patrimonij tutoris,ad res pupillares.

Hæc autem quæ diximus,non in ſolis tutoribus locum habent: ſed por-
rigũtur ad curatores, procuratores,& eos qui aliena negotia gerunt [b],por
rigendum eſt . Quatenus ſcilicet cuiq; eorum ea quæ in ſuperiore diſtin-
ctione de tutoribus dicta ſunt, applicari poſſunt : Quæ ſanè non omnia ad
curatorẽ furioſi rectè referas,& minimè quidem ea,quæ habentur in ſecun
do mẽbro ſuperioris diſtinctionis, cùm ab ipſo furioſo nihil emi rectè poſ
ſit [c]. Et de negotiorũ geſtore plerũq; nihil diſtinguẽdũ eſt, nec dubitádũ,
quin rectè ab eo,nullius alterius authoritáte,emere poſsit is,qui eius nego
tia gerit. nimirum ab amico abſente, qui iuſtæ ætatis eſt, & ſuarum rerum
adminiſtrationẽ habet. Sed hoc in genere oĩbus conuenit,& cõmune eſt:
quòd qui, ex officio ſuſcepto rẽ alterius vendit , ipſe proprio ſuo nomine
illá nõ emat. † Quod etiam in creditore locũ habet,qui pignus pro debito 10
vendit [d], procurator enim eſt debitoris in ea parte [e], quod etiam latius eſt
extenſum , vt non tantùm non emat rem obligatam ipſe creditor qui eam
vendit: ſed nec alius ſequens creditor,ſiue eo poſterior in pignore : qui ſi
id fecerit, luiſſe tantùm videbitur, ſicut de fideiuſſore diximus , cui in hoc
cõparatur [f], vt ſcilicet nõ tam acquirẽdi dominij, quàm ſeruandi pignoris
ſui cauſa id feciſſe videatur. ideoq; auferri ei à debitore res poſsit.

Quod ſi hic iam lubeat varietatẽ horum officiorũ ſpectare,illa vtiq; nos
docebit,quòd quæ hic dicantur, æquè locũ habeant, ſiue officium publicũ
ſit,ſaltem authoritate, & neceſſarium : vt tutela [g] & cura minorum ac fu-
rioſorum,ſiue priuatum, & voluntarium. vt procuratorũ,negotiorum ge-
ſtoris,& curatoris bonorũ debitoris fugitiui,aut hæreditatis iacentis [h], &
quod nulla ſit horũ omniũ differẽtia,quoad id qđ nũc tractamus : ſed æquè
omnibus prohibitũ ne emát,quod ex officio vendunt. Quáuis in ſuſtinẽda
obligatione,in eorũ proprijs perſonis,poſt depoſitũ officiũ,differẽtia cõ-
ſtitui [i] ſoleat, vt ſcilicet neceſſarij adminiſtratores finito officio nõ teneá-
tur [k],niſi cõtrahẽdo officiũ eorũ ſint egreſsi [l]. i. ſe proprijs nominibus eo-
rum ſpõtè obligauerint [m]. Nec nocet eis,quod ſine dolo & iuſto errore e-
greſsi ſint limites officij †. i. ſi quid aliter aut amplius bona fide fecerint in 11
exercitio officij, quá re vera cognitis benè negotij qualitatibus,facere de
buiſſent,aut feciſſent. Vtputa ſi tutor,pro modo facultatũ pupillæ apparẽ-
tium, conſtituat dotem: quæ ob emergens æs alienum, facultates pupillæ
ſuperat. nõ ſe ſpontè,ſuo ipſius nomine obligauit, quáuis per errorẽ exceſ
ſerit iuſtos limites officij. Sicut pulchrè traditur [n],quod aliud ſit,excedere
tutelam corporis(quod faciunt ij qui nõ tam defendunt,quàm vindicát,&
fortè ex interuallo) & aliud excedere moderamen tutelæ. hi enim defen-
dunt,ſed immoderatè. Sed voluntarij adminiſtratores, qui ſibi ex cõtracti
bus obligationẽ & actionẽ acquirunt,quam domino cedant [o],& ipſi quoq;
viciſsim ex eiſdẽ ſuo nomine obligari dicũtur,depoſito etiá officio. Quod
tamẽ reſpõſo Pauli,ad hoc plerũq; citato [p],nõ probatur,neq; oĩno conuin
citur. ná ibi ꝑcurator exceſsit officiũ ſuũ, & ſe proprio noĩe obligauit, vt
nõnulli [q] interpretátur,& verba Iuriſconſulti apertè indicant,hæc ſcilicet,

fidem

a *l. indebitam. de condict. indeb.*

b *hoc. §. tutor. verſi. idemque porrigẽdum eſt.*

c *§. pupillus. in prin. verſi. ſed quod diximus. Inſti. de inutil. ſtipul.*

d *l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pig.*

e *l. ſi pignori. ſub ſi. famil. erciſc.*

f *l. cum ſecundus. §. ſi ſecundus creditor vel fideiuſſor. de diſtr. pig.*

g *§. ſed ex his legibus. in fi. Inſti. de Attil. tuto.*

h *l. de curatore. §. quæritur an inuitus. de curator. bon. dando.*

i *à Bart. & alijs ad l. procurator de euictione. de procurat.*

k *l. vlt. ſi quis caut. l. poſt mortẽ. §. 1. quãdo ex facto tuto. l. 4. §. in eũ. de admin. rer. ad ciuit. pertinen. l. cum quidam. C. de admit. tutor.*

l *l. cũ poſt mortem. §. 1. de admin. tutor.*

m *glo. ibi ad verb. expreſſ.*

n *à dño Solomonio ad l. vt vim.*

o *l. poſſeſsio quoque. §. etſi poſſeſsio. de acq. poſſ. l. 3. C. per quas perſo.*

p *d. l. procurator qui pro euictione. de procurat.*

q *Iaco. de Arena quẽ refert eo loco Caſtrenſ. & alij plures quos refert Nicol. Boer. deciſ. 373. nu. 5.*

fidem ſuã aſtrinxit, & rurſus, *pro domino vinculũ obligationis ſuſcepit*. Certè ſic
& tutor obligaretur ſuo nomine [a], & adminiſtrator rerũ ad ciuitates perti
nentiũ [b], & alius quiuis, quãtumuis neceſſarius adminiſtrator. Sed alio Mar
tia.reſpõſo [c] videtur id, qđ de ꝓcuratore dicũt, apertius ꝓbari. nã is reſpon
dit Titiũ qui rem ſuã propriã, ex alterius bonæ fidei poſſeſſoris mãdato vẽ
didit, obſtrictũ emptori eſſe, quãuis quaſi ꝓcurator vẽdiderit: quo tamẽ lo
co nõ dicitur, procuratorẽ ſuo ipſius noĩe teneri de euictiõe, alio quolibet
euincente rẽ quã vendidit vt procurator, (vt nec æquum videtur eum tene
ri, ſi ſe dixerit contrahere ex mandato alterius, de quo etiã docere poteſt,
& actionem contra dominum cedere paratus ſit, quã etiam alioqui emptor
habet vtilem [d]) ſed hoc tantùm, quòd ſi rem vendidit, & tradidit, vt procu-
rator alterius, quam poſtea comperit eſſe ſuam, vẽdicatio illius rei conce
12 denda ei nõ ſit, † qua ipſe ab emptore auferat eam. nimirũ, quòd venditio-
nem nõ tantùm approbauerit, ſed & ipſe eam fecerit. Minus eſt autẽ ipſum
met non euincere, quàm alio quolibet euincẽte, teneri de euictione. Nam
is qui conſentit tantùm venditioni, quod aliud eſt quàm vẽdere [e], ipſe qui-
13 dem non euincit, † non vendicat ab emptore, ſed alio euincente non tene-
tur [f]. Sed hæc nondum conſtanter aſſeuerare velim, ſed exactiorem exa-
minationem in alium locum reſeruo. Interim verò, quia cõmuniora ſequi
tutius eſt, meminerimus, quòd ſicut perinde circũſpicere quiſq; debet, cui
mandet [g], ita quo q; conſultũ eſſe, vt videat quiſq; à quo mandatũ accipiat
emendi, cuius executione ipſe venditori, propoſito nomine obligaretur,
aut ad pretium: aut ſi vẽdat, de euictione. Niſi dixeris eũ qui procuratorio
nomine vẽdit, ſatisfacere obligationi qua dixit Martia. [h] obſtrictum eum
eſſe emptori, ſi tradat rem venditã, etiam prohibente poſtea domino man
datore [i], & de euictione caueat, ſiue promittat, non ſuo, ſed mandantis no-
mine, vt contra hunc de euictione agatur, vt non debeat procurator ſolli-
citus eſſe, de ijs quæ poſtea contingunt. Vt autem ad inſtitutum redea-
mus, procurator ne ſic quidem ipſe rem emet, quam ſuſcepit vendendam,
14 aut vt emptam ſibi retinebit, † ſi dominus qui vendi mandauerat, certũ con
ſtituerit pretium, quo alij cuiq; vendere & addicere rem poſſit: nam non
ſic in conſtituto pretio ei ſubſiſtendum eſt, vt non putet mandatum ſibi
pluris vendere, ſi poſſet. Sicut è diuerſo cui mandatur vt centum aureis e-
mat [k], illi mandatum intelligitur, vt minoris ſi poſſit emat. & vt non poſ-
ſit fortè pluris vendere, non tamen emit à domino, & à ſe non poteſt, ob
repugnantiam, neque intelligitur permiſiſſe ei dominus, vt ipſe eo pretio
rem retineat, ſimplici mandato facto; & non ſic contracto negocio, vt æ-
ſtimatoria actio ei detur [l].

In œconomis autẽ, quibus res eccleſiarũ gubernãda mãdatur, ſtrictior
eſt hæc prohibitio, quàm in tutoribus pupillorũ. Nam ex perſonis tutori
coniunctis, prohibentur ab eo emere illi ſoli, qui iure patriæ poteſtatis ei
coniuncti ſunt [m]. Nulli autẽ œconomo cognatione qualibet iũcti emere
15 poſſunt, † quæ ille alienat [n]. Præterea tutor à contutore emit palam & bo-
na fide, & nec ſic tamẽ œconomus à collega emit. Nec hoc ratione caret,
quia de pupillo expectari poteſt quod adoleſcat, & creſcẽte ingenij vigo-
re cũ ætate, ipſe, ſi expedire viderit, retractet malè geſta à tutoribus, & ex
quibus ſe læſum inuenit [o]. Eccleſia verò, eiuſq; bona, ſemper ſub alijs ad-
miniſtratoribus ſunt, & ſemper eccleſia iure minorum fruetur. De ſucceſ-
ſore verò œconomi non ita lex confidit, quod antetacta retractare volet,
ne quando ſimile ei à ſucceſſoribus contingat.

De executoribus teſtamenti dixit Salicetus [p], quod alter ab altero pa-
lam, &

a *d.l.cũ poſt mortem.§.ſ.*
b *d.l.4.§.in eum.*
c *l.ſeruũ Titij.mandati.*
d *l.Iulianus.§.ſi procurator.de act.empt.*
e *l.aliud eſt.de verbor.ſig.*
f *Iaſ.ad l.quoties ab omnibus.in.2.notabil.C.de fideicommiſſ.*
g *l.cum mandato.in ſ.de minor.*
h *in d.l.ſeruum Titij.*
i *l.Papinianus.de public.in rem act.*
k *§.is qui exequetur.ſub ſ.in verb.quoniam qui mãdat.Inſtit.mandati.*
l *l.j.de æſtim.act.*
m *d.l.pupillus.in ſ.de author.tutor.*
n *authen.quibuſcunq; modis.C.de ſacroſ.eccleſ.*
o *Salice.ad d.authen.quibuſcunq; modis.*
p *hic ſub ſ.*

lam,& bona fide poſſet emere conſentiente hærede, ea quæ teſtator vendi mandauerat: † ſubdubitans tamen, num id fieri poſſet, quando pretium 16
in pauperes diſtribuendum eſt, quaſi tunc œconomis eccleſiarum magis, quàm tutoribus ſint comparandi.

L. NON LICET.

SVMMARIA.

1 *Vendens vel locans ex officio publico, ipſe hoc emere vel conducere non poteſt: imò punitur in quadruplum.*

2 *Ex publico officio vẽdẽtes vel lo:ãtes, an id publicè & bona fide emere vel conducere poſſint.*

3 *Militibus interdicta negociatio, & negociatoribus militia.*

4 *Qui in prouincijs officium gerunt, emere non poſſunt, neque ob eam rem principi ſupplicare. quid in vrbe, rectè.*

QVEMADMODVM diximus tutorem ex tutela non emere, neque quenquam ex officio quod gerit vtilitate priuato: ita qnoq; multò minus ex officio publico quod quis gerit, ſi quid vendat, ipſe illud emere non poterit, per ſe aut aliam perſonã ſuppoſitã. Exempli gratia: Cenſoria lege, & à Cenſoribus vel Conſulibus vectigalia publica locantur, ant emolumenta illorum in aliquot annos venduntur: hæc ſi per ſe, vel interpoſitã perſonam conduceret ipſe conſul, in officio ſuo delinqueret, conducens quod ex officio locat, vel emens quod vendit, atq; ita in pnblica commoda peccans. Meritò ergo non tantùm rem amitteret, ſed & in quadruplum
conueniri † poſſet. Quod pertinet etiam ad procuratorem Cæſaris, cui cu 1
ra priuati eius patrimonij eſt commiſſa: qui alio loco [a], procurator priuatæ rationis vocatur. hic vendit res Cæſaris, vbi opus eſt [b]. præeſt locationibus prædiorum, ad quas interdum, ſi ſic vſus poſtulet, quoſdam prohibet
accedere [c]. Sed an hi palam & bona fide emere poſſint? † Non videtur [d], 2
quoniam hic hoc loco in totum & omnino prohibetur: niſi ſpecialiter quibuſdam hoc conceſſum ſit. Conſtat enim quòd non concederetur cuiquã aliter, quàm vt bona fide emat: hoc ergo ſolùm per ſe non ſufficit, vt iure communi liceat ſic emere: alioqui fruſtra precibus impetraretur [e]. Exceptionem autem illam, *Niſi ſpecialiter quibuſdam, &c.* omnino referẽdam pu to ad reſcriptum principis, quo vni alicui deſiderãti quid emptum habere, permittatur emere. Quamuis Accurſius [f] referre maluerit ad conceſsionem à lege factam, aliquo caſu excepto à regula huius reſponſi. Sed profecto lex quam in hoc deſignat [g], nihil huiuſmodi habet: cùm apertiſsimũ ſit alium ibi vendere, alium emere. Vendit fiſcus prædia alicuius paterna, emit ea filius: quamuis officium in ea prouincia gerat: emunt milites, qui nihil ex officio vendunt. Non enim verſatur eorum officium in aliquarum rerum diſtractione: Imò interdicta eſt eis negociatio [h], & negociatoribus
† militia [i]. Nec rectè perpendit Accurſius, cùm obiter hanc interpreta- 3
tionem quam facimus, de ſpeciali conceſsione per principis reſcriptum, damnaret: quòd ea conceſsio iure improbata ſit [k]. Nam verum quidem eſt, quòd qui in prouincijs officium gerunt, non poſſunt principi ob id ſupplicare, neque qnicquam illis valere poſſunt ſacri apices id permitten
tes. † Sed qui in vrbe officia gerunt, ſupplicare & obtinere id poſſunt: Vt 4
ſtrictior ſit in prouincijs, quàm in vrbe prohibitio. Qui enim in vrbe iudicant aut magiſtratum gerunt, quotidie incurrunt in oculos eorũ qui conqueri poſſent, ſi quid perperàm eos facere contingat. Alij in prouincijs abſunt lougius, atque ita ſepoſito iudiciorum timore, facilè ſibi facerent vno reſcripto poteſtatem negociandi latius. Huius autem reſponſi initio nihil diſtinguitur, vbi officium geratur, an in vrbe, an in prouincia: ideoque

a *l. procurator. priuatæ rationis. C. de edendo.*

b *l. j. §. ſi rẽ. de offi. procur. cæſaris. l. cũ vẽdente procuratore meo. C. vbi cauſæ fiſ.*

c *l. 3. de offic. procur. Cæſ.*

d *Fulgoſi. hic.*

e *l. vnica in verb. vt ſuperfluũ ſit hoc precibus impetrare. C. de theſau. lib. 10.*

f *hic in glo. vlt.*

g *l. qui officij. hoc tit.*

h *l. milites. C. de loca. & conduct.*

i *l. vnica. C. negotiat. ne militent.*

k *l. vnica. C. de cõtractib. iu diem, nã verũ quidem eſt quod qui in prouinc.*

ideoq́ue illi generalitati bene conuenit ſubiecta exceptio, de ijs quibus ſpecialiter conceditur hoc principis reſcripto. quamuis ijs ſolis concedi id ſoleat, qui in vrbe officium gerunt.

L. QVI OFFICII.

SVMMARIA.

Qui poteſtatem habent cum ſubditis non rectè contrahunt. Cauſa ex Cicerone relata à Mudæo.

2 Qui adminiſtrationem publicam ſuſcipit, debet mundas ſeruare Deo, legi, & principi manus.

3 Romani veteres exceptionem non emptionem eſſe arbitrati ſunt, ſi à ſubditis prouinciarum præſides emerent.

4 Officium perpetuum in prouincia gerentes rectè ibi contrahunt.

5 Qui conſtituuntur ad libitum principis in aliqua prouincia, pro perpetuis habentur.

6 Domini de parlamento rectè emere poſſunt prædia à ſubditis.

MVltum curæ fuit legislatoribus, vt omnino libera eſſent rerum cómercia, nullaque in eis impreſsionis ſuſpicio. Ideoq́ue nulla ferè iuris parte [a] neglectum eſt illud, ne qui poteſtatem aliquam habent,
1 & munus publicum gerunt, cum ſubditis cótrahant. † Et nouiſsimè [b] quod oportet purè ſumentem adminiſtrationem, præ omnibus alijs, mundas
2 ſeruare Deo, legi, & principi manus: † nullum contingere lucrum, neque captioſum aliquid contra ſubditos facere, negociatione. Cuius conſtitutionis originem & cauſam nemo melius explicet, quàm ipſius Ciceronis verbis, in Verrem [c]. qui quod corraſiſſet omnia ſigna, tabulas pictas, omne argentum, aurum, ebur, gemmas: ad hæc omnia, vna excuſatione vtebatur, quod ea emiſſet. Quæro, inquit, cuiuſmodi tu iudicia Romæ eſſe putares, ſi hoc quenquam conceſſurum putaſti? te in prætura atque imperio, tot res, tam pretioſas omnes, denique quæ alicuius pretij fuerunt, tota ex prouincia coemiſſe videtur maiorum diligentiam, qui nihil iſtiuſmodi ſuſpicabantur, verùm tantum ea quæ paruis in rebus accidere ſolent prouidebant. Neminem, qui cum poteſtate, aut legatione in prouinciam eſſet profectus, tam amentem fore putauerunt, vt emeret argentum, dabatur de publico: vt veſtem, præbebatur enim legibus, mancipium putauerunt, quo & omnes vtimur, & non præbetur à populo. Sanxerunt ne quis emeret mancipium, niſi in demortui locum, ſi quis Romæ eſſet mortuus, imò ſi quis in prouincia: Non enim te domum inſtruere voluerunt in prouincia: ſed illum vſum prouinciæ ſupplere. Quæ fuit cauſa, cur tam diligenter nos
3 in prouincijs ab emptoribus remouerunt? Hæc iudices, quod putabant ereptionem eſſe, non emptionem: † cùm venditori ſuo arbitratu vendere non licebat. in prouincijs intelligebant, ſi is qui cum imperio eſſet, quòd apud quenquam eſſet, emere vellet, idq́; licere, fore, vt quod quiſq; vellet ſiue eſſet venale, ſiue nõ, quãti vellet auferret. & hactenus ille. A regula autẽ huius reſpõſi excepta quædã legimus, quæ verius ad declarationẽ pertinẽt regulæ, quàm quod exceptionũ numero haberi poſſunt. Vt ecce, quod
4 officiũ perpetuũ gerẽtes cũ ſubditis cõtrahere poſſunt [d]. † ne quodãmodo pœnæ addicti putentur, interdicto eis ſemper commercio [e]: conſtitui ſolet inter exceptiones à regula. At verò ea ſpecies non eſt ſub regula, quia non dicuntur, officij cauſa in prouincia agere, niſi qui ad tempus illud gerunt, & ſucceſſore accepto domum redeunt. Qui conſtituuntur ad lu
5 bitum principis, cenſentur perpetui [f], † ſaltem ij qui non ſolent facilè remoueri [g], vt Iuriſperiti in principis conſilium aſſumpti: delatus enim eis honor finem certi temporis, ac locum non habet [h]. Vnde traditur à non-
6 nullis [i], quod domini de parlamento poſſunt emere prædia, † &c. Sed & qui

a l. principalib. l. præſidit. ſi certum petat. l. eos. l. quiſquis. C. eodem tit. ſi cert. petat. l. auferitur. §. quod à præſide. de iure fiſci.

b in §. oportet. in authent. de mandat. princip.

c Verrina ſexta.

d d. l. præſes.

e arg. l. moris. verſic. ſunt & aliæ pœnæ. de pœnis.

f Bart. ad l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de ope. noui. nuncia. Alberic. et Bald. ad l. Iuriſperitos. de excuſat. tuto. Nicola. Boerius, deciſ. 149. prioris partis.

g Alciat. ad d. l. præſidit. paulo poſt princip.

h d. l. Iuriſperitos.

i Guido. pap. quæſt. 195. Bart. quem ſequitur Alciat. ad. d. l. præſidis. arg. l. eos. de ritu nuptiar.

qui in patria officium gerunt, vel excipiendi ſunt: vel verius, ſub regula nõ comprehenſi. nam illi à ſubditis emere poſſunt, vt ſæpius eſt traditum. Gabriel putat quòd non.

L. FVNDVS ILLE.

SVMMARIA.

1 *Hac venditio, fundus ille ſit mihi & Titio emptus, quatenus valeat.*
2 *Si in Titium & ſeruum compromiſſum fuerit, Titius ſolus ſententiam dicere non cogitur.*
3 *Ius accreſcendi vel non decreſcendi in contractibus an locum habeat.*
4 *Stipulatio hac, mihi & Titio decem, differt ab emptione hac, mihi & Titio fundus ſit emptus, &c.*
5 *Mihi & Titio ſi ſit emptus fundus, an Titius ratam habere venditionem poſſit?*
6 *Mihi & Titio ſi emptus ſit fundus, an duo emptores eſſe cenſeantur, an verò vnus.*
7 *Procurator domino ſtipulando non acquirit domino, ſed bene tutor, ſtipulando pupillo.*
8 *Venditor inuitus non debet cum emptore incidere in communionem.*
9 *Si mihi & Titio vendatur certa quantitas vini, olei, aut ſaccari, an Titij perſona pro ſuperuacua habeatur.*
10 *Si venditor hac forma verborum vtatur, ſit tibi et Titio fundus vẽditus, &c. an emptor cogatur plus quàm partem accipere.*
11 *Nullam fieri translationem ex perſona Titij, cui acquirere non poſſum tu me, aduerſus Barth. oſtendit Mudæus.*
12 *Ius accreſcendi in quibus contractibus locum habeat.*

VENDITORI conſentienti dixit emptor: fundus ille eſt mihi & Titio emptus, † hinc quæſtio naſcitur trimembris: An in partem vẽditio valeat: an in totum conſiſtat: an nihil actum ſit. Et eſt in ſingulis partibus, quod probabilem cauſam præbeat ſic opinanti. copula enim, &, non coniungendi tantũ vim: ſed & diſtribuẽdi habet in partes viriles[a], vt videatur perinde eſſe, atque ſi partem ſibi, partem Titio emiſſet: vt ſic quod in Titij parte valere non poteſt, corruat[b]: ſed aliam partẽ non vitiet. Quod verò nulla ex parte valeat, nihilq́ue ſit actum, videri poſſet exemplo arbitrij, à Titio cum ſeruo aliquo (qui arbiter eſſe nequit) ſuſcepti: ſi enim in Titium & ſeruum compromiſerim, hic Titius, quia cum alio recepit arbitrium, ſolus dicere ſententiam non † cogetur[c]. Quæ nunc ſupereſt tertia pars, nõ erit magnopere probabili aliqua ratione iuuãda. nã eam Iuriſconſultus pro vera eſt amplexus. Quæ tamen dubitatione nõ caret, nã cùm ſuperuacuam & inutilem adiectionem Titij eſſe dicamus, ſufficere videbatur, quòd ea adiectio aliam partem, quam vtiliter ſibi emit emptor, non vitiaret: etiam ſi non eo amplius id, quod vtile eſt, ex inutili foueretur, & incrementum reciperet. vti nunc euenire videtur: nam ſi Titij adiectio nõ fuiſſet inutilis, emptor ipſe ſolam partem, & aliam Titius haberet emptã. cur ergo nunc totus fundus cenſetur ei ſoli emptus, propterea quòd Titij adiectio ſit inutilis. At certè non emit hic emptor partem fundi ſibi, & aliam Titio: ſed totum fundum coniunctim ſibi & Titio. Cùm ergo totum retinet fundum, vt ſibi emptum, non amplius retinet, quàm quod emit. & hoc forma verborum patitur[d], vt ſic quodammodo verius dixeris hic eſſe ius non decreſcendi, quàm accreſcẽdi. cui & in contractibus locus † eſt[e]. atque adeò in ſtipulationibus ſtrictiſsimè concluſis. ſi quis ſcilicet bis, facta mentione quantitatis, ſibi decem, & Titio decem dari ſtipuletur[f], quamnis eadem decem in vtriuſq; perſona intelligantur[g]. Et hæc ipſa, ſi bene expendatur, ratio Iuriſconſultum hic mouet, cur inclinaret in hanc partem, quòd diceret, totius fundi portionem ad ementem pertinere: quia perſona Titij ſuperuacua adiecta cenſetur: hoc eſt, prorſus inutiliter, ita vt nihil operetur, neque ſcilicet ibi dat effectum rei propoſitæ, neque vitiet, aut ex ea imminuat quicquam. Sic & impoſsibilis conditio in legatis ſuperuacua, & nullius momenti eſt[h]. in cõtractibus verò non eſt ſuperuacua: ſed hoc operatur, vt ex ea intelligi poſſet, contrahentes nihil agere voluiſſe,

Marginal numbers: 1 (beside "tio emptus, † hinc quæſtio…"), 2 (beside "bitrium, ſolus dicere…"), 3 (beside "ius non decreſcendi…").

a *l. reos. §. cum in tabulis. de duobus reis.*
b *arg. l. ſi mihi & Titio. de verbor. oblig.*
c *l. Pedius. §. Iulia. de recept. arbit.*
d *Fulg. hic. in princip. arg. l. coniunctim. & l. re cõiuncti. de legat. 3.*
e *l. propri. commu. prædio.*
f *Paul. Caſtrenſ. ad l. ſi mihi & Titio. de verbo. obligat. in princip.*
g *l. ſtipulat. iſta. §. cũ quis de verbor. oblig.*
h *l. 3. de conditionib. & demonſtrat.*

voluiſſe, vt qui contraxerunt appoſita cõditione, quam ſciuerunt impoſſibilem [a]. In ſtipulatione autem ſimili modo concepta, vt ſi quis ſibi & Titio decem ſtipuletur, perſona Titij non haberetur omninò ſuperuacua,
4 † aliquid enim operatur, cum diuidat vim & effectum ſtipulationis relatæ ad duos [b]. hic verò, neq; diuidit, neq; inutile quicquam facit, ideoq; ſuperuacua eſt. Quam rationẽ tanquam generaliorem maluit Iuriſconſultus adferre, alio etiam loco [c]: vbi etiam ſpecialiorem, ex natura rei ſubiectæ, adducere potuiſſet: nimirum in materia indiuiſibilis ſeruitutis, à vẽditore fundi, exceptæ ſibi & vicino. Expenduntur [d] etiam ad aliud hæc verba, quòd Titij perſona ſuperuacua ſit, in hoc ſcilicet, quòd Titius eam emptionem, ſe abſente & ignorante (vt hic præſupponitur) contractam non
5 poſſit habere ratam [e]. † Cùm enim emptor ad Titium verba retulerit, & in eius perſona cõceperit, videtur nõ procuratoris, ſed nuncij officio quo ad eum functus, nõ præcedente mandato: quo fit, vt deficiat ſubſtantia cõtractus, qui conſtare deberet ex Titij, & non nuncij eius loquentis, conſenſu [f]. Qui ſanè defectus rei ſubſtantialis maior eſt, quàm vt vlla ſubſequente ratihabitione confirmari poſſit [g]. Sed & hoc diligenter tenendum
6 eſt, quod hic non emit quis cum Titio, & duo ſint emptores: † ſicut cũ Titius arbitrium ſuſcipit cum ſeruo, æquè in duos eſt compromiſſum, & duo electi ſunt arbitri [h]: ſed emit ſolus, licet non ſibi ſoli, ſed & Titio. cum tamen hoc facere nequiuerit, iure id prohibente, ne quis alteri ex ſuo cõtractu acquirat [i]. excepto in primis mutuo [k]. Et quod vtilitatis gratia receptum ſit, vt tutor pupillo [l], curator adoleſcenti, aut furioſo, cuius curá gerit, & actor municipio actione acquirere directo poſſit ſtipulando nominatim, aut contrahendo in eorum perſonis. ſed non ſic procurator
7 domino [m]. † Imò in his tam ſcrupuloſi ac penè moroſi fuerunt veteres; vt traderent, nec pactum de non petendo, quamuis ad liberationem tẽdat, fauorabilem alteri, apertis verbis fieri aut concipi [n] poſſe. Qua ratione etiam fit, vt ſi quis emiſſet, non ſibi, ſed ſoli Titio, nihil valeret quod actum eſt: & empti actionem nec illi, nec ſibi quæſiſſe: dum ſibi non vult, & illi non poteſt [o]. Itaque cùm hæc ratio ex iuris prohibitione, vt hic innuitur, deſumpta ipſi Iuriſconſulto adeò placuerit, vt eius reſponſo aſſcripta ſit: meritò nulla alia quæri à doctoribus debebat melior. maximè cùm non ſolum rei propoſitæ melius conueniat: verùm etiam latius pateat, quàm alia à doctoribus plerunque adducta. videlicet, ne ſi dicamus hic in parte tantum valere emptionem, venditor inuitus in communionem rei ſuæ cum
8 alio incidat: † & fundum, quem ſe totum vendere putabat, habeat cum emptore communem. huius enim rationis ſic deſumptæ ex communione euitanda, quamuis alicubi etiam, quoad ea quæ nõ multum diſsimilia ſunt, magna vis ſit: huic tamen rei, quam nunc tractamus, minimè ſufficere poteſt. Nam ſi ſoli Titio emiſſem: nulla hic venditori metuenda eſſet cõmunio rei ſuæ cũ Titio: & nihil tamen actum intelligeretur. Quis ergo dubitet, eandem eſſe rationem totius & partis: hoc eſt, qua ratione nihil intelligitur actum, ſi ſoli Titio emerim, eadem quoque nihil actum ſit, quoad partem: ſi mihi & Titio emerim. Sed etſi fortè mihi & Titio certam quantitatem olei, vini, aut ſimilium rerum, quæ functionem recipiunt in ſuo
9 genere emero, hic tam commodè res empta diuiſionem reciperet, † quòd neceſſe non eſſet in vllam communionem incidere [q]: & hic tamen non ſcinderetur emptio, ſed tota quantitas vini aut olei mihi ſoli eſſet empta, nimirum ex ratione Iuriſconſulti aſſcripta. Cùm æquè, hoc caſu, vt fundo empto. Titij perſona ſit habenda pro ſuperuacua. nihil enim ex hoc

mutas

a l. non ſolum. in fin. de actionib. & obligation.
b d. l. ſi mihi & Titio. l. vl ti. C. de inutilib. ſtipulat.
c In d. l. proprium.
d à Bald. hic.
e Alberic. hic.
f L. 1. in fin hoc tit.
g Bald. Paul. Caſtr. ad l. multum. C. ſi quis ſibi vel alteri.
h d. l. Pedius. §. Iulian. de recept. arbitr.
i Fulgo. ad d. l. proprium. ex l. ea quæ ſibi liber. de acquirendo rerũ domin.
k l. certi cõdictio. §. ſi nos. ſi certũ petat. l. ſi abſcẽ. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. per quas perſonas.
l l. quoties. in fin. princip. de adminiſtrat. tutor.
m l. eum qui. §. Iulian. lib. 11. digeſt. ſcribit procurat. cũ §. ſeq. de cõſtit. pecun.
n l. ſi tibi decem. §. ſi pact9 ſum. l. & heredi. §. nos autem. verſic. certum. de pact.
o d. l. multum. verſic. ſi verò ab initio.
p l. tutor. §. 2. de minorib. l. ſi ſortem. §. ſi centũ. de condict. indeb. l. ſi quis aliam. de ſolutio. l. Iulian. §. idem. Celſus verſic. quòd ſi tibi totus fundus. de actionib. empti.
q d. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. verſic. idem Marcellus ait.

mutat natura rei venditæ:cùm generaliter ſit ſtatutum,quòd ex meo contractu alij non poſſim actionem quærere [a]. Denique, ſi non emptor ſibi Titium in emendo coniunxiſſet, ſed ea coniunctio originem accepiſſet à venditore, qui aliquando,fortaſsis à Titio interpellatus, vt partem fundi emere poſſet,ac ſciens Titio expedire, vt partem habeat emptam,ipſe eũ emptori coniunxerit, dixeritque, ſit fundus iſte venditus tibi & Titio.
10 † Hic æquitas requirere videretur hoc potius, quod venditor mecum in communione ſit,loco Titij, nolentis partem: quàm vt ego ſolus, totius fundi emptione onerer: præſertim ſi venditor praſciuerit me non niſi partem fuiſſe empturum.neque hic ei parcendum videtur, quo minus incidat in communionem loco Titij mecum,cuius ipſe negotiũ gerere voluit:attamen & in hac ſpecie (quamuis aliqui dubitent [b]) ex generali ratione Iuriſconſulti, quo ſcilicet Titij perſona ſuperuacua ſit,ſic vt ei emere non potuerit, eadem manebit deciſio. Quid ergo ſi qua lex emptioni in Titij perſona ſit dicta, quæ non in emptoris, an portio Titij cum ea ipſa qualitate ad emptorem transferetur. Exempli gratia,ſi ſic dixerit emptor,fundus ille mihi & Titio,ſi partem pretij intra menſem ſoluerit,ſit emptus,vel ſi, in eius perſona purè concepta forma emptionis, addatur pactum legis commiſſoriæ,vel addictionis in diem.Et quidem ſic videri poſset, eandem conditionem aut legem,in dimidia parte, Titio mâlè aſcripta.transferri ad ementem [c]. Sed ex iam dictis contrarium verius videtur: cùm enim Titij perſona ſuperuacua hic ſit, corruente in totum principali, nulla lex acceſſoria, quæ in eius perſona aſſcripta eſt, valere poteſt.Neque hic transfertur vlla portio emptionis, aut rei emptæ à Titio in emptorem, ſed circumſcripta perſona Titij, atque omninò deleta eius mentione, quaſi nulla habita fuiſſet, mox ab initio totius fundi emptio,in perſona ſolius emptoris conſiſtit.vt ſic fruſtra hic quæras,num debeat translatio rei fieri cum ſuis qualitatibus. † Neque exiſtimare oportebit, quòd quicquid alij certa lege ex quocunque meo contractu acquirere intendo, id ſi ipſe nolit ſibi acquiſitum eſſe, transferri in me,& mihi ſub eadem conditione aut lege cenſeri quæſitum(vt generaliter Barthol.voluiſſe videtur [d])ſed in paucis tantum contractibus vt in mutuo [e],atque ita, vbi firmum eſt,quod in alterius perſona agitur, & ad alium deinde transfertur,ibi translatio fiet,cum eadem qualitate,etiam in vltimis voluntatibus [f], vtputa qui,præterito filio, hæredem inſtituit extraneum,& poſt illius mortem, legat Sempronio, filius præteritus inſtitutionem rumpens, ipſe hæres fit, præſtatque legata [g]: & hoc quod Sempronio legatum eſt, non poſt ſuam, licet ipſe hæres fiat, ſed poſt hæredis inſtituti mortem præſtabit [h]. In eo quoque Iuriſconſulti reſponſo [i], quo Bartholus motus videtur, vt generalius diceret, de quocunque contractu alij facto, hoc perpendendum eſt, quòd non agat ibi venditor vt alij, ex ſuo contractu, acquirat actionem, aut ſeruitutem: ſed vt eam quam putabat acquiſitam olim,ei conſeruet: ne de euictione teneatur.Poſtremò, ſi de iure accreſcendi in contractibus quæras, certum eſt id nullum eſſe,paucisſimis caſibus exceptis, † vtpote vſufructu [k], donatione cauſa mortis [l], quæ ab Imperatore inter viuos fit [m],& quam mater,ante annum luctus nubens, facit liberis prioris matrimonij, vt pœnas iuris euitet [n].

(The line "† Neque exiſtimare oportebit" bears the margin number 11; the line "eſſe,paucisſimis caſibus exceptis, † vtpote vſufructu" bears 12.)

a d. verſic. ſi verò in d.l. multum.
b Fulgo. hic.
c arg. legis fundũ. & quæ ibi habet. Barthol. de actionib. empt.
d ad d.l. fundum. de act. empt.
e d.l. ſi abſentis. & l.2. C. per quas perſonas.
f Bart. & Fulgo. ad d.l. fundum.
g authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.
h l. peculium. §. Titio. de legat.2. & Bald. ad d.l. multum.
i d.l. fundum. de act. emp.
k toto tit. de vſufruct. accreſcendo.
l l. vnica. in fin. C. de caducis tollend.
m l. vnica. C. ſi liberalitatis imperatoris ſoci⁹ deceſſerit. lib.10.
n l. ſi qua mulier. §. quam quidem. C. ad Tertullia. & Alciat. ad l. re coniuncti. nu.51. de legat.3. & ibi plura Alexand.

SEPTI-

SEPTIMVM ET VLTIMVM CAPVT, DE Implemento horum contractuum.

SVMMARIVM.

1 De implemento contractus emptionis & venditionis, magis tractari ſub tit. de act. empt. quàm hoc tit.

AB hoc capite, quod eſt de implemento contractus, ad quod plerunque iudicio cõtendi ſolet aduerſus eos, qui non ſponte adimplent quod promiſerunt, commodiſsima tranſitio erit ad ſequentem titulum, de actionibus empti & venditi: cuius hic nunc initium conſtituere licebit. Sed nunc ea tantum tractabimus, ad quæ nos vocant reſponſa huius tituli: quæ ſanè de pretio quod ab emptore ſoluendum eſt, hic admodum pauca ſunt [a]. & de traditione rei, quæ venditori incumbit, ſimiliter pauca [b], quorum etiam nullum eſt, quod directò hoc habet propoſitũ, ad quid venditor teneatur, quod ſequenti titulo ex profeſſo traditur [c], ſed præſuppoſito eo, quòd tradere rem venditam debeat, vlterius deciditur vno loco, quomodo ea traditio fiat, & alijs ferè omnibus, quid ex traditione reſultet, an dominij tranſlatio, an vſucapio.

a l. fiſtulas. §. qui fun. d. l. quod vendidi. l. vt res emptoris.
b d. l. fiſtulas. §. fundum.
c l. ſi ita diſtrahatur. §. qui vendidit. d. l. quod vendidit. l. cum manu fat. §. nemo. l. clauibus. l. Iulia. §. cum qui.
d l. 1. & 2. & 3. & alijs mult. de act. empt.

L. FISTVLAS. §. FVNDVM.

SVMMARIA.

1 Alienatio fundi à traditione æſtimatur, nõ à venditione celebrata.
2 Tutor qui à parente pupilli fundum emit, an ſibi ipſi tradere illum poſsit, & an decreto ſit opus.
3 Si pupillus tenebatur reuendere fundum ex pacto cũ patre inito, an opus ſit decreto.
4 Ex interuallo de reſtitutione prædij pupilli poſt acquiſitionẽ ſcilicet ſine decreto non poteſt cõueniri.

SI quis fundum emerit à patre pupilli, cuius ipſe tutelam gerit, non eſt quod mox de actiõe quæramus, qua venditoris hæres tradere emptori, eidemque tutori ſuo compellatur. Sed de illo in primis dubitari poteſt, quo modo obligationi ſatis fieri queat, etiam vt maximè vterque velit, dubitationem facit, quòd in ipſa traditione fundi venditi, propriè conſiſtat
1 alienatio: † ante enim venditus quidem fundus: ſed nondum alienatus dicetur [e]. alienatio autem immobilium rerum pupillis & minoribus interdicta eſt, niſi decretum prætoris acceſſerit [f], & autoritas tutoris: qui in rem ſuam autor fieri nõ poteſt. [g] Vt interim hoc omittamus, quod qui creditor aut debitor eſt pupilli, tutor eius fieri non poſsit. [h] Sed his omnibus hoc
2 loco neglectis, tam expedita erit liberatio pupilli †, vt ea fiat ipſo tutore quodammodo ſibi ſoluente, & fundum emptum ſibi tradente, ſic ſcilicet, vt pupillus & familia eius diſcedat de fundo. Sed nondum hoc ſatis eſt [i], ſed oportet, vt tunc demum ipſe tutor ingrediatur in vacuam poſſeſsionem, quemadmodum ſi ex alia qualibet cauſa, pater pupilli obligatus fuerit ei, quem dedit ſuis liberis tutorem, hic ſibi ex pecunia pupilli quod debetur ipſe ſoluet [k]. Neque hic vllo prætoris decreto eſt opus, ad ſolam executionem obligationis per patrem contractæ: quæ vel inuitum pupillum, æquè vt alium quemlibet debitoris hæredem aſtringit neceſsitate ſoluendi. Imò etiam vbi non tam longè proceſſum eſt in negotio, viuo adhuc patre pupilli, neque cum eo id actum, vt ipſe vendiderit: ſed emens fortè promiſit reuendere venditori: hic iam vtrunque, & venditio, & traditio, ſine
3 decreto, ab hærede eius minore, fieri poterit: † nec erit neceſſaria autoritas prætoris, vt conſulatur ſollicitudini tutorum aut curatorum, vbi patris paretur voluntati [l]. Quin etiam, vbi nullum viuo patre, & cum eo iactum eſt initium, aut fundamentum obligationis, ſed ab ipſo pupillo, eiuſq; tutoribus

e l. aliena. de verbor. ſign.
f toto tit. de rebus eorum qui ſub tutela & cura ſunt.
g l. pupill. de autor. tutor.
h in authent. at qui obligatas ſe habere perhibẽt res minor.
i l. cũ quis. de dolo malo.
k l. quoties. §. ſicut autem. de adminiſtrat. tutor.
l l. 1. C. quãdo decreto opus non eſt. & l. vlt. de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt.

toribus res tota ſuum habet initium: vtputa ſi pupillus cum tutore emerit prædium, ea lege, vt venditori facultas ſit retrahendi illud eodem pretio, adhuc videtur, quòd ſine decreto prætoris peragi hoc poterit, vt legi acquiſitionis ab initio dictæ, pupillus omninò pareat[a], quamuis ex interuallo poſt acquiſitionē prædij, nō poſſet de reſolutione illius ac rei reſtitutione cōuenire, abſque decreto[b]. † Sed vrget nō parum in contrariū, reſponſum 4 Iuriſcōſulti[c], quo non permittit, ſummo iure, pignus ſic conſtitui, ſi pupillus rem emat ea lege, vt donec pretiū ſoluerit vēditori, ſit obligata pignori. quamuis & hic cū dominio pignus quæſitū eſſe, & ab initio obligationi inhæſiſſe videatur, quamuis hoc pactum videatur lege iuuari, quæ rem venditam, velut pignori obligatā facit vēditori, donec pretiū ſoluatur[d]. Alij[e] aliter hoc extricare nituntur. Mihi videtur, quòd Vlpianus ibi cōſiderauerit ordinē quendā neceſſariū dominij acquirēdi, & pignoris conſtituendi, ait enim: *Nā vbi dominiū quæſitū eſt minori, cœpit nō poſſe obligari.* Et ſanè quantumuis videatur vno cōtextu totū negotiū peragi, & pignoris conſtitutio obligationi empti & venditi inhærere (quæ res Paulū mouit[f], vt Vlpiani ſententiā videretur impugnare) res tamē ipſa poſtulat hic ordinē aliquem, quem ſaltem intellectu concipimus. Nā dum res adhuc verè venditoris eſt, non poteſt, propriè loquendo, ei pignori obligata eſſe ex conuentione[g], quāuis retineri poſſet, quaſi pignoris iure, ne tradatur emptori, antequam pretiū ſoluerit[h]. Neq; poteſt emptor minor annis rē illam pignori obligare, antequam ſua facta ſit[i]; ſimulatq; autem eius eſt facta; deſijt poſſe obligari abſq; decreto. Itaq; ſummo iure, in acquirēdo dominio minori, & cōſtituēdo ab eo pignore in re empta, quātumlibet hæc cōiuncta videatur, aliquo tamen ſemper ordine ea fieri intelligūtur: vt intelligas quid prius, et quid poſterius ſit; & ex priore poſterius de iure cēſeatur impoſſibile. Sed in eo, quod nunc tractamus, neque ordo aliquis eſt ex interuallo tēporis: fiunt enim ſimul, neq; res ipſæ ſui natura aliquē ordinē neceſſario deſiderant, nihil enim prohibet, quin eo ipſo momēto, quo prædiū titulo emptionis acquiritur pupillo, aut minori: intelligatur hic acquiſitū vt reuēdi debeat, & iuri retractus ſubijciatur.

a arg. l. contra. §. ſi filio fa mil. cū l. ſeq. de pact. & ibi Ang. & Iaſo. argu. l. apud Celſ. §. in hac exceptio. de dol. mal. & met. excep. l. ferunt. C. de pac.
b l. ſi ad reſoluen. & ibi Accurſ. C. de præd. & alijs reb. minor.
c in l. 1. in fi. cū l. 2. de reb. eorū qui ſub tutela, vel cura ſunt.
d l. Iulian. §. offerri. de action. empti.
e Raph. Cuman. eod. loco.
f in l. 2.
g l. neque pignus. de reg. iur.
h d. §. offerri.
i l. rem alienam. de pignoract. & tot. tit. ſi res aliena pig. data ſit.

§. QVI FVNDVM. HVIVS L. FISTVLAS.

SVMMARIA.

1 *Fundum vendidit quis emptori qui ante traditionem decedit, duobus relictis hæredibus: an ſingulis pro parte competat actio.*
2 *Ablatiui, ſoluta pecunia, conditionem in cōtractu faciunt.*
3 *Conditio diuiſionem impedit.*
4 *Venditor pignoris loco rem tenet, donec ei pretium ſoluatur.*
5 *Particularis ſolutio inuito creditore admittitur, ſecundum Alciat. ſententiam.*
6 *Ex duobus hæredib. quorū alter paratus eſt ſoluere pretiū fundi, alter non, quomodo parato conſulatur.*
7 *Quomodo quædam conſequamur actione fam. erciſc. quæ non actione negot. geſto.*

FVNDVM aliquis ea lege emit, vt, ſoluta pecunia, traderetur ei poſſeſſio: decedit, re adhuc integra, duobus relictis hæredibus: an vtriq; horum ſeorſum ſuæ partis actio aduerſus venditorē ſit danda, † pretij parte, quæ eū reſpicit, ſoluta. Et quid ni, inquies, cùm lex duodecim tabularū obligationes actiuè & paſſiuè inter hæredes diuidat[k]: & obligatio quantitatis omni modo diuidi poſſet, recipiatq; partiū præſtationem[l], tunc neceſſariā, cū duobus ſimul ab initio vēditio facta eſt, aut faciēda[m]. Sed aliud hic Iuriſcōſulto eſt viſum: quod videlicet ita cōtractū æs alienū, diuidi non poſſit. An igitur forma cōuentionis in cauſa erit, cur nō diuidatur obligatio, aut actio? Certè iuuat ad cauſam. nō enim ociosum videri debet, quod hic I.C. formam eam conſiderauerit primum cùm diceret: *Ea lege emerat*, ac deinde paulò poſt: *ita contractum æs alienum*: ea enim conuentio cōtinet conditio-

k l. 2. C. de hereditar. act.
l l. 2. §. & harū. de verbo. obligat.
m l. vxorem. §. agri plagā. de legat. 3.

2 cõditionem † (ablatiuis ſcilicet illis, *ſoluta pecunia*) in eá reſolutis [a]. quam-
uis nõ ipſi cõtractui, neq; directo obligationi, ſed illius potius executio-
3 ni, hoc eſt, traditioni appoſitá [b]. Cõditio aũt diuiſioni obſtat, † neq; patitur
vt effectus eius rei, cui apponitur, ſcindatur. Sed etſi nõ ea forma, neq; ea
legẽ expreſſa vẽditio facta eſſet vni, cui duo ſucceſsiſſent, adhuc idẽ di-
cendũ eſſet [d], quia vẽditor pignoris loco rem retinet, quoad emptor pre-
4 tium ſoluat [e], † pignoris autẽ natura eſt, vt nõ niſi toto debito perſoluto,
laxetur, aut reddatur [f]. Et hæ ſunt duæ præcipuæ exceptiones, quas Alcia
tus [g] fecit à regula, quam ipſe paradoxicè conſtituit: quòd particularis ſo-
5 lutio, vel inuito creditore admitti debeat, † quæ hic in vnum concurrunt:
Ideoq; hic Fulgoſius cenſuit, quòd expreſſio legis, aut conditionis hic ap
poſitæ in contrahendo parũ aut nihil operetur: cùm æquè inſit tacitè [h]: ac
quod potius cuiuſdam admonitionis emptori factæ, quàm veræ condi-
tionis vim habeat [i]. Diſsimilis tamen eſt cauſa, cum duobus eadem res
ab initio eſt vẽdita [k]: & non ex accidenti, quod cum vno ſolo contractum
eſt, ſcindendum venit [l]. Quomodo ergo vni hæredum emptoris conſule-
tur, altero partẽ pretij, quæ eum reſpicit, nolente ſoluere, nec curãte rem
6 emptam ſibi tradi. † Profectò nihil inueniet expeditius, quàm vt ipſe om-
ne pretiũ venditori perſoluat: ac deinde à cohærede partem repetat, nõ
quidem negotiorum geſtorum iudicio: nam nullum hic eius meritum eſt
erga cohæredem ex ſpõtanea geſtione: ſed familiæ Erciſcundæ: eò quòd
pro ſua ſolius parte obligationẽ diſſoluere, & ſic emptionis à defuncto cõ
tractæ emolumentũ pro ſua parte conſequi nequiuerit: nam quæ ſic neceſ
ſariò integrè, & non pro ſola cuiuſque hæredum parte geruntur, pertinent
7 ad iudicium † familiæ Erciſcundæ, non negotiorum geſtorum [m].

a l. à teſtatore. de cõdition. & demonſtrat.
b Bald. hic. & Fulgo.
c l. cum fundus legatus eſt. de condi. & demonſtra. l. 3. §. vlt. de verb. oblig.
d l. quod ſi nolit. §. Marcelli. & §. idem Marcell. de edilit. edict.
e d. l. Iulian. §. offerri.
f l. qui pignori. de pignor. l. ſi pignor. verſic. cõtra. famil. Erciſc.
g ad l. quædam æſtimatio-cunt. ſi cert. petat. ſub fi.
h arg. l. non rectè. in fi. C. de fideiuſſorib.
i vt in l. muto. §. n. verſic. hanc autem adiectionẽ. de tutelis.
k d. §. agri plagam.
l d. l. cui fundus. de con. & demonſtr.
m l. heredes. §. ſi vnus ex cohered. verſic. et omnino. famil. Erciſ. l. ſi quis putás. §. ſine aũt locando cõmuni diuidundo. l. 3. C. de negot. geſt.

L. SI ITA DISTRAHATVR.

§. QVI VENDIDIT.

SVMMARIA.

1 *Qui fundum ſtipulatur, intelligit dominiũ fundi.*
2 *Emptor qui à venditore ſtipulatur fundum dari, non cenſetur venditor ad dominium ſeſe obligaſſe hoc ipſo.*
3 *Stipulationum vis intelligenda eſt ſecundum naturam negotiorum ſuper quibus interponuntur.*
4 *Coniuncta duorum ſtipulatio, non eſt debilior ſimplici, aut alterius ſolius.*

QVI fundum ſtipulanti ſimpliciter promiſit, nec addidit tradi, aliud-
que ſimile [a], vtputa, ſic ſtipulanti, promittis fundum, intelligitur pro-
1 miſiſſe † dare illum [b]: atque ita accipientis facere [c]: non ſic verò qui fun-
dum vendidit, hic enim ſatisfacit, ſi vacuam illius poſſeſsionem tradat:
quam alius iure auocare non poſſet [d]: quod non nudum factũ, ſed cauſam
bonorum continet [e]. Sed etſi eò amplius emptor à venditore adhuc ſtipu-
letur dari quoque rem, nondum tamen intelligetur venditor promiſiſſe,
2 quod accipientis eam faciet. † Quia non eſt veriſimile, plus vendito-
rem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare cogeretur [f]. Quid ergo ſi
emptor à venditore hoc ſolum ſtipuletur, dari rem, & nõ coniunctim dari
eam, vacuamq; poſſeſsionem tradi. Accurſius iam putat [g], de translatione
dominij actum cenſeri: ſed alij [h], quod nec ſic quidem intelligatur vẽditor
promiſiſſe translationem dominij in emptorem. Et rectè tum ex regula
peruulgata, quòd ſtipulationum verba vis & poteſtas accipi debeat, & in-
3 telligi ſecundum naturam negotiorum, ſuper quibus † interponuntur [i]:
tum etiam quod coniuncta duorum ſtipulatio, ſcilicet rem dari, va-
cuamq; poſſeſsionem tradi, non debeat eſſe debilior, quàm alterius ſolius,
videlicet, rem dari. Prior autem illa, & coniuncta, traditionem tantùm

a l. ſi rem tradi. de verbo. obligat.
b Bald. hic & Fulgo.
c l. vbi autem non apparet. §. vlt. de verbor. obl.
d l. 3. de act. emp.
e l. in cõuentionalib. §. vlt. de verbor. oblig.
f l. ſi ſtipulatus. verſic. vitium ſi emptor. de vſur.
g ad d. l. ſi ſtipulatus. in gloſſ. verbi ſtipulatus.
h Fulgoſ. ibi.
i d. l. ſi ſtipulatus. l. ſi vno. l. ſi lege. locati. Iaſ. ad l. 3. in 1. nota C. de tranſact. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. vt legator. nom.

importat:non tranſlationē dominij,ergo & hæc poſterior,ſecundum naturam contractus,ſuper quo interponitur,ſic erit interpretanda,vt non ſit
coniuncta duorum promiſsione potentior.† 4

L. QVOD VENDIDI. L. VT RES EMPTORIS.

SVMMARIA.

1 *Traditione rei acquiritur vſucapiendi conditio, ſi non ſit dominus venditor.*
2 *Dominiū nō transfertur in emptorem, niſi pretium ſoluerit emptor, uns aliàs ſatisfecerit.*
3 *Pretium omne ſolutum eſſe debet, vt traditione res fiat emptoris.*
4 *Satisfactum intelligitur vēditori pignoribus, fideiuſſorib. vel expromiſſore dato.*
5 *Satisfacere aliud eſt quàm ſoluere, etiam in cōuentionibus alijs.*
6 *Fides de pretio habetur ex quacunque dilatione emptori data.*
7 *An ſola traditione rei cenſeatur fides de pretio haberi.*
8 *Fidem de pretio nemo habere cogitur: & quidam etiam non poſſunt.*
9 *Magni refert fides habita fuerit de pretio, an non, cùm rem traderet venditor.*
10 *In alijs contractibus, an dominium tranſeat, antequam ex altera parte adimpleatur.*
11 *In permutatione ſtatim à traditione trāsfertur dominiū, non in emptione, & quæ ſit ratio.*

NVNC quid traditionem à venditore factam ſequatur:& quis ex ea reſultet effectus,videamus.Et quidē ſi venditor rei dominus nō ſit, vſu
capiēdi cōditio bonæ fidei emptori,mox à traditiōe acquiritur: †nondū ſo 1
luto pretio,nec de eo ſatisfacto venditori [a]. At ſi dn̄s fuerit venditor, non
erit tranſlatum dominium, niſi pretio ſoluto, vel ſi eo nomine ſatisfactum
ſit vēditori,aut is fidē emptori de pretio habuerit.†Imò interdū nec ſic ac- 2
quiritur dominiū,ſi de pretio ſatiſfactū ſit vēditori, vbi.ſ. nō eſt , cui dicas
acquiſitū,niſi cùm id demōſtrauerit ſubſequens ſolutio pretij [b].Et pretium
quidē omne perſolutū eſſe debet, † vt nihil ex illo deſit [c],niſi forte per er- 3
rorē calculi [d].Quare meritò Accurſ. exēplo primū adducto,ad illud reſpō
ſum Iuriſconſulti,quo deciditur,quòd res bona fide vendita, nō debeat in
minimā cauſam inempta fieri:de pacto addictionis in diem,vt ſi pretiū non
ſolueretur, res fieret inempta:quod inquam illi pacto non eſſet locus, ob
minimam partem pretij non ſolutam:ſtatim,velut pœnitens eius exempli,
confugit ad aliud,quòd videlicet ob exiguam inæqualitatē veri pretij rei
vēditæ,à conuento pretio,& decepto in aliqua parte emptore,non debet
venditio retractari.Satisfactum verò intelligitur venditori pignoribus fi-
deiuſſoribus,vel ex promiſſore dato.† Quæ quidem eius verbi ſignificatio 4
multo laxior quàm ſolutionis [f],etiam in conuentionibus hominū tenen-
da & ſequenda videtur [g],†quamuis in his, eo verbo magis videatur ſignifi 5
cari ſolutio naturalis [h].Fides de pretio habetur,quando indulta eſt empto
ri dilatio aliqua pretium ſoluendi,ſiue longa,ſiue breuis,† vnius fortè diei 6
aut horæ:nam temporis ratio nihil in hoc variat [i].Et hoc caſu vſque adeò
permiſſum non erit venditori,ob non ſolutū pretium,differre traditionem
rei:vt etiam tempus ſoluendi pretij,quod conceſſum eſt, nō capiat initiū
niſi à traditione facta [k].Sed an ſola & ſimplici traditione rei intelligatur
haberi fides de pretio?Accurſius [l] ita exiſtimat, & communiùs ſequuntur
Doctores [m].Sed ſunt qui hoc improbent [n].Legimus enim [o], quòd venditum eſt & traditum,non aliter fieri accipientis, quàm ſi pretium ſolutum,
de eo ſatisfactum,aut fides ſit habita.Sola igitur traditio non efficit , vt in
dubio cenſeri debeat,fidē eſſe habitā de pretio: alioqui eam regulā in illa
parte,quæ eſt de fide habita,haberemus in aliā , & quidē contrariā formā
cōuerſam,in hāc ſcilicet: Quod vēditur & traditur,ſtatim fieri accipiētis,
niſi fides de pretio habita non ſit.Nec à regula negatiua,traditione nō fieri accipientis,exceptio eſſet facta,de fide habita:ſed potius è diuerſo,ab affirmatiua regula exceptio eſſet facta,cùm fides non eſt habita. Quare, vt
fides de pretio habita dicatur,verius videtur requiri,quod expreſſe vel ta-
citè,

a *l. de pretio. de pub. in rem act.*
b *l. ſed et ſi quis. §. interdum. & ibi Fulgo. de vſufruct. l. ſeruus. §. cum ſeruus. de acquir. rer. do.*
c *l. Iulia. §. offerri. de act. empti. Iaſo. ad auth. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. l. 2. C. debitorē vēditorem pignor. impedire non poſſe.*
d *l. quamuis. de condi. & demonſtr.*
e *in l. res bona fid. hoc tit.*
f *l ſolutam pecuniam. de ſolutionib. iuncta hac l. vt res. & l. 1. qui ſatiſdare cogant.*
g *argu. legis promiſſor Stichi. §. vlt. de cōſt. pecun.*
h *Alciat. ad l. cui præcip. verſic. perſequi. de verb. ſignifi.*
i *Salic. ad l. inciuile. C. de rei vendic.*
k *l. ſali. in princip. de iure dotium. Bart. Bald. Cumnu. Ang. Caſtrenſ. & Iaſ. ad l. ſi cui legatur. de legat. 1.*
l *hic & ad §. vendit. Inſti. de rer. diui.*
m *Caſtren. ad l. procurabis. §. ſed etſi dedi. de tribu tor. act.*
n *Fulgoſ. ad l. inciuile. C. de rei vendic.*
o *hic in l. quod vendidi. et in d. §. vendita.*

citè, id quod ex circūſtantia facti apparebat [a], indultá ſit aliqua ſoluēdi dilatio. Fidē aūt de pretio, vt id obiter addā, nemo habere cogitur, & minimè
quidā ille, qui vēdere alij cogitur, vt partē cōmunis ſerui manumiſsiōis gra
8 tia [b]. & alijs quibuſdā caſibus [c]. Et quidā etiam nō † poſſunt [d], vt procurator fiſci, tutores, curatores, œconomi, qui adminiſtrāt res eccleſiarū, & qui exequuntur iudicatū: hi enim, nō niſi præſente aliqua neceſsitate vrgēte vendūt: cui mox ſuccurrendū ſit [e], & cui mandatū eſt, vel præſenti pecunia vēdere [f], vel certo pretio, cuius ſoluēdi dilationē ſi daret emptori, intelligèretur minoris vēdidiſſe: nā minus ſoluit, qui tardius ſoluit [g]. Vt aūt redeamus vnde digreſsi ſumus, lapſo termino emptori indulto ad ſoluendū, deſinit quidā vēditor aliquo modo fidē de pretio habere: & fortè pœnitet eum, quòd aliquādo habuerit: ſed quia ſemel habuit, dominiū tunc in emptorem tranſlatū eſt: quamuis multo poſt tēpore nō ſoluatur pretiū, nō redit confeſtim ad vēditorē: nā vt hoc obtineat, vēditor debuiſſet adijcere pactū legis cōmiſſoriæ, vt inempta res fieret, pretio ad diem non ſoluto [h]. Neque
9 parui momēti eſt, an vēditor fidē habuerit de pretio, an nō, † & an trāſierit dominiū. nā ad inopiā redacto emptore, aut ſolum vertente, qui fidē de pretio nō habuit: rē venditā tāquam adhuc dñs illius vēdicat, cæteriſq; oībus creditoribus eiuſdē debitoris præfertur. Vbi tamē ſi in creditū abijſſet, parē cū cæteris creditorib⁹ haberet fortunā, diſtracta illa re, eiuſq; pretio, in omnes creditores, pro rata parte diſtributo [i]. Quod tñ alij ex æquitate moderandum [k] duxerūt, ſi nō ſtatim poſt venditionē in lucē emergat, & oībus nota fiat emptoris inopia: vt quia breui poſt tēpore latitare cœpit, à facie creditoris, vel ſolū verterit: tunc enim, quia cū emeret, id eū præcogitaſſe veriſimile eſt [l], videtur vēditor dolo induct⁹, vt fidē de pretio haberet, quæ idcirco cēſebitur vt nō habita, ne ei dolus ſuus patrocinetur. Porrò quid ſit in alijs cōtractuū generibus, an ſola traditione dominiū trāſeat, etiā antequam præſtitum ſit, quod alia ex parte dari aut fieri debuit: vel eo noīe
10 ſit ſatisfactū, aut fides de eo habita, difficilius dixeris. † Nam opiniones variāt, ſic enim viſum eſt nōnullis, tā in acquirēdo dominio fructuū prædij locati [m] (vbi tamē plerunq; ſemper fides de mercede cōdictionis habita cēſetur, nō cedēte termino ſoluēdi vnoquoq; anno, mox in ipſa meſſe, & dum fructus adhuc colligūtur: ſed poſteà aliquo alio cōuento tēpore) quàm in cōtractu innominato [n], & noīs ceſsiōe pro pretio [o]. in qua tamē vēditio nominis cōſiderari poteſt. Et ad hæc vna ferè ratione mouētur: nimirū quòd cōtractus innominati diiudicētur iiſdē regulis, cū nominatis contractibus, quibus proximè accedūt [p]. At certè nihil emptioni & vēditioni ſimili⁹ eſt, q̄ permutatio, ex qua etiā originē traxit [q]: in hac tamē non obtinere quod dicimus: ſed mox facta ex vna parte traditiōe, trāſire dominiū, ipſe Accurſi⁹ [r] autor eſt, referēs hoc inter diſcrimina illorū contractuū. Sed & Theophilus [ſ] apertè dixit, quòd in alijs cauſis, is qui tradit, dominium transfert. In emptione non aliter, quàm ſi pretium acceperit, aut ſatis eo nomine factū eſt. Neq; hic deeſt, quòd pro ratione diuerſitatis adferri poſſet [t]: quod
11 videlicet in permutatiōe, † & cōtractu quouis innominato, vbi quid ex vna parte datur, hoc fit ad obligationē ſtabiliendá, acquirendamq; actionē, quæ ex ſola cōuētione dari nō poſſet: ſed implenti tātum [u]: & ſic dominiū eius, quod dare debuit, mox trāsferri in accipientē. In venditione verò & emptiōe, mox cōſenſu ſolo perfecta obligatio eſt, nataq; actio, vnde nō ad hāc acquirēdá, traditio rei vēditæ fieri cēſetur, ſed ad pretiū mox cōſequēdū, niſi dilatio ſoluendi illud tributa ſit: vel pignore, vel fideiuſſore aliquo dato, vēditorē, ſecurū emptori fecerit, vel obtinuerit, vt ei⁹ fidē ſeq̄retur.

a l. ſi quaſi. de pignor. act.
b l. prima. & ibi gloſſa ad verb. neceſſitate, & ibi Bald. C. de communi ſeruo manu.
c in gloſſ. l. nec emere. C. de iure deliberand. l. Iulianus. §. Idem Celſ. de act. empti.
d l. ſi procurator. de iure fiſci.
e l. à D. Pio. §. ſed ſi emptor. & ibi Sax. & alij, de re iudicata.
f l. quicunq;. §. ſi ei quae ad vendend. de inſtit. act.
g l. ſi cui exempto. §. vlti. de verbor. ſignif.
h toto tit. de fideicōmiſſoria.
i l. l. procuratores. §. ſi plures. & ibi Pau. Caſtren. de tribut. act.
k Bald. & Aug. ad l. ſi ea dot. §. vltim. ſolut. matrimo. & ibi Iacobus de puteo.
l argum. l. ſi vētri. in fin. de priuileg. credit.
m Accurſ. ad verbum facere. Bart. ad l. ſi ſeruum. §. locati. de furt.
n Accurſ. ad l. cum proponas. ſuper verbo (remanſit) & ibi Bart. C. de dolo malo.
o Ludo. Roma. conſil. 16.
p l. 1. ſi quis ſeruū depoſit.
q l. 1. huius tit.
r ad l. 2. C. de rer. permut.
ſ ad §. venditae. Inſtit. de rer. diuiſ.
t cum Saliceto ad ſi. l. cum precib. C. de rerū permut.
u Lex placito. C. de rer. permut.

L. CVM MANV SATA. §. NEMO.

SVMMARIA.

1 *Pactũ in emptione ne dominium trãſeat in emptorem, non valet.*
2 *Pactũ illud firmũ eſt, ne dominium tranſeat in emptorem, antequam pretiũ ſolutum ſit, quamuis dilatio ſoluendi concedatur.*
3 *Reſponſum Pauli in l. naturalis, in princip. de præſcript. verb. in ſpecie cõtrariũ Celſi reſponſo. ibi l. ſi. de condict. ob cau. dato. enucleatum.*
4 *Res in genere vẽdita, an accipientis fieri debeat.*
5 *Pecunia in emptione cur vẽditoris fieri debeat.*
6 *Ius proprietatis reſtricta ad vitam ab vſufructu nõ multum diſtat.*
7 *Pactũ in emptiõe ne trãſeat vſucapiẽdi conditio in emptorem prodit malam fidem contrahentium.*
8 *In reſpõſo Celſi in l. ſi. de cõ. ob cauſ. dato. cur plerique putent non eſſe emptionem venditionemq;.*
9 *Mandati cõſideratio in cõciliatione Celſi & Pauli.*
10 *Cur Celſus mortuo Sticho agi permittat cum eo, qui illum debet: cùm venditor morte Stichi liberetur.*

CVM de pactis transformãtibus ageremus, poſteriorẽ partẽ huius §. attigimus, in quã ſcilicet ſpeciẽ cõtract⁹ abeat & trãsformetur, cũ eſt cõuentũ, ne dominiũ trãſeat. Nũc priorẽ partẽ examinem⁹. Et quidẽ quamuis nũc dixerim[a], quòd nõ debeat vẽditor in emptorẽ trãsferre dominiũ, nõ licebit tñ paciſci, ne trãſeat vnq;. † quãuis reſtricto tẽpore, aut modo paciſci 1
liceat, ne trãſeat aliter, q̃; ſub cõditiõe[a], ex tẽpore, vel ad tẽpus[b], vel ne viuo vẽditori tradatur res, aut trãſeat dominiũ[c]. Imò & hoc caueri poteſt, ne trãſeat dominiũ rei traditæ, anteq̃; ſolutũ ſit pretiũ: nã quamuis hoc pactũ nõnulli[d] in dubiũ vocẽt, tandẽ tamen nõ ſolùm recipi poſſe putãt, ſed & naturale eſſe fatẽtur[e]: cùm vẽditionis ea natura ſit, ne aliter trãſeat[f]. Quòd ſi vrgeas fidẽ eſſe habitã de pretio, cũ ſoluẽdi dilatio indulta ſit, ideoq; ſecundũ cõmunes regulas dominiũ trãſire: Putauerim, reſpondendũ nõ eſſe fidẽ de pretio habitã, quandoquidẽ alia ſecuritas, & amplior à vẽditore eſt deſiderata: q̃; vt ſequi vellet ſolius emptoris fidẽ. Retinuit eñi dominiũ, quoad ſolueretur, & hac ex parte, nõ minus ei proſpectũ eſt, q̃; ſi ab emptore fideiuſſorẽ, expromiſſorẽ, aut pignora accepiſſet. Qñ ergo ſecuritas venditoris in eo ipſo verſatur, ne dominiũ trãſeat, antequam pretiũ ſoluatur: nõ poteſt videri fides ſic habita emptori, vt aduerſus pactũ trãſeat dominium: atq; ita hoc pactũ ratũ erit, & firmũ[g]. † Sed an paciſci liceat in vẽditiõe et 2
emptiõe, vt trãſeat dominiũ? Quòd ſi nec hoc liceat, mirũ ſanè videri poterit, quòd hoc genus cõtractus neutrũ ferat cõtrariorũ pactorum, neq; ſcilicet, vt trãſeat dominiũ: ſed quòd neceſſariò relinqui debeat iſte cõtract⁹ ſuæ naturæ: & ſuo marte decurrere in finẽ, quẽ ex præſcripto legũ accepit. Ita videlicet, vt ſi quidẽ dñs ſit vẽditor rei vẽditæ, trãſeat dominiũ in emptorẽ, per traditionẽ: ſi nõ ſit, nõ tranſeat, ſed vſucapiẽdi tãtùm cõditio. Dubitationẽ hic faciũt duo I.C^rum^ reſponſa, vt videtur, pugnãtia: nã Paul⁹ ait[h]: *Si quidẽ pecuniã dẽ, vt rẽ accipiã, emptio & vẽditio eſt.* Sed alio loco Celſus[i] in hoc gñe contractus, *dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichũ dares,* ꝓcliuior eſt: † nã a- 3
liã eſſe obligationẽ ob rẽ dati, re nõ ſecuta, & ſic cõtractũ eſſe innominatũ, do vt des, nemo ferè qui nõ in his cõciliandis laborauerit[k], & præ cæteris plurimum Fortu. Garſia[l], qui omnino perſuadere nititur cõtractũ manere in ſpecie vẽditiõis & emptionis, quamuis de trãſferendo dominio rei vẽditæ cõuenerit, primo quidẽ, ex iã citato reſpõſo Pauli: in quo quod alij expẽdunt dictũ eſſe, *vt rem accipiã*: non aũt ſic: *vt res mihi detur*: quaſi inter illa multum diſcriminis ſit, cũ accipiamus interdũ, quæ non capimus, nec noſtra facimus[m]; non poteſt intentioni Iuriſconſulti ſatis conuenire, vt qui illam conuentionem attulit pro exemplo primi membri, ſiue generis quadruplicis diſtinctionis, quam in principio illius ſui reſponſi fecerat, videlicet, do vt des, quẽ articulũ paulò poſt[n] dicit eſſe explicatũ. Sed ſi illic verbũ hoc (accipiã) intelligeres per ſolã traditionẽ, in qua facti eſt obligatio, nõ dandi; debuiſſet meritò illud exemplũ ad aliã ſpeciẽ innominati contra-

a *Alberic. hic.*
b *l. qui abſente ſeruo. §. 1. de acq. poſſeſ. l. illud. C. de legat.*
c *l. vnica. C. vt actiões ab hæredib. & contra hære. incip.*
d *Bald. ad rubr. C. eo. in 11. queſt. ex hoc. §. nemo.*
e *idem ibi. in 13. queſt.*
f *d. §. vẽditæ. & d. l. quod vendidi.*
g *Panormitan. conſ. 66. Soci. conſ. 179. volum. 4. Philip. Dec. conſil. 119. colum. 3. verſic. 3.*
h *in l. naturalis. §. 1. de præſcript. verb.*
i *in l. vlt. de condictio. ob cauſam.*
k *Alciat. ad l. 2: ſi certũ petat. ad verb. aliud gen⁹. in 3. caſu. 4. caſuũ. quos ibi fecit Pr. Curt. iun. ad princ. d. l. natur. ſub nu. 9. Lorio. depact. axio. 113.*
l *ad l. Iuriſgen. ſuper glo. verbi facias. ſub nu. 8. et ſequen.*
m *l. aliud eſt cap. de verbo. ſignificat. & ibi Alciat. qui citat d. l. natural. §. 1.*
n *in ſi. d. §. 1.*

cõtractus referre: videlicet do vt facias[a]. Rurſus in hac cõuentiõe, qua tibi
areæ meæ dominiũ do, ea lege, vt inſula ædificata, mihi partẽ reddas, dixit[b]
I.C. nõ eſſe emptionẽ, addita cauſa, quæ non ex parte mea procedat, quod
.ſ. ego dem dominiũ areæ meæ: ſed ex parte tua, qui ſi hic emptio eſſet, di-
cereris eſſe emptor: quod videlicet à te, pretij loco, nõ pecuniã numeratã,
vt oporteret: ſed partẽ rei meæ accipiã. At quid hic poterat prõptius pro
cauſa adferri, q̃; quòd areæ meæ dominiũ dediſſem: nõ aũt eã tradidiſsẽ tan
tũ, ſi dominiũ trãsferre, nõ poſſet eſſe in pactis vẽditionis. Deniq; fateri om
nes, quòd ſi quid in genere vẽdatur, vt certa quãtitate triticũ, vinũ, oleum,
tunc neceſſariũ eſſe, vt vẽditor eius quod tradit, emptorẽ faciat dominũ[c]:
è xẽplo emptoris, qui de pretio obligatur in genere, ideoq; nũmos facere
debet accipiẽtis[d]. Quod ergo ex qualitate rei vẽditæ, interdũ fit neceſſa-
riũ, cur nõ æquè, in cæteris rebus, admitti poſset iure cõuentionis, ex qua
cõtractus lẽgẽ accipiũt. Aut ſaltẽ, ſi huiuſmodi cõuentio fiat, dici verè non
poterit, quòd ea repugnet naturæ cõtractus vẽditiõis. Nõ enim ſequela rei,
quæ vt plurimũ rẽ comitatur, illiq; cohæret, dici debet repugnare naturæ
rei, cui cohæret. Sed hic nõ omninò prætereundum duxi, non placere hoc
omnibus[e], quod vẽditioni in genere facta, merx vendita à venditore dari
4 debeat: † ſic vt emptoris fiat: quin potius indiſtinctè ſufficere, quod trada
tur, etſi poſtea res poſtulet, ſolutumque ab alio vendicetur, de euictione
cũ vẽditore agatur. Nõ ſecus q̃; ſi hoc ipſum vinũ aut frumentũ, quod tra-
didit, in ſpecie vendidiſſet, euictumq; eſſet: neq; enim quod emptor num
mos venditoris facere debeat, ex eo fieri, quòd in genere obligetur, vt idẽ
eadẽ ratione trãferatur in ſimili caſu, ad eũ, qui quid vendit in genere. Sed
5 quia ius gentiũ ideò pecuniã inuenit, † vt vſum dominiũq; ſimul præberet[f]:
Vel quia nõ poteſt ex parte emptoris obligati ad pretiũ, cõſiderari id quod
intereſt loco pretij nõ ſoluti: ſicut poteſt ex parte vẽditoris quibuſlibet re
bus venditis æſtimari, quanti interſit tradi eas. Pretium enim, quod con-
ſiſtit in pecũia numerata, nõ recipit æſtimationẽ pecuniariã, ſicut cæteræ
res[g]. Ex aduerſo aũt, quod tenet cõmunior ſentẽtia, ſi pretio cõſtituto cõ
uenerit dari rẽ, trãsformari cõtractũ à ſpecie vẽditiõis in aliũ innominatũ,
do vt des: nõ omnino ratiõe caret, eo quòd lex vẽditiõis finẽ cõſtituerit in
traditiõe: cuius traditionis ſequela eſt, vel dominij trãslatio; vel vſucapio:
nolueritq; eſſe in cõuentione: quod ſtatuit eſſe ſequelã illius quod princi-
paliter venit in obligationẽ. Sicut condẽnatũ ex quibuſdã indicijs comita
tur infamia, ſicut vmbra corpus[h]: ſed iudex nõ pronũciat de infamia: ideoq;
inuentã eſſe aliã cõtractus ſpeciẽ, vẽditioni & emptiõi multũ vicinã, in quã
à vera vẽditione cõtractus facilè degeneret, vel ob hoc ſolũ, quòd rẽ dari
cõuenerit, nimirũ in contractũ innominatũ, do, vt des: qui quamuis vtriuq;
tranſlationẽ dominij deſideret, atq; ea ex parte, vẽditionẽ ſuperare videa-
tur: alia tamẽ ex parte lõgè infirmior eſt, ſi ius efficacis obligatiõis dandæq;
actionis ſpectes, quæ nõ niſi implemẽto ſecuto, datur: & pœnitẽdi facultatẽ.
Eoq; facilior eſt trãsformatio vẽditionis in illã ſpeciẽ, quo hæc illi eſt vici-
nior atq; ſimilior. Vt ſunt ſanè in iure alia, q̃ minore mutatione & facilius
abeũt in aliã planè diuerſam ſpeciẽ negotij, vt pura ver' vſusfruct' in ius p-
6 prietatis reſtrictæ ad vitã: † quod ſola interdũ fit expreſsiõe illi' quod omiſ
ſum videri poterat tacitè[i] ineſſe. Adde quod alterũ illud, quod etiã ſequela
eſt traditionis, videlicet vſucapionem, non poſſes expreſſe in conuentio-
ne ponere venditionis & emptionis: quin hoc ipſo aliquo modo contra-
hentes proderent malam eorum fidem, & alieni conſcientiam; & ſic, ex
conſequenti, rei non bona fide emptæ atque poſſeſſæ, non eſſet vſuca-

i 3 pio

a d. l. naturalis. §. at cũ do.
b in l. ſi tibi area de praeſcript. verb.
c arg. l. ſi ſterilis. §. cũ per venditor. in fin. de act. empt. l. ſi domus. §. de euictiõ. de legat. 1. Bart. ad l. 2. in ſi. princ. ſi certũ petat.
d l. ex empto. in fine princip. de act. empt.
e non Alciato. ad d. l. 2. ſi certũ petat. in 3. caſu. nec Loriot. de pact. axio. 114.
f Alciat. ad d. l. 2. ſi certum petat. ex l. 1. ſuprà citata.
g l. ſi ita fideiuſſor. accepto. in ſi. de fideiuſſor.
h §. ex quibuſdam. Inſtit. de pœna temere litigant.
i l. Titia cũ teſtamento. §. Titia cũ nuberet. de leg. 2. l. ſpecies. de auro & argento leg. et l. donationes. §. ſpecies. de donat.

pio. Neq; omninò ſine ratione factũ eſt [a], quòd finis vẽditionis cõſtituatur
in re tradenda, potius, quàm danda: ob frequẽtiam ſcilicet contractus, cui
meritò fuit aliquid concedendũ laxius [b]. & ne, ſi vẽditio ob nõ translatũ do
miniũ, fieret irrita: cõmercia hominũ omninò frigeſcerent: nemine alteri
ſatis fidẽte. Et quamuis hac in parte laxiorẽ hui' cõtractus finẽ legislatores
cõſtituiſſe videantur: hoc tamen abundè ſatis, alijs varijs conſtitutionibus
cõpenſatum habemus: quibus conſtricta iterum ſunt ad normã æquitatis,
quæcunq; emptor ex parte vẽditoris conqueri poſſet deeſſe ſibi: integris
conſtitutis titulis, de euictionibus, de ædilitijs edictis, ac ſimilibus. Atque
ita cõmuniora defendi poſſent, quòd videlicet in dubio vbi cõuenit rẽ da-
ri, accepta pecunia: innominatus cõtract' ſit, do, vt des. Sed cũ in reb' ipſis
tãtum ſit diſcriminis, in obligatiõe ſcilicet cõſtituẽda efficaci, ex ſolo cõ-
ſenſu, in actione dãda, & pœnitẽdi facultate, nõ bene conueniret hoc ita
perpetuò ſeruari, totũq; diſcrimẽ eorũ cõtractuũ pẽdere ex ſola differẽtia
vnius verbi: & ſæpè quidem cõtra mentem cõtrahentiũ. Quare, ſi conſtite-
rit contrahentes voluiſſe contrahere venditionẽ & emptionẽ, quamuis di
xerint dari mercẽ, & verè quidẽ dari. i. dominiũ trãsferri voluerint, nihilo-
minus vera vẽditio erit & emptio. Et ad aliud, quod ex Celſo [c] eſt allegatũ,
de hoc genere cõuentionis, *dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichũ dares:* nõ eſſe ven 8
ditionẽ & emptionẽ: †pleriq; ex eo eſſe putãt, nõ quòd hoc obſtiterit vẽdi-
tioni, quòd dictũ ſit, *Stichũ dares:* Sed illud potius, quod in priore parte con
uẽtionis dictũ ſit generaliter de pecunia dãda: cuius ſignificatio latiſsimè
pater [d]. nõ oĩs autẽ pecunia emptionem facit: ſed ea ſola quæ numeratur ad
pretiũ. Idq; etiã Alciat' ſecutus eſt [e]. Ad diſcernẽdos, inquit, hoſce cõtra-
ctus, ego magis attendendũ arbitror, an pecunia vice pretij data ſit, quàm
an partes vſæ ſint dationis aut traditionis noĩe. Sed vnde, inquies, cõſtare
poterit, Paulũ noĩe pecuniæ in ſtrictiore ſignificatione eſſe vſum, [f] quàm
Celſum? Certè ex adiunctis: cũ enim dixiſſet: *& ſi quidẽ pecuniã dem.* & mox
ſubiunxit: *ſi aũt do rẽ, vt rẽ accipiã.* diſtinxit ergo pecuniã à re. Celſus verò
vtrunq; vocat rem. *nulla,* inquit, *hic alia obligatio eſt, quàm ob rẽ dati, re nõ ſecu
ta.* Et quãdo tam variè, de cõciliãdis illis reſpõſis diuinãt pleriq;, & quidam
[g] etiã fatentur, Celſum à Paulo diſſenſiſſe, vt fit interdũ in re ancipiti [h], for
taſsis & hæc via tẽtari poſſet, † quòd Paul' locutus ſit, cũ adhuc vtrinq; res 9
cõſiſtit in ſolis finibus cõuentionis [i], vt hæc ſit conuẽtionis de qua ipſe lo
quitur, ſententia: *Si pecuniam dem.* i. ſi cõuenerit à me dari illam, vt res mihi
detur. Celſus verò vbi à re ipſa, & implemento, ex parte mea facto: cõtra-
ctus habet initium. dicit enim: *dedi tibi pecuniam:* vicinior autem venditioni
& emptioni eſt ea ſpecies, quæ vtrinque, ſola adhuc conuentione, cõſtat:
propterea quòd traditio rei, aut ſolutio pretij, ad contrahendam obliga-
tionem empti & venditi, impertinens ſit: vt quæ nomen habet ab actu cõ-
ueniendi: non verò ſicut permutatio, & donatio ab actu exequendi: ideoq;
quàm primum extat nominata conuentio: mox habet effectum obligatio-
nis tam naturalis, quàm ciuilis ex approbatione legis [k], & nihil ibi imple-
mentũ operatur ad efficaciam obligationis cõtrahẽdæ: ſed potius videtur
inducere quandã morã irregularem, de qua ſuo loco dicetur [l]. Sed ex im-
plemẽto cõtractus innominati incipit obligatio cõpetere: nulla verò con-
trahitur mora: ne eodem momento, mora & obligatio incipiant [m], vnde
innominatæ conuentiones ab executiõe acceperunt denominationẽ, ſaltẽ
quod attinet ad effectũ efficacis obligationis & actionis dandæ [n]. Itaq; cõ-
uentio de qua Celſus loquitur, quæ incepit à re, hoc ipſo vicinior eſt inno
minato cõtractui, do vt des: atq; adeò, in dubio talis cẽſeri debet, præſertim
ſi ali-

a *Franciſc. Curt. iunior, ad d. l. naturalis. ſub num. 9.*
b *arg. l. inſtit. de vſucapio.*
c *in d. l. vlt. de condict. ob cauſam datorum.*
d *l. pecuniæ nomine. l. pecunia verb. de verbor. ſignificat. l. 2. C. de conſtitut. pecun.*
e *ad d. l. 2. ſi certum petat.*
f *in d. l. naturalis. §. 1.*
g *Loriot. de pact. actio. 114*
h *d. l. vlt. in verbis, potior ſum.*
i *arg. d. l. naturalis. in princip. in verb. (conuenit inter nos.*
k *l. iuriſgent. in princip. de pactis.*
l *ad l. 3. §. vlt. de act. emp.*
m *l. quoties. & ibi Bartho. de verbor. obligat.*
n *l. ex placito. C. de rer. permutat.*

ſi alicunde accedat ſignum veriſimilis mentis, & intentionis contrahentium id agentium: quam Celſus quoque ſpectaſſe videtur, cum diceret, Quia ideo tibi dedi vt mihi Stichũ dares. Qui verò Stichũ vẽdit, non ideo illum dat aut tradit, quod pecunia ei data ſit, ſed quia vendidit, ad hoc ſcilicet obligatus, etiam antequam pretium ſolueretur. Præterea Celſo fuit propoſita vnica formula conuentionis, qua ſola inſpecta, & cum alijs non comparata, merito dicere potuit ex cauſis nunc dictis, ſe procliuiorem eſſe in eam ſententiam, quòd eſſet innominata conuentio. Paulus verò orditur altius, totius ob rem dati tractatum, cuius ſingula penè genera in duas ſpecies deducens, alteram quidem nominatæ, alteram verò innominatæ conuentionis, coniungit inter ſe, ea quæ maiorem habent ſimilitudinem [a]. quod cùm facit, & ſic exequitur, latiore ſignificatione vtitur vocabulis, quibus ipſa genera conuentionum deſcribit & exprimit: ita vt hæc conuentio, do vt des, omnino generalis ſit, & ſpecies ſuas habeat, ſi ad ſpecialiora, adiunctis vtrinque præſtandis rebus, deſcenderis. Vt ſi dicas, do pecuniam numeratam, vt rem & mercem mihi des. iam circumlocutione quadam deſcripſiſſe videaris ſpeciem nominatæ conuentionis, emptionẽ ſcilicet & venditionem. Sed ſi alias vtrinque res deſignes, & adiungas, vt ſi conuenerit dari à te bouem, vt accipias equum: erit ea conuentio alterius generis, quæ cùm nomen ſpeciale non habeat, contenta erit generali nomine: do vt des. & ob id innominata vocatur. Sed vnus adhuc reſtat ſcrupulus, cur Celſus mortuo Sticho, permiſerit adhuc agi cum eo, qui illum dare debuit: † venditor autem Stichi, eo mortuo, omnino liberetur, nec reddat acceptam pretij nomine pecuniam. Imò & non receptam poteſt exigere, quamuis Stichum mortuum tradere nequeat [b]. An hic debiliorem faciemus obligationem ex contractu nominato venditionis, quàm ex conuentione innominata? Latiſsimè in hoc articulo verſatur Berengarius Ferdinandus [c], qui aliorum opinionibus ad quatuor vſque numero improbatis, tandem ſuam ſubijcit: quòd videlicet non minus ibi, perempto Sticho, liberetur is qui eum ex conuentione dare debebat, quàm liberatur venditor Stichi. Quòd verò ibi adhuc agatur mortuo Sticho, nõ ſic fieri, vt petatur adhuc Stichus ex cõuentione innominata, vt nec empti actio ne à venditore poſſet peti: ſed agitur cõdictione ob cauſam, qua repetitur pecunia, vt Stichus daretur, data. Quæ quidem condictio non naſcitur ex illo contractu innominato, ſed ex illius potius implemẽto, & interuentu rei: hoc eſt, ex receptione pecuniæ per illum qui iam Stichum dare nõ poteſt. & ſic naſcitur obligatio illa condictionis, præter intentionem primariam contrahentium: ſicut interdum cõtingit [d]. Quæ quidem eius opinio, quamuis dicat nouã eſſe, apertiſsimè apparet ex Pauli reſponſo nunc ſæpius citato: quo actionũ ea in ſpecie concurrentium fines & originem dilucidè diſtinguit, ex conuẽtione ſcilicet innominata, do vt des, naſci ciuilem obligationem, & ex illa actione præſcriptis verbis: in qua inquit, *Non id venit vt reddas quod acceperis, ſed vt damneris mihi, quanti intereſt mea illud de quo conuenit accipere.* Et hic eſt ſcopus actionis ciuilis, quæ præſcriptis verbis inſtituitur ex conuentione, qua, ſi poſtquam deceſſerit Stichus, adhuc peti poſſet: iam vtique obſtaret quod de venditore ſtichi dictum eſt, hunc interitu eius liberari. Non obſtat autem quòd cõdici poſſit pecunia ob Stichum dandum data, nam illius condictionis alia eſt cauſa, & alius eſt ſcopus: vt eodem loco Paulus, *vel ſi meum recipere velim, repetam quod eſt datum, quaſi ob rem datum, re non ſecuta.*

a *d.l.naturalis.§.& cam. & §.ſed ſi facio.*

b *§. cum autem. Inſtit. de empt. & vend.*

c *ad l.pacta conuenta. hoc tit.cap.vlt.quo docet differentias contractuũ nominatorũ ab innominatis, in.4.differentia.*

d *l.ſi is qui.§.vlt.cõmodat. & §.is quoq; qui indebitũ. Inſti.quib.modis re contrah.oblig.*

L. CLAVIBVS.

SVMMARIA.

1 *Res in horreo recluſæ, traduntur traditione clauium.*
2 *Sola ſcriptura non fit traditio.*
3 *Regula cōparationis dominij & quaſi dominij.*
4 *Eccleſiæ & alijs quibuſdam ex ſolo titulo ſine traditione acquiri dominium.*
5 *Emptor rei alienæ dominiū nanciſcitur vſucapione completa, non à vero domino aduerſus quē vſucapit, ſed ab eo qui vſucapiendi cauſam præbuit.*
6 *Quando duobus res vendita eſt, vter ementium potior ſit & num. 10.*
7 *Si duobus res vendita eſt, diſtinguendum eſt, an inter ſe iudicio contendant, an in tertium agatur.*
8 *Si pluribus res obligetur, prior creditor potior eſt poſteriore, etiā ſi illi res tradita fuerit alter, quam in venditione duobus facta.*
9 *Traditione rei alienæ à venditore ſcienter facta, fit furtum in re mobili.*
10 *Regula Si vinco vincentem te, vinco te, & te.*

TRADITIO non ſemper fit contrectatione mercium venditarū, ſed
& clauibus apud horrea traditis, merces in eis reconditæ ac venditæ,
cenſentur traditæ. † Quamuis aliàs in dubio, ſola clauium traditio nō præ- 1
cedente contractu, quo demonſtretur in quem finem facta ſit, cenſeatur
ad cuſtodiam fieri[a]. Sed & alia ſunt quæ vim traditionis habent[b], ſed non
fit ſolo verbo aut ſcriptura, qua continetur vēdidiſſe aliquem, & tradidiſſe,
† quamuis licentia apprehendendæ poſſeſsionis auctoritate propria, ſic 2
poſsit videri conceſſa[c]. Sanè in rebus immobilibus tradendis, in hodierno
vſu eſt alia quædam ſolennis forma, non tam iure ciuili, quàm canonico
agnita[d], & à re longè remotior, quàm ſit clauium traditio[e]. Deinde autem
apertiſsimè hic docemur[f], quænam ſit traditionis ex titulo venditionis
ſequela, nimirum vt ſi dominus vendat & tradat, dominium & poſſeſ-
ſionem adipiſcatur emptor, ſi non ſit dominus, confeſtim inchoetur ei vſu
capio. Vnde ſolet elici regula comparationis dominij, & quaſi dominij, ex
vſucapione: † vt ſcilicet, ex quacunq; cauſa tradente vero domino, tranſit 3
dominium in accipientem, ex eadem cauſa, tradente nō domino, tranſeat
vſucapio. Quæ regula in genere quidem vera eſt, nam & vſucapio alienationis
quædam ſpecies eſt, illi comparata[g]. Sed ſi ad ſpecialiora deſcen-
deris, inuenies interdum inſtātiam ſiue exceptionem à regula: nam iuſtus
error vſucapionem adiuuat, vbi nequaquam, domino vendente & traden-
te, dominium tranſit[h]. Sic quoq; ſi alium contractus, alium verò traditio
reſpiciat, hæc in transferēdo dominio præualet vero titulo[i]. Sed vt Publi-
ciana detur (quæ vſucapioni plerūq; innititur) cōtractus & traditio debēt
eundem reſpicere: hoc eſt, in eandem perſonam concurrere[k]. Sed & ec-
cleſiæ, & alijs nonnullis, vendente domino, acquiritur dominium abſque
traditione, ex ſolo † titulo[l]. ſed ſi vendat qui dominus non eſt, non acqui- 4
ritur eis vſucapio aut Publiciana abſq; traditione, aut ſaltem poſſeſsionis
apprehenſione[m]. Sed & hoc colligi hinc poteſt, quòd qui vſucapione ac
quirit dominium, intelligatur illud habere, non à vero domino aduerſus
quem vſucepit, ſed ab eo à quo titulum habet, & qui cauſam vſucapiendi
præbuit: † Ita vt ſi titulus reſoluatur poſt vſucapionē completam, nō apud 5
eos permaneat res, qui diu poſſederunt: ſed redeat ad primum authorem, à
quo acceperunt, eiq; vſucapio proſit[n]. Et in iudicium familiæ erciſcundæ
veniunt eæ res, quas defunctus emit: ſiue ipſe traditionem nactus vſucape
re cœperit, ſiue hæredibus primum traditæ fuerint, & ab ijs ipſis vſucapio
inchoata ſit[o]. Porrò cùm & res aliena vendi poſsit, facilè euenit, vt eandem
emāt duo pluréſue. Quo caſu quis potior ſit, † alijs locis eſt traditū[p], 6
& ab Accurſio bona & plena diſtinctione diſcuſſum[q]. quod quia non ad
actiones empti & venditi pertinet perſonales, quibus inter eos tantùm lo
cus eſt qui contraxerūt: ſed ad actiones in rem, rei vendicationē & publi-
cianam,

a *glo. l. cum pater. §. pater pluribus. de lega. 2.*
b *in. §. interdum. Inſtit. de rerū diuij. l. j. C. de donatio. cum ſimilib.*
c *Bar. Raph. Cuma. alij ad l. prædia. de acqui. poſſ.*
d *in. c. 2. de conſuet.*
e *Albericus hic.*
f *hic in verbis, quo facto. et in l. ex empto. in prin. in verb. quæ res, &c. de act. empti.*
g *l. ſi fundū. de fun. dot. l. alienationis. de verb. ſig. l. 2. C. pro emptor. & eundem. de præſcrip.*
h *l. 2. §. ſi à pupillo. & ibi Caſtren. & §. ſi à furioſo. pro emptore.*
i *l. cū fundus. §. j. ſi tertū pet. l. ſi ſeruus. §. ſeruum tuū. de act. empti.*
k *l. eū qui. in fi. de publici. Bal. ad d. l. cū fundus. §. j. & ibi Curt. nu. 7.*
l *l. vlt. C. de ſacroſ. eccle.*
m *glo. ad l. Celſus. de vſucap. Iaſ. & alij ad d. l. vlt. Fulgo. ad l. ſiue autē. §. ſi duob. de publitia.*
n *l. ſi alienā rē. l. qui alienā rem. de mor. cau. don. l. indebiti. §. j. verſi. ſed & ſi poſſeſsionē. de condict. indeb.*
o *l. veniūt. fam. erciſc.*
p l. ſi ea res. §. vterque noſtrum. de act. emp. & vēd. *l. ſiue autē. §. ſi duob. de pub. in rem act.*
q *ad d. §. ſi duobus.*

cianam,hic paucis ſubnectere libuit, tanquam ad vim impleméti pertinés. Itaque ſi hi emptores inter ſe contendant de tota re, quam ſeparatim à nõ domino,vel nõ dominis emerũt: (qui enim ſimul emerũt, ſibi partes con ſtituunt [a]) qui poſsidet potior eſt, vtpote habens omnia eadẽ quæ alius,qui contenderet euincere titulum, traditionem, bonam fidem, & eò amplius adhuc præſentem poſſeſsionem,cùm ſuam alius amiſerit. Si aduerſus ter-
7 tium † ſine titulo poſsidentẽ, hi emptores,qui aliquando poſſederũt Publiciana agant: potior erit cui primũ res tradita fuit,in hoc enim genere con tractuum traditionem ſpectamus, vt præcipuam cauſam tranſlationis domi
8 nij. Ideoq; non mirabimur quod aliud ſit in alijs,vtputa hypotheticis † vbi ſola cõuentio totũ abſoluit negociũ, & vel ſola conſtituit ius in re, ideoq; præfertur, qui prior de hypotheca conuenit : quamuis alij poſtea contrahendo tradatur [b]. At quid eſt,inquies,quòd vno loco [c] Iuriſconſultus velit emptionem venditionemq; ſine dolo malo fieri: alijs locis [d] contentus emptionem fieri bona fide, etiam ſi fortè venditor callido conſilio vendiderit? an fortè quòd priore illo loco,etiam mobilibus rebus emptis accom modare ſuum reſponſum voluerit? Quibus ſanè non conueniret, niſi & vẽ ditor ſine dolo malo vendiderit: aliàs enim contrectatio alieni,in traditio
9 ne, † ſecum traheret furtum [e]. quod vt vſucapionem,ſic & Publicianã impedit [f]. Sed vbi, ex mala fide venditoris, non contrahitur vicium aliquod rei, poteſt ſolius emptoris bona fides ſufficere. Qui autem à non domino emit alij, qui ab alio vero domino emit, etiam ſi in emptione & traditione hic ſit poſterior,& ſiue hic poſsideat ſiue petat, omni modo & indiſtinctè cedere debet [g]. Addidi, non abſq; cauſa, *ab alio vero domino*. nam ſi ab eodem vtraq; emptio facta eſſet, prior quidem à non domino, id eſt, cum is nondum dominus eſſet, poſterior verò ab eodem tunc domino, præferendus adhuc erit prior emptor, ita ſcilicet exigente æquitate, qua venditorẽ ipſum iam dominum factum vincere poſſet [h], exceptione dominij,repulſa replicatione doli [i]. Et qui à creditore emit iure creditoris vendente potior eſt ipſo debitore [k], ideoq; & illo, qui à debitore emerit : quia ſi vinco
10 vincentem te, vinco vtiq; & te [l]. † Deniq; ſi plures ſeparatim à vero domino emerint, in obtinendo iure dominij eſt potior, cui prius traditio facta eſt [m]. quod latiſsimẽ tractauit Iaſon [n], ad quem, cum ita vſus natæ rei po-
11 ſtulabit, recurrendum erit, eiq; tutò adhærendum. † Sed eo fortè excepto quod dixit [o], nõ idem eſſe in locatione prædij à vero domino pluribus facta: in qua præferendum putat eum, qui prior conduxerit: licet alij prius ſit traditum colendum, vtendum, fruendumq;. nam illius contrariũ alijs magis placuit [p], & eſt deciſio Rotæ. 879. in antiquis.

Finis huius tit. de contrah. empt. &c.

a *Caſtren. & Fulgo. ad d. §. vtrq;. & d. §. ſi duobus. in verbo, ſeparatim.*
b *l. ſi debitor. l. ſi fundus. §. ſi duo pariter. de pigno.*
c *in d. §. vtrq;.*
d *d. §. ſi duobus. l. cũ qui. § prætor. l. traditionem. in prin. de publi. in rem actio.*
e *§. furtiuæ ſub ſi. Inſti. de vſucapio.*
f *d. l. ſiue aũt. §. hac actio.*
g *d. §. vtrq;. in ſi.*
h *l. ſi à Titio. de rei vẽdic.*
i *l. apud Celſum. §. ſi à Titio. de dol. mal. et me. ex.*
k *vt in tit. C. debit. vendi. pig. imped. nõ poſſe.*
l *l. de acceſsionib. verſi. nã qui me potior eſt. de diuerſ. & temp. præſcrip.*
m *l. quoties. de rei vẽdic.*
n *ad d. l. quoties.*
o *in. 13. except. à regula illius legis.*
p *Alex. conſi. 122. volu. 5.*

lam, & bona fide poſſet emere conſentiente hærede, ea qnæ teſtator ven-
di mandauerat: † ſubdubitans tamen, num id fieri poſſet, quando pretium 16
in pauperes diſtribuendum eſt, quaſi tunc œconomis eccleſiarum magis,
quàm tutoribus ſint comparandi.

L. NON LICET.

SVMMARIA.

1 *Vendens vel locans ex officio publico, ipſe hoc emere vel conducere non poteſt: imò punitur in quadruplum.*

2 *Ex publico officio vẽdẽtes vel locãtes, an id publicè & bona fide emere vel conducere poßint.*

3 *Militibus interdicta negociatio, & negociatoribus militia.*

4 *Qui in prouincijs officium gerunt, emere non poſſunt, neque ob eam rem principi ſupplicare. qui in vrbe, rectè.*

QVEMADMODVM diximus tutorem ex tutela non emere, neque
quenquam ex officio quod gerit vtilitate priuato: ita quoq; multò
minus ex officio publico quod quis gerit, ſi quid vendat, ipſe illud emere
non poterit, per ſe aut aliam perſonã ſuppoſitã. Exempli gratia: Cenſoria
lege, & à Cenſoribus vel Conſulibus vectigalia pnblica locantur, aut emo
lumenta illorum in aliquot annos venduntur: hæc ſi per ſe, vel interpoſitã
perſonam conduceret ipſe conſul, in officio ſuo delinqueret, conducens
quod ex officio locat, vel emens qnod vendit, atq; ita in publica commoda
peccans. Meritò ergo non tantùm rem amitteret, ſed & in quadruplum
conueniri † poſſet. Quod pertinet etiam ad procuratorem Cæſaris, cui cn 1
ra priuati eius patrimonij eſt commiſſa: qui alio loco [a], procurator priua-
tæ rationis vocatur. hic vendit res Cæſaris, vbi opus eſt [b]. præeſt locatio-
nibus prædiorum, ad quas interdum, ſi ſic vſus poſtulet, qnoſdam prohibet
accedere [c]. Sed an hi palam & bona fide emere poſsint? † Non videtur [d], 2
quoniam hic hoc loco in totum & omnino prohibetur: niſi ſpecialiter qni
buſdam hoc conceſſum ſit. Conſtat enim quòd non concederetur cuiquã
aliter, quàm vt bona fide emat: hoc ergo ſolùm per ſe non ſufficit, vt iure
communi liceat ſic emere: alioqui fruſtra precibus impetraretur [e]. Exce-
ptionem autem illam, *Niſi ſpecialiter quibuſdam, &c.* omnino referẽdam pu
to ad reſcriptum principis, quo vni alicui deſideráti quid emptum habere,
permittatur emere. Quamuis Accurſius [f] referre maluerit ad conceſsio-
nem à lege factam, aliquo caſu excepto à regula huius reſponſi. Sed pro-
fectò lex quam in hoc deſignat [g], nihil huiuſmodi habet: cùm apertiſsimũ
ſit alium ibi vendere, alium emere. Vendit fiſcus prædia alicuius paterna,
emit ea filius: quamuis officium in ea prouincia gerat: emunt milites, qui
nihil ex officio vendunt. Non enim verſatur eorum officium in aliquarum
rerum diſtractione: Imò interdicta eſt eis negociatio [h], & negociatoribus
† militia [i]. Nec rectè perpendit Accurſius, cùm obiter hanc interpreta- 3
tionem quam facimus, de ſpeciali conceſsione per principis reſcriptum,
damnaret: quòd ea conceſsio iure improbata ſit [k]. Nam verum quidem
eſt, quòd qui in prouincijs officium gerunt, non poſſunt principi ob id
ſupplicare, neque quicquam illis valere poſſunt ſacri apices id permitten
tes. † Sed qui in vrbe officia gerunt, ſupplicare & obtinere id poſſunt: Vt 4
ſtrictior ſit in prouincijs, quàm in vrbe prohibitio. Qui enim in vrbe iudi
cant aut magiſtratum gerunt, quotidie incurrunt in oculos eorũ qui con-
queri poſſent, ſi qnid perperàm eos facere contingat. Alij in prouincijs
abſunt longius, atque ita ſepoſito iudiciorum timore, facilè ſibi facerent
vno reſcripto poteſtatem negociandi latius. Huius autem reſponſi ini-
tio nihil diſtinguitur, vbi officium geratur, an in vrbe, an in prouincia:
ideoque

a *l. procurator. priuatæ rationis. C. de edendo.*
b *l. j. §. ſi rẽ. de offi. procur. cæſaris. l. cũ vẽdente procuratore meo. C. vbi cauſa fiſc.*
c *l. 3. de offic. procur. Cæſ.*
d *Fulgoſi. hic.*
e *l. vnica in verb. vt ſuperfluũ ſit hoc precibus impetrare. C. de theſau. lib. 10.*
f *hic in glo. vlt.*
g *l. qui officij. hoc tit.*
h *l. milites. C. de loca. & conduct.*
i *l. vnica. C. negotiat. ne militent.*
k *l. vnica. C. de cõtractib. in diem, nã verũ quidem eſt quod qui in prouinc.*

ideoque illi generalitati bene conuenit ſubiecta exceptio, de ijs quibus ſpecialiter conceditur hoc principis reſcripto, quamuis ijs ſolis concedi id ſoleat, qui in vrbe officium gerunt.

L. QVI OFFICII.

SVMMARIA.

1 *Qui poteſtatem habent cum ſubditis non rectè contrahunt. Cauſa ex Cicerone relata à Mudeo.*
2 *Qui adminiſtrationem publicam ſuſcipit, debet mundas ſeruare Deo, legi, & principi manus.*
3 *Romani veteres exceptionem non emptionem eſſe arbitrati ſunt, ſi à ſubditis prouinciarum præſides emerent.*
4 *Officium perpetuum in prouincia gerentes rectè illi contrahunt.*
5 *Qui conſtituuntur ad lubitum principis in aliqua prouincia, pro perpetuis habentur.*
6 *Domini de parlamento rectè emere poſſunt prædia à ſubditis.*

MVltum curæ fuit legislatoribus, vt omnino libera eſſent rerum cō-
mercia, nullaque in eis impreſsionis ſuſpicio. Ideoque nulla ferè
iuris parte [a] neglectum eſt illud, ne qui poteſtatem aliquam habent,
1 & munus publicum gerunt, cum ſubditis cōtrahant. † Et nouiſsimè [b] quod
oporteat purè ſumentem adminiſtrationem, præ omnibus alijs, mundas
2 ſeruare Deo, legi, & principi manus: † nullum contingere lucrum, neque
captioſum aliquid contra ſubditos facere, negociatione. Cuius conſtitu-
tionis originem & cauſam nemo melius explicet, quàm ipſius Ciceronis
verbis, in Verrem [c]. qui quod corraſiſſet omnia ſigna, tabulas pictas, omne
argentum, aurum, ebur, gemmas: ad hæc omnia, vna excuſatione vtebatur,
quod ea emiſſet. Quæro, inquit, cuiuſmodi tu iudicia Romæ eſſe putares,
ſi hoc quenquam conceſſurum putaſti? te in prætura atque imperio,
tot res, tam pretioſas omnes, denique quæ alicuius pretij fuerunt, tota ex
prouincia coemiſſe videtur maiorum diligentiam, qui nihil iſtiuſmodi ſu-
ſpicabantur, verùm tantum ea quæ paruis in rebus accidere ſolent proui-
debant. Neminem, qui cum poteſtate, aut legatione in prouinciam eſſet
profectus, tam amentem fore putauerunt, vt emeret argentum, dabatur de
publico: vt veſtem, præbebatur enim legibus, mancipium putauerunt, quo
& omnes vtimur, & non præbetur à populo. Sanxerunt ne quis emeret
mancipium, niſi in demortui locum, ſi quis Romæ eſſet mortuus, imò ſi
quis in prouincia: Non enim te domum inſtruere voluerunt in prouincia:
ſed illum vſum prouinciæ ſupplere. Quæ fuit cauſa, cur tam diligenter nos
3 in prouincijs ab emptoribus remouerunt? Hæc iudices, quod putabant e-
reptionem eſſe, non emptionem: † cùm venditori ſuo arbitratu vendere
non licebat. in prouincijs intelligebant, ſi is qui cum imperio eſſet, quòd
apud quenquam eſſet, emere vellet, idq́; licere, fore, vt quod quiſq; vellet
ſiue eſſet venale, ſiue nō, quāti vellet auferret. & hactenus ille. A regula au
tē huius reſpōſi excepta quædā legimus, quæ verius ad declarationē perti-
nēt regulæ, quàm quod exceptionū numero haberi poſſunt. Vt ecce, quod
4 officiū perpetuū gerētes cū ſubditis cōtrahere poſſunt [d]. † ne quodāmodo
pœnæ addicti putentur, interdicto eis ſemper commercio [e]: conſtitui ſo-
let inter exceptiones à regula. At verò ea ſpecies non eſt ſub regula,
quia non dicuntur, officij cauſa in prouincia agere, niſi qui ad tempus illud
gerunt, & ſucceſſore accepto domum redeunt. Qui conſtituuntur ad lu
5 bitum principis, cenſentur perpetui [f], † ſaltem ij qui non ſolent facilè re-
moueri [g], vt Iuriſperiti in principis conſilium aſſumpti: delatus enim eis
honor finem certi temporis, ac locum non habet [h]. Vnde traditur à non-
6 nullis [i], quod domini de parlamento poſſunt emere prædia, † &c. Sed &

a l. principalib. l. præſidit. ſi certum petat. l. cos. l. quiſquis. C. eodem tit. ſi cert. petat. l. auferimr. §. quod à præſide. de iure fiſci.
b in §. oportet. in authent. de mandat. princip.
c Verrina ſexta.
d d. l. præſes.
e arg. l. moris. verſic. ſunt & aliæ pœnæ. de pœnis.
f Bart. ad l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pratori. de ope. noui. nuncia. Alberic. et Bald. ad l. Iuriſperitos. de excuſat. tuto. Nicola. Boeri[o], deciſ. 149. prioris partis.
g Alciat. ad d. l. præſidis. paulo poſt princip.
h d. l. Iuriſperitos.
i Guido. pap. quæſt. 195. Bart. quem ſequitur Alciat. ad d. l. præſidis. arg. l. eos. de ritu nuptiar.

qui in patria officium gerunt, vel excipiendi ſunt: vel verius, ſub regula nõ comprehenſi. nam illi à ſubditis emere poſſunt, vt ſæpius eſt traditum. Gabriel putat quòd non.

L. FVNDVS ILLE.

SVMMARIA.

1 *Hac venditio, fundus ille ſit mihi & Titio emptus, quatenus valeat.*
2 *Si in Titium & ſeruum compromiſſum fuerit, Titius ſolus ſententiam dicere non cogitur.*
3 *Ius accreſcendi vel non decreſcendi in contractibus an locum habeat.*
4 *Stipulatio hac, mihi & Titio decem, differt ab emptione hac, mihi & Titio fundus ſit emptus, &c.*
5 *Mihi & Titio ſi ſit emptus fundus, an Titius ratam habere venditionem poſſit?*
6 *Mihi & Titio ſi emptus ſit fundus, an duo emptores eſſe cenſeantur, an verò vnus.*
7 *Procurator domino ſtipulando non acquirit dominio, ſed bene tutor, ſtipulando pupillo.*
8 *Venditor inuitus non debet cum emptore incidere in communionem.*
9 *Si mihi & Titio vendatur certa quantitas vini, olei, aut ſaccari, an Titij perſona pro ſuperuacua habeatur.*
10 *Si venditor hac forma verborum vtatur, ſit tibi et Titio fundus vẽditus, &c. an emptor cogatur plus quàm partem accipere.*
11 *Nullam fieri tranſlationem ex perſona Titij, cui acquirere non poſſum in me, aduerſus Barth. oſtendit Mudaeus.*
12 *Ius accreſcendi in quibus contractibus locum habeat.*

VENDITORI conſentienti dixit emptor: fundus ille eſt mihi & Titio emptus, † hinc quæſtio naſcitur trimembris: An in partem vẽditio valeat: an in totum conſiſtat: an nihil actum ſit. Et eſt in ſingulis partibus, quod probabilem cauſam præbeat ſic opinanti. copula enim, &, non coniungendi tantũ vim: ſed & diſtribuẽdi habet in partes viriles [a], vt videatur perinde eſſe, atque ſi partem ſibi, partem Titio emiſſet: vt ſic quod in Titij parte valere non poteſt, corruat [b]: ſed aliam partẽ non vitiet. Quod verò nulla ex parte valeat, nihilq́ue ſit actum, videri poſſet exemplo arbitrij, à Titio cum ſeruo aliquo (qui arbiter eſſe nequit) ſuſcepti: ſi enim in Titium & ſeruum compromiſerim, hic Titius, quia cum alio recepit arbitrium, ſolus dicere ſententiam non † cogetur [c]. Quæ nunc ſupereſt tertia pars, nõ erit magnopere probabili aliqua ratione iuuãda. nã eam Iuriſconſultus pro vera eſt amplexus. Quæ tamen dubitatione nõ caret, nã cùm ſuperuacuam & inutilem adiectionem Titij eſſe dicamus, ſufficere videbatur, quòd ea adiectio aliam partem, quam vtiliter ſibi emit emptor, non vitiaret: etiam ſi non eo amplius id, quod vtile eſt, ex inutili foueretur, & incrementum reciperet. vti nunc euenire videtur: nam ſi Titij adiectio nõ fuiſſet inutilis, emptor ipſe ſolam partem, & aliam Titius haberet emptã. cur ergo nunc totus fundus cenſetur ei ſoli emptus, propterea quòd Titij adiectio ſit inutilis. At certè non emit hic emptor partem fundi ſibi, & aliam Titio: ſed totum fundum coniunctim ſibi & Titio. Cùm ergo totum retinet fundum, vt ſibi emptum, non amplius retinet, quàm quod emit. & hoc forma verborum patitur [d], vt ſic quodammodo verius dixeris hic eſſe ius non decreſcendi, quàm accreſcẽdi. cui & in contractibus locus † eſt [e]. atque adeò in ſtipulationibus ſtrictiſsimè concluſis. ſi quis ſcilicet bis, facta mentione quantitatis, ſibi decem, & Titio decem dari ſtipuletur [f]. quamuis eadem decem in vtriuſq; perſona intelligantur [g]. Et hæc ipſa, ſi bene expendatur, ratio Iuriſconſultum hic mouet, cur inclinaret in hanc partem, quòd diceret, totius fundi portionem ad ementem pertinere: quia perſona Titij ſuperuacua adiecta cenſetur: hoc eſt, prorſus inutiliter, ita vt nihil operetur, neque ſcilicet ibi det effectum rei propoſitæ, neque vitiet, aut ex ea imminuat quicquam. Sic & impoſſibilis conditio in legatis ſuperuacua, & nullius momenti eſt [h]. in cõtractibus verò non eſt ſuperuacua: ſed hoc operatur, vt ex ea intelligi poſſet, contrahentes nihil agere voluiſſe,

Marginal notes: 1 (beside "vẽditio"); 2 (beside "cogetur"); 3 (beside "locus † eſt").

a l. reus. §. cum in tabulis. de duobus reis.
b arg. l. ſi mihi & Titio. de verbor. oblig.
c l. Pedius. §. Iulia. de recept. arbit.
d Fulg. hic. in princip. arg. l. coniunctim. & l. re cõiuncti. de legat. 3.
e l. propri. commu. prædio.
f Paul. Caſtrenſ. ad l. ſi mihi & Titio. de verbo. obligat. in princip.
g l. ſtipulat. iſta. §. cũ qui de verbor. oblig.
h l. 2. de condicionib. & demonſtrat.

voluiſſe, vt qui contraxerunt appoſita cõditione, quam ſciuerunt impoſ-
ſibilem[a]. In ſtipulatione autem ſimili modo concepta, vt ſi quis ſibi & Ti
tio decem ſtipuletur, perſona Titij non haberetur omninò ſuperuacua,
4 † aliquid enim operatur, cum diuidat vim & effectum ſtipulationis relatæ
ad duos[b]. hic verò, neq; diuidit, neq; inutile quicquam facit, ideoq́; ſu-
peruacua eſt. Quam ratioñe tanquam generaliorem maluit Iuriſconſultus
adferre, alio etiam loco[c]: vbi etiam ſpecialiorem, ex natura rei ſubiectæ,
adducere potuiſſet: nimirum in materia indiuiſibilis ſeruitutis, à vẽditore
fundi, exceptæ ſibi & vicino. Expenduntur[d] etiam ad aliud hæc verba,
quòd Titij perſona ſuperuacua ſit, in hoc ſcilicet, quòd Titius eam em-
ptionem, ſe abſente & ignorante (vt hic præſupponitur) contractam non
5 poſſit habere ratam[e]. † Cùm enim emptor ad Titium verba retulerit, & in
eius perſona cõceperit, videtur nõ procuratoris, ſed nuncij officio quo
ad eum functus, nõ præcedente mandato: quo fit, vt deficiat ſubſtantia cõ-
tractus, qui conſtare deberet ex Titij, & non nuncij eius loquentis, con-
ſenſu[f]. Qui ſanè defectus rei ſubſtantialis maior eſt, quàm vt vlla ſubſe-
quente ratihabitione confirmari poſſit[g]. Sed & hoc diligenter tenendum
6 eſt, quod hic non emit quis cum Titio, & duo ſint emptores: ſicut cũ Ti-
tius arbitrium ſuſcipit cum ſeruo, æquè in duos eſt compromiſſum, & duo
electi ſunt arbitri[h]: ſed emit ſolus, licet non ſibi ſoli, ſed & Titio. cum ta
men hoc facere nequiuerit, iure id prohibente, ne quis alteri ex ſuo cõ-
tractu acquirat[i], excepto in primis mutuo[k]. Et quod vtilitatis gratia re-
ceptum ſit, vt tutor pupillo[l], curator adoleſcenti, aut furioſo, cuius curá
gerit, & actor municipio actione acquirere directo poſſit ſtipulando
nominatim, aut contrahendo in eorum perſonis. ſed non ſic procurator
7 domino[m]. † Imò in his tam ſcrupuloſi ac penè moroſi fuerunt veteres; vt
traderent, nec pactum de non petendo, quamuis ad liberationem tẽdat, fa
uorabilem alteri, apertis verbis fieri aut concipi[n] poſſe. Qua ratione e-
tiam fit, vt ſi quis emiſſet, non ſibi, ſed ſoli Titio, nihil valeret quod actum
eſt: & empti actionem nec illi, nec ſibi quæſiſſe: dum ſibi non vult, & illi
non poteſt[o]. Itaque cùm hæc ratio ex iuris prohibitione, vt hic innuitur,
deſumpta ipſi Iuriſconſulto adeò placuerit, vt eius reſponſo aſſcripta ſit:
meritò nulla alia quæri à doctoribus debebat melior. maximè cùm non ſo
lum rei propoſitæ melius conueniat: verùm etiam latius pateat, quàm alia
à doctoribus plerunque adducta. videlicet, ne ſi dicamus hic in parte tan-
tum valere emptionem, venditor inuitus in communionem rei ſuæ cum
8 alio incidat: † & fundum, quem ſe totum vendere putabat, habeat cum em-
ptore communem, huius enim rationis ſic deſumptæ ex communione e-
uitanda, quamuis alicubi etiam, quoad ea quæ nõ multum diſsimilia ſunt,
magna vis ſit[p]: huic tamen rei, quam nunc tractamus, minimè ſufficere po
teſt. Nam ſi ſoli Titio emiſſem: nulla hic venditori metuenda eſſet cõmu-
nio rei ſuæ cũ Titio: & nihil tamen actum intelligeretur. Quis ergo dubi-
tet, eandem eſſe rationem totius & partis: hoc eſt, qua ratione nihil intel-
ligitur actum, ſi ſoli Titio emerim, eadem quoque nihil actum ſit, quoad
partem: ſi mihi & Titio emerim. Sed etſi fortè mihi & Titio certam quan-
titatem olei, vini, aut ſimilium rerum, quæ functionem recipiunt in ſuo
9 genere emero, hic tam commodè res empta diuiſionem reciperet, † quòd
neceſſe non eſſet in vllam communionem incidere[q]: & hic tamen
non ſcinderetur emptio, ſed tota quantitas vini aut olei mihi ſoli eſſet
empta, nimirum ex ratione Iuriſconſulti aſſcripta. Cùm æquè, hoc caſu, vt
fundo empto. Titij perſona ſit habenda pro ſuperuacua. nihil enim ex hoc
mutat

a l. non ſolum. in fin. de actionib. & obligation.
b d. l. ſi mihi & Titio. l. vtili. C. de inutilib. ſtipulat.
c in d. l. proprium.
d à Bald. hic.
e Alberic. hic.
f l. 1. in fin hoc tit.
g Bald. Paul. Caſtr. ad l. multum. C. ſi quis ſibi vel alteri.
h d. l. Pedius. §. Iulian. de recept. arbitr.
i Fulgo. ad d. l. proprium. ex l. ea quæ ſibi liber, de acquirendo rerũ domin.
k l. certi cõdictio. §. ſi nos. ſi certũ petat. l. ſi abſeñ. C. eod. tit. l. 1. & 2. C. per quas perſonas.
l l. quoties. in fin. princip. de adminiſtrat. tutor.
m l. eum qui. §. Iulian. lib. 11. digeſt. ſcribit procurat. cũ §. ſeq. de cõſtit. pecun.
n l. ſi tibi decem. §. ſi pact9 ſum. l. & heredi. §. nos autem. verſic. certum. de pact.
o d. l. multum. verſic. ſi verò ab initio.
p l. tutor. §. 1. de minorib. l. ſi fortem. §. ſi centũ. de condict. indeb. l. ſi quis alienam. de ſolutio. l. Iulian. §. idem. Celſus verſic. quòd ſi tibi totus fundus. de actionib. empti.
q d. l. ſi non fortem. §. ſi centum. verſic. idem Marcellus ait.

mutat natura rei venditæ: cùm generaliter ſit ſtatutum, quòd ex meo con-
tractu alij non poſsim actionem quærere [a]. Denique, ſi non emptor ſibi
Titium in emendo coniunxiſſet, ſed ea coniunctio originem accepiſſet à
venditore, qui aliquando, fortaſsis à Titio interpellatus, vt partem fundi
emere poſſet, ac ſciens Titio expedire, vt partem habeat emptam, ipſe eũ
emptori coniunxerit, dixeritque, ſit fundus iſte venditus tibi & Titio.
† Hic æquitas requirere videretur hoc potius, quod venditor mecum in 10
communione ſit, loco Titij, nolentis partem: quàm vt ego ſolus, totius
fundi emptione onerer: præſertim ſi venditor præſciuerit me non niſi
partem fuiſſe empturum. neque hic ei parcendum videtur, quo minus in-
cidat in communionem loco Titij mecum, cuius ipſe negotiũ gerere vo-
luit: attamen & in hac ſpecie (quamuis aliqui dubitent [b]) ex generali ra-
tione Iuriſconſulti, quo ſcilicet Titij perſona ſuperuacua ſit, ſic vt ei e-
mere non potuerit, eadem manebit deciſio. Quid ergo ſi qua lex em-
ptioni in Titij perſona ſit dicta, quæ non in emptoris, an portio Titij
cum ea ipſa qualitate ad emptorem transferetur. Exempli gratia, ſi ſic di-
xerit emptor, fundus ille mihi & Titio, ſi partem pretij intra menſem ſol-
uerit, ſit emptus, vel ſi, in eius perſona purè concepta forma emptionis,
addatur pactum legis commiſſoriæ, vel addictionis in diem. Et quidem ſic
videri poſset, eandem conditionem aut legem, in dimidia parte, Titio ma
lè aſſcripta, transferri ad ementem [c]. Sed ex iam dictis contrarium verius
videtur: cùm enim Titij perſona ſuperuacua hic ſit, corruente in totum
principali, nulla lex acceſſoria, quæ in eius perſona aſſcripta eſt, valere
poteſt. Neque hic transfertur vlla portio emptionis, aut rei emptæ à Ti-
tio in emptorem, ſed circumſcripta perſona Titij, atque omninò deleta
eius mentione, quaſi nulla habita fuiſſet, mox ab initio totius fundi em-
ptio, in perſona ſolius emptoris conſiſtit. vt ſic fruſtra hic quæras, num de-
beat translatio rei fieri cum ſuis qualitatibus. † Neque exiſtimare oporte- 11
bit, quòd quicquid alij certa lege ex quocunque meo contractu acquire-
re intendo, id ſi ipſe nolit ſibi acquiſitum eſſe, transferri in me, & mihi ſub
eadem conditione aut lege cenſeri quæſitum (vt generaliter Barthol. vo-
luiſſe videtur [d]) ſed in paucis tantum contractibus vt in mutuo [e], atque ita,
vbi firmum eſt, quod in alterius perſona agitur, & ad alium deinde trans-
fertur, ibi translatio fiet, cum eadem qualitate, etiam in vltimis voluntati-
bus [f], vtputa qui, prætерito filio, hæredem inſtituit extraneum, & poſt il-
lius mortem, legat Sempronio, filius præteritus inſtitutionem rumpens,
ipſe hæres ſit, præſtatque legata [g]: & hoc quod Sempronio legatum eſt,
non poſt ſuam, licet ipſe hæres fiat, ſed poſt hæredis inſtituti mortem
præſtabit [h]. In eo quoque Iuriſconſulti reſponſo [i], quo Bartholus motus
videtur, vt generalius diceret, de quocunque contractu alij facto, hoc
perpendendum eſt, quòd non agat ibi venditor vt alij, ex ſuo contractu,
acquirat actionem, aut ſeruitutem: ſed vt eam quam putabat acquiſitam
olim, ei conſeruet: ne de euictione teneatur. Poſtremò, ſi de iure
accreſcendi in contractibus quæras, certum eſt id nullum
eſſe, pauciſsimis caſibus exceptis, † vtpote vſufructu [k], 12
donatione cauſa mortis [l], quæ ab Imperatore
inter viuos fit [m], & quam mater, ante an-
num luctus nubens, facit libe-
ris prioris matrimonij, vt
pœnas iuris euitet [n].

SEPTI-

a d. verſic. ſi verò. in d. l. multum.
b Fulgo. hic.
c arg. legis fundũ. & quæ ibi habet. Barthol. de actionib. empt.
d ad d. l. fundum. de act. empt.
e d. l. ſi abſentis. & l. 2. C. per quas perſonas.
f Bart. & Fulgo. ad d. l. fundum.
g authent. ex cauſa. C. de liber. præterit.
h l. peculium. §. Titio. de legat. 2. & Bald. ad d. l. multum.
i d. l. fundum. de act. emp.
k toto tit. de vſufruct. accreſcendo.
l l. vnica. in fin. C. de caducis tollend.
m l. vnica. C. ſi liberalitatis imperatoris ſoci⁹ deceſſerit. lib. 10.
n l. ſi qua mulier. §. quam quidem. C. ad Tertullia. & Alciat. ad l. re coniuncti. nu. 51. de legat. 3. & ibi plura Alexand.

SEPTIMVM ET VLTIMVM CAPVT, DE Implemento horum contractuum.

SVMMARIVM.

1 De implemento contractus emptionis & venditionis, magis tractari ſub tit. de act. empt. quàm hoc tit.

AB hoc capite, quod eſt de implemento contractus, ad quod plerunque iudicio cõtendi ſolet aduerſus eos, qui non ſponte adimplent quod promiſerunt, commodiſsima tranſitio erit ad ſequentem titulum, de actionibus empti & venditi: cuius hic nunc initium conſtituere licebit. Sed nunc ea tantum tractabimus, ad quæ nos vocant reſponſa huius tituli: quæ ſanè de pretio quod ab emptore ſoluendum eſt, hic admodum pauca ſunt [a]. & de traditione rei, quæ venditori incumbit, ſimiliter pauca [b], quorum etiam nullum eſt, quod directò hoc habet propoſitũ, ad quid venditor teneatur, quod ſequenti titulo ex profeſſo traditur [c], ſed præſuppoſito eo, quòd tradere rem venditam debeat, vlterius deciditur vno loco, quomodo ea traditio fiat, & alijs ferè omnibus, quid ex traditione reſultet, an dominij translatio, an vſucapio.

a l. fiſtulas. §. qui fundũ. l. quod vendidi. l. vt res emptoris.
b d. l. fiſtulas. §. fundum.
c l. ſi ita diſtrahatur. §. qui vendidit. d. l. quod vendidit. l. cum manu ſata. §. nemo. l. clauibus. l. Cœlia. §. cum qui.
d l. 1. & 2. & 3. & alijs mult. de act. empt.

L. FISTVLAS. §. FVNDVM.

SVMMARIA.

1 Alienatio fundi à traditione æſtimatur, nõ à venditione celebrata.
2 Tutor qui à parente pupilli fundum emit, an ſibi ipſi tradere illum poſſit, & an decreto ſit opus.
3 Si pupillus teneatur reuendere fundum ex pacto cũ patre inito, an opus ſit decreto.
4 Ex interuallo de reſtitutione prædij pupilli poſt acquiſitionẽ ſcilicet ſine decreto non poteſt cõueniri.

SI quis fundum emerit à patre pupilli, cuius ipſe tutelam gerit, non eſt quod mox de actiõe quæramus, qua venditoris hæres tradere emptori, eidemque tutori ſuo compellatur. Sed de illo in primis dubitari poteſt, quo modo obligationi ſatis fieri queat, etiam vt maximè vterque velit, dubitationem facit, quòd in ipſa traditione fundi venditi, propriè conſiſtat
1 alienatio: † ante enim venditus quidem fundus: ſed nondum alienatus dicetur [e]. alienatio autem immobilium rerum pupillis & minoribus interdicta eſt, niſi decretum prætoris acceſſerit [f], & autoritas tutoris: qui in rem ſuam autor fieri nõ poteſt. [g] Vt interim hoc omittamus, quod qui creditor aut debitor eſt pupilli, tutor eius fieri non poſsit. [h] Sed his omnibus hoc
2 loco neglectis, tam expedita erit liberatio pupilli †, vt ea fiat ipſo tutore quodammodo ſibi ſoluente, & fundum emptum ſibi tradente, ſic ſcilicet, vt pupillus & familia eius diſcedat de fundo. Sed nondum hoc ſatis eſt [i], ſed oportet, vt tunc demum ipſe tutor ingrediatur in vacuam poſſeſsionem, quemadmodum ſi ex alia qualibet cauſa, pater pupilli obligatus fuerit ei, quem dedit ſuis liberis tutorem, hic ſibi ex pecunia pupilli quod de-
2 betur ipſe ſoluet [k]. Neque hic vllo prætoris decreto eſt opus, ad ſolam executionem obligationis per patrem contractæ: quæ vel inuitum pupillum, æquè vt alium quemlibet debitoris hæredem aſtringit neceſsitate ſoluendi. Imò etiam vbi non tam longè proceſſum eſt in negotio, viuo adhuc patre pupilli, neque cum eo id actum, vt ipſe vendiderit: ſed emens fortè promiſit reuendere venditori: hic iam vtrunque, & venditio, & traditio, ſine
3 decreto, ab hærede eius minore, fieri poterit: † nec erit neceſſaria autoritas prætoris, vt conſulatur ſollicitudini tutorum aut curatorum, vbi patris pareatur voluntati [l]. Quin etiam, vbi nullum viuo patre, & cum eo iactum eſt initium, aut fundamentum obligationis, ſed ab ipſo pupillo, eiuſq; tutoribus

e l. aliena. de verbor. ſign.
f toto tit. de rebus eorum qui ſub tutela & cura ſunt.
g l. pupill⁹. de autor. tutor.
h in authent. at qui obligatas ſe habere perhibẽt res minor.
i l. eũ qui. de dolo malo.
k l. quoties. § ſicut autem. de adminiſtrat. tutor.
l l. 1. C. quãdo decreto opus non eſt. & l. vlt. de reb. eor. qui ſub tutela vel cura ſunt.

toribus res tota ſuum habet initium: vtputa ſi pupillus cum tutore emerit prædium, ea lege, vt venditori facultas ſit retrahendi illud eodem pretio, adhuc videtur, quòd ſine decreto prætoris peragi hoc poterit, vt legi acquiſitionis ab initio dictæ, pupillus omninò pareat[a], quamuis ex interuallo poſt acquiſitionē prædij, nō poſſet de reſolutione illius ac rei reſtitutione cōuenini, abſque decreto[b]. † Sed vrget nō parum in contrariū, reſponſum 4
Iuriſcōſulti[c], quo non permittit, ſummo iure, pignus ſic conſtitui, ſi pupillus rem emat ea lege, vt donec pretiū ſoluerit vēditori, ſit obligata pignori. quamuis & hic cū dominio pignus quæſitū eſſe, & ab initio obligationi inhæſiſſe videatur, quamuis hoc pactum videatur lege iuuari, quæ rem venditam, velut pignori obligatā facit vēditori, donec pretiū ſoluatur[d]. Alij[e] aliter hoc extricare nititur. Mihi videtur, quòd Vlpianus ibi cōſiderauerit ordinē quendā neceſſariū dominij acquirēdi, & pignoris conſtituendi, ait enim: *Nā vbi dominiū quæſitū eſt minori, cœpit nō poſſe obligari.* Et ſanè quantumuis videatur vno cōtextu totū negotiū peragi, & pignoris conſtitutio obligationi empti & venditi inhærere (quæ res Paulū mouit[f], vt Vlpiani ſententiā videretur impugnare) res tamē ipſa poſtulat hic ordinē aliquem, quem ſaltem intellectu concipimus. Nā dum res adhuc verè venditoris eſt, non poteſt, propriè loquendo, ei pignori obligata eſſe ex conuentione[g], quāuis retineri poſſet, quaſi pignoris iure, ne tradatur emptori, antequam pretiū ſoluerit[h]. Neq; poteſt emptor minor annis rē illam pignori obligare, antequam ſua facta ſit[i] ſimulatq; autem eius eſt facta, deſijt poſſe obligari abſq; decreto. Itaq; ſummo iure, in acquirēdo dominio minori, & cōſtituēdo ab eo pignore in re empta, quātumlibet hæc cōiuncta videatur, aliquo tamen ſemper ordine ea fieri intelligūtur: vt intelligas quid prius, et quid poſterius ſit, & ex priore poſterius de iure cēſeatur impoſsibile. Sed in eo, quod nunc tractamus, neque ordo aliquis eſt ex interuallo tēporis: fiunt enim ſimul, neq; res ipſæ ſui natura aliquē ordinē neceſſario deſiderant, nihil enim prohibet, quin eo ipſo momēto, quo prædiū titulo emptionis acquiritur pupillo, aut minori: intelligatur hic acquiſitū vt reuēdi debeat, & iuri retractus ſubijciatur.

a arg. l. contra. §. ſi filio fa mil. cū l. ſeq. de pact. & ibi Ang. & Iaſo. argu. l. apud Celſ. §. in hac exceptio. de dol. mal. & met. excep. l. ſeruus. C. de pac.
b l. ſi ad reſolueñ. & ibi Accurſ. C. de præd. & alijs reb. minor.
c in l. 1. in fi. cū l. 2. de reb. eorū qui ſub tutela vel cura ſunt.
d l. Iulian. §. offerri. de actiō. empti.
e Raph. Cuman. eod. loco.
f in l. 2.
g l. neque pignus. de reg. iur.
h d. §. offerri.
i l. rem alienam. de pigno. act. & tot. tit. ſi res aliena pig. data ſit.

§. QVI FVNDVM. HVIVS L. FISTVLAS.

SVMMARIA.

1 *Fundum vendidit quis emptori qui ante traditionem decedit, duobus relictis hæredibus: an ſingulis pro parte competat actio.*
2 *Ablatiui, ſoluta pecunia, conditionem in cōtractu faciunt.*
3 *Conditio diuiſionem impedit.*
4 *Venditor pignoris loco rem tenet, donec ei pretium ſoluatur.*
5 *Particularis ſolutio inuito creditore admittitur, ſecundum Alciat. ſententiam.*
6 *Ex duobus hæredib. quorū alter paratus eſt ſoluere pretiū ſui di, alter non, quomodo parato cōſulatur.*
7 *Quomodo quadam conſequamur actione fam. erciſc. quæ non actione negot. geſto.*

FVNDVM aliquis ea lege emit, vt, ſoluta pecunia, traderetur ei poſſeſſio: decedit, re adhuc integra, duobus relictis hæredibus: an vtriq; horum ſeorſum ſuæ partis actio aduerſus venditorē ſit danda, † pretij par- 1
te, quæ eū reſpicit, ſoluta. Et quid ni, inquies, cùm lex duodecim tabularū obligationes actiuè & paſsiuè inter hæredes diuidat[k]: & obligatio quantitatis omni modo diuidi poſſet, recipiatq; partiū præſtationem[l], tunc neceſſariá, cū duobus ſimul ab initio vēditio facta eſt, aut faciēda[m]. Sed aliud hic Iuriſcōſulto eſt viſum: quod videlicet ita cōtractū æs alienū, diuidi non poſsit. An igitur forma cōuentionis in cauſa erit, cur nō diuidatur obligatio, aut actio? Certè iuuat ad cauſam. nō enim ocioſum videri debet, quod hic I.C. formam eam conſiderauerit primum cùm diceret: *Ea lege emerat*, ac deinde paulò poſt: *ita contractum æs alienum*: ea enim conuentio cōtinet conditio-

k l. 2. C. de hereditar. act.
l l. 2. §. & harū. de verbo. obligat.
m l. vxorem. §. agri plagā. de legat. 3.

2 cōditionem † (ablatiuis ſcilicet illis, *ſoluta pecunia*) in eá reſolutis [a]. quam-
uis nō ipſi cōtractui, neq; directo obligationi, ſed illius potius executio-
3 ni, hoc eſt, traditioni appoſitā [b]. Cōditio aūt diuiſioni obſtat, † neq; patitur
vt effectus eius rei, cui apponitur, ſcindatur. Sed etſi nō ea forma, neq; ea
lege expreſſa vēditio facta eſſet vni, cui duo ſucceſsiſſent, adhuc idē di-
cendū eſſet [d], quia vēditor pignoris loco rem retinet, quoad emptor pre-
4 tium ſoluat [e], † pignoris autē natura eſt, vt nō niſi toto debito perſoluto,
laxetur, aut reddatur [f]. Et hæ ſunt duæ præcipuæ exceptiones, quas Alcia
tus [g] fecit à regula, quam ipſe paradoxicè conſtituit: quòd particularis ſo-
5 lutio, vel inuito creditore admitti debeat, † quæ hic in vnum concurrunt:
Ideoq; hic Fulgoſius cenſuit, quòd expreſſio legis, aut conditionis hic ap
poſitæ in contrahendo parū aut nihil operetur: cùm æquè inſit tacitè [h]: ac
quod potius cuiuſdam admonitionis emptori factæ, quàm veræ condi-
tionis vim habeat [i]. Diſsimilis tamen eſt cauſa, cum duobus eadem res
ab initio eſt vēdita [k]: & non ex accidenti, quod cum vno ſolo contractum
eſt, ſcindendum venit [l]. Quomodo ergo vni hæredum emptoris conſule-
tur, altero partē pretij, quæ eum reſpicit, nolente ſoluere, nec curāte rem
6 emptam ſibi tradi. † Profectò nihil inueniet expeditius, quàm vt ipſe om-
ne pretiū venditori perſoluat: ac deinde à cohærede partem repetat, nō
quidem negotiorum geſtorum iudicio: nam nullum hic eius meritum eſt
erga cohæredem ex ſpōtanea geſtione: ſed familiæ Erciſcundæ: eò quòd
pro ſua ſolius parte obligationē diſſoluere, & ſic emptionis à defuncto cō
tractæ emolumentū pro ſua parte conſequi nequiuerit: nam quæ ſic neceſ
ſariò integrè, & non pro ſola cuiuſque hæredum parte geruntur, pertinent
7 ad iudicium † familiæ Erciſcundæ, non negotiorum geſtorum [m].

a l. à teſtatore. de cōditio. & demonſtrat.
b Bald. hic. & Fulgo.
c l. cum fundus legatus eſt. de condi. & demonſtra. l. 3. §. vlt. de verb. oblig.
d l. quod ſi nolit. §. Marcelli. & §. idem Marcell. de edilit. edict.
e d. l. Iulian. §. offerri.
f l. qui pignori. de pignor. l. ſi pignor. verſic. cōtra. famil. Erciſc.
g ad l. quædam æſtimanorunt. ſi cert. petat. ſub fi.
h arg. l. non rectè. in fi. C. de fideiuſſorib.
i vt in l. muto. §. n. verſic. hanc autem adiectionē. de tutelis.
k d. §. agri plagam.
l d. l. cui fundus. de con. & demonſtr.
m l. hæredes. §. ſi vnus ex cohæred. verſic. et omnino. famil. Erciſ. l. ſi quis putās. §. ſiue aūt locando cōmunis diuidundo. l. 3. C. de negot. geſt.

L. SI ITA DISTRAHATVR.

§. QVI VENDIDIT.

SVMMARIA.

1 *Qui fundum ſtipulatur, intelligit dominiū fundi.*
2 *Emptor qui à venditore ſtipulatur fundum dari, non cenſetur venditor ad dominium ſeſe obligaſſe hoc ipſo.*
3 *Stipulationum vis intelligenda eſt ſecundum naturam negotiorum ſuper quibus interponuntur.*
4 *Coniuncta duorum ſtipulatio, non eſt debilior ſimplici, aut alterius ſolius.*

QVI fundum ſtipulanti ſimpliciter promiſit, nec addidit tradi, aliud-
ue ſimile [a], vtputa, ſic ſtipulanti, promittis fundum, intelligitur pro-
1 miſiſſe † dare illum [b]: atque ita accipientis facere [c]: non ſic verò qui fun-
dum vendidit, hic enim ſatisfacit, ſi vacuam illius poſſeſsionem tradat:
quam alius iure auocare non poſſet [d]: quod non nudum factū, ſed cauſam
bonorum continet [e]. Sed etſi eò amplius emptor à venditore adhuc ſtipu-
letur dari quoque rem, nondum tamen intelligetur venditor promiſiſſe,
2 quod accipientis eam faciet. † Quia non eſt veriſimile, plus vendito-
rem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare cogeretur [f], Quid ergo ſi
emptor à venditore hoc ſolum ſtipuletur, dari rem, & nō coniunctim dari
eam, vacuamq; poſſeſsionem tradi. Accurſius iam putat [g], de translatione
dominij actum cenſeri: ſed alij [h], quod nec ſic quidem intelligatur vēditor
promiſiſſe translationem dominij in emptorem. Et rectè tum ex regula
peruulgata, quòd ſtipulationum verba vis & poteſtas accipi debeat, & in-
3 telligi ſecundum naturam negotiorum, ſuper quibus † interponuntur [i]:
tum etiam quod coniuncta duorum ſtipulatio, ſcilicet rem dari, va-
cuamq; poſſeſsionem tradi, non debeat eſſe debilior, quàm alterius ſolius,
videlicet, rem dari. Prior autem illa, & coniuncta, traditionem tantùm

a l. ſi rem tradi. de verbo. obligat.
b Bald. hic & Fulgo.
c l. vbi autem non apparet. §. vlt. de verbor. obl.
d l. 3. de act. emp.
e l. in cōditionalib. §. vlt. de verbor. oblig.
f l. ſi ſtipulatus. verſic. verum ſi emptor. de vſur.
g ad d. l. ſi ſtipulatus. in gloſſ. verbi ſtipulatus.
h Fulgoſ. ibi.
i d. l. ſi ſtipulatus. l. ſi vno. l. ſi lege. locati. Iaſ. ad l. 3. in nota C. de tranſact. l. 1. §. ſi quis ſub conditione. vt legator. nom.

citè, id quod ex circũſtantia facti apparebat[a], indulta ſit aliqua ſoluẽdi di-
latio. Fidẽ aũt de pretio, vt id obiter addã, nemo habere cogitur, & minimè
quidẽ ille, qui vẽdere alij cogitur, vt partẽ cõmunis ſerui manumiſsiõis gra
8 tia[b]. & alijs quibuſdã caſibus[c]. Et quidã etiam nõ † poſſunt[d], vt procurator
fiſci, tutores, curatores, œconomi, qui adminiſtrãt res eccleſiarũ, & qui exe
quuntur iudicatũ: hi enim, nõ niſi præſente aliqua neceſsitate vrgẽte ven-
dũt: cui mox ſuccurrendũ ſit[e], & cui mandatũ eſt, vel præſenti pecunia vẽ-
dere[f], vel certo pretio, cuius ſoluẽdi dilationẽ ſi daret emptori, intellige-
retur minoris vẽdidiſſe: nã minus ſoluit, qui tardius ſoluit[g]. Vt aũt redea-
mus vnde digreſsi ſumus, lapſo termino emptori indulto ad ſoluendũ, deſi
nit quidã vẽditor aliquo modo fidẽ de pretio haberẽ: & fortè pœnitet eum,
quòd aliquãdo habuerit: ſed quia ſemel habuit, dominiũ tunc in emptorem
tranſlatũ eſt: quamuis multo poſt tẽpore nõ ſoluatur pretiũ, nõ redit con-
feſtim ad vẽditorẽ: nã vt hoc obtineat, vẽditor debuiſſet adijcere pactũ le-
gis cõmiſſoriæ, vt inempta res fieret, pretio ad diem non ſoluto[h]. Neque
9 parui momẽti eſt, an vẽditor fidẽ habuerit de pretio, an nõ, † & an trãſierit
dominiũ. nã ad inopiã redacto emptore, aut ſolum vertente, qui fidẽ de pre
tio nõ habuit: rẽ venditã tãquam adhuc dñs illius vẽdicat, cæteriſq; oĩbus
creditoribus eiuſdẽ debitoris præfertur. Vbi tamẽ ſi in creditũ abijſſet, pa-
rẽ cũ cæteris creditorib[us] haberet fortunã, diſtracta illa re, eiuſq; pretio, in
omnes creditores, pro rata parte diſtributo[i]. Quod tñ alij ex æquitate mo
derandum[k] duxerũt, ſi nõ ſtatim poſt venditionẽ in lucẽ emergat, & oĩbus
nota fiat emptoris inopia: vt quia breui poſt tẽpore latitare cœpit, à facie
creditoris, vel ſolũ verterit: tunc enim, quia cũ emeret, id eũ præcogitaſſe
veriſimile eſt[l], videtur vẽditor dolo induct[us], vt fidẽ de pretio haberet, quæ
idcirco cẽſebitur vt nũ habita, ne ei dolus ſuus patrocinetur. Porrò quid
ſit in alijs cõtractuũ generibus, an ſola traditione dominiũ trãſeat, etiã an-
tequam præſtitum ſit, quod alia ex parte dari aut fieri debuit: vel eo noĩe
10 ſit ſatisfactũ, aut fides de eo habita, difficilius dixeris. † Nam opiniones va-
riãt. ſic enim viſum eſt nõnullis, tã in acquirẽdo dominio fructuũ prædij lo
cati[m] (vbi tamẽ plerunq; ſemper fides de mercede cõdictionis habita cẽſe
tur, nõ cedẽte termino ſoluẽdi vnoquoq; anno, mox in ipſa meſſe, & dum
fructus adhuc colligũtur: ſed poſtea aliquo alio cõuento tẽpore) quàm in
cõtractu innominato[n], & noĩs ceſsiõe pro pretio[o]. in qua tamẽ vẽditio nõ
minis cõſiderari poteſt. Et ad hæc vna ferè ratione mouẽtur: nimirũ quòd
cõtractus innominati diiudicẽtur iiſdẽ regulis, cũ nominatis contractibus,
quibus proximè accedũt[p]. At certè nihil emptioni & vẽditioni ſimili[us] eſt,
q̃ permutatio, ex qua etiã originẽ traxit[q]: in hac tamẽ non obtinere quod
dicimus: ſed mox facta ex vna parte traditiõe, trãſire dominiũ, ipſe Accur-
ſi[us][r] autor eſt, referẽs hoc inter diſcrimina illorũ contractuũ. Sed & Theo
philus[ſ] apertè dixit, quòd in alijs cauſis, is qui tradit, dominium transfert.
In emptione non aliter, quàm ſi pretium acceperit, aut ſatis eo nomine fa-
ctũ eſt. Neq; hic deeſt, quòd pro ratione diuerſitatis adferri poſſet[t]: quod
11 videlicet in permutatiõe, † & cõtractu quouis innominato, vbi quid ex v-
na parte datur, hoc fit ad obligationẽ ſtabiliendã, acquirendamq; actionẽ,
quæ ex ſola cõuẽtione dari nõ poſſet: ſed implenti tãtũm[u]: & ſic dominiũ
eius, quod dare debuit, mox trãsferẽti in accipientẽ. In venditione verò &
emptiõe, mox cõſenſu ſolo perfecta obligatio eſt, nataq; actio, vnde nõ ad
hãc acquirẽdã, traditio rei vẽditæ fieri cẽſetur, ſed ad pretiũ mox cõſequẽ-
dũ, niſi dilatio ſoluendi illud tributa ſit: vel pignore, vel fideiuſſore aliquo
dato, vẽditorẽ, ſecurũ emptori fecerit, vel obtinuerit, vt ei[us] fidẽ ſeq̃retur.

a l. ſi quaſi. de pignor. act.
b l. prima. & ibi gloſſa ad verb. neceſſitate, & ibi Bald. C. de communi ſeruo manu.
c in gloſſ. l. nec emere. C. de iure deliberand. l. Iulianus. §. Idem Celſ. de act. empti.
d l. ſi procurator. de iure fiſci.
e l. à D. Pio. §. ſed ſi emptor. & ibi Sex. & alij, de re indicata.
f l. cuicunq;. §. ſi ei quæ ad vendend. de inſtit. act.
g l. ſi cui exempto. §. vlti. de verbor. ſignif.
h toto tit. de fidecõmiſſoria.
i d. l. procuratores. §. ſi plures. & ibi Pau. Caſtren. de tribut. act.
k Bald. & Ang. ad l. ſi cũ dotẽ. §. vltim. ſolut. matrimo. & ibi Iacobus de puteo.
l argum. l. ſi vẽtri. in fin. de priuileg. credit.
m Accurſ. ad verbum facere. Bart. ad l. ſi ſeruus. §. locaui. de furt.
n Accurſ. ad l. cum proponat. ſuper verbo (remanſit) & ibi Bart. C. de dolo malo.
o Ludo. Roma. conſil. 86.
p l. 1. ſi quis ſeruũ depoſit.
q l. 1. huius tit.
r ad l. 2. C. de rer. permut.
ſ ad §. venditæ. Inſtit. de rer. diuiſ.
t cum Saliceto ad ſi. l. cum precib. C. de rerũ permut.
u l. ex placito. C. de rer. permut.

L. CVM MANV SATA. §. NEMO.

SVMMARIA.

1 *Pactũ in emptione ne dominium trãſeat in emptorem, non valet.*
2 *Pactũ illud firmũ eſt, ne dominium tranſeat in emptorem, antequam preciũ ſolutum ſit, quamuis dilatio ſoluendi concedatur.*
3 *Reſponſum Pauli in l. naturalis, in princip. de præſcript. verb. in ſpecie cõtrariũ Celſi reſponſo. ibi l. fi. de condict. ob cau. dato, enucleatum.*
4 *Res in genere vẽdita, an accipientis fieri debeat.*
5 *Pecunia in emptione cur vẽditoris fieri debeat.*
6 *Ius proprietatis reſtricta ad vitam ab vſufructu nõ multum diſtat.*
7 *Pactũ in emptiõe vt trãſeat vſucapiẽdi conditio in emptorem prodit malam fidem contrahentium.*
8 *In reſpõſo Celſi in l. fi. de cõ. ob cauſ. dato. cur plerique putent non eſſe emptionem venditionemq́.*
9 *Nudas cõſideratio in cõciliatione Celſi & Pauli.*
10 *Cur Celſus mortuo Sticho agi permittat cum eo, qui illum debet: cùm venditor morte Stichi liberetur.*

CVM de pactis transformãtibus ageremus, poſteriorẽ partẽ huius §. attigimus, in quã ſcilicet ſpeciẽ cõtract⁹ abeat & trãsformetur, cũ eſt cõuentũ, ne dominiũ trãſeat. Nũc priorẽ partẽ examinem⁹. Et quidẽ quamuis nũc dixerim⁹, quòd nõ debeat vẽditor in emptorẽ trãsferre dominiũ, nõ licebit tñ paciſci, ne trãſeat vnq̃; † quãuis reſtricto tẽpore, aut modo paciſci 1
liceat, ne trãſeat aliter, q̃; ſub cõditiõe [a], ex tẽpore, vel ad tẽpus [b], vel ne viuo vẽditori tradatur res, aut trãſeat dominiũ [c]. Imò & hoc caueri poteſt, ne trãſeat dominiũ rei traditæ, anteq̃; ſolutũ ſit pretiũ: nã quamuis hoc pactũ nõnulli [d] in dubiũ vocẽt, tandẽ tamen nõ ſolùm recipi poſſe putãt, ſed & naturale eſſe fatẽtur [e]: cùm vẽditionis ea natura ſit, ne aliter trãſeat [f]. Quòd ſi vrgeas fidẽ eſſe habitã de pretio, cũ ſoluẽdi dilatio indulta ſit, ideoq́; ſecundũ cõmunes regulas dominiũ trãſire: Putauerim, reſpondendũ nõ eſſe fidẽ de pretio habitã, quandoquidẽ alia ſecuritas, & amplior à vẽditore eſt deſiderata; q̃; vt ſequi vellet ſolius emptoris fidẽ. Retinuit eñi dominiũ, quoad ſolueretur, & hac ex parte, nõ minus ei proſpectũ eſt, q̃; ſi ab emptore fideiuſſorẽ, expromiſſorẽ, aut pignora accepiſſet. Qñ ergo ſecuritas venditoris in eo ipſo verſatur, ne dominiũ trãſeat, antequam pretiũ ſoluatur: nõ poteſt videri fides ſic habita emptori, vt aduerſus pactũ trãſeat dominium: atq; ita hoc pactũ ratũ erit, & firmũ [g]. † Sed an paciſci liceat in vẽditiõe et 2
emptiõe, vt trãſeat dominiũ? Quòd ſi nec hoc liceat, mirũ ſanè videri poterit, quòd hoc genus cõtractus neutrũ ferat cõtrariorũ pactorum, neq; ſcilicet, vt trãſeat dominiũ: ſed quòd neceſſariò relinqui debeat iſte cõtract⁹ ſuæ naturæ: & ſuo marte decurrere in finẽ, quẽ ex præſcripto legũ accepit. Ita videlicet, vt ſi quidẽ dñs ſit vẽditor rei vẽditæ, trãſeat dominiũ in emptorẽ, per traditionẽ: ſi nõ ſit, nõ tranſeat, ſed vſucapiẽdi tãtùm cõditio. Dubitationẽ hic faciũt duo I. C^rum^ reſponſa, vt videtur, pugnãti: nã Paul⁹ ait [h]: *Si quidẽ pecuniã dẽ, vt rẽ accipiã, emptio & vẽditio eſt.* Sed alio loco Celſus [i] in hoc gñe contractus, *dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichũ dares*, pcliuior eſt: † nã a- 3
liã eſſe obligationẽ ob rẽ dati, re nõ ſecuta, & ſic cõtractũ eſſe innominatũ, do vt des, nemo ferè qui nõ in his cõciliandis laborauerit [k], & præ cæteris plurimum Fortu. Garſia [l], qui omnino perſuadere nititur cõtractũ manere in ſpecie vẽditiõis & emptionis, quamuis de trãsferendo dominio rei vẽditæ cõuenerit, primo quidẽ, ex iã citato reſpõſo Pauli: in quo quod alij expẽdunt dictũ eſſe, *vt rem accipiã*: non aũt ſic: *vt res mihi detur*: quaſi inter illa multum diſcriminis ſit, cũ accipiamus interdũ, quæ non capimus, nec noſtra facimus [m]; non poteſt intentioni Iuriſconſulti ſatis conuenire, vt qui illam conuentionem attulit pro exemplo primi membri, ſiue generis quadruplicis diſtinctionis, quam in principio illius ſui reſponſi fecerat, videlicet, do vt des, quẽ articulũ paulò poſt [n] dicit eſſe explicatũ. Sed ſi illic verbũ hoc (accipiã) intelligeres per ſolã traditionẽ, in qua facti eſt obligatio, nõ dandi; debuiſſet meritò illud exemplũ ad aliã ſpeciẽ innominati contra-

a *Alberic. ibi.*
b *l. qui abſente ſeruo. §. 1. de acq. poſſeſ. l. illud. C. de legat.*
c *l. vnica. C. vt actiões ab hæredib. & contra hære. incip.*
d *Bald. ad rubr. C. eo. in 11. quæſt. ex hoc. §. nemo.*
e *idem ibi. in 12. quæſt.*
f *d. §. vẽdita. & d. l. quod vendidi.*
g *Panormitan. conſ. 66. Soci. conſ. 179. volum. 4. Philip. Dec. conſil. 119. colum. 3. verſic. 3.*
h *in l. naturalis. §. 1. de præſcript. verb.*
i *in l. vlt. de condictio. ob cauſam.*
k *Alciat. ad l. 2. ſi certũ petat. ad verb. aliud gen⁹. in 3. caſu. 4. caſuũ. quos ibi fecit Fr. Curt. iun. ad princ. d. l. natur. ſub nu. 9. Lorio. de pact. axio. 113.*
l *ad l. iuriſgentium. ſuper glo. verbi facias. ſub nu. 8. et ſequen.*
m *l. aliud eſt cap. de verbo. ſignificat. & ibi Alciat. qui citat d. l. natural. §. 1.*
n *in fi. d. §. 1.*

cõtractus referre: videlicet do vt facias[a]. Rurſus in hac cõuentiõe, qua tibi
areæ meæ dominiũ do, ea lege, vt inſula ædificata, mihi partẽ reddas, dixit[b]
I.C. nõ eſſe emptionẽ, addita cauſa, quæ non ex parte mea procedat, quod
.ſ. ego dem dominiũ areæ meæ: ſed ex parte tua, qui ſi hic emptio eſſet, di-
cereris eſſe emptor: quod videlicet à te, pretij loco, nõ pecuniá numeratá,
vt oporteret: ſed partẽ rei meæ accipiá. At quid hic poterat prõptius pro
cauſa adferri, q̃; quòd areæ meæ dominiũ dediſſem: nõ aũt eá tradidiſsẽ tan
tũ, ſi dominiũ trãſferre, nõ poſſet eſſe in pactis vẽditionis. Deniq; fateri om
nes, quòd ſi quid in genere vẽdatur, vt certa quãtitate triticũ, vinũ, oleum,
tunc neceſſariũ eſſe, vt vẽditor eius quod tradit, emptorẽ faciat dominũ[c]:
exẽplo emptoris, qui de pretio obligatur in genere, ideoq; nũmos facere
debet accipiẽtis[d]. Quod ergo ex qualitate rei vẽditæ, interdũ fit neceſſa-
riũ, cur nõ æquè, in cæteris rebus, admitti poſset iure cõuentionis, ex qua
cõtractus lẽgẽ accipiũt. Aut ſaltẽ, ſi huiuſmodi cõuentio fiat, dici verè non
poterit, quòd ea repugnet naturæ cõtractus vẽditiõis. Nõ enim ſequela rei,
quæ vt plurimũ rẽcomitatur, illiq; cohæret, dici debet repugnare naturæ
rei, cui cohæret. Sed hic nõ omninò prætereundum duxi, non placere hoc
omnibus[e], quod vẽditioni in genere facta, merx vendita à venditore dari
4 debeat: † ſic vt emptoris fiat: quin potius indiſtinctè ſufficere, quod trada
tur, etſi poſtea res poſtulet, ſolutumque ab alio vendicetur, de euictione
cũ vẽditore agatur. Nõ ſecus q̃; ſi hoc ipſum vinũ aut frumentũ, quod tra-
didit, in ſpecie vendidiſſet, euictumq; eſſet: neq; enim quod emptor num
mos venditoris facere debeat, ex eo fieri, quòd in genere obligetur, vt idẽ
eadẽ ratione trãferatur in ſimili caſu, ad eũ, qui quid vendit in genere. Sed
5 quia ius gentiũ ideò pecuniá inuenit, † vt vſum dominiũq; ſimul præberet[f]:
Vel quia nõ poteſt ex parte emptoris obligati ad pretiũ, cõſiderari id quod
intereſt loco pretij nõ ſoluti: ſicut poteſt ex parte vẽditoris quibuslibet re
bus venditis æſtimari, quanti intereſt tradi eas. Pretium enim, quod con-
ſiſtit in pecũdia numerata, nõ recipit æſtimationẽ pecuniariá, ſicut cæteræ
res[g]. Ex aduerſo aũt, quod tenet cõmunior ſentẽtia, ſi pretio cõſtituto cõ
uenerit dari rẽ, trãſformari cõtractũ à ſpecie vẽditiõis in aliũ innominatũ,
do vt des: nõ omnino ratiõe caret, eo quòd lex vẽditiõis finẽ cõſtituerit in
traditiõe: cuius traditionis ſequela eſt, vel dominij trãslatio, vel vſucapio:
nolueritq; eſſe in cõuentione: quod ſtatuit eſſe ſequelá illius quod princi-
paliter venit in obligationẽ. Sicut condẽnatũ ex quibuſdá iudicijs comita
tur infamia, ſicut vmbra corpus[h]: ſed iudex nõ pronũciat de infamia: ideoq;
inuentá eſſe aliá cõtractus ſpeciẽ, vẽditioni & emptiõi multũ viciná, in quá
à vera vẽditione cõtractus facilè degeneret, vel ob hoc ſolũ, quòd rẽ dari
cõuenerit, nimirũ in contractũ innominatũ, do, vt des: qui quamuis vtrinq;
tranſlationẽ dominij deſideret, atq; ea ex parte, vẽditionẽ ſuperare videa-
tur: alia tamẽ ex parte lõgè infirmior eſt, ſi ius efficacis obligatiõis dandæq;
actionis ſpectes, quæ nõ niſi impleméto ſecuto, datur: & pœnitẽdi facultatẽ.
Eoq; facilior eſt trãſformatio vẽditionis in illá ſpeciẽ, quo hæc illi eſt vici-
nior atq; ſimilior. Vt ſunt ſanè in iure alia, q̃ minore mutatione & facilius
abeũt in aliá planè diuerſam ſpeciẽ negotij, vtputa verꝰ vſusfructꝰ in ius pro-
6 prietatis reſtrictæ ad vitá: † quod ſola interdũ fit expreſsiõe illiꝰ quod omiſ
ſum videri poterat tacitè[i] ineſſe. Adde quod alterũ illud, quod etiá ſequela
eſt traditionis, videlicet vſucapionem, non poſſes expreſſe in conuentio-
ne ponere venditionis & emptionis: quin hoc ipſo aliquo modo contra-
hentes proderent malam eorum fidem, & alieni conſcientiam; & ſic, ex
conſequenti, rei non bona fide emptæ atque poſſeſſæ, non eſſet vſuca-

a d. l. naturalis. §. at cũ do.
b in l. ſi tibi area de præſcript. verb.
c arg. l. ſi ſterilis. §. cũ per venditor. in fin. de act. empt. l. ſi domus. §. de euiction. de legat. 1. Bart. ad l. 2. in fi. princ. ſi certũ petat.
d l. ex empto. in fine princip. de act. empt.
e non Alciato. ad d. l. 2. ſi certũ petat. in 3. caſu. nec Lorioc. de pact. axio. 14.
f Alciat. ad d. l. 2. ſi certum petat. ex l. 1. hoc ſus citata.
g l. ſi ita fideiuſſor. accept. in fi. de fideiuſſor.
h §. ex quibuſdam. Inſtit. de pœna temere litigant.
i l. Titia cũ teſtament. §. Titia pũ naberet. de lega. 2. l. ſpecies. de auro & argento legat. l. donationes. §. ſpecies. de donat.

pio. Neq; omninò ſine ratione factũ eſt[a], quòd finis vẽditionis cõſtituatur
in re tradenda, potius, quàm danda: ob frequẽtiam ſcilicet contractus, cui
meritò fuit aliquid concedendũ laxius[b]. & ne, ſi vẽditio ob nõ translatũ do
miniũ, fieret irrita: cõmercia hominũ omninò frigeſcerent: nemine alteri
ſatis fidẽte. Et quamuis hac in parte laxiorẽ hui⁹ cõtractus finẽ legislatores
cõſtituiſſe videantur: hoc tamen abundè ſatis, alijs varijs conſtitutionibus
cõpenſatum habemus: quibus conſtricta iterum ſunt ad normá æquitatis,
quæcunq; emptor ex parte vẽditoris conqueri poſſet deeſſe ſibi: integris
conſtitutis titulis, de euictionibus, de ædilitijs edictis, ac ſimilibus. Atque
ita cõmuniora defendi poſſent, quòd videlicet in dubio vbi cõuenit rẽ da-
ri, accepta pecunia: innominatus cõtract⁹ ſit, do, vt des. Sed cũ in reb⁹ ipſis
rãtum ſit diſcriminis, in obligatiõe ſcilicet cõſtituẽda efficaci, ex ſolo cõ-
ſenſu, in actione dãda, & pœnitẽdi facultate, nõ bene conueniret hoc ita
perpetuò ſeruari, totũq; diſcrimẽ eorũ cõtractuũ pẽdere ex ſola differẽtia
vnius verbi: & ſæpè quidem cõtra mentem cõtrahentiũ. Quare, ſi conſtite-
rit contrahentes voluiſſe contrahere venditionẽ & emptionẽ, quamuis di
xerint dari mercẽ, & verè quidẽ dari. i. dominiũ trãsferri voluerint, nihilo-
minus vera vẽditio erit & emptio. Et ad aliud, quod ex Celſo[c] eſt allegatũ,
de hoc genere cõuentionis, *dedi tibi pecuniã, vt mihi Stichũ dares:* nõ eſſe ven
ditionẽ & emptionẽ: †pleriq; ex eo eiſe putãt, nõ quòd hoc obſtiterit vẽdi- 8
tioni, quòd dictũ ſit, *Stichũ dares:* Sed illud potius, quod in priore parte con
uẽtionis dictũ ſit generaliter de pecunia dãda: cuius ſignificatio latiſsimè
patet[d]. nõ oĩs autẽ pecunia emptionem facit: ſed ea ſola quæ numeratur ad
pretiũ. Idq; etiã Alciat⁹ ſecutus eſt[e]. Ad diſcernẽdos, inquit, hoſce cõtra-
ctus, ego magis attendendũ arbitror, an pecunia vice pretij data ſit, quàm
an partes vſæ ſint datiouis aut traditionis noĩe. Sed vnde, inquies, cõſtare
poterit, Paulũ noĩe pecuniæ in ſtrictiore ſignificatione eſſe vſum,[f] quàm
Celſum? Certè ex adiunctis: cũ enim dixiſſet: *& ſi quidẽ pecuniã dem.* & mox
ſubiunxit: *ſi aũt do rẽ, vt rẽ accipiã:* diſtinxit ergo pecuniã à re. Celſus verò
vtrunq; vocat rem. *nulla,* inquit, *hic alia obligatio eſt, quàm ob rẽ dati, re nõ ſecu
ta.* Et quãdo tam variè, de cõciliãdis illis reſpõſis diuinãt pleriq;, & quidam
[g] etiã fatentur, Celſum à Paulo diſſenſiſſe, vt ſit interdũ in re ancipiti[h], for
taſsis & hæc via tẽtari poſſet, † quòd Paul⁹ locutus ſit, cũ adhuc vtrinq; res 9
cõſiſtit in ſolis finibus cõuentionis[i], vt hæc ſit conuẽtionis de qua ipſe lo
quitur, ſententia: *Si pecuniam dem.* i. ſi cõuenerit à me dari illam, vt res mihi
detur. Celſus verò vbi à re ipſa, & implemento, ex parte mea facto: cõtra-
ctus habet initium. dicit enim: *dedi tibi pecuniam:* vicinior autem venditioni
& emptioni eſt ea ſpecies, quæ vtrinque, ſola adhuc conuentione, cõſtat:
propterea quòd traditio rei, aut ſolutio pretij, ad contrahendam obliga-
tionem empti & venditi, impertinens ſit: vt quæ nomen habet ab actu cõ-
ueniendi: non verò ſicut permutatio, & donatio ab actu exequendi: ideoq;
quàm primum extat nominata conuentio: mox habet effectum obligatio-
nis tam naturalis, quàm ciuilis ex approbatione legis[k], & nihil ibi imple-
mentũ operatur ad efficaciam obligationis cõtrahẽdæ: ſed potius videtur
inducere quandã morã irregularem, de qua ſuo loco dicetur[l]. Sed ex im-
plemẽto cõtractus innominati incipit obligatio cõpetere: nulla verò con-
trahitur mora: ne eodem momento, mora & obligatio incipiant[m], vnde
innominatæ conuentiones ab executiõe acceperunt denominationẽ, ſaltẽ
quod attinet ad effectũ efficacis obligationis & actionis dandæ[n]. Itaq; cõ-
uentio de qua Celſus loquitur, quæ incepit à re, hoc ipſo vicinior eſt inno
minato cõtractui, do vt des: atq; adeò, in dubio talis cẽſeri debet, præſertim
ſi ali-

a Franciſc. Curt. iunior, ad ad d. l. naturalis. ſub num. 9.
b arg. l. iuſto. de vſucapio.
c In d. l. vlt. de condict. ob cauſam datorum.
d l. pecuniæ nomine. l. pecuniæ verb. de verbor. ſignificat. l. 2. C. de conſtitut. pecun.
e ad d. l. 2. ſi certum petat.
f in d. l. naturalis. §. 1.
g Loriot. de pact. axio. 114
h d. l. vlt. in verbis, potior ſunt.
i arg. d. l. naturalis. in princip. in verb. (conuenit inter nos.
k l. iuriſgent. in princip. de pactis.
l ad l. 3. §. vlt. de act. emp.
m l. quoties. & ibi Bartho. de verbor. obligat.
n l. ex placito. C. de rer. permutat.

ſi alicunde accedat ſignum veriſimilis mentis, & intentionis contrahentium id agentium: quam Celſus quoque ſpectaſſe videtur, cum diceret, Quia ideo tibi dedi vt mihi Stichũ dares. Qui verò Stichũ vẽdit, non ideo illum dat aut tradit, quod pecunia ei data ſit, ſed quia vendidit, ad hoc ſcilicet obligatus, etiam antequam pretium ſolueretur. Præterea Celſo fuit propoſita vnica formula conuentionis, qua ſola inſpecta, & cum alijs non comparata, merito dicere potuit ex cauſis nunc dictis, ſe procliuiorem eſſe in eam ſententiam, quòd eſſet innominata conuentio. Paulus verò orditur altius, totius ob rem dati tractatum, cuius ſingula penè genera in duas ſpecies deducens, alteram quidem nominatæ, alteram verò innominatæ conuentionis, coniungit inter ſe, ea quæ maiorem habent ſimilitudinem [a]. quod cùm facit, & ſic exequitur, latiore ſignificatione vtitur vocabulis, quibus ipſa genera conuentionum deſcribit & exprimit: ita vt hæc conuentio, do vt des, omnino generalis ſit, & ſpecies ſuas habeat, ſi ad ſpecialiora, adiunctis vtrinque præſtandis rebus, deſcenderis. Vt ſi dicas, do pecuniam numeratam, vt rem & mercem mihi des. iam circumlocutione quadam deſcripſiſſe videaris ſpeciem nominatæ conuentionis, emptionẽ ſcilicet & venditionem. Sed ſi alias vtrinque res deſignes, & adiungas, vt ſi conuenerit dari à te bouem, vt accipias equum: erit ea conuentio alterius generis, quæ cùm nomen ſpeciale non habeat, contenta erit generali nomine: do vt des. & ob id innominata vocatur. Sed vnus adhuc reſtat ſcrupulus, cur Celſus mortuo Sticho, permiſerit adhuc agi cum eo, qui il-
10 lum dare debuit: † venditor autem Stichi, eo mortuo, omnino liberetur, nec reddat acceptam pretij nomine pecuniam. Imò & non receptam poteſt exigere, quamuis Stichum mortuum tradere nequeat [b]. An hic debiliorem faciemus obligationem ex contractu nominato venditionis, quàm ex conuentione innominata? Latiſsimè in hoc articulo verſatur Berengarius Ferdinandus [c], qui aliorum opinionibus ad quatuor vſque numero improbatis, tandem ſuam ſubijcit: quòd videlicet non minus ibi, perempto Sticho, liberetur is qui eum ex conuentione dare debebat, quàm liberaretur venditor Stichi. Quòd verò ibi adhuc agatur mortuo Sticho, nõ ſic fieri, vt petatur adhuc Stichus ex cõuentione innominata, vt nec empti actione à venditore poſſet peti: ſed agitur cõdictione ob cauſam, qua repetitur pecunia, vt Stichus daretur, data. Quæ quidem condictio non naſcitur ex illo contractu innominato, ſed ex illius potius implemẽto, & interuentu rei: hoc eſt, ex receptione pecuniæ per illum qui iam Stichum dare nõ poteſt. & ſic naſcitur obligatio illa condictionis, præter intentionem primariam contrahentium: ſicut interdum cõtingit [d]. Quæ quidem eius opinio, quamuis dicat nouã eſſe, apertiſsimè apparet ex Pauli reſponſo nunc ſæpius citato: quo actionũ ea in ſpecie concurrentium fines & originem dilucidè diſtinguit, ex conuẽtione ſcilicet innominata, do vt des, naſci ciuilem obligationem, & ex illa actione præſcriptis verbis: in qua inquit, *Non id venit vt reddas quod acceperis, ſed vt damneris mihi, quanti intereſt mea illud de quo conuenit accipere.* Et hic eſt ſcopus actionis ciuilis, quæ præſcriptis verbis inſtituitur ex conuentione, qua, ſi poſtquam deceſſerit Stichus, adhuc peti poſſet: iam vtique obſtaret quod de venditore ſtichi dictum eſt, hunc interitu eius liberari. Non obſtat autem quòd cõdici poſſit pecunia ob Stichum dandum data, nam illius condictionis alia eſt cauſa, & alius eſt ſcopus: vt eodem loco Paulus, *vel ſi meum recipere velim, repetam quod eſt datum, quaſi ob rem datum, re non ſecuta.*

a *d.l.naturalis. §. & cum. & §. ſed ſi facia.*

b *§. cum autem. Inſtit. de empt. & vend.*

c *ad l. pacta conuenta. hoc tit. cap. vlt. quo docet differentias contractuũ nominatorũ ab innominatis, in. 4. differentia.*

d *l. ſi is qui. §. vlt. cõmodd. & §. is quoq; qui indebitũ. Inſti. quib. modis re contrah. oblig.*

L. CLAVIBVS.

SVMMARIA.

1 *Res in horreo recluſæ, traditur traditione clauium.*
2 *Sola ſcriptura non fit traditio.*
3 *Regula cōparationis dominij & quaſi dominij.*
4 *Eccleſiæ & alijs quibuſdam ex ſolo titulo ſine traditione acquiri dominium.*
5 *Emptor rei alienæ dominiū nanciſcitur vſucapione completa, non à vero domino aduerſus quē vſucapit, ſed ab eo qui vſucapiendi cauſam præbuit.*
6 *Quando duobus res vendita eſt, vter ementium potior ſit? & num. 11.*
7 *Si duobus res vendita eſt, diſtinguendum eſt, an inter ſe iudicio contendant, an in tertium agatur.*
8 *Si pluribus res obligetur, prior creditor potior eſt poſteriore, etiā ſi illi res tradita fuerit alter, quam in venditione duobus facta.*
9 *Traditione rei alienæ à venditore ſcienter facta, ſit furtum in re mobili.*
10 *Regula Si vinco vincentem te, vinco vtiq; & te.*

TRADITIO non ſemper fit contrectatione mercium venditarū, ſed
& clauibus apud horrea traditis, merces in eis reconditæ ac venditæ,
cenſentur traditæ. † Quamuis aliàs in dubio, ſola clauium traditio nō præ- 1
cedente contractu, quo demonſtretur in quem finem facta ſit, cenſeatur
ad cuſtodiam fieri [a]. Sed & alia ſunt quæ vim traditionis habent [b], ſed non
fit ſolo verbo aut ſcriptura, qua continetur vēdidiſſe aliquem, & tradidiſſe,
† quamuis licentia apprehendendæ poſſeſsionis auctoritate propria, ſic 2
poſsit videri conceſſa [c]. Sanè in rebus immobilibus tradendis, in hodier-
no vſu eſt alia quædam ſolennis forma, non tam iure ciuili, quàm canoni-
co agnita [d], & à re longè remotior, quàm ſit clauium traditio [e]. Deinde au
tem apertiſsimè hic docemur [f], quænam ſit traditionis ex titulo venditio-
nis ſequela, nimirum vt ſi dominus vendat & tradat, dominium & poſſeſ-
ſionem adipiſcatur emptor, ſi non ſit dominus, confeſtim inchoetur ei vſu
capio. Vnde ſolet elici regula comparationis dominij, & quaſi dominij, ex
vſucapione: † vt ſcilicet, ex quacunq; cauſa tradente vero domino, tranſit 3
dominium in accipientem, ex eadem cauſa, tradente nō domino, tranſeat
vſucapio. Quæ regula in genere quidem vera eſt, nam & vſucapio aliena-
tionis quædam ſpecies eſt, illi comparata [g]. Sed ſi ad ſpecialiora deſcen-
deris, inuenies interdum inſtātiam ſiue exceptionem à regula: nam iuſtus
error vſucapionem adiuuat, vbi nequaquam, domino vendente & traden-
te, dominium tranſit [h]. Sic quoq; ſi alium contractus, alium verò traditio
reſpiciat, hæc in transferēdo dominio præualet vero titulo [i]. Sed vt Publi-
ciana detur (quæ vſucapioni plerūq; innititur) cōtractus & traditio debēt
eundem reſpicere: hoc eſt, in eandem perſonam concurrere [k]. Sed & ec-
cleſiæ, & alijs nonnullis, vendente domino, acquiritur dominium abſque
traditione, ex ſolo † titulo [l]. ſed ſi vendat qui dominus non eſt, non acqui- 4
ritur eis vſucapio aut Publiciana abſq; traditione, aut ſaltem poſſeſsionis
apprehenſione [m]. Sed & hoc colligi hinc poteſt, quòd qui vſucapione ac
quirit dominium, intelligatur illud habere, non à vero domino aduerſus
quem vſucepit, ſed ab eo à quo titulum habet, & qui cauſam vſucapiendi
præbuit: † Ita vt ſi titulus reſoluatur poſt vſucapionē completam, nō apud 6
eos permaneat res, qui diu poſſederunt: ſed redeat ad primum authorem, à
quo acceperunt, eiq; vſucapio proſit [n]. Et in iudicium familiæ erciſcundæ
veniunt eæ res, quas defunctus emit: ſiue ipſe traditionem nactus vſucape
re cœperit, ſiue hæredibus primum traditæ fuerint, & ab ijs ipſis vſucapio
inchoata ſit [o]. Porrò cùm & res aliena vendi poſsit, facilè euenit, vt ean-
dem emāt duo pluréſue. Quo caſu quis potior ſit, † alijs locis eſt traditū [p], 7
& ab Accurſio bona & plena diſtinctione diſcuſſum [q]. quod quia non ad
actiones empti & venditi pertinet perſonales, quibus inter eos tantùm lo
cus eſt qui contraxerūt: ſed ad actiones in rem, rei vendicationē & publi-
cianam,

a *glo. l. cum pater. §. pater pluribus. de lega. 2.*
b *in. §. interdum. Inſtit. de rerū diuiſ. l. j. C. de donatio. cum ſimilib.*
c *Bar. Raph. Cuma. alij ad l. prædia. de acqui. poſſ.*
d *In. c. 2. de conſuet.*
e *Albericus hic.*
f *hic in verbis, quo facto. et in l. ex empto. in prin. in verb. quæ res, &c. de act. empti.*
g *l. ſi fundū. de fun. dot. l. alienationis. de verb. ſig. l. 2. C. pro emptor. c. cauſam. de præſcrip.*
h *l. 2. §. ſi à pupillo. & ibi Caſtren. & §. ſi à furioſo. pro emptore.*
i *l. cū fundus. §. j. ſi certū pet. l. ſi ſeruum. §. ſeruum tuū. de act. empti.*
k *l. eū qui. in fi. de publici. Bal. ad d. l. cū fundus. §. j. & ibi Curt. nu. 7.*
l *l. vlt. C. de ſacroſ. eccle.*
m *glo. ad l. Celſus. de vſucap. Iaſ. & alij ad d. l. vlt. Fulgo. ad l. ſiue autē. §. ſi duob. de publicia.*
n *l. ſi alienā rē. l. qui alienā rem. de mor. cau. don. l. indebiti. §. j. verſi. ſed & ſi poſſeſſionē. de condict. indeb.*
o *l. veniūt. fam. erciſc.*
p l. ſi ea res. §. vterque noſtrum. de act. emp. & vēd. *l. ſiue autē. §. ſi duob. de pub. in rem act.*
q *ad d. §. ſi duobus.*

cianam,hic paucis ſubnectere libuit, tanquam ad vim impleméti pertinés. Itaque ſi hi emptores inter ſe contendant de tota re, quam ſeparatim à nõ domino, vel nõ dominis emerunt: (qui enim ſimul emerũt, ſibi partes con ſtituunt [a]) qui poſsidet potior eſt, vtpote habens omnia eadẽ quæ alius, qui contenderet euincere titulum, traditionem, bonam fidem, & eò amplius adhuc præſentem poſſeſsionem, cùm ſuam alius amiſerit. Si aduerſus ter-
7 tium † ſine titulo poſsidentẽ, hi emptores, qui aliquando poſſederũt Publi ciana agant: potior erit cui primũ res tradita fuit, in hoc enim genere con tractuum traditionem ſpectamus, vt præcipuam cauſam tranſlationis domi
8 nij. Ideoq; non mirabimur quod aliud ſit in alijs, vtputa hypotheticis † vbi ſola cõuentio totũ abſoluit negociũ, & vel ſola conſtituit ius in re, ideoq; præfertur, qui prior de hypotheca conuenit: quamuis alij poſtea contrahendo tradatur [b]. At quid eſt, inquies, quòd vno loco [c] Iuriſconſultus velit emptionem venditionemq; ſine dolo malo fieri: alijs locis [d] contentus emptionem fieri bona fide, etiam ſi fortè venditor callido conſilio vendiderit? an fortè quòd priore illo loco, etiam mobilibus rebus emptis accommodare ſuum reſponſum voluerit? Quibus ſanè non conueniret, niſi & vẽditor ſine dolo malo vendiderit: aliàs enim contrectatio alieni, in traditio
9 ne, † ſecum traheret furtum [e]. quod vt vſucapionem, ſic & Publicianã impedit [f]. Sed vbi, ex mala fide venditoris, non contrahitur vicium aliquod rei, poteſt ſolius emptoris bona fides ſufficere. Qui autem à non domino emit alij, qui ab alio vero domino emit, etiam ſi in emptione & traditione hic ſit poſterior, & ſiue hic poſsideat ſiue petat, omni modo & indiſtinctè cedere debet [g]. Addidi, non abſq; cauſa, *ab alio vero domino*. nam ſi ab eodem vtraq; emptio facta eſſet, prior quidem à non domino, id eſt, cum is nondum dominus eſſet, poſterior verò ab eodem tunc domino, præferendus adhuc erit prior emptor, ita ſcilicet exigente æquitate, qua venditorẽ ipſum iam dominum factum vincere poſſet [h], exceptione dominij, repulſa replicatione doli [i]. Et qui à creditore emit iure creditoris vendente potior eſt ipſo debitore [k], ideoq; & illo, qui à debitore emerit: quia ſi vinco
10 vincentem te, vinco vtiq; & te [l]. † Deniq; ſi plures ſeparatim à vero domino emerint, in obtinendo iure dominij eſt potior, cui prius traditio facta eſt [m]. quod latiſsimè tractauit Iaſon [n], ad quem, cum ita vſus natæ rei po-
11 ſtulabit, recurrendum erit, eiq; tutò adhærendum. † Sed eo fortè excepto quod dixit [o], nõ idem eſſe in locatione prædij à vero domino pluribus facta: in qua præferendum putat eum, qui prior conduxerit: licet alij prius ſit traditum colendum, vtendum, fruendumq;. nam illius contrariũ alijs magis placuit [p], & eſt deciſio Rotæ. 879. in antiquis.

Finis huius tit. de contrah. empt. &c.

a *Caſtren. & Fulgo. ad d. §. vterq; & d. §. ſi duobus. in verbo, ſeparatim.*

b *l. ſi debitor. l. ſi fundus. §. ſi duo pariter. de pign.*

c *in d. §. vterq;.*

d *d. §. ſi duobus. l. cũ qui. § prætor. l. traditionem. in prin. de publi. in rem actio.*

e *§. furtinæ ſub fi. Inſti. de vſucapio.*

f *d. l. ſiue aũt. §. hac actio.*

g *d. §. vterq;. in fi.*

h *l. ſi à Titio. de rei vẽdic.*

i *l. apud Celſum. §. ſi à Titio. de dol. mal. et me. ex.*

k *vt in tit. C. debit. vendi. pig. imped. nõ poſſe.*

l *l. de acceſsionib. verſi. nã qui me potior eſt. de diverſ. & temp. præſcrip.*

m *l. quoties. de rei vẽdic.*

n *ad d. l. quoties.*

o *in. 33. excep. à regula illius legis.*

p *Alex. conſi. 122. volu. 5.*

13-8-E-3 100

DIGESTORVM LIBER Nonusdecimus tit. j.

DE ACTION. EMPTI ET VENDITI.

SVMMARIA.

1 *Ratio inſcriptionis rubricæ, De actionibus empti & venditi.*
2 *Diuiſio materiæ de action. empti & venditi.*
3 *In emptione & vendit. plerumq; actio vtrinq; eſt, alteri empti, alteri venditi.*
4 *Finis vtriuſq; actionis empti & venditi.*
5 *Ex empto actio latius patet quàm ex vendito, quãuis cõmunia quædam habeant capita.*
6 *Ratio ordinis in hoc tractatu de action. empti à Mudæo ſeruati.*

1 MERITO de Actionibus inſcripta rubrica eſt, † non tantùm quòd hæ inter ſe ſic diſtent, vt empti actio emptori, venditi venditori detur, denominatione deſumpta ab actore[a] (ex cuius iure & perſona actiones metimur atque diſtinguimus[b]) quamuis interdum harũ diſcrimen confundatur[c]: verùm etiam, quòd vtraq; ſuos habeat fines multum varios, lateque patentes, diffuſos ſcilicet, quocunq; bona fides, in hoc frequentiſsimo cõmerciorum genere exuberans, & diuerſas inſpectiones poſtulans, actioné trahit. Quo factum eſt vt Bartholus nullo ferè alio, quàm hoc loco, totam hanc materiam diſtingueret in capita actionũ, enumeratis ſcilicet illis ad quæ actiones hæ competere & inſtitui poſſunt. Quo etiam ſpectãt omnia
2 fermè huius tituli Iuriſconſultorum reſponſa, exceptis paucis, † quæ vel ad concurſum pertinent harum actionum cum alijs[d]. vel ad perſonas[e], quis ſcilicet agat, aut conueniatur. vel ad ea quæ præexiſtere debent antequam actionem efficacem exerceat emptor[f], vel venditor[g]. vel deniq; ad connexionem, & mutuam relationẽ earundem: vtputa quòd paucis exceptis,
3 vbi claudicare iudicium dicitur[h], regulariter vtrinq; actio eſt, † vni venditi, alteri empti: cohærentes velut inſeparabili nexu[i]. ſicut in ipſo mox capite, & tituli inſcriptione, leguntur coniunctæ: & quidem nominibus ſignificantibus contractum, quo ad obligationem, perfectum abſolutumq;. nempe EMPTI, VENDITI. Contractu enim non abſoluto, vel omnino non agitur[h], vel non agit is, cui ius & obligatio cœpit acquiri ex contractu, ſed non eſt in eius perſona res abſoluta, aut perfecta[l].
4 Peculiares autem vtriuſque actionis fines, † ſic licebit ſummatim comprehẽdere, Vt empti actione petamus rem tradi, ſic vt habere tenere eam liceat: de qua etiam caueatur, liberam à ſeruitutibus non exceptis, nec deſignatis: non deteriorem, quàm vænierit: cum acceſsionibus ex natura contractus debitis, aut conuentis: ad eum quoque modum & menſuram, quo vendita eſt: aut præſtari quod intereſt, ſi aliquot horum non præſtetur. Venditi verò actione petimus ſolui pretium, & ex mora emptoris vſuras quoque: vel conuentam pœnam, necnon ſumptum in re vendita, poſt venditionem, impenſum. Rei emptæ cohærent & circumſtant plura quàm pretio. Ideoque ex empto actionem videmus diffundi
5 latius, quàm ex vendito. † & in vtramque incurrunt communia quædam capita, ex quibus actionis exercitium vel conceditur, vel negatur: vt mora, dolus, culpa, caſus. Sed expedit vt Iuriſconſultorum reſponſa de
6 illis, quæ priore loco attigimus, prius explicemus. † pauciora enim ſunt, & ab initio inſtituendarum actionum magis accommodata. vt tunc deinde conſiſtamus continuo ſermone, & meliore quo poterimus ordine, in

a *l. Iulianus. §. ex vendito actio. hoc tit.*
b *l. j. §. j. ſi pars her. peta.*
c *l. veteres. hoc ti. l. ſed hoc nomine. inf. de euicti. l. ex cõuentione. C. de pact. l. vnic. verſi. nec tamen. C. ſi ſeruus extero.*
d *l. ſi heres teſtamẽto. l. ex empto. §. is qui vinũ. hoc tit.*
e *l. tenetur. §. ſi filius fam. l. Iulianus. §. ſi procurator. l. ſi ſeruus. in prin. et §. vlt. l. non eſt nouum. hoc tit.*
f *l. Iulian. §. offerri. hoc ti.*
g *l. qui pendentem.*
h *d. l. Iulian⁹. §. ſi quis colludẽte. & §. ſi quis à pupillo.*
i *l. bona fides. hoc tit.*
k *l. cõtractus. in prin. verſ. ita vt nulli liceat. C. de fide inſtrum.*
l *d. l. ſi ſeruus. in prin.*

ne, in explicandis alijs, quæ pertinent ad ſcopum,& varios fines vtriuſque actionis. quæ ſanè plurima ſunt.

L. SI HAERES TESTAMENTO.

SVMMARIA.

1 *Hæres damnatus quid vendere Titio, ſi vendiderit neq; tradiderit vel de euictione cauerit, an ex teſtamento ad hæc agere poßit.*
2 *Ex teſtamento etiam agi ad traditionem rei venditæ, ſecundum Fulgoſ.*
3 *Res vt ab hærede vendatur legata, quo modo dici poßit etiam ipſa legata. in l. vxorem. §. agri. de legat. 3.*
4 *Plenior vis vltimarum voluntatum quàm contractuum, atque ita actionis ex teſtamento, quàm ex empto plenior vis eſt.*
5 *Si ex ſententia arbitrorũ quis locare aut vendere teneatur, an pœna cõmittatur, ſi poſt venditionem nõ tradat, aut poſt locationẽ non patiatur frui.*
6 *Eadem numeratio quãdoq; liberationem & obligationem operatur.*
7 *Si hæres falſa perſuaſione ductus exiſtimauerit ſe damnatum vendere, & vendiderit, an tum eo agi poßit.*
8 *Incerti cõdictione agi ad liberandum quãdoque.*

HIC IN PRIMIS occurrit ſpecies facti, in qua probabiliter dubites, qua actione ſit agendum: quòd multæ circa eandem rem concurrere videantur, ob cõmiſtionem contractus cum vltima voluntate, ex qua ſumit originem. Vtputa teſtamento hæres damnatus vendere, vẽdidit tantùm: conuentione de pretio inita cum legatario, nec adhuc longius in negocio eſt proceſſum. Hic meritò quæres, qua actione agatur de reliquis, quæ per conſequentiã emptionis ſunt propria. non dico de ijs quæ rei venditæ accedunt (vt Accurſius interpretatur[a], fortè ob id, quòd ea propriè vendita non cenſeantur[b].) Sed cum alijs[c], ea intelligo, quæ ipſe Iuriſconſultus expreſsim alio loco[d] deſignauit: nimirũ vt res vendita emptori tradatur, & de euictione caueatur. Quæ præſtationes etiam legatum rei ſequi dicuntur[e], & verè per conſequentiam quandam emptionis ſunt propriæ: quia in illis implementum contractus conſiſtit ex parte venditoris. Itaq; ad rei traditionem, quæ hic actio competit quærimus: † & hoc maximè, an alia quàm ex empto? Non videtur: Nam iuſſui teſtatoris, atque ita legato, & ex conſequenti quoque actioni ex teſtamento, videtur factum ſatis: ſi vel hoc ſolùm impleuerit hæres, quod facere miſſus eſt. nimirum ſi vendiderit, nec amplius quicquam videtur ex teſtamento peti. Et minimè quidem ipſa res, quia non ea legata eſt: ſed occaſio emendi oblata, ſic vt vendendi neceſsitas incumbat hæredi. quod legatum vtile eſt[f]. Et ſanè in ſola venditione finem ac ſcopum actionis ex teſtamento videntur Iuriſconſulti, alijs locis[g], conſtituiſſe. Atque ita nõnulli tradunt: aliqui fluctuãt[i]: alij verò[h], quibuſcum ſentiendum puto, omnino affirmant: non ex empto tantùm, verùm etiam ex teſtamento agi, vt res vendita tradatur. † Nec dubium eſt quin id ipſum voluerit hic apertiſsimè Iuriſconſultus, verbis eius inſpectis: Quin etiam rei vendicationẽ legatario competere, oblato pretio, nonnulli[l] exiſtimant: velut ipſa re legata à teſtatore[m]. Quod tamen alijs[n] diſplicuit, quaſi abundè ſufficere legatario debeat, quòd præter actionem ex empto, etiam perſonalem ex teſtamento habeat: etiam ſi non eo amplius rei vendicationem quoque habeat: præſertim cùm perſonalem[o] ex teſtamento actionem oblato pretio habere poſſet, etiam ſi non vendat hæres, cùm tunc per hæredem ſtet quo minus emat legatarius. Et quod Iuriſconſultus dixit[p], agrum eſſe legatum, ita intelligi poteſt, † nõ quòd ſimpliciter legatus ſit: ſed quòd hoc legatum ſit, vt emi poſſet, atque ab hærede vel inuito, ſi velit legatarius, comparari poſsit. Et fortè, aliquo etiam modo, poteſt res dici legata, vt quam actione quoque ex teſtamento peti poſſe diximus: Ita videlicet, vt venditione conſenſu peracta, vel ſi per hæredem ſteterit quo minus peragatur & concludatur, pretium offerente, conſig-

a *Hic in glo. ſ.*
b *l. nam. l. vetera. de euict.*
c *Oldra. Alberic. Fulgoſ. & Caſtren. hic.*
d *in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. de iureiu.*
e *in l. Meuius. §. penult. de lega. 2.*
f *l. & ſi equo. de lega. ſ.*
g *l. ſi fideiuſſor. §. vlt. de lega. j. l. in numerationib. in ſi. de ſolut.*
h *Bart. hic.*
i *Caſtrẽ. ad d. l. in numerationibus.*
k *Fulgo. hic, & Bar. ad l. vxorẽ. §. agri plagam. de lega. 3. Bal. ad l. vlt. C. de pact. inter emptor. & vendit. Fran. Aret. conſil. 6. Bart. Soci. cõſil. 133.*
l *Dyn. vt refert Alberi. ad d. §. agri.*
m *d. §. agri. in verbis, partẽ dimidiã eius agri qui legatus eſt petere.*
n *ipſi etiã Alberico ad l. j. ſub ſi. verſi. itẽ quæritur ſi teſtator damnauit. C. cõia de legat.*
o *arg. l. Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecã. ſup. tit. de contrah. empt.*
p *in d. §. agri. ſub ſi.*

conſignante, & deponente legatario, iam perinde ſit, atque ſi ab initio res ipſa putè eſſet legata, atq; ita vendicari poſſet. Et hoc eſt quod nonnulli [a] attulerunt pro ratione diſcriminis, cur ex promiſſione de vendendo, non oriatur ſaltè oblato pretio per ſtipulatorem, actio ad tradendam rem: ſed tantùm vt vẽdat promiſſor, quod ſolùm fuit in obligatione [b]. & ſi teſtator vendi præceperit, non ſatisfactum eſt actioni ex teſtamento, ſi hæres vendat tantùm, ſed agi quoque poſſit vt tradat. Quia, inquit, nulla reſultaret vtilitas, quod actione ex ſtipulatu competente aduerſus eum qui vendere promiſit, agi quoque poſſit ad rem tradendam, cùm adhuc ſufficere poſſit actio ex empto: quæ acquireretur ſtipulatori ex impleméto illius quod ei promiſſum eſt. Accedit, quòd hæc ex empto actio bonæ fidei ſit, illa verò ex ſtipulatu ſtricti iuris, quam non ſic licet extendere vltra id quod in ſtipulationem eſt deductum [c]. Et vt fortè extendere poſſes, atque donemus tam latè patere (quod minimè verum eſt) quàm actio ex empto patet, nihil iuuerit aliam alij adieciſſe. Sed quòd poſt rem venditam adhuc duret actio ex teſtamento, ad illius traditionem, hoc ſanè non minimã vtilitatem habet, ob pleniorem vim & poteſtatem vltimarum voluntatum quàm

4 contractuum: † nimirum in tranſlatione dominij, ex quo rei vendicatio datur. Et quòd hypothecaria quoque actio competat pro legatis, inducta à lege tacita quadam hypotheca [d], quorum neutrum præſtare poſſet ſola ex empto actio: ideoque hac in parte concurſus iſte actionum minimè eſt inutilis. Accedit etiam, quòd teſtatori qui vendi iuſſit, acceptum ferre debeat legatarius hoc beneficium, quod rem habeat: potius quàm hæredi qui vendidit. hic enim neceſsitate adactus id fecit, vt parêret voluntati defuncti [e], quæ ſic præualet facto hæredis, vt pretio ab ipſo teſtatore definito, quo velit vendi, non ſit locus beneficio iuris [f], quo vendentibus, non conſecutis dimidium iuſti pretij, ſuccurritur, ſi non, errore fortè lapſus, putauerit teſtator ſe iuſtum dignumque pretium definiuiſſe [g]. Et cui iuſſus eſt hæres alimenta vendere, ſuper his poſt emptionem non tranſiget cum hærede, quaſi ipſis alimentis legatis [h]. Vnde elici quoque poterit deciſio eius quæſtionis, quæ moueri ſolet [i], de compromiſſo in arbitrum, cuius ſententiæ ſub pœna promiſſum eſt parêre: hic pronunciauit quid vendi aut locari deberet ab vno litigatorum alteri, facit hoc condemnatus, ſed cum in ipſa venditione aut locatione non ſit compromiſſi pœna repetita, nec alia vlla appoſita, quæ impellat ad implendum contractum, an compromiſſi pœna committatur, ſi condemnatus quod vendidit nolit tradere, aut eo

5 quod locauit non ſinat conductorem vti frui. † Non enim dubitandum videtur, quin ceſſante eo caſu pœna, actione ex empto, vel ex conducto contentus eſſe debeat, qui vicit. Tria enim hic concurrunt, quæ ſuaptè natura ſunt ſtrictè accipienda: ſcilicet ſtipulatio, pœna, & ſententia arbitralis. Quæ res longè diuerſa eſt in actione ex teſtamento, ob fauorem ſcilicet vltimarum voluntatum, in iure latè patentem. Reſtat vt reſpondeamus ad ea, vbi vltimum ſcopum actionis ex teſtamento Iuriſconſulti conſtituiſſe videntur in venditione, quod non erit difficilè, ſi vel paulùlum inſpiciamus rem ibi ſubiectam. ſic enim mox apparebit non eam eſſe Iuriſconſultorum ſententiam, vt decidant quod hic nobis propoſitum eſt. Nam vno loco [k] hæc verba, *hoc ſolùm vt vendat vero pretio*, ſic ſunt exaudienda, non vt conſtituamus emphaſim in verbo, *vendat*, quaſi id ſolum veniat in actionem ex teſtamento, & non etiam hoc, vt rem venditam tradat: ſed potius in illis adiectis verbis,

[a] *Bal. ad d. l. vlt. Fra. Are. & Socy. praall. conſilijs.*
[b] *Phil. Dec. ad l. cum fundus. §. ſerui tuum. ſi corpetat. ex l. ſi pœna. in fi. & l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ. §. vlt. de verbor. oblig.*
[c] *l. quicquid aſtringendæ. de verb. oblig.*
[d] *d. l. j. C. com. de lega.*
[e] *arg. l. vnũ ex familia. in prin. & §. ſi de falcadia. de lega. 2. & l. pater ex prouincia. in fi. de manumiſſ. vind.*
[f] *l. 2. C. de reſcind. vend.*
[g] *Bal. Io. Imol. Iaſ. & alij ad d. l. ſi fideiuſſor. §. vltimo.*
[h] *l. cùm hi. verſi. placuit. & ibi Bal. de tranſact.*
[i] *à Bar. & cæteris hic, & ad d. l. ſi fideiuſſor. §. vlt.*
[k] *in d. l. ſi fideiuſſor. §. vlt.*

a *Fulgoſius hic.*

b *in d.l. in aumeratio[n]i-bus. inſ.*

vero pretio[a]. vt ſcilicet nõ donari gratis res debeat, ſed iuſto pretio vendi:
idque ſufficiat hæredi etiam vt nihil propriæ liberalitatis adijciat. Quam
interpretationem apertiſsimè ſuadent adiecta ibi hæc verba, *non gratis donari hoc facere*. Et alio loco[b], quod dicitur damnatum alicui vendere vel lo
care, vendendo vel locando liberari ex teſtamento: non eſt hoc dictum
ad excluſionem illorum, quæ per conſequentiam propria ſunt emptionis
& conductionis. (de quibus nihil eo loco attinebat dicere) Sed hoc tan-
tùm habuit Iuriſconſultus ſibi propoſitum, vt exemplis demonſtraret,
quòd eadem numeratio & præſtatio, interdum operetur ſimul liberatio-
nem & obligationem. † Id quod hoc quoque exemplo non malè declara- 6
tur, quòd hæres iuſſus à teſtatore vendere, vendendo & tradendo ſe libe-
ret ab obligatione ex teſtamento, & ſibi obligatum legatàrium eundemq́;
emptorem faciat ad pretium. Quod etiam obtinet in eo, qui iuſſus locare
locauit, & tradidit conductori vtendum fruendumq́ue.

c hac l. ſi hæres. verſi. ſed ſi falſo exiſtimans.

Et ſi quis fortè euidentius requirat argumentũ illius quod diximus, præ-
cipuá vim acquiſitionis rei, hic tribuẽdam iuſſui teſtatoris: habere potent
ex eo, quod ſequitur in hoc ipſo reſponſo Pauli[c]. Quòd ſi hæres, falſa per-
ſuaſione ductus, exiſtimauerit ſe damnatũ vendere, vẽdideritq́;: † cum eo, 7
non ſolùm non ex teſtamento, (qua in parte erratũ eſt) ſed nec ex empto
agi poterit, quáuis verè res vẽdita ſit. Agi, inquã, efficaci actione, hoc eſt,
nõ ſic quin doli exceptione reijciatur actor: nõ quidẽ quòd dolus in cõtra
hendo interuenerit, ſi & legatarius (qui probabilius teſtamentum potuit
ignorare quàm hæres) bona fide crediderit hoc ſibi legatum, & ſic emerit:
ſed quia non ſine dolo peteret, quod reſtituturus eſſet[d].

d *l. ſi cum te. de pact. iũcta l. dolo. de dol. ma. & me tus except.*

e *Accur. & latiſſ. Sall. & Fulgo. ad l. ſed & ſi me pact. §. cũ iter. de cõdict. indeb.*

f *l. 3. de cõdict. ſine cauſa.*

g l. ex empto. §. is qui vnum. in fi. hoc tit.

h *ad d. §. is qui vnũ. et ad l. 2. C. qũ lic. ab emp. diſc.*

i in vlt. verbis. §. is qui vnũ, quia iã ſine cauſa.

Sed neq; expectare debet hæres hoc caſu, vt cõueniatur à legatario, eo
demq́; emptore, & tunc ſe defendat, doli exceptione obiecta: poteſt enim
ipſe ad iudiciũ prouocare prior, & incerti condictione agere, † vt libere- 8
tur. Quæ ſanè condictio qualis ſit, nõ abſq; difficultate ad amuſsim definiri
poſſet. In quo doctores laborant[e], nec huius eſt loci: ſed ſufficit vno ver
bo hoc adieciſſe, quod condictioni ſine cauſa, multum ſanè generali, ſit
proxima[f]. Nam qui huiuſcemodi errore vendit, obligationem ſine cauſa
ſuſcepit, & in ea retinetur ſine cauſa, meritò in totũ liberandus. Quæ ſpe-
cies condictionis etiam alio loco[g] concurrit cum actione ex empto. Sic
enim malim cum Fulgoſio[h] dicere, quàm cum Accurſio, condictionẽ il-
lam, cuius ibi meminit Iuriſcõſultus, alterius eſſe generis, videlicet ob cau
ſam: quandoquidem ipſe ſatis expreſsit de condictione ſine cauſa[i].

L. BONA FIDES.

SVMMARIA.

1 *Lex pro pacto ſeu conuentione accipitur.*
2 *Contractus claudicare non debet.*
3 *Cõtractu reſciſſo per in integ. reſtitutionẽ, liberatur et alter cõtrahẽtiũ qui reſtitutionẽ nõ impetrauit.*
4 *Prohibito vno correlatiuorũ, prohibetur & alterũ.*
5 *Contractu reſoluto, qua actione repetatur res, cum ſcilicet emptor liberatur à ſolutione pretij.*
6 *Rei vẽdicationẽ dari ad rẽ repetendã reſoluta venditione, etiã ſi fides habita fuiſſet de pretio, ſecundũ Fulg. latiùs à Mudæo confirmatũ declaratumq́;.*
7 *Contractum emptionis ex vno latere conſtare in pupillo vendente.*
8 *Contractũ quãdoq; claudicare in minore. 25. annis, & eo qui cum procuratore colludente contraxit.*
9 *Minor an renũciet beneficio reſtitutionis in integ.*
10 *Quod actum eſt, poſſe ſtatim probari vel improbari quibuſdam caſibus.*
11 *Re tradita à maiore circũuẽto, an ſecur⁹ ſit emptor.*
12 *Quomodo agi poſſit vt probetur vel improbetur quod actum eſt.*

k *l. Labeo. verſi. ſi contra-ctam. de verb. ſig.*

QVOD obiter attigimus in emptione & vẽditione vltro citroq́; actio
nem eſſe, ſicut & obligatio eſt[k], vt ſuæ cauſæ reſpondeat effectus,
nunc paulò latius explicandum nobis erit. Et ſanè adeo id verum eſt, vt
rectè

rectè vtrinq; cõtracta obligatione, & actione nata, ſi aliqua lege liberetur
vnus, iam bona fides nõ patiatur teneri alterũ. Imò ſi hic ſua ex parte prior
impleuerit contractum, repetet quod præſtetur. De exemplo tamẽ hic la-
boratur, cuius inueniendi difficultatẽ quidã vt euaderet [a], interpretatur hic
1 legẽ pro pacto & conuentione, ſicut in iure plerũq; accipitur [b]. † vt ſcili-
cet beneficio legis dicatur iuuari emptor, cũ virtute alicuius pacti libera-
tur à ſoluẽdo pretio: & tunc quoq; liberari vẽditorẽ à rei traditione. Siue
talis pactio ab initio appoſita ſit, quæ poſtea reſoluat, vel exceptione em-
ptorẽ liberet: ſiue poſt contractũ interuenerit acceptilatio [c]. Sed hæc nõ
id præſtat, neq; efficit ſuaptẽ vi & natura, hoc eſt, nõ iure ſolutionis, cuius
vt imaginẽ referret inuẽta eſt acceptilatio [d]: quia ſic ſoluentẽ ſolum libera
ret, id eſt, eum cui acceptilatio fit, ſicut præſcriptio ſiue vſucapio eum ſo-
lum qui vſucepit liberat [e]: ſed liberat acceptilatio vtrũq; virtute conuen-
2 tionis [f], quæ in hoc genere cõtractuũ meritò claudicare non debet, † ſaltẽ
nõ abſq; iuſta cauſa inæqualis liberationis [g]. Sed & ſi cui fortè magis pla-
ceat hic nomine legis intelligere, nõ quidẽ pactionẽ venditioni & emptio
ni dictã, ſed aliquam potius partẽ iuris: ad hoc quoq; poterit perueniri, &
exemplum inueniri. præſertim ſi legem priuatã ſicut legẽ regiam dicimus,
& Cicero legẽ Manliã dixit, intellexerimus. Statim enim occurret exem
plum in reſtitutione in integrũ minoris, qui ex emptione læſus eſt: eo e-
3 nim reſtituto in integrũ, reſtitutus intelligitur & vẽditor, † & quidem iudi
cio eodemq; ſententia, qua reſtituitur minor [h]. De eo verò emptorẽ qui ius
iniquũ impetraſſet, quo & ipſe aduerſus ſe vti deberet [i], non ſat commodè
exẽplum adferri hic poterit, propterea quod emptor qui pecuniã rei ven-
ditæ debere deſiſſet, (vt hic Iuriſcõſultus loquitur) perpetua exceptione
tutus eſſet: quod precibus impetrari nõ ſolet, tãquam exhauriẽs vires prin
cipalis negotij: ſed moratoria tantùm præſcriptio, i. ſoluẽdi dilatio [k]. Sen-
tentia verò deportationis & publicationis bonorũ, in emptorẽ adhuc obli
gatũ lata, quãuis ab obligatione eum eximat [l], huc tamẽ nõ pertinet: ſtatim
enim dices, quòd beneficium non ſit, neq; totã obligationẽ perimat: ſed ei
velut mortuo hæres ſuccedit fiſcus [m], etiã in eam obligationẽ pretij quod
adhuc debebat. Sic nec illa ſpecies huc pertinet, vbi ex ſtatuto ob nõ pro
feſſum contractũ publicè, ſolurumq; illud quod ea ex cauſa ſolui debuit, ir
ritusq; fit contractus, ſi fortè vẽditor non profiteatur neq; ſoluat [n]: nam in
odiũ eius hoc fieri intelligitur, vt actionẽ ex contractu amittat, nõ verò in
fauorẽ eius, vt ab eo cũ quo contraxit, qui legi paruit contractũ profiten-
do, & quod oportuit ſoluẽdo, non conueniatur. Sic enim facilè ſua ſolius
voluntate rectè initũ contractum ex pœnitentia faceret irritum, modico
ſæpè diſpendio. Si tameu initio contrahendæ obligationis lex aliqua ob-
ſtet, in odiũ alterutrius, vel venditoris vel emptoris lata: vtputa ſi exilium,
& partis bonorum publicationem paſſo, interdicatur eo ipſo loco com-
mercium, maximè rerum immobilium: ſicut, ſi venderet, pretium pete-
re non poſſet, ita nec ad rei venditæ traditionem tenebitur [o]. prohi-
4 bito enim vno correlatiuorum, prohibetur & alterum [p]. † Sanè vbi non in
odium, nec tamen in beneficium vnius contrahentium, liberari eum con-
tingat, ſed alio aliquo reſpectu & fauore publico: æquiſsimum iam eſt, nec
alterum qui cum eo contraxit teneri. Verbi gratia: Vendidit aliquis præ-
dium, quod nondũ traditũ emptori publicatur, militibus aſſignatur [q], vel in
alium vſum publicũ, pro neceſsitate aut vtilitate publica, conuertitur: hic
iam, ſicut liberatur venditor à traditione, ſic & emptor à pretij ſolutio-
ne [r]. Tradito autem prædio, ſi quid tale contingat, iam quia venditorem

a Odofredus hic.
b l. legẽ quam dixiſti. C. de pact. l. ea lege. C. de con dict. ob cau. cũ ſimil.
c l. vlt. de acceptil.
d §. itẽ per acceptilationẽ. Inſti. quib. mo. toll. obli.
e Bart. hic ex l. ſi pupillus. in fi. de admin. tut.
f l. cũ emptor. de reſcind. vendit.
g l. ſi conuenerit. in verbis, & iuſta cauſa fuit. de pactis.
h l. vnica. C. de reput. quæ fiunt in iudic. in integ. reſtit. l. ſi iudex circumuento. de minor.
i toto tit. quod quiſq; iur. in alium ſtatuit.
k l. quoties. C. de precibus imp. offer.
l l. vlt. de duob. reis. l. ſi debitori deportatio. de fideiuſſor.
m l. tutoris. C. ad leg. Iul. de vi publ. & priua.
n Bart. hic.
o Alberi. hic.
p l. vlt. C. de indict. viduit. tol. l. j. C. de congreſſ. li. 11.
q l. itẽ ſi verberatũ. §. j. de rei vendic.
r l. ſi fundus. verſic. itẽ & ſi vẽdiderit. locat. et cõd.

non is caſus ſuperuenientis publicationis liberauit: ſed traditio rei venditæ prius facta liberauerat, meritò pretium, vel quod ex eo reliquum adhuc debebitur, petere poterit[a].

Sed repetendum nunc erit paulò latius quod dixi, hoc etiam, quòd impleto contractu à venditore traditum eſt, repeti poſſe, ſi poſtea liberari contingat emptorem à ſolutione pretij[b]. dubitari enim poſſet, qua actione repetatur res[c]. † Sunt qui diſtinguant, an fides de pretio habita ſit, nec 5
ne: Si non ſit habita, vendicari: ſi ſit habita, condici. Quorum vtrũque ſecum dubitationem trahit: nam priore caſu cum fides de pretio habita non eſt, vt vendicari res poſſet, nõ eſt expectanda liberatio emptoris à pretio: ſed, vel hoc ſolo nomine, vendicari & repeti poterit, quòd pretium nõ ſoluatur: etiam ſi illud adhuc verè debeat emptor. Poſteriori verò obſtare videtur, quòd cõdictioni ob cauſam locus nõ ſit, ex cõtractibus nominatis[d]. Non deeſt tamẽ quod ad hoc poſterius reſpondeatur, ſcilicet, quòd firmo manẽte contractu, condici nõ poſſet, quod ad illius implementũ eſt datũ[e]: cũ vrgeri aduerſarius poſſet, vt ex ſua quoq; parte adimpleat[f]. Sed reſoluto cõtractu, cũ iam impleri nõ poſsit, neq; id amplius ſperetur aut expectetur, meritò repeti poſſe quod eſt datũ[g]. Sed & hoc caſu non malè dixeris, rei vendicationem venditori competere, quamuis dominium in emptorẽ, fide habita de pretio, ab initio tranſierat. † Nam hic reſpõſum eſt indiſtinctè, liberato emptore à pretio, rem à venditore traditã poſſe peti. 6
Quo verbo, nõ dubium eſt ſignificari actionẽ in rem[h]. Fit etiã hic mentio exceptionis rei venditæ & traditæ, quæ non niſi rei vendicationi propriè ſeruit & obijci ſolet[i]. Ac deniq; fit hic comparatio eius de quo quærimus, vt perinde habeatur, ac ſi petitor neque vendidiſſet, neque tradidiſſet emptori. Quo caſu indubitatum eſt, quòd eam rem venditor ab emptore, vt dominus à quolibet poſſeſſore vendicare poſſet. Nec cõturbari debemus, quòd tranſlatum fuerit in emptorẽ dominium: nam ſicut interdum fit, vt qui verè dominus eſt, nõ vendicet tamen à poſsidente[k]: Ita quoq; eadem æquitate, is qui vendicat, obiectã à poſſeſſore exceptionem tranſlati dominij, replicatione repellat: ceſſantibus nimirum ijs cauſis, ſine quibus dominij trãſlatio fieri nequiuiſſet. Non enim iam amplius dici poteſt, quòd fides ad huc habeatur de pretio, quod omnino deſijt deberi. aut quòd eo nomine fideiuſſor, expromiſſor, aut pignora data teneãtur: cùm illius pretij nõ expectetur vnquam ſolutio. Et ſanè cum lex ipſa quibuſdam cõuentionibus (vt addictionis in diem, & legis commiſſoriæ) eam vim tribuerit, vt dominij tranſlationem reſoluerent, & rei vendicationi locum facerent[l]: cur miramur, quòd eam ipſam vim hic ſeruet in ſuo inuento, hoc eſt, in ea cauſa, qua, contractu reſoluto ex vna parte, non patitur obligationem ſtare ex altera: & liberato emptore, teneri venditorem.

Non negauerim tamẽ, quin interdũ ex vno latere conſtet hic cõtractus, vt ſi à pupillo, † ſine authoritate tutoris quis emerit[m]: nam pupillo obliga- 7
tur qui cũ eo contrahit, & ſibi tamẽ pupillũ nõ obligat[n]: Et hæc ſi cõtractũ ſolùm illum inſpicimus. Sed ſi præcedat alius ſuper eadẽ re, cũ authoritate tutoris initus, nõ erit huic poſteriori, inito cũ ſolo pupillo, tantũ tribuendũ viriũ, vt præcedentẽ obligationẽ rectè cõtractã poſsit nouare: infirmior eſt ficaciore[o]. Itaq; hic ipſe locus monet, vt in dubiũ nõ vocem[a], quin pupilli etiã ſe alij obligãdo poſſet meliorẽ cõditionẽ ſuã facere[p]. Sic & in iudicijs rebus proſperè geſtis, & obtẽta victoria, nõ poteſt minor ætas nõ ritè defenſis obeſſe[q]: actio tñ ex emptione & vẽditiõe, quã abſq; tutoris authoritate pupilli inierũt, nõ poteſt ex eorũ parte exerceri, quì & ipſi viciſsim adipleat[r].

a l. Lucius. de euict.

b hac l. bona fides. verſ. poſſeſſione autẽ tradita.

c Bart. hic.

d l. vlt. de condic. ob cauſ. dato.

e Bart. hic.

f l. in ciuile. C. de rei vẽdic.

g Pau. Caſtren. hic.

h cum Fulgoſin hic.

i toto tit. de except. rei vẽditæ & trad.

k l. ſi à Titio. de rei vẽdic.

l l. ſi quis hac lege emerit. in prin. de rei vendic.

m l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo.

n in prin. tit. Inſti. de aut. tutor. l. quod pupillus. de cõdict. indeb. l. j. in ſi. de nouatio.

o l. ſi id quod purè. §. j. verſi. quòd ſi ante tutorũ. de reſcin. vend.

p Iaſ. ad l. qui iuraſſe. de iureiur. & ad l. cum hi. §. cauſam aũt. de trãſac.

q l. nõ dñs. C. de procurato.

r d. l. ſi id quod purè. ſub ſinẽ. verſic. ſed agente eo. de reſcind. vendit.

Neq;

Neq; in ſolis pupillis ius hoc quod diximus, imparis obligationis, locum habet, ſed & in adultis minoribus vigintiquinque annis, & in quolibet ma
8 iore, cuius procurator cum alio colludens, hunc contractum inierit [a]: † niſi quod cum pupillo, qui ſine tutoris authoritate contraxit, omnino agi non poſſit. Cum minore verò, aut domino cuius procurator contrahendo colluſit, hactenus agi poteſt, vt aut ſtetur contractui, aut ab eo diſcedatur. Qua formula agendi experietur potiſsimum is, qui ex ſua parte impleuit. Veluti venditor qui tradidit, ſed qui nondum impleuit, expectare poterit, an cum eo aget minor, aut dominus procuratoris, ad implemētum contractus, & eo ipſo apparebit, quod contractū approbet: vel agent recta via ad implementum, (quod & is facit qui impleuit) vt tunc cognoſcat ex reſponſione & defenſione eorum, an contractum probent, an improbent. Vtrinque verò impleto contractu maximè neceſſaria eſt hæc forma agendi [b]. Qui verò cum pupillo contraxit, omni actioni ſic deſtitutus videtur, vt nec tantillum valeat ei contractus, quod aliquem ad iudicium præbeat aditum, quo experiatur, an cum tutore approbabit contractum nec ne. Et hoc ipſum videtur hic Vlpianus innuere maius vitium eſſe, vno caſu, cùm pupillus contraxit [c], quàm alijs illis duobus: quibus fundamentum obligationis ſic eſt iactum, vt aliquis ſaltem locus detur iudicio [d]: etiam ſi dolus ex propoſito interuenerit: imò & cauſam contractui dederit. ſiue quòd nec tali dolo, contractus bonæ fidei reddatur ipſo iure nullus, (vt quidam [e] verè, ſed paradoxicè tradunt) ſiue quod dolo inductus ad contrahendum, poſſit contractui ſtare ſi velit [f]. nec poſſit is qui dolo eum induxit, allegatione propriæ turpitudinis ſe tueri [g], ſi ſe circumuentum eſſe contendat alter. At quid iuuerit, inquies, ſi vel decies contractum approbet adhuc minor, cùm quicquid ea ætate fecerit, à quo læſus ſit, beneficio reſtitutionis iuuari poſſit [h], adeò
9 vt nec renunciare illi beneficio poſſet [i]? † quod etiam non excluditur ſtatuto, aut conſuetudine permittente minori, abſque curatoris authoritate, alienationem rerum ſuarum [k]. An dicemus, quòd beneficij reſtitutionis in integrum nulla hic ſit inſpectio, ſed ſolius actionis: quæ contrahentibus cum minore curatorem non habente, non vtique denegatur: quamuis læſo reſtitutio concedatur [l]. Sed quod hic, quia emptor minorem circumuenit, non detur actio: niſi quatenus iam dictum eſt. Sicut nec illi denegatur actio, cui à procuratore alicuius addictus eſt fundus, minore pretio, quàm iuſto: malignè hoc agente procuratore, vt dominum damno afficeret, ſi id emptor ignorauerit. Nam hic etiam vſucapit, vt bonæ fidei poſſeſſor. Sed non is emptor, qui cum procuratore colluſerit [m]. nec enim hic aliam habet actionem, quàm qua benignè ei ſuccurſum eſt, ne diu in incerto fluctuet, an contractui ſtandum erit nec ne [n]. Alijs tamen [o] ſine controuerſia placuit, reſtitutionem in integrum, approbato ſic contractu à minore, cenſeri excluſam, non aliter, quàm ſi iudicio eſſet petita, & non obtenta [p]. Neque enim paſsim omnibus minoribus ea conceditur, ſed quæ res erit, inquit prætor, animaduertam. an fuerit minoris inconſulta facilitas, vel captio illius, qui cum eo cōtraxit [q]. quæ ceſſare videntur, vbi minori cum curatore ſemel patefacta & propoſita eſt hæc via, vt ſi velint à contractu recedatur. & diſertè tamen in iudicio, ſingulis diligentius inſpectis, eum contractū approbent, certè doli exceptio, quæ cōpetere poterat læſione nunc cognita, aut circumuentione detecta, ceſſabit, ſi deliberato cōſilio contractū probauerit (à geminatione actus.) Itaq; hac via, tempus petendæ reſtitutionis in integrum, poterit in effectu

 minui.

[a] d.l.Iulianus. §. ſi quis colludēte. hoc tit.

[b] Bart. hic.

[c] ſcilicet in. §. ſi quis à pupillo.

[d] d. §. ſi quis colludente.

[e] Fab. ad. §. actionū. Inſti. de actio. & ibi late Lud. Gomeſ. Hiſpanus.

[f] notatur ad l. & elegan ter. de dolo malo.

[g] l. tranſactione finita. C. de tranſact.

[h] l. j. l. minoribus. cū alijs multis. de minor.

[i] Bar. ad l. ſi index. de minorib.

[k] glo. & Sali. ad l. vnicā. C. ſi de momenta. poſſeſſ. arg. Bal. ad Authē. ſi captiui. C. de epiſc. & cler. Lud. Ro. conſil. 90. Pau. Caſtren. conſi. 161.

[l] l. ſi curatorē habens. verſic. ſi verò. C. de in integ. reſtit. mi.

[m] l. qui fundum. §. procurator suus. pro emptore.

[n] arg. l. ſi indebitum. rem ratam hab.

[o] Bar. & Fulgo. hic.

[p] l. j. & ſeq. C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſtule.

[q] l. vero. §. ſciendum. de minor.

minui. quod alio tamen loco latius eſt tractatum [a]. Sed nec illud præter-
eundum duxi, quòd latius quàm in ſolis duobus caſibus nunc dictis, pateat
iſte memorabilis modus agendi: vt quod actum eſt vel probetur, vel im-
probetur † ſtatim. Nam & is qui in emptione maiorem annis circumue- 10
niſſet, ad hoc genus actionis admittitur [b]. quod tamẽ in dubiũ vocari poſ-
ſet, cùm indubiè is habeat ordinariam actionem ex empto, ad implemen-
tum contractus, ſi nondum venditor circumuentus tradiderit: qua inſtitu
ta, facile erit deprehẽdere ex reſponſione & defenſione venditoris, an cõ
tractum probet an improbet, doli exceptione vtens, qua tutus, ſi ſpõtè tra
diderit, non videtur quòd indebitum poſſet condicere: cùm exceptio quá
omiſit fuerit odioſa [c]. Neque otioſum videri debet, quod Iuriſconſultus
de minore circumuento locutus ſit, quaſi duobus in vnum concurrẽtibus,
nulla alia ſit actio ordinaria ex empto, quàm hactenus, vt contractum pro
bet vel improbet. Sed profectò re tradita à venditore maiore annis & cir
cumuento, nondum ſecurus eſt emptor, † cùm ſi id per errorem ſit factũ, 11
condici res poſsit vt indebita. Neque enim doli exceptio ſpecialis ſic eſt
odioſa, vt naturalem æquitatem impugnet, imò illa æquitate ſubſiſtit, &
iuuatur [d]. Vnde cum emptor adhuc dubitare poſſet de repetitione rei ven
ditæ & traditæ, non alia via conſultum ei eſſe poterit, quàm hoc genere
actionis, vt contractum probet vel improbet, ne diu poſſeſsio in incerto
ſit: maximè ſi non iactitauerit venditor ſe condicturum. quo caſu etiam a-
liud remedium [e] ad manum eſt. Quin etiam generalius eſt traditũ [f], quòd
vbicunque in facultate vnius eſſet, quod actum eſt cum alio, ſeruari vt va
lidum, vel reijci vt inualidum poſſe: aduerſus eum agi, vt vel probet, vel
improbet. † Idq; etiam in iudicijs aliquo vſque nõ ritè actis, locum habet: 12
quantumlibet magnus ſit iudiciorũ rigor. Veluti ſi minor annis aliquãdiu
ſine curatore in iudicio ſteterit [g]: nam poteſt peti quòd curator ei detur,
cum quo vel probet vel improbet hactenus acta [h]. Sed & ſi non ſolùm
non ritè, verùm etiam improbè, & damnato modo aliquid fuerit con-
tractum, vt cum illicito fœnore, agi & nunc poterit, non quidem vt pro-
betur vel improbetur contractus, per ſe tam improbus vt probari ne-
queat: ſed vt ab eo recedatur in totum, reſtitutis quæ data ſunt, vel vt re-
formetur contractus in meliorem, & de iure permiſſam formam [i]. Deni-
que, ſi quis quid emerit ab œconomo eccleſiæ, ſine decreto aliàue ſolen-
nitate neceſſaria: hæc eadem via patebit ei, vt agat eccleſiæ nomine con-
tractum probari, vel improbari: quod in arbitrio eſt adminiſtrantium res
eccleſiæ, non eorum qui cum illis contraxerunt [k].

a à Bar. Ang. Zaſ. & alijs ad l. 2. de re iudic.
b à Bart. hic & Fulgo.
c l. qui exceptione. & ibi glo. ad verbũ, pecuniã, in fi. de condict. indeb.
d Pau. Caſt. ad d. l. qui exceptione.
e l. diffamari. C. de ingen. manumiß.
f à Pet. Ancho. ad. c. quam ſit. de elect. lib. 6.
g l. nõ eo minus. C. de procurat. l. pen. C. ſi aduerſ. ſentent.
h Baldus hic, Bar. ad l. ſi quos. C. de decur. lib. 10.
i Steph. Bertran. conſ. 356. Nihil oppoſitum, incip.
k Fulgoſ. Iaſ. & alij ad l. cũ hi. §. eam aũt. de trãſact. ex Innocent. ad. c. j. de his q̃ fiũt à prała. ſine conſenſu capit.

CAPVT DE PERSONIS. L. TENETVR.
§. SI FILIVSFAMILIAS.

SVMMARIA.

1 *Filiusfamilias vt paterfamilias tenetur ex contractu.*
2 *Filiusfamilias procuratorem ad cauſas agendas non dat, niſi ad eas quas ipſe mouere poteſt.*
3 *Filiusfamilias an opus habeat paterno conſenſu ad defenſionem in iudicio, vt ad actionem.*

VISVM nunc eſt oportunũ, vt aliqua tractemus quæ ad perſonas per-
tinent agentium, & defendentium, in hoc genere iudiciorum. Et
ſtatim hic occurrit illud Pomponij, quo ait: Quòd ſi filiusfamilias rem vẽ
diderit & tradiderit, † ſicut paterfamilias tenetur. quod generalius alijs lo 1
cis [l] propoſitum eſt, ex omnibus cauſis eum obligari tanquam patremfa-
milias. Quòd verò ipſe & agere poſſet, non eſt hic additum. parcius enim
hoc

l l. tam ex contractibus. de iudicijs. l. filiusfamilias ex omnib° cauſis. de act. & oblig.

hoc ei ſuo nomine eſt permiſſum [a]. Vnde procuratorem ad cauſas agēdas
2 † non dat, niſi ad eas, quas ipſe mouere poteſt [b]: ſed indiſtinctè ad defenden
dum dat [c]. quo & illud ſpectat, alijs locis tractatum [d], num æquè ad defen-
3 ſionem iudicialem filio familias neceſſarius ſit conſenſus paternus, † vt ad
actionem.

a l. ſi longius. §. ſi filius fa mil. de indic. l. fil. famil. ſuo nomine. de actionib. & oblig. st.
b l. filius fam. in princ. de procuratorib.
c eadē l. verſ. ad defendē.
d ad l. vlt. §. neceſſitate. C. de bonis quæ liberis. et à Caſtrenſ. ad d. §. ſi fili. famil.

L. SI SERVVS IN QVO VSVSFRVCTVS.

SVMMARIA.

1 *Seruo nulla actio eſt ex cōtractu, ſed domino tātum.*
2 *Si ſeruus in quo vſusfructus tuus erat, fundum emit, & antequam traderet finitus ſit vſusfruct⁹, cui acquiratur actio ex empto, ad fundū tradēdū.*
3 *Antinomia implacabilis in l. ſed etſi quis. §. vlti. cum l. ſequ. de vſufruct. cum hac l.*
4 *Aequitas ſcripta præualet iuri ſcripto.*
5 *Sequentia demonſtrans qualem quis ab initio animum habuerit.*
6 *Iuris præſumptiones & fictiones nituntur æquitati.*
7 *Quædam in pendenti ſunt, vt non poſſint in aliquem ordinem referri, ſed ex euentu pendent.*

1 NVLLA ſeruo, ſed domino, ex contractu ſerui actio eſt [a]: ideoq; nec
cautiones præambulas iudiciorū interponit, † velut ipſe litigatur [b]:
ac ne iudicio quidem rei vendicationis agit, aut cōuenitur [c]. quamuis illud
nullam obligationem requirat [d]. Cùm ergo ad dominos ſeruorum omne
iudicium pertineat, & interdum contingat, ſeruum eſſe plurium domino-
rum, diſpari iure: videlicet, vt alter proprietatem illius, alter vſumfructum
habeat, & vtriq; aliquibus ex cauſis acquirat: hinc conſurgit interdū quæ-
ſtio, vtri horum, an proprietario, an vſufructuario quæſita ſit actio ex em-
pto: maximè ſi nondum ſoluerit pretium. Veluti in hac ſpecie, Iuliano
propoſita, vbi ſeruus, in quo vſusfructus tuus erat, fundum emit, & ante-
quam pecunia numeraretur, vel à te, vel ab eo, ex peculio quod à te habet,
capite diminutus es, vſumfructum amiſiſti: & ex conſequenti, occaſionem
quoque acquirendi per eum ſeruum: an ſi vel iam deperdito vſufructu pre
2 tium ſoluas, actionem ex empto conſequaris? † Et vt illud primum explice-
mus, capitis diminutionem hic intelligimus minimam [e]: qua ante Iuſti-
niani nouam conſtitutionem [f], finiebatur vſusfructus. Maxima enim ca-
pitis diminutio, rei propoſitæ non conuenit: propterea quòd eam paſſus,
& ſic ſeruus factus, nullam omnino actionem habeat: & Iuriſconſultus ta
men hic tribuit ei condictionem ſoluti pretij. Media verò capitis diminu-
tio non ex omniū ſententia cōuenit, ſed eorum qui admittūt actiones eſſe
Iuriſgentium, & deportationem paſsis adhuc cōcedunt [g]. Intellecta nunc
quæſtione, perquiramus reſolutionem. In qua etiam veterum Iuriſcōſul-
torum reſponſa videntur contraria. Huic enim, quo deciditur domino em
ptionis tempore vſufructuario, ſi finito vſufructu pretium ſoluerit, nō dari
actionem ex empto: aduerſatur ex diametro Vlpianus [h], qui, aduerſus Mar
celli ſententiam, putat Iuliani eſſe humaniorem, qui, etiam amiſſo vſufru-
ctu, adhuc intereſſe putauit, vnde pretium ſit numeratum. quod cum hic
ab vſufructuario ſit factum, cur eius non erit actio ex empto? Et Antino-
3 mia hæc tam implacabilis videtur, † vt nemo nō plurimum in eà concilian
da laborauerit, nullo penè omiſſo verbo, aliquam in his reſponſis diuerſita
tem habente, quod non diligentiſsimè ab aliquibus ſit expenſum. Vt ecce,
Ait Vlpianus [i], Iuliani ſententiam humaniorem eſſe: hinc igitur arrepta
occaſione, dicunt quidam [k], id quod hic traditur, ex ſummo iure eſſe ve-
rius: illud verò æquius. Quod tamen eo minus credibile eſt, quod vtroq;
loco recenſeatur Iuliani ſententia, quem non eſt veriſimile ſibi non con-
ſtitiſſe. Et re vera, nihil hoc aliud eſt, quàm ſi dicas, quod hic dicitur
4 ab Vlpia. corrigi [l]: præualet enim æquitas ſcripta iuri ſcripto [m]. Alij [n] vim

a l. ſeruos. l. cū debitores. C. de iudicijs.
b l. quoties. §. ſeru⁹. ſi quis cautionib.
c l. nō ſeruū. C. de rei vēd.
d Inſtit. de act. §. 1.
e Alberi. & Fulgo. hic.
f in l. corruptionem. C. de vſufruct.
g l. ſi mandauero. §. is cuius bona publicata ſunt mand.
h in l. ſed etſi quis. §. vlt. cum l. ſequent. §. adhuc intereſſe. in prin. de vſufruct.
i in d. l. adhuc intereſſe.
k Alberic. & Caſtr. hic.
l Fulgoſ. hic.
m l. placuit. C. de iudic.
n Bart. hic. & Salic.

in

in eo conſtituerũt, quòd Vlpian. loquatur in genere, de vſufructu amiſſo,
aut finito: hic verò Iulianus de certa ſpecie amiſsionis, per capitis diminu
tionem: quaſi in ea id ſpeciale ſit. Quæ côiectura verò propior eſt, tũ quod
colligi videatur ex verbis textus [a], tum etiam, quòd videatur non deeſſe ra
tio, cur hoc potius modo, quàm cæteris finiendi vſumfructum, perdatur
actio ex empto: nimirum, quòd cum capitis diminutione finitur vſusfru-
ctus, ipſe quodammodo vſufructuarius eum finiat: & ſic occaſionem om-
nem acquirendi per cum ſeruum, ſponte abijciat, cùm non abſque facto
ſuo, ſaltem non abſque conſenſu, eam ſpeciem capitis diminutionis in-
currat: dans ſe arrogandum, vel emancipandum. neutrum enim eo inuito
fit [b]. Alijs verò modis, vſusfructus per ſe interit. Sed huic obſtare videtur,
quòd id perpetuum non ſit. Nam ſi dominus vſufructuarius ius proprieta-
tis acquiſierit, vſusfructus quidem interit [c]: ſed ſic augetur ius vſufructua-
rij, vt omni modo per eum ſeruum acquirat. Et hæc obligatio ex vendi-
tione & emptione, naturalem præſtationem habet: Iuriſgẽtium enim iſte
contractus eſt. Non igitur perit capitis diminutione minima [d]. Et qui ſe
arrogandum dat, ius obligationum & actionum non à ſe abijcit, neq; arro
gatio illa tollit, ſed in arrogatorem transfert [e]. Tertia igitur ratio con-
ciliandi [f], omnibus probabilior eſt, Iulianum hic in eo vim facere, quòd
finito vſufructu pretium ſoluat, non quidem ſeruus ipſe qui emerat: ſed
dominus vſufructuarius [g]. Illic verò ipſe ſeruus ſoluit, ex peculio domini
vſufructuarij, quod adhuc penes ſe habet. nec ſtatim eo ipſo momẽto,
quo finiebatur vſusfructus, reſtitui potuit. Et rectè quidem hoc diſcrimen
perpenditur. Nam quando ſoluit ſeruus, ipſe ſua ſolutione declarat, qua-
lem animum ab initio habuerit, cùm emeret: & cui emere voluerit, an do-
mino proprietatis, an vſufructuarij. ſequentia enim demonſtrant, qualem
quis animum à principio habuerit [h]: † & quod tali iuris præſumptione ſu- 5
ſtinetur aut fundatur, hoc dicitur benignè fieri, vel ex humanitate, & æ-
quitate iuris [i]. quia iuris præſumptiones & fictiones innituntur omnes æ-
quitati [k]. †Sed quando ipſe ſoluit dominus, qui vſumfructum iam amiſit, 6
non poteſt ex ſuo facto ſumi aliqua iuris præſumptio, de intentione ſer-
ui, cum ille emerat, cui ſcilicet emere intenderit. Ideoq; ſi vel poſt per-
ditum vſumfructum capitis diminutione domini, ſeruus ipſe ſoluerit, ex
vſufructuarij peculio: adhuc actionem ex empto huic quæſitam eſſe di-
cat [l]. Et interim cùm nondum pretium ſolutum eſt, verè in pendenti eſ-
ſe, cui ſit acquirendum: vt interim nullius ſit [m]. vt verè quædam in penden
ti ſic eſſe, in iure noſtro, vt interim in nullum ordinem poſsint referri:
† ſed quòd id doceat tandem euentus, quo ſunt referenda, latè & pulchrè 7
tradit Salomo [n]. & hæc eſt veritas.

a *hic in verb. propter talẽ capitis diminutionem.*
b *§. generaliter. in authen. quib. mo. naturales efficiuntur ſui.*
c *§. finitur. verſic. vel ex cõtrario. Inſtitu. de vſufr.*
d *l. ea obligatiões. cum l. ſequ. de cap. dim.*
e *inſtit. de acquiſit. per arrog. in princip. in verb. quæque ei debitæ ſunt.*
f *Fulgo. hic & ibi. i. ad legem contrariam.*
g *hic in verb. quamuis pretiũ ſolueris. & à contrario ſenſu. verſic. ſequent. ante cap. aũt diminutionem, &c.*
h *l. ſed & Iulian. §. proinde. & ſequẽ. ad Macedo. l. ſi ventri. in fi. de priuileg. credit.*
i *d. l. ventri. in verb. benignè. & dict. l. adhuc. in verſic. humanior.*
k *in l. nec vtilem. ex quibus cauſ. ma.*
l. ex d. verſi. ante capitis autẽ diminut.
m *Fulg. ad d. l. ſed etſi quis. §. interdũ. cõtra Accurſ. ibi. ad verb. in pendenti.*
n *in paradox. ad l. gallus. §. quid ſi is. de liber. & poſthu. eſt inquit quidã ſtatus ſuſpenſ.*

§. SERVVM TVVM.

SVMMARIA.

1 *Pandectarum compoſitores notati à Modes.*
2 *Species facti, in hoc §. ſeruum.*
3 *Seruus bonæfidei poſſeſſori acquirit ex re ſua.*
4 *Alciati opinio à communi receſsit.*
5 *Indebiti condictio ceſſat, cùm creditor ſuum recepit, licet non ab eo qui debebat.*
6 *Certi condictio ex omni cauſa, & ex omni obligatione competit quæ certum petitur.*
7 *Dominus ex contractu ſerui petit ſolidum, & conuenitur peculiotenus.*
8 *Quo ſenſu accipienda verba*, Quòd dominus integram actionem ex empto habeat, *contra Curtium Iuniorem.*
9 *Seruus fugitiuus amittit liberam adminiſtrationem peculij.*
10 *Per ſeruum peculiotenus obligantur ignorãtes, prohibentes, & inuiti.*

PLENIVS

PLENIVS alio loco [a] reſponſum hoc, etiam ex Iuliani ſententia, à Paulo recitatum eſt, & addito quidem eo, quod ſolum, vel maximè huius loci eſſe videtur, nimirum, quòd actio empti vero domino ſerui emptoris aduerſus venditorem adhuc integra ſit [b]: quod hic omninò prætermiſſum eſt, nec de actione empti & venditi verbum vllum. † Sed qui Pandectas compoſuerunt, contenti fuiſſe videntur recitatione illius, quod proximè pertinere videbatur, ad id quod in principio huius reſpõſi eſt dictum, de condictione videlicet, quod quemadmodũ ibi cõdictio per ſeruum alienum ex eius contractu, aut facto, vel ex eo quod inde ſecutum eſt datur ei, qui eum ſeruum tenet, & poſſidet: ita per contrarium hic detur condictio aduerſus eum. Vt autem notiora fiant, quæ ad celebre iſtud reſponſum pertinent, præuiæ cognitiõis gratia, hæc habete, quod de duobus ſeruis ſermo hic nobis erit, vno quidem furtiuo: ſed bona fide empto, poſſeſſo, & peculium adhuc ab eo domino habente: Altero verò non furtiuo, ſed quem ſeruus furtiuus, ab alio vero domino emit, & ex peculio ſui domini, non bonæfidei poſſeſſoris pretium ſoluit. Deinde quod ſeruus furtiuus maneat in dominio veri domini, cui ablatus eſt, & ei adhuc acquirat [c]: non vero bonæfidei poſſeſſori, niſi ex re eius, aut ſuis operis. His præcognitis, ſpecies facti hæc erit, † furtiuum ſeruum à domino peculium habente, emo cum peculio: ex quo is emit aliũ ſeruum, qui mihi traditur: Quæſtio eſt, quomodo hic conſuletur vero domino, ſerui emptoris, aduerſus me, non quidem de recuperando ſeruo emptore: (illum enim vt ſuum vendicare à me poteſt) ſed de altero illo ſeruo empto, quem vendicare nõ poteſt, propterea quod eius non ſit: quia non ei, neque eius ſeruo qui emit traditio facta eſt (quamuis nec hoc forte ad dominij acquiſitionem ei ſufficeret [d]) ſed mihi bonæ fidei poſſeſſori ſerui emptoris, quæ traditio, ex titulo putatiuo, hoc eſt, ex vera venditione quæ credebatur pertinere ad bonæfidei poſſeſſorem emptoris, plus operatur ad dominij translationem, quàm aliud quicquam, quod hic ſtat pro vero domino ſerui emptoris [e]. Quod enim eius ſit ſeruus emptor, ex illo non rectè ſtatim inferes, quòd ei acquirat, vt nec acquiſiſſet ei, ſed mihi: ſi ex peculio, quòd à me bonæ fidei poſſeſſore habet, pretium ſoluiſſet. Quia bonæ fidei poſſeſſori ex re ſua firmo iure acquirit ſeruus bona fide poſſeſſus. † Quod verò pecunia veri domini emptus ſit, nec hoc ſufficit, vt ei dicatur acquiſiſſe: nam in quibuſdam id ſpeciale eſt, vt res eorum pecunia empta fiat eorum [f]. Sed cur, inquies, duo illa coniuncta non ſufficiunt, vt ſcilicet ſicut emente ſeruo, cuius ali⁹ proprietatem, alius vſumfructum habet, ſubſequens ſolutio pretij ab ipſo ſeruo facta, vel ex huius vel illius peculio, demonſtrat cui res empta acquiratur. Ita quoque hic dicamus, concurrentibus his duobus, quòd ſeruus emptor ſit illi⁹, & quod ex pecunia illius ſoluit ſeru⁹ emptus, fiat eius. Nã quod mihi bonæfidei poſſeſſori ſit acquiſitus, nõ ſatis cõſtare videtur, propterea quòd non ex re mea acquiſitus ſit [g]. An hoc admittemus [h], ſeruum emptũ non bonæfidei poſſeſſori acquiri, quamuis ei traditus ſit: ſed vero domino ſerui emptoris, & condici ab eo ſeruum non ratione dominij: ſed vt ſæpè fit, ſolius poſſeſsionis gratia [i]. At hoc repugnat receptiſſimæ omniũ aliorũ ſententiæ, qui cenſent mihi bonæfidei poſſeſſori acquiri, virtute traditiõis mihi factæ, vt æquè hic expendi debeat, cui traditio ſerui empti fiat: ſicut in principio legis; quis ſoluat. An ergo dicemus, traditionem potentius operari ad dominij translationem, quàm operetur ſola ſolutio pretij, ex vnius vel alterius peculio, in principio legis. hæc ſolutio enim ſolùm declarat intentionem ſerui ementis, cui is emere intenderit. Atq; hoc eſt inter diſcrimina

1 (margin, beside "miſſum eſt")
2 (margin, beside "præcognitis")
3 (margin, beside "mo iure")

a in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ſi cert. petat
b in verſic. nam & Iulia.
c l. fugitiuus. de ſolution. l. eo tempore. in fin. de peculio.
d l. ſi ſeruus meus. de acq. rer. dom.
e Alciat. & alij. ad d. l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ex l. 11. de condict. indeb.
f l. ſi vt proponis. C. de rei vendicat.
g d. l. ſi ſeruus. & l. eo tempore. in fin. de peculio.
h Cum Curtio illic. i. in l. cum fundus. num. 9.
i l. indebiti. §. ſed etſi nummi. de condict. indeb.

ſcrimina huius §. à principio legis: quòd hic traditio facta ſit, quæ euidenter demonſtrat cuius ſit res empta, & tradita: ibi verò, traditio nondũ facta erat: ideoque ibi non de dominio quæſitum eſt, ſed de actione ex empto, cui illa quæſita eſſet. De qua autem ſpecie condictionis hic loquatur Iulianus, difficulter dixeris: nec ſanè id parum referre videtur. Et quidem ante Alciatum, nemo, vt opinor, dubitauit, † quin condictio eſſet indebiti: 4
qua ex æquitate permiſſum ſit, domino ſerui emptoris, recta & compendioſa via agere: etiam abſq; ceſsione, aduerſus bonæfidei poſſeſſorem ſerui emptoris, ad effugiendum circuitum, quem aliàs ſtricto iure facere oporteret, ſi dominus ſerui emptoris, cum venditore primum agat, & is deinde condicat indebitum à poſſeſſore: vt qui alij ſoluerit. i. ſeruum emptum tradiderit, quàm cui debuerat. Quo circuitu vti licebit, ſed paratior eſt via. ſi recta agat dominus ſerui emptoris, cum bonæfidei poſſeſſore: vt ſic emptum ſeruum condicat: emptorem ſeruum vendicet ab eodem. Quæ ſententia non parum mihi videtur iuuari ex eo, quod veriſimiliter Iulian⁹ hic intelligat, eadem condictionis ſpecie c͂ouenirí bonæfidei poſſeſſorem ſerui, de eo quod ipſe indebitè recepit: qua experitur & agit, in principio legis, vſufructuarius dominus (qui in acquirendo per ſeruũ bonæfidei poſſeſſori per omnia ſimilis eſt [a]) de pretio quod ſoluit. Ea autem condictio ibi expreſsis verbis appellata eſt indebiti actio. (ſoluit enim pretium emptionis, quod non ipſe debuit, cùm non poſsit commodum emptionis obtinere.) Erit ergo & hæc condictio indebiti aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem, qui, quod non ſibi, ſed vero domino ſerui emptoris debebatur, recepit. Et eo quidem expeditius, quòd in principio legis venditor ſuum receperit, quamuis non ab eo qui verè debebat: hic verò, bonæfidei poſſeſſor recepit indebitum. Interdum autem ceſſat repetitio, ſi creditor ſuum rece‑
perit, quamuis non ab eo qui † debebat [b]. tametſi regulariter qui ſoluit in‑ 5
debitum. i. quod ipſe non debebat, quamuis verè deberetur, creditor condicat & repetat [c]. Quod alij [d] latius diſtinguunt, & huius loci non eſt. Neq; id nouum videri debet, quòd alius condicat indebitum, quàm qui ſoluit [e]. Neque turbabimur, eo quòd non ſub titulo de condictione indebiti reſpõſum hoc Pauli collocatum ſit, ad quem, quamuis ſpecialius pertinere potuiſſet, præſertim ſi eam ſolam actionem, & non alias pleraſq; exempto de peculio, in eadem facti ſpecie concurrentes ſpectemus: non male tamen conuenit etiam illi titulo, in quo repoſitum eſt, multum ſanè generali, & qui initium ac fundamentum præbet multis alijs ſubſequentibus. Certi enim condictio, ex omni cauſa, & ex omni obligatione competit, qua certum petitur, † ex certo vel incerto contractu [f]. Ita vt non magis mirãdum 6
ſit, ſub illo titulo generali comprehendi reſponſa, quæ propius pertinent ad condictionem indebiti, quàm quod ſub titulo generali, de vſucapionib. inſerantur, quæ particulariter reſpiciunt titulum pro emptore. Deniq; nec illud moueat, quòd actio de peculio qua agit bonæfidei poſſeſſor, detur contra dominum, non ex actu venditoris, ſed ſerui emptoris: ideoq; videatur condictionem hanc, qua agit dominus aduerſus bonæfidei poſſeſſorẽ, non eſſe ex actu aut iure venditoris, qui indebitum ſoluit: ſed ex negotio quod geſſit ſeruus emptor. vt ſcilicet eadem ſit cauſa vtriuſq; actionis, quæ hic vltro citroque datur. Nam vt etiam hic retineamus condictionem indebiti, & non veniamus cum Alciato ad directam certi condictionẽ, quam ſuo ipſius nomine, & iure, dominus ſerui emptoris, ex ſerui ſui contractu, velut ſuo, habeat: adhuc tamen defendi poterit, quatenus rei ſubiectæ ſatis ſit, quòd illæ actiones vltro citroque datæ conueniant in cauſa, nimirũ

ſic

a § de his autem ſeruis. §. idem placet. Inſtit. per quas perſon. nob. acquir.

b l. repetitio. de cõdict. ind.

c l. ſi pæna. §. 1. de condict. indeb.

d Baz. latè in intelle. ſing. in conſiliatione antinomia quã Bud. annotauit.

e l. nec nouum. l. tutoris. in fin. de condict. indeb.

f l. certi cõdictio. in princi. ſi cert. petat.

ſic vt quodammodo contrariæ contrarias habeant cauſas, hoc eſt, dominus cum bonæfidei poſſeſſore, de eo quod eſt à bonæ fidei poſſeſſore indebitè receptum: & vice verſa cōueniatur ab eo, de illo, quod eſt ex re bonæ fidei poſſeſſoris, in illud negotium erogatum: ſic vt de eo quod indebitè adeſt bonæfidei poſſeſſori, ipſe cōueniatur: & ad id quod abeſt agat, æquitate ſcilicet eadem in vtroque contrariorum militāte. Neq; enim illud neceſſarium eſt, vt eæ actiones ſic inuicem omninò reſpondeant in indēnitate cauſæ, cùm ſint quodammodo contrariæ, differentes etiam in eo, quòd dominus à bonæfidei poſſeſſore condicat ſolidum, & ediuerſo quod erogatum eſt ex re bonæ fidei poſſeſſoris, reſtituit peculiótenus, quemadmodum hoc generale eſt, quod dominus ex cōtractu ſerui petat ſolidum,
7 & conueniatur peculiótenus: † quando non concurrit ſpecialis cauſa dandæ actionis inſolidum. Vtputa quod iuſſu, inſtitoria, exercitoria, aut de in rem verſo: quæ cùm ita ſint, naſcente actione ex contractu ſerui illi & contra eum qui cum ſeruo contraxit, maiore ratione moderanda erit ad vires peculij actio, quæ non ex contractu ſerui, ſed propter contractum ſine occaſione illius naſcitur extrinſecus, vt in caſu de quo iam agimus, cùm de recepto ſeruo empto bonæfidei poſſeſſor conuenitur, & de impenſo ex re ſua agit, neutrum enim fit directo ex contractu ſerui, qui cum ſit emptio, non aliam actionem quàm empti & venditi poſſet producere, quæ conſiſtit inter ſolum venditorem & dominum ſerui emptoris, imò ſi expēdere hic lubeat ſimilitudinem harum actionum, certè actioni de peculio qua agit bonæfidei poſſeſſor, inuenietur ſimilior condictio indebiti, quàm directa certi condictio ex contractu ſerui, propterea quòd indebiti cōdictio non omninò inſolidum detur: ſed quatenus poſſeſſor factus eſt locupletior[a], cui rei gratia putauit Curtius[b] Iunior ad illius differentiam à Iulia-
8 no eſſe additum: *Quod dominus integram actionem ex empto habeat*: integram inquit, hoc eſt, non reſtrictam, quatenus poſſeſſor ſerui emptoris ex ſeruo empto eſt locupletior (quamuis ſic condictio indebiti eſſet moderanda) ſed omninò inſolidum. quæ tamen interpretatio non videtur mihi conuenire ſententiæ Iuliani, ſed hæc potius, quòd ex empto actionem dominus ſerui emptoris habeat adhuc integram aduerſus venditorem, hoc eſt, non ſublatam, neque extinctam ſolutione eius quod debebat venditor: nam eam nondum fecit. tradidit quidem venditum ſeruum, ſed cui non debuerat, bonæfidei poſſeſſori ſerui emptoris, cuius domino ſi tradidiſſet, vel etiam ipſi ſeruo emptori, iam liberatus eſſet.

a *l. ſi non ſortem. §. libertis. verſic. interdum. de condict. indeb.*

b *ad d. l. cum fund'us. §. ſeruum. ſub. nu. 3. in fin. & 4.*

Poſterior pars huius paragraphi[c], quæ eſt de actione de peculio concedenda bonæfidei poſſeſſori, de eo quod ipſi ex eo negotio ſerui emptoris abeſt, habet quoque ſuas difficultates, quæ partim eo trahunt, vt nulla videatur ei actio competere, & ne de peculio quidem, partim eo quòd æquum videretur in ſolidum eum agere, qui nihil commodi ex ſeruo empto retinet. Quòd nulla ſit ei actio videtur primo leuiore argumento, quòd ſeruus emptor furtiuus ſit, atque ita non æquum videatur, quòd per eum
9 obligetur dominus. Sed ſanè quamuis libera adminiſtratio peculij cēſeatur per hoc ſeruo adempta[d], vnde etiam vendicare nummos peculiares venditori ſolutos poſſet dominus, ſi extarent[e], non tamen ipſum peculiū cenſetur ademptum, quod quàm diu factum non eſt, non poteſt non obligari dominus de peculio per ſeruum, etiamſi domino prohibente contraxerit[f]. Magis autem in hanc ipſam partem vrget, quòd nullum negotium poſſeſſor ſerui emptoris cum domino geſſerit[g], & quod neminem ſibi obligare intenderit, de eo quod quaſi in rem ſuam impendit[h], vnde ſola retentio

c in verſic. ſed etſi quid mihi abeſſet.

d *l. libera. de peculio.*

e *d. l. cum fundus. §. ſeruū.*

f *l. ſi quis ſeruū. de pecul.*

g *l. qui id area. de condic. indeb.*

h *l. in hoc iudicio. §. diuerſum. de commun. diuid.*

tentio ſerui empti videbatur ei concedenda, non actio: ſub his enim obiectionibus ſuccumbit Azo, qui interpretatur hoc verbum *actturum*. i. retenturum [a]. ſuccumbit quoque ferè Curtius [b], auctis nonnihil difficultatibus, quas dicit eſſe arduas, & ab alijs non ſatis conſideratas, nec ſe videre quid dici poſſet, niſi quòd ſimul coniungi debeant duæ illæ rationes, hoc eſt, vt videtur innuere, quòd ita demum deficiat actio, ſolaq; retentio concedatur, ſi neque geſſerit quis aliquid negotij cum eo aduerſus quem actionem ſibi dari deſiderat, neque intenderit illum ſibi obligare, quorum prius hic verum non eſt: nam quamuis tẽtauerit Curtius defendere, quòd bonæfidei poſſeſſori non eſſet quæſitum dominium ſerui empti, in eo tamen non figit ſententiam, neque id verum: cùm ergo dominium poſſeſſori ſit quæſitum virtute traditionis à venditore factæ, certè cum reſtituit ſeruum emptum domino ſerui emptoris, aliquid negotij cum eo agit: nã trãſfert in eũ dominium [c]. At certè hoc geritur tunc primùm, cùm ſeruus reſtituitur, & ad condictionem indebiti tendit hoc negotiũ. Hæc autem actio videtur ei prius dari veluti per modũ reconuentionis propoſita ex parte domini condictione, cùm tunc tamen nondum actio ex eo negotio quod geritur reſtituendo nata eſſet. Sed nec de illo negotio Iulianus loquitur, quòd geſsiſſet ipſe poſſeſſor, verùm potius de illo, quod ſeruus emptor geſsiſſet: qua ratione improbatum [d] quoque legimus exemplum illius, de quo hic quærimus, ab omnibus allatum, de impenſis in ſeruo empto alendo erudiendoq; ſupra pretium operarum eius, quia eum ſumptum (cuius ſolius gratia retentio cõcederetur [e] etiam aduerſus dominum vẽdicantem quod ſuum eſt [f]) non fecit ſeruus emptor, neque illud eſt negotium quod ipſe geſsit, ſed potius poſſeſſor ſerui emptoris. Magis ad rem videntur accommoda alia exempla, de illis quæ ob legem cẽſoriam, ob notariorum authoramenta, aut proxenetarum officia, per ſeruum emptorem poſſeſſori eius abeſſe inueniuntur, ob quæ fortaſsis non concederetur retentio ſerui empti, cùm non in eum, ſed in eius emptionem erogata ſint [g]: atque ita ceſſaret fundamentum, & omnis occaſio dubitandi de retentione & actione. Crediderim quoque, quòd hic deficiat etiam altera illa duarum rationũ prædictarũ diſtinctim duabus legibus propoſitarum [h], quaſi vtraq; per ſe ſufficere poſſet ad denegandam actionem, ſcilicet illa quæ priore videtur potentior, quòd bonæfidei poſſeſſor de eo quod à ſeruo emptore paſſus eſt de ſuo impendi in emptionem ſerui empti, neminem intenderit ſibi obligare, ſed rem ſuam à ſeruo vt credidit ſuo geri putauerit: nam hoc ipſum an intenderit & putauerit ſe alium quenque ſibi obligare nec ne, conſiderari poteſt in ijs quæ ipſe gerit, & vbi facto ſuo ſibi actionem acquireret, non verò in illis quæ ſeruus eius, aut qui creditur eſſe eius gerit & adminiſtrat, de quibus hic propriè nobis ſermo eſt. † Nam vt per ſeruum 10
peculiotenus obligamur, non tantùm ignorantes, verùm etiam prohibentes & inuiti, quàm diu peculium ei non ademerimus [i], atque adeò etiam impuberes, ſine tutoris autoritate, quia nõ nobiſcum, ſed cum ſeruis noſtris contrahitur [k]: ſic & ignorantibus, imò & inuitis nobis per ſeruos noſtros acquiritur ex oĩbus penè cauſis [l]. impertinens ergo hic ea quæſtio erit, an nobis fuerit animus & intentio obligandi quenquam de eo quod nõ ipſi gerimus, ſed nobis ignorantibus aut inuitis, ſeruus: in quo genere obligationis non ſpectari intentionem aut animum dominorũ, clariſsimè apparet ex eo, quòd & impuberes domini ſic obligentur, & obligationem acquirant [m]. Cur ergo non ſolidum petit poſſeſſor, quod ſibi ex eo negotio ſerui emptoris abeſt, cùm ex cõtractibus ſeruorũ noſtrorum, aut quos

bona

a ad d. l. cum fundus. §. ſeruum. in gloſ. verbi (actorum.
b ibi. num. 12.
c d. l. qui in area. & l. qui exceptionẽ. §. ſi pars. de condict. indeb.
d a Fulgo. ibi. ſub num. 2. in medio.
e l. in rebus. §. poſſimus. C. commodati.
f l. ſumptus. de rei vendic.
g arg. eorũ quæ habet. Iaſ. & alij, ad l. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. de cõdic. inde.
h d. l. qui in area. & d. l. in hac indictũ. §. diuerſũ.
i l. ſi quis ſeruum. in fin. de peculio.
k l. 3. §. parui refert. de peculio.
l l. etiam inuitis. de acq. rer. dom.
m d. §. parui refert.

bona fide poſsidemus in eo quod hi nobis acquirunt, petamus ſolidum [a], licet conueniamur tantum de peculio. An quia nullum negotium hic contraxit, ſeruus emptor cum ſuo poſſeſſore, ex quo hic agat contra dominũ, neque ediuerſo verus dominus cum ſuo ſeruo ab alio bona fide poſſeſſo quicquam geſsit, quod ad actioné pertineat: ſed forte fortuna ſic euenit, vt ſeruus emptor ex re bonæfidei poſſeſſoris, inueniatur aliquid impédiſſe in illud negotium, quod nunc errore detecto compertũ eſt cedere debere in vtilitatem veri domini, vt ſic ex æquitate illud repetatur à vero domino, quem non plenius ſeruus emptor, neque exactius quàm de peculio obligaſſet, etiamſi nominatim ille contraxiſſet. Porrò quod etiam objici poſſet ex conditione ſerui empti, intelligi aliquam emptionis approbationem, hoc tantùm in conſideratione erit inter verũ dominũ & venditorem, vt ſcilicet dominus ex cõtractu ſerui non agat cũ venditore, de ſeruo empto tradendo, niſi integro ſoluto pretio [b]: ſed ea approbatio nihil immutat ex eo quod pertineret ad repetitionem illius quod ei ignoranti per ſeruum ſuum, ignorante quoque bonæfidei poſſeſſore, ex re poſſeſſoris in eam emptionem aut illius cauſa eſt impenſum, quin ſcilicet hoc peculiotenus, & non inſolidum petatur. Sed etſi impenderit ipſe poſſeſſor ſerui emptoris in notarios aut proxenetas, aliud nihil cogitans, quàm quod ſibi ſeruus ille emendus acquireretur (vt etiam verè acquiſitus eſt ei) nondum tamen hæc ſpecies ſimilis erit illi, de qua eſt obiectum [c]. quòd retentio ſola, & non actio concedatur: nam ibi impenſum eſt in id quod eo tempore cùm impenderetur, verè erat alienum, & credebat is qui impendebat, eſſe ſuum, & fuiſſe ſuum à multo ante tempore: non autem hoc agebat tunc, vt acquireretur: hic verò impenditur non in id quod eſt veri domini, neque etiam impendentis, videlicet bonæfidei poſſeſſoris ſerui ementis, ſed impenditur tunc cum de acquirendo agitur, & in eam cauſam, vt acquiratur: acquiritur autem non bonæfidei poſſeſſori (ſaltem ſi firmam ſtabilemque dominij cauſam ſpectes) ſed verius domino ſerui emptoris, cui ſeruum emptum vna cum ſeruo emptore poſſeſſor reſtituere debet, æquum eſt ergo, vt ſentiat illius acquiſitionis onus, ad quem redit commodum illius, & ſic reddat quod impenſum eſt, ſaltem quatenus per ſeruum ſuum emptorem qui negotium hoc pro maiore parte geſſit, emit, pretiumque ſoluit, poteſt de iure obligari, hoc eſt, peculio tenus.

a l. nec ſeruus. de pecul.

b d. l. cum fundus. §. ſeruũ. verſic. ſed adijcere. & l. ſi ſeruus mancipium emit. verſic. nam etſi ex empto. de ædilit. edicto.

c in d. §. diuerſum. l. in hoc iudicium.

4. SERVO VENDENTE.

SVMMARIA.

1 *Naturali obligationi accedit fideiuſſor.*
2 *Qui fideiubet pro ſeruo, pleni⁹ obligatur quàm dñs ſerui.*
3 *Quomodo intelligendum ſit, quòd dominus in eadem omnia obligatur, in quæ fideiuſſor, minus tamen condemnetur.*
4 *In actione de peculio inſpicitur tempus ſententiæ, quantum tunc eſt in peculio.*
5 *Qui habent beneficium ne condemnentur vltra quàm facere poſſunt, cauere debent de reliquo ſoluendo, cùm erunt locupletiores.*
6 *Ratio cur plenius obligatur qui fideiuſſit pro ſeruo aut filiofam. quàm dominus aut pater.*

1 SERVVS ex contractu venditionis naturaliter obligatur in ſolidum, naturáli obligationi accedit fideiuſſor [a], qui hic non in plus [b], ſed in idem illud, in quo ſeruus, obligatur efficacius, naturaliter & ciuiliter, vt omnia præſtet in quæ obligaretur, ſi pro libero homine vendente fideiuſſiſſet, quod probat Iuriſconſultus, argumento ducto à domino ſerui ad fideiubentem pro ſeruo, ſicut alio loco [c] paterfamilias comparatur illi, qui pro filiofamilias fideiuſsit. In dñm autem actio ex ſerui venditione

a l. 1. de fideiuſſorib.

b l. grege. §. illud. eo. tit.

c in l. cum familias. in princ. de verbor. oblig.

ſic datur, vt emptor conſequatur eadem quæ libero homine vendente con ſequeretur: ergo & à fideiuſſore ſerui conſequetur eadem, & quidem omnia plenius, quàm à domino, qui vltra peculij taxationem non condem 2
natur. Sed quomodo, inquies, ſubſiſtere poteſt quod conſequatur eadem 3
emptor à fideiuſſore & à domino ſerui, minus tamen cōdemnetur domin° quàm fideiuſſor, & quomodo conſequetur omnia eadē, à non cōdemnato ad omnia eadem. Sunt qui exiſtiment [a] etiam dominū obligari in ſolidum, quamuis non ſic condemnetur: ſed hoc à iure prorſus eſt alienum. nam pater & dominus, in quos de peculio eſt actio, ſolùm obligantur pro viribus peculij [b], & ab eo quod amplius debitum eſt à filiofamilias aut ſeruo non propriè liberantur, cùm nec obligentur, ſed ſecuritatem nanciſcuntur, ſi liberatio eis legata ſit aduerſus futuram obligationem: cùm in actione
de peculio inſpiciatur tempus ſententiæ, quantum tunc in peculio ſit [c], 4
cuius etiam aliud eſt iudicium, quòd ij aduerſus quos perſequimur ſo-
lidum, ſed non conſequimur ob beneficium, ne condemnentur in plus 5
quàm facere poſſunt, cauere debent de reliquo ſoluendo, cùm erunt locupletiores [d]. in actione autem de peculio, non eſt cauendum de reliquo ſoluendo, cùm peculium erit locupletius [e]. dicamus ergo, quòd quæcunque à fideiuſſore eadem, hoc eſt, eiuſdem generis omnia à domino quoq; emptor conſequetur, ſiue ex natura negotij conſequi poterit, ita vt ex re ipſa & natura contractus nihil ſit impedimenti, ſi modo vires peculij
tam plenam condemnationem ferant. Neque ratione caret [f], hæc tam 6
varia agendi ratio: pater enim & dominus de peculio iure obligantur, etiam ignorantes & inuiti: ideoque mitius & moderatius, fideiuſſor verò ſua ipſius ſpontanea voluntate, & ex promiſsione ſtipulanti facta.

a Salicet. hic.

b l. 1. §. vlt. cum l. ſequent. de peculio.

c l. ſi quis verum. §. idem Iulianus ſcribit. de liberation. legat.

d l. vnica. §. cum autem. verſic. cantorem. C. de rei vxoriæ action.

e l. quoties. §. ſi ſemel. de peculio.

f Paul. Caſtr. hic.

L. IVLIANVS. §. SI PROCVRATOR.

1.

SVMMARIA.

1 Quem vocet hic Iuriſconſultus procuratorem.

2 An dominus agere poßit ex contractu procuratoris, ſine ceßione.

3 Improbata opinio eorum, qui putant ex contractu procuratoris vtilem actionē domino dari, eo quòd ſuper re domini contraxiſſe videatur.

PROCVRATOREM obligari, agere & cōueniri de eo quòd vt procurator contraxit, multis locis [a] reſponſum eſt. & alio loco tractauimus [b]: hic nunc de domino ipſo dicendū nobis eſt, an ex contractu procuratoris
agat & conueniatur. *Procuratorem* autem generali ſignificatione Iuriſcon 1
ſultus hic intelligit, etiam illum qui non præcedente mandato contraxit [c], quem communius negotiorum geſtorem vocamus, alioqui nulla eſt reſtrictio in his verbis: *ſi modo rem vendendam mandauerit*. nam quomodo poſſet non mandaſſe, ſi alter verè procurator eſſet ſpeciali ſignificatione, qua à negotiorum geſtore diſtinguitur. & ſanè ratihabitione ſecuta idem eſt in negotiorum geſtore, quod in vero procuratore, & æquè per vtrunque obligatur & conuenitur dominus [d]: nec hoc dubitationem habet, quin ex contractu vtriuſque dominus conueniatur [e]: quod nec negant Iuriſconſulti dum in procuratorem dant actionem [f], imò electionem concedunt, quem eorum potius conueniamus [g]. Sed dubitabilior quæſtio eſt de
domino, an agere poſsit ex contractu procuratoris: ad eam enim rem vi- 2
detur neceſſaria ceſsio iuris procuratoris in dominum [h]. niſi in ſubſidium, cùm non eſt qui cedat, vt de domino & inſtitore [i] dicitur: quæ interpretatio

a l. procurator qui pro euictione. de procurator. l. ſi mandato meo. in princip. l. ſeruū Titij mādati. l. apud Celſ. §. ſi ſeruus venit. de doli mali & metus except.

b ad l. ſi in emptiōe. §. tutor. de contrah. empt.

c Fulg. hic in princip.

d l. ſi cum venditore. §. vl. de euictionib. nec hoc dubitationem habet, quia ex contractu.

e Paul. Caſtr. hic ex l. ſi mutuā. C. de exercitoria.

f Fulgo.

g l. 1. §. eſt autem. de exercitoria.

h l. poſſeſsio quoque. §. ſed etſi poſſeſſio. de acquir. poſſeßion.

i l. 1. in fin. & l. 2. de inſti. action.

pretatio quamuis magnam reſtrictionem continere videatur, eo melius conuenire videtur, quòd hæc reducantur hoc loco ad exemplum inſtitoriæ actionis, atque ita hic Accurſius cenſuit[a], cui adhæret Fulgoſius, & alij putant[b], domino dari vtilem abſque ceſsione, hac maximè ratione, quòd hic videatur contraxiſſe procurator ſuper re domini[c]: quod apertius erit in procuratore vendente rem domini, quàm in procuratore emente, dè quo non apparet contractus tempore, quòd ſuper re domini contraxerit, ſed tunc demum cum ſoluit pretium, ſi videlicet
3 hoc ſoluat ex pecunia domini. Sed vix eſt vt hæc ſubſiſtant: & apertè improbat Fulgoſius, quaſi pretium rei venditæ, non ex re domini, ſed ex negotiatione, ſine contractu debeatur & petatur[d]. nam & eadem ratione qua hic diceres, procuratorem qui rem domini vendit, contrahere ſuper re domini, dicere quoque poſſes, quòd magiſter nauis qui quid ſuſcepit vehendum, aut nauem locat ſuper re domini exercitoris contraheret, atque ita exercitorem ex contractu magiſtri quem naui præfecit, habere actionem, quod tamen expreſſe negatum legimus[e]. Denique cùm non minus Iuriſconſultus hic dixerit de actione ex empto acquirenda domino per procuratorem ementem, quàm de ea danda aduerſus dominum procuratoris vendentis, non ſatis rationi conuenire videtur, quòd tam longè petendum ſit illud, quo demonſtretur procuratorem ementem contrahere ſuper re domini: nimirum ſi ſoluat ex pecunia domini pretium. nam vt ex empto actio naſcatur, non eſt expectandum vt pretium ſolutum ſit: atque ita non inſpiciendum quoque, an ſua ipſius pecunia procurator domini pretium exoluerit, ſed ſtatim naſcitur actio obligatione conſenſu perfecta: quare nec æquum videtur tam diu hærere in ſuſpenſo, vtri eorum an domino, an procuratori, an fortè vtriq; dicemus actionem eam eſſe quæſitam.

a in ſi. gloſ. ad verb. vtili.
b Bartol. & Caſtrenſ. hic.
c l. quod procurator ex re. de procuratorib.
d l. venditor ex hereditate. circa mediū. in verb. precium enim hominis. de hereditate vel actiõe vendita. optim⁹ textus.
e in d. l. 1. §. eſt autẽ. verſ. ſed ex contrario. de exercitoria actione.

L. NON EST NOVVM.

SVMMARIA.

1 Quomodo ex iure hereditariæ ſucceſsionis plures ſubinde concurrant obligationes & actiones de eadem re, & in eadem perſona, ſic etiam, interdum vt altera alteram non tollat nec minuat.
2 Emptor heres alterius emptoris, re neutri tradita, duas habet actiones, vnam ad rem tradendam, alteram ad id quod intereſt rem traditam non eſſe.
3 An tali caſu vtraque actio ſeparatim poterit inſtitui, an verò coniungi debeant.
4 An tali caſu compelli poſsit actor, vtranque actionem coniungere.

PRAETEREVNDVM non putaui hac in parte quæ eſt de perſonis, explicare quid ius hæreditariæ ſucceſsionis efficere hic valeat: nimirū, vt duæ obligationes & actiones de eadem re, in eadem perſona, aut contra
1 eandem interdum concurrant: quod minimè nouum eſſet, ſi hic de actionibus loqueremur, quæ origine tantum concurrunt: ſed ſemel, & ex vna tantum earum fit exactio, ſiue quod ab initio vnam eligere oporteat[a], ſiue quòd exactione ex vna facta, ceſſet altera[b]: ſed duæ concurrant obligationes & actiones, de eadem re, in eadem perſona, cum vi & poteſtate ſolidæ exactionis ex vtraque, ſic vt altera actio per alteram non minuatur: illud profectò magis nouum videri poteſt, & rarius quoque euenit, cuius tamen hic ſe offert exēplum, primò quidem duarū actionū ex empto eidem competentiū, ſi cōſtituamus eandem rē venditā duobus, & eorū emptorū ſuperſtitē, præmortuo fieri hæredē, duas eū hic habebit actiōes ex empto, vnā quidē propriā ex ſua ipſius emptiōe, alteram hæreditariā. Et ex diuerſo

a l. quod in heredem. §. eligere. de tributor. act.
b l. ict illa. §. vlt. de cōſtit. pecunia. l. heret à debitore. §. j. l. generaliter. l. ſi reus. de fideiuſſori. l. ſi reus. de duob. reis.

ſi duo vendiderint eandem rem, hic ille venditorum qui alteri forte ſit hæ
res, ſuſtinebit duplicem actionem ex empto, & vtriuſque feret incom-
modum. Scio quidem Accurſium[a] longiorem circuitum facere in de-
monſtrando caſu & exemplo prioris generis, duarum ſcilicet actionum
ex empto vni competentium, & admiſcere quædam de traditione rei
venditæ, quam ille ponit diuerſis temporibus vtrique emptori in ſolidum
eſſe factam, vtrique de euictione permiſſum, & ab vtroque euictam rem,
hic iam ſuperſtiti emptori qui alterius hæres eſt, duplicem competere a-
ctionem, ratione euictionis. Sed cur ea circuitione tam longa ſit vſus,
equidem non video, niſi fortè quod ſic voluerit prioris generis exem-
plum ſimilius facere exemplo poſterioris generis, vbi vnus idemque ven-
ditor ſuperſtes, qui alteri venditori factus hæres eſt, duas euictiones præ-
ſtat emptori, quas in exemplo prioris generis non conſequeretur em-
ptor emptori ſuccedens, ſi non poneremus vtrique ementi rem fuiſſe
traditam. At ſi alioqui ſimplici exemplo prioris generis velimus eſſe
contenti, expeditiſſimum illud erit ex aliorum[b] traditione, ſi dicamus,
rem duobus venditam neutri traditam, atque ita vtrique competijſſe
actionem empti, ex primo capite ad rem tradendam: † quam quidem cum 2
bis conſequi emptor emptoris hæres non poſsit, ſemel ei res ex al-
terutra emptione, & ſemel id quod intereſt præſtandum erit ex alte-
ra[c]. duæ enim cauſæ oneroſæ circa eandem rem concurrere poſſunt,
vel vna oneroſa, altera lucratiua[d]. non duæ lucratiuæ[e]. Huic igitur lo-
co propius accedit illud, quòd duæ hæreditates eiſdem communes, v-
no eodemque iudicio familiæ Erciſcundæ comprehendi poſſent[f], &
plures quoque ſocietates[g]: niſi quòd non de eadem re, ſed de duabus
diſtinctis ibi quæſtio eſt. Sed & alia eſt in hoc reſponſo Vlpiani di-
ſtinctio[h], de exercitio actionum: nam interdum ſeparatim vtraque ex-
erceri, & in iudicium deduci poteſt: † Interdum verò vna ſola, quæ dua- 3
rum vim & poteſtatem teneat. prioris exemplum erit, ſi cum vna inſti-
tuebatur tunc agenti, nondum altera competierit, veluti ſi propriam inſti-
tuerit actionem, ante aditam hæreditatem alterius emptoris: nam vbi cœ-
perit vnum iudicium ſeparatim moueri & inſtitui, non facilè coniun-
getur illi aliud, cùm prius iudicium cœptum habeat quendam quaſi con-
tractum, quem egredi, aut cum alio iudicio confundere non liceat: ſed
cùm vtraque actio ante iudicium cœptum competit, vt quia emptor
propria actione ſuum venditorem conuenire poteſt, atque etiam hæ-
reditaria, adita iam alterius emptoris hæreditate, æquum ſanè eſt, vt
ad refrenandam multitudinem litium (quòd publicè expedit[i]) vna a-
ctione, id eſt, vno iudicio vtriuſque actionis commodum continente[k], ſic
ſcilicet, vt duæ narrentur venditores, & duæ petantur præſtationes)
tota res ſopiatur, exemplo hæreditatum & ſocietatum plurium eiſdem
communium[l], nec non iniuriarum multarum quas quis ſimul eſt paſſus[m]:
non tamen negabimus, quin & altera ſola actio ex empto, vbi duæ cœpe-
runt competere, exerceri poſsit exemplo plurium hæreditatum com-
munium[n]: præſertim ſi ex aduerſo non excipiatur de litibus non multi-
plicandis[o]: † quod meo iudicio exactius hic à Saliceto eſt traditum, ita ſci- 4
licet, vt ſi ſeparatim duæ illæ actiones inſtituantur, compelli poſsit actor,
vt vtranq; actionem, id eſt, vtriuſq; cauſam & emolumẽtum vnico iudicio
comprehendat, ſed ſi alteram ſolam moueat, tunc compelli non poſsit, vt
ſuperaddat, & eidẽ iudicio committat etiã alteram, tum quòd nemo inui-
tus agere compellatur[p], tum quòd iudici iam non appareat quòd actor eũ
diuer-

a hic in glo. 1.

b Paul. Caſtr. hic. & Salic.

c Paul. Caſtrenſ. hic.

d l. omnes. de act. & obli.

e l. ſi mihi & tibi. de lega. primo.

f l. hæredes. §. de plurib. fa mil. Erciſc.

g l. ſi fratres. §. ſi plures ſint pro ſocio.

h hac lege. in verſ. & debere hæredes.

i arg. l. quidam æſtimaue-runt. ſi certum petat.

k ſic ſcilicet vt duæ narrentur venditiones.

l d. §. de plurib. & d. §. ſi plures.

m l. prætor edixit. §. ſi mihi plures iniurias. de iniurijs.

n d. l. hæredes. §. item ſi plures.

o Bart. hic ex l. ſi manci-pium. §. 1. de euictionib.

p l. vnica. C. vt nemo inuitus.

diuerſis iudicijs fatigare velit, de ijs quæ vno iudicio æquè commodè poſſet peragere. Et hoc mihi illud eſſe videtur, quod Iuriſconſultus cum dixiſſet[a]: *de plurib' hæreditatibus vno iudicio agi poſſe*, mox ſubiecit[b], *quod etiam de vna hæreditate experiri iudicio familiæ Erciſcundæ liceat*. non autem dixit, quod de vtraque ſeparatim & diſtinctis iudicijs id fieri poſſet, & fortè iuſtiſsima cauſa occurrit, cur non niſi de vna emptione vel vna hæreditate inſtituatur iudicium, vt ſi alterius emptionis inſtrumenta non ſint ad manum, aut teſtes ſint in alia prouincia, aut ſi bonorum alterius hæreditatis apud alium adhuc ſit vſusfructus.

a *In d. l. hæredit. §. de plurib.*
b *in eadem l. §. ſi plures.*

QVAE SINT NECESSARIA, VT EX EMPTO ET VENDITO efficax ſit actio.

SVMMARIVM.

1 *Qui agere vult ex ſua perſona prius implere debet.*

PRAETER contractum inter perſonas ad contrahendum idoneas perfectum (quamuis hinc omnis obligatiò naſcatur) oportet tamen quod ab emptore pretium offeratur, antequam ex empto agat, & à venditore
1 res vendita, antequam ex vendito agat. Quod generalius † à quibuſdam traditur[a] locum habere in omni genere veri contractus, id eſt, vltro citroque obligatorij[b]: non competere efficacem actionem illi qui nō prior ex ſua parte impleuit, imò adhuc generalius etiam extra omnem ſpeciem contractuum: alij[c] docent idem ſeruari in alijs negotijs, vtputa ſi quis delato iureiurando affirmauerit ſibi vſumfructum competere rerum quæ vſu conſumuntur, ex eo iureiurando, non aliter quàm ſolita in eo genere cautione oblata, petet[d], & ſi quis commodo velit vti conſuetudinis permittentis ex alienis lapidicinis lapides ſolito aliquo ſalario cædere, non aliter id faciet, niſi prius hoc domino præſtet[e], vnde alius[f] fundamentum eorum, quæ hic iam de actionibus empti & venditi dicemus, retulit ad regulam iuris multum ſanè generalem[g]: Quòd fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſerſuari, cui fidem à ſe præſtitam ſeruare recuſat.

a *Bart. & Fulg. ad l. Iulianus. §. offerri.*
b *l. Labeo. 2. de verb. ſign.*
c *Alberic. ad d. §. offerri.*
d *l. ſed etſi poſſeſſori. §. tel ſi iurauero. in ff. de iureiurand.*
e *l. venditor fundi. §. ſi cōſtat cōmunia prædiorū.*
f *Paul. Caſtr. ad d. §. offerri. in princip.*
g *in c. fruſtra ſibi fidem. de reg. iur. lib. 6.*

L. IVLIANVS. §. OFFERRI.

SVMMARIA.

1 *Quomodo accipiendum hic ſit verbum,* Offerri.
2 *Vt emptor agat, non ſatis eſt obtuliſſe pretium, ſed debet ſoluiſſe.*
3 *Si venditor in iudicio recuſet recipere pretium, ſufficit obtuliſſe verbaliter, ſi extra iudicium debet conſignari & deponi.*
4 *Quid faciendum ſit, vbi alter alteri diffidit.*
5 *An emptor ſponte offerre debeat pretium.*
6 *Cur ſit vis huius exceptionis in foro, pretium ſolutum non eſſe.*
7 *Iudex ex officio rationem pretij non ſoluti habere non poteſt, ſi non ſit oppoſita ea exceptio.*
8 *Cur in actionibus redhibitorijs iudex habet rationē pretij reſtituēdi, etiamſi ab emptore id petitū non ſit.*
9 *Interpretatio verborum:* Nōdum eſt ex empto actio.
10 *An condemnatus venditor contra executionē poſſit obijcere, pretium ſolutum non eſſe.*
11 *Interpretatio verborum:* Cum ex empto agitur.
12 *Emptor rem à venditore, ſi ad eum poſſeſſio rei venditæ poſtmodum peruenerit, vendicare poteſt, etiamſi pretium ſolutum non ſit.*
13 *Interpretatio verborum:* Si partem pretij offerat.
14 *Si duobus emptio fundi ſit legata, ei qui partem pretij ſoluit, altero emere nolente, pars fundi tradenda eſt.*
15 *In legatis ius accreſcendi non niſi volentibus obuenit.*
16 *An emptor nondum ſoluto pretio cedere poſſit actionem ex empto.*
17 *Venditor ſi rem tradiderit per errorem, non ſoluto pretio, an condicere poſſit, vt indebitum.*
18 *Exceptio formata & non formanda parit condictionem indebiti.*

19 *Interpretatio verborum:* Venditor quaſi pign° retinere poteſt.
20 *Improbata opinio Bartholi, qui non ſoluto pretio, rem venditã venditori verè pignori eſſe putauit.*
21 *Vis quaſi pignoris conſiſtit in retentione, vis veri pignoris in perſecutione per hypothecariam.*
22 *Interpretatio verborum,* eam re quam vẽdidit.
23 *Qui hæreditatem vendidit, non deſinit eſſe hæres.*
24 *Explicatio quæſtionis motæ in verſ.* vnde quæritur.
25 *Stipulatio duplæ ſolum interponitur in rebus pretioſioribus vendituis.*
26 *Pro hæreditaria portione inſtitutionis videtur & facta ſubſtitutio.*
27 *Ex ſubſtitutione totam aliquando partem capimus, & ex inſtitutione non totam.*
28 *Quamuis re euicta, non plus ex pretio repetere poſſit emptor, quàm numerauit, ratione tamen eius quod intereſt, plus conſequi poteſt.*

SED his generalioribus quæ longius auocarent relictis, veniamus ad
ea quæ ſpecialius hac in parte de actionibus empti & venditi conſti-
tuta ſunt, & primò quidem ad actionem ex empto, quam non habet ef-
ficacem emptor, niſi pretium venditori obtulerit, quod eleganter hoc re-
ſponſo ab Vlpiano eſt traditum, cuius ſingula penè verba inſpectionem
aliquam meretur: quod igitur dixit Vlpianus *Offerri*, † quomodo accipi de- 1
beat, videamus. nam interdum offerimus quædam verbo, quæ paratos nos
dicimus præſtare [a], interdum re ipſa [b]. Rurſus quædam offerimus vltro, &
ſponte, quæ propria eſt eius ſignificatio [c], alia verò interpellati, ſi tunc mo
ram non faciamus [d]. Quod igitur attinet ad priorem diſtinctionem, of-
ferri hic pretium debet in re præſenti, & ſolui. nam venditor vt pe-
tat pretium, debet rem tradere, aliàs obijcitur ei exceptio *non traditæ* (vt Iu
lianus dixit) *mercis*. † nõ verò dixit, non oblatæ, nec dubium eſt, quin parem 2
eſſe vtranque obligationem oporteat [f]. Si tamẽ venditor † cum quo con- 3
tractum eſt, recuſet recipere, ſufficiet iam verbalis oblatio, ſi ea in iudi-
cio fiat recuſanti [g]: non ſi extra iudicium, niſi acceſſerit conſignatio &
depoſitio, ſicut cùm quis liberari volet ab obligatione, debet offerre, con-
ſignare, & deponere [h]. tantundem enim facere oportet eum, qui ex ob-
ſtatione intendit alium ſibi efficaci actione teneri [i]. Quòd ſi fortè diffi-
dat alter alteri, timeatque vbi impleuerit ex ſua parte contractum, non
vicisſim ſibi impleri, † cenſuit Accurſius [k] recurrendum eſſe ad depoſitio- 4
nem pretij & mercis apud alium [l], quod conſilium expeditisſimum e-
rit, ſi in eo conſenſerint, ſed altero inuito [m]: aliqui negare videntur,
& aſtringere eum qui agere volet, vt omninò offerat quod ipſe de-
bet: poſterior diſtinctio oblationum plus habet difficultatis. [n] ſunt qui
putent vltro offerendum pretium, etiam ſi non petatur, neque exci-
piatur de illo non ſoluto: † quia, inquiunt, onus hoc offerendi pretium 5
quod eſt internum, & ipſi emptioni ex empto ex iuris diſpoſitione in-
hærens, & quidem adeò, quod omni exceptione per ſtatutum excluſa,
quæ obijceretur aduerſus debitum, de quo per inſtrumentum publi-
cum conſtat, quale forte de venditione confectum eſt, adhuc tamen
allegare & obijcere poſſet venditor, quòd pretium ſolutum non ſit, quaſi
ea allegatio non ſit exceptio propriè dicta, quæ opponitur vt elidat actio-
nem, ſed potius retentio, cui cùm inſiſtit venditor, non tam excipit, quàm
pignori incumbit [o]. Et pro his ſtare videtur, quòd iudex, etiam non op-
poſita exceptione, rationem pretij videatur habere, an ſolutum ſit,
nec ne: ita vt ſi non appareat ſolutum eſſe, ipſe vltro, & ex officio proui-
deat [p], vt facit in redhibitorijs actionibus, iubetque reſtitui [q] ab empto-
re rem cum acceſſionibus eius, etiam ſi id venditor non petierit, qui-
bus accedit quòd hic dicitur, ſi partem pretij emptor offerat nondum
ex empto actionem eſſe, ſimiliter & illud quòd filiæ non conferen-
ti dotem, denegentur actiones hæreditariæ [r]: & generalis quoque a-
ctio familiæ erciſcundæ [ſ]. Et conſultè dicatur [t] factura, ſi ſponte col-
lationem

a *Bart. & alij ad l. prætor att. §. ſi quis paratus fue rit. de operis noui nunciat. l. penult. de reſcindend. vend. l. ſi reſiduũ. de diſtract. pignor.*
b *l. penult. qui potiores in pignor. l. ſtatu liber. de ſtatu liber.*
c *l. ſi fundus. §. vlt. de leg. commiſſor. l. fidei commiſſa. §. ſi rem. de lega. 3.*
d *l. 2. §. 1. quorũ legator.*
e *l. quæ pendentẽ. hoc tit.*
f *Accurſ. hic in glo. 1. ex Placentini ſententia.*
g *Paul. Caſtr. hic. nu. 9.*
h *l. obſignata eſt. C. de ſolutionib.*
i *Bartb. ad l. 9. de condit. Inſtitut. Bald. ad l. antepenult. C. de vſuris.*
k *hic in fi. glo. ad verb. offerri. & cum eo Paul. Caſtr.*
l *arg. l. ſi ſoluturus. de ſolutionib.*
m *Alberic. ad d. l. quæ pendentem.*
n *Fulgo. & Bald. ad l. filiæ licet. C. de colla. Bal. hic. & ad l. ſi traditio. C. eodem.*
o *Bald. locis iã dictis. & ad l. ex his prædijs. C. de euictionib. Philip. Dec. conſil. 268.*
p *d. l. ſi pater. ſub fin. C. eo.*
q *l. ædiles etiam. §. vlt. cũ l. ſeq. de ædilit. edicto.*
r *d. l. filiæ licet. C. de colla.*
ſ *l. filiam. C. de collation.*
t *in d. l. filiæ. verſic. vnde conſultè feceris.*

lationem offerat, neque ſanè minus videtur neceſſaria emptori ſolutio pretij ad exercendam actionem ex empto, quàm filiæ collatio ad cauſas hæreditarias. Alij[a] verò, non putant vltrò offerendum eſſe pretium, ſed ſatis eſſe venditori interpellanti non fieri morã: interpellare autem illum per exceptionem pretij non ſoluti, ſicut emptori aduerſus venditorẽ con-
6 ceditur non traditæ mercis exceptio[b]: † de quarum exceptionum vi & poteſtate, in vſu forenſi diſtinguit hic quidam[c], vt ſi obijciantur & ex illis ad abſolutionem concludatur, hæc debeat aduerſario conuento obtingere: quia qui agit nõ impleto ex ſua parte contractu, nondum actionem habet, ſaltem non efficacem, qua condemnari aduerſarium obtineat. Si verò exceptiones proponantur, ſed ex illis nihil concludatur ad abſolutionẽ, tunc condemnari eum cum quo actum eſt actori vt impleat contractum, tunc cum & ei implebitur, vel ſi ei quoq; impleatur[d]. Quòd ſi fortè nihil ex aduerſo exceptum ſit, neq; obiectum de pretio non ſoluto, aut re non tradita, tunc ſine difficultate probato contractu, condemnari reum conuentum in id quod petitum eſt: Et quia horum opinioni vt veriori adhærendum putamus, videndum in primis erit obiter, quid obiectionibus ex aduerſo ſa-
7 tis reſponderi poſsit. † Primò igitur, quòd dubium eſt iudicem ex officio rationẽ habere debere ſolutionis pretij, non ita eſt: & inſpectis verbis conſtitutionis in id citatæ[e], ſtatim deprehendemus ſic eſſe dictum de iudice, *ſi reperit illud non eſſe ſolutum*: non autem ſic, *ſi non reperit illud eſſe ſolutũ*. & ſic ſignificatur ſatis, exceptionem eſſe oppoſitã non ſoluti pretij, ex qua
8 ſcilicet reperit iudex, non eſſe ſolutum pretium. † Porrò quòd in redhibitorijs actionibus (de quibus ſecundo loco tacitè obiectum eſt) iubeat iudex venditori ab emptore reſtitui pretium, eodem ſuo decreto, quo damnat venditorem rem ob vitium celatum recipere, diſtracta emptione, etiã ſi venditor de pretio reſtituendo nihil allegauerit, ſed de vitio tantùm rei litigatum ſit: hoc ex eo fit ſpeciali quadam ratione, quòd videlicet iudicia redhibitoria ſint reſtitutoria, & fauorabilior eſt cauſa reſtitutionis, quàm nouæ acquiſitionis[f]. Hoc enim & in iudicio in integrum reſtitutionis ſeruatur, quòd emptore minore annis læſo, & agẽte vt reſtituatur in integrũ, iudex ſi hoc beneficium ei pronunciet impartiendum, non tantùm aduerſarium minoris condemnet minori, ſed eodem iudicio vtrumque alteri, nempe venditorem emptori vt reddat pretium, & venditori emptorem vt reſtituat rem[g]. Quod autem obiectũ eſt filiæ denegari actiones hæreditarias, ſi non conferat, ita accipiendum eſt, quòd non dentur ei illæ actiones efficaces: quod clarius apparet eo loco[h] vbi dictum eſt, quòd agens familiæ erciſcundæ, ſi nõ conferat, nihil conſequi poterit: quæ verba ad efficaciã, non ad ſubſtantiam actionis pertinent, neque eſt dictum quod male agat,
9 & ſic quoque intelligendum eſt quod hic dicitur, *nondum eſt ex empto actio*, ſcilicet † efficax.

Sed vnus hic reſtat ſcrupulus: cùm enim dixerimus emptorem (ſi venditor nihil de non ſoluto pretio obijciat) vincere poſſe, abſque indagine ex
10 iudicis officio, num illud verè ſolutum ſit, dubitari meritò poteſt, an hoc caſu venditori noua tantùm litis inſtãtia, qua pretium petat, ſalua ſit: an verò paratiorem aliquam viam habeat, præſertim cum poſsit in executione rei iudicatæ obijcere, quòd pretium non ſit ſolutum. Scidit autem & hic ſe opinio, nonnulli[i] putant, exceptioni poſt ſententiam non eſſe locum, more aliarum exceptionum quæ peremptoriæ ſunt[k]. Sed communius aliter traditum eſt[l], idq; legibus[m] & rationibus melioribus fulcitũ. Neq; enim hæc exceptio arguit iniquitatis ſententiam latam, neq; eo tendit, vt omni-

a *Bar. et Iaſ. et alij ad l. ſi duo patroni. §. ſi itẽ quis iurauerit. de iureiur. Lu do. Rom. et Alex. ad d. l. filiæ. Pau. Caſt. hic nu. 6. & ad d. l. pater. C. codẽ. Phil. Dec. conſi. 298.*
b *d. l. qui pendentem.*
c *Pau. Caſt. nu. 21.*
d *arg. l. 4. §. illud. verſic. quid deinde ſi ſub conditione. de fideic. liberta.*
e *in d. l. ſi pater. C. de act. empti.*
f *arg. l. videamus. §. ſi actionẽ. de vſur. & l. fundus qui. & ibi Fulgo. de reſcin. vend.*
g *l. vnica. C. de reput. quæ fiunt in iudic. in integ. reſtitut.*
h *in d. l. filiam. C. de colla.*
i *Bar. ad l. ſi duo patroni. §. ſi eius iurauerit. de iureiur. ipſe alios citat.*
k *l. j. de iur. & fact. igno. l. peremptorias. C. ſentẽt. reſcindi non poſſe.*
l *à Pau. Caſt. Fulgo. Alex. Iaſ. Zaſ. ad d. §. ſi quis iurauerit. Pau. Caſt. hic. et Conſtant. ad l. ſi pater. C. de act. empti.*
m *d. l. ſi duo. §. Marcellus cui ſolus mãdus nõ reſpõderet. l. fundus qui Lucij Titij erat. de reſcind. vend. quæ planè euincit, ſed difficile eſt inducere.*

no non fiat iudicatum, aut retractetur, imò parêre vult venditor condemnatus: ſed requirit tantùm hoc, vt viciſsim quoque impleatur ei quod æquum eſt, præſertim cùm dolo non careat, quod emptor vrgeat executionem iudicati, & reijciat condemnatum venditorem ad exordium nouæ litis, qua quod ſibi ex eodem contractu debetur curet impleri: ita vt quamuis iure ſtricto hic exceptione deſtitueretur victus vẽditor, imploratio tamen officij iudicis ad id ſalua ei eſſet [a], & tantundem præſtaret.

11 Subdit mox Vlpianus, *Cum ex empto agitur*: Quorum verborum quæ vis ſit, non aliunde melius conſtabit, quàm ex conſtitutione quadam [b] in hoc à Paulo Caſtren. diligenter expenſa, quæ conſtitutio in priore parte propoſitam habet rei vendicationem, an ea emptori competat: in poſteriore verò parte actionem ex empto, an hæc potius ei permittenda ſit. Et priore loco nulla adijcitur mentio pretij, neque vlla fit diſtinctio, an hoc ſolutum ſit nec ne: quamuis ex alia cauſa, videlicet non factæ traditionis, decidatur rei vendicationem emptori non competere, ſed in poſteriore parte pretij mentio fit, & ita demum ſi hoc ſolutum fuerit, conceditur emptori ex empto actio. Reſtrictionis ergo cauſa hæc verba putabimus addita, vt doceret Vlpian. non ad quamlibet actionem ab emptore mouendam neceſſarium eſſe quòd ſolutum ſit pretium: non enim tunc, cum nondum illo ſoluto, rem emptam à venditore tanquam alio quolibet poſſeſſore, vendicare poteſt: † vtputa ſi fide habita de pretio res tradita ſit, & à poſſeſsione emptor ceciderit, eaque poſſeſsio ad venditorem fortè redierit [c]: Nam rei vendicationes, actionibus in perſonam potentiores ſunt [d], ita vt vendicanti domino res ſua omnino reſtituatur [e], & tum deinde diſpiciamus, quomodo viciſsim indemnitati poſſeſſoris conſulatur [f]. 12

13 Sequitur, *Si partem pretij offerat*: Atque ita non integrum quod præſenti die debetur, † aut etiam ſi offerat vnus hæredum emptoris, totũ quicquid ipſe debet (partem ſcilicet pretij quæ eum reſpicit) obligatione pro hæreditarijs portionibus ex lege duodecim tabularũ inter hæredes diuiſa [g], ſed non totum pretium quod venditori debetur [h]. Si tamen teſtator duobus legauerit alicuius ſui fundi emptionẽ, id eſt, facultatem emendi certo pretio, tunc vno eorum illius pretij partem inferente, & altero emere nolente, pars fundi, parte pretij accepta, erit ab hærede tradenda legatario qui voluit emere [i], qui etiam ſolus totum fundum, toto pretio numerato, petere potuiſſet, iure ſcilicet accreſcendi [k]. † Quod in legatis non niſi volentibus obuenit. 14 15

Additur ſtatim, *Nondum ex empto actio eſt*: quid ergo an cedi non poterit? Et quid ni? cùm etiã liberari venditor poſſet, qui non tradidit ab emptore qui pretium non ſoluit, & vtriuſq; nomen ab altero vendi. Non habet ergo hoc iuſtam aliquam dubitationem [l], quandoquidem non tantùm præſens actio, ſed & ea quæ ſperatur ex debito conditionali, cuius nec venit nec ceſsit dies, alijs cedi & vendi poſſet [m]. Hæc autem actio nata quidẽ eſt, ſed nondũ ſatis efficax vt exerceatur antequã pretium ſolutũ ſit. Quid item ſi tradiderit rem venditor per errorem nondũ ſoluto pretio, an condicet vt indebitum? Vocat & hoc in quæſtionem hic Pau. Caſtren. quam diſtinctione quadam explicat, ſed eo recidunt omnia, quòd hæc exceptio pretij non ſoluti, quamuis propoſita valere poterat ad ſententiam abſolutoriam, non tamen ſic faciat indebitã rem, vt poſsit condici: deficit enim hic æquitas condictionis, quia ad pretium, id quod deſiderat venditor, ſupereſt ei remedium actionis [n]: ideoq; vt facultas compenſandi quæ ad actũ deducta vltro citroq; debita, pro concurrente quantitate extinguere potuiſſet, 16 17

a Aug. ad l. ſi. de peti. hæred. enim ſententia plena eſt æquitate, & proinde nunquam excidat.
b d. l. ſi pater. C. eod.
c glo. ad l. ſi cũ fundũ. de contrah. emp. & ad Authen. ſacramenta puber. C. ſi aduerſ. vend.
d l. procuratoris. §. ſed & ſi plures. de tribut. actio.
e d. §. & ſi plures. & l. ſi filiusfam. iuncta glo. ad verbũ, exceptio. ſi certum peta.
f l. ſi cũ fundus. §. ſeruum tuum. verſi. quod ad peculiaret. ſi cert. pet.
g l. 2. C. de hære. act.
h l. ſiſtulas. §. qui fundum. de contrah. empt.
i l. vxorem. §. agri plagã. de lega. 3.
k glo. ibi ad verbũ, petere. l. vnica. §. vbi autem. de cadu. tollen.
l Pau. Caſt. hic nu. 7.
m l. nomina. l. multum intereſt. de hered. vel act. vendit.
n arg. l. incinille. C. de rei vendic.

tuiſſet, non exercita tamen, non facit locum repetitioni [a]: ita quoque nec
ea quæ hic vtrinq; conceditur retentio, quamdiu conſiſtit in ſola facultate
retinendi, nec eſt declarata voluntas præſentis retentionis, ſicut reſtitutio
in integrum, quamdiu conſiſtit in facultate impetrandi, & nondum impe-
tratus eſt iudex ad illam, non venit in conſiderationem, ſicut nec facultas
compenſandi aut retinẽdi [b]. Et hoc eſt quod innuere voluit Salice.[c] cum
diceret, quòd in illis non ſit exceptio formata, ſed formanda, & quòd vim
18 formatæ exceptionis habere debeat id quod cõdictionem daret indebiti.
Porrò quod ait Vlpian. *Venditor quaſi pignus retinere poteſt*: non eam ha-
19 bet ſignificationem, quod verè pignoris iure res ſit apud venditorem, ad-
huc enim verè ſua eſt, non emptoris [d]: nec intelligitur ſibi vẽditor mutaſſe
cauſam poſsidendi, alioqui cenſeretur breui manu emptori tradita res, & à
venditore rurſus recepta [e]. Quod autem Bart. hic expendit, eſſe quidem
20 eam rem adhuc in dominio vẽditoris, ſed transferri debere ad emptorem,
ideoq; poſſe illam pignori eſſe, exemplo rei quæ non incõmutabiliter ali-
cuius eſt [f]: meritò alijs non ſatis probatum eſt, neq; comparatio iuſta eſt,
nam hic vẽditoris eſt adhuc plenũ dominium rei, [g] nec quicquam ei quod
ad veram rationem pertineat dominij abeſt: quamuis perſonali actione te
neatur emptori tradere. Accedit, quòd ſi verè res pignori eſſet vendito-
ri pro pretio, fruſtra conuentione ſpeciali ita conueniretur, quæ tamen cõ
uentio magni momenti eſt, & non omni ementi & vendenti permiſſa [h].
Deniq; vbicunq; huius quaſi pignoris mentio facta eſt [i], ſemper inuenitur
expreſſè addita propria quædam & vera vis illius quaſi pignoris, nimirum
21 quod in retentione conſiſtat: quæ ſanè ſola non explet omnem vim veri
pignoris, quæ præcipua eſt in perſecutione per hypothecariam actionem,
cùm rem obligatam non poſsidet nec tenet creditor: quæ actio hic vendi
tori poſt traditionem non eſt conceſſa [k].
22 Adiuncta proximè verba, *Eam rem quam vendidit*, nemo putet eò ſpecta
re, quòd non niſi illius ipſius rei quæ vendita eſt permiſſa retẽtio ſit: inter-
dum enim illam retinent vel inuiti qui vendiderunt, ſoluto etiam pretio:
23 vtputa qui hæreditatem vendidit, non per hoc deſinit eſſe hæres, nec libe-
ratur oneribus hæreditarijs [l], ſed illa retinentur in quibus rei venditæ, id
eſt hæreditatis omne emolumentum verſatur, nempe corpora hæredita-
ria [m]: quæ tamen, ſi propriè loquamur, vendita non ſunt [n].
24 Ex his nunc elicitur quæſtio, cuius declaratio paucis cordi fuiſſe vide-
tur, adeò vt præter ea quæ vno aut altero verbo obiter abrupit Accurſ.[o] &
alij [p] paucis obſcuriſsimè attigerunt, nullum amplius verbũ de ea dixerint
interpretes: Baldus hæc eo reducit, quòd ſtipulatio duplæ, ſi res euinca-
tur, non niſi pretio ſoluto committatur: ſed ſanè non in omnium rerũ ven
ditione ea duplæ ſtipulatio interponitur, ſed tantùm de rebus quæ pre-
25 tioſiores ſunt [q]. hic autem de qualitate rerum nihil diſtinguitur, neq; illud
quæritur, an duplum an partem pretij conſequatur emptor, ſed an integrũ
pretium conuentum, an eam ſolam pretij partem quam numerauit, neque
de actione euictionis, ſed ex empto: hæc autem ad pretium competit, aut
id quod intereſt rem non fuiſſe emptori ablatã, atq; ita ab actione euictio-
nis plerunq; diſtinguitur [r]. Quòd autem emptor plus repeteret à vendito-
re euicta re, quàm quod ipſe prius ex cauſa emptionis venditori numera-
uit, nullam vtique rationem haberet, nec id bona fides paterẽtur. Sed cur
ergo tam frigidè reſponſum eſt, *Et puto magis id quod numerauit*: An hic iam
erat aliqua probabilis ratio dubitandi, quæ trahat in contrarium? Accur-
ſius rationem dubitandi longe petitam attuliſ ex eo reſponſo, quod obiter
hic

a l. qui inuicẽ. de condict. indeb.
b l. ergo. §. ſi quis in integrũ. de fideic. libert. l. exceptiones quæ perſonæ in fo. de excep. l. vlt. §. vl. de cond. indeb.
c ad d. l. qui inuicem.
d l. ſeruũ. C. de rei vẽdic. l. ſeruus quẽ. hoc tit. iũcta l. neq; pignus. de reg. iu.
e arg. l. quædam mulier. de rei vendic.
f l. ex ſextante. §. Latinus. de excep. rei iud.
g Salic. & Fulgoſ. hic.
h l. j. in fi. & l. ſeq. de reb. cor. qui ſub tut. vel cura ſunt.
i hic in l. hæreditatis. §. de hered. vel act. vendi. in l. quòd ſi nolet. §. Marcellus. & §. idem Marcellus. de edil. edict.
k Alberi. Bal. & Fulgo. ad d. l. hæreditatem.
l l. 2. C. de hæredi. vel act. vend.
m d. l. hæreditatis.
n l. 2. & ibi glo. de hæredi. vel act. vend.
o hic in glo. verbi, exceptionum.
p Bal. Alberi. & Salic.
q l. emptori. verſ. quod autem diximus. de euict.
r in l. ſi vẽdideris mihi ſeruũ. l. ei cui vendidi. & alijs multis. de euict.

a *l. ex facto. §. Iulianus. de vulg. & pupill.*

b *l. qui liberis. §. hæc verba. in fi. de vulg. & pup.*

c *in d. §. Iulianus.*

hic citauit in cōtrarium[a], quòd maiore explicatione indiget. Inſtituit aliquis hæredes, quorū vnus in fraudem legū fidem accōmodauit, de aliqua parte ſuæ portionis reſtituēda ei, qui capere ex teſtamēto nō poteſt: Idem ille teſtator ſuos hæredes etiam filio ſuo impuberi ſubſtituit, non dubium eſt, quin pro hæreditaria portione inſtitutionis videatur & facta ſubſtitu- 26
tio[b]. Sed dubitatum eſt, an hic hæres qui conſilij fraudandæ legis eſt particeps, veniat ad ſubſtitutionem pro tota portione qua ſcriptus eſt hæres patri, an verò pro ea tantùm parte, qua factus eſt ei hæres? Et reſponſum eſt[c], quòd pro parte qua ſcriptus eſt hæres. Atqui per inſtitutionem & partem hæreditatis paternæ peruenit ad ſubſtitutionē & ad partē hæreditatis pupilli: itaq; ſi hic poteſt medio inſtitutionis maiorem ferre partem ex hæreditate pupilli, quàm habeat ex hæreditate patris, quæ viam ei aperit ad pupillarem, cur nō & hic emptor, qui hac via quòd rem emerit pretijque partem ſoluerit, nanciſcitur re euicta actionem ex empto, eam pro toto pretio exercet, aut maiore parte quàm ipſe numeraſſet. Cur hic tam exactè pars pretij repetēdi, parte pretij ſoluti reſpondere debet? Sed ibi 27
tota res ex ſolius teſtatoris voluntate pendet, qui hæreditati ſuæ & filij ſui impuberis, quē in poteſtate habuit, legem potuit dicere quā voluit, eaſq; hæreditates diſtribuere in tam inæquales partes quàm vellet: ita vt nemo aut ob inæqualitatem, aut ob omiſſam ipſius ſubſtitutionem, de dolo aut iniuria poſſet conqueri. Hic duorum voluntate vltro citroq; cōtracta eſt obligatio, ex qua fit, vt ſi alter ab altero petat plus quàm æquum ſit, velitq; reſtitui ſibi quod non dedit, ac quod mox reſtituturus eſſet, doli exceptione repelletur[d]. Sic quoque ſi fundum meum ponis à me obligatum creditori, quem tibi vendidi, vt ego meo ære luerem, quo nondum facto, eundem abs te emo, & de euictione ſolita formula, nō excipiens illud debitū, à te ſatis accepero: hic iam verba ſtipulationis vrgent, quaſi & de illo debito tenearis præſtare, ſcilicet, ne is creditor euincat, ſed mens cōtrahentium & æquitas reclamat: Quare doli exceptione obiecta conſequeris, vt quod meo oneri relictū eſt cum venderē, emendo quoq; mihi videar voluiſſe ſeruare: & in te nō reijcere onus, quod prius nō ſuſtinebas[e]. Quare & hic ex empto agens ratione euictionis non plus conſequeris ex pretio, quàm eam partem quam numeraſti: etiam vt maximè dici poſſet, quòd diuerſæ obligationes ſint, diuerſæ earum cauſæ, quæ inuicem non perimāt[f]. Imò etiam diuerſi generis, quia quod emptor debet pretium venditori ex conuentione, eſt certum: euicta autem re, debet venditor quod emptoris intereſt, & hoc eſt incertum: poſſunt quoq; ea diuerſo tempore deberi, vtputa ſi ſoluendæ reliquæ partis pretij longa dilatio emptori indulta ſit, & nunc res euincatur, nunc ſit ei fructibus carendū, nunc eius interſit. 28
Quamuis ergo pretij nomine nō plus repetat emptor quàm ſoluerit, facti tamen circumſtātiæ inſpiciendæ erunt, an ratione eius quod intereſt plus conſequi mereatur.

d *l. dolo. de doli mali & met. except.*

e *l. fundum meū obligaui. de euict.*

f *l. qui inuicē. de cōd. inde.*

L. QVINTVS MVTIVS.

SVMMARIA.

1 *Emptor ante traditionem non fit rei emptæ dominus.*
2 *Emptor rei emptæ poſſeßionem, propria authoritate apprehendere non poteſt.*
3 *Venditor qui patitur emptorem poſſidere rem emptam, tradidiſſe cenſetur.*

g *ex Pau. Caſt. ad l. ſi pater. C. eod.*

CVM DIXERIMVS[g] quòd rei vēdicationi nō obſtet exceptio pretij nō ſoluti, ſed actioni ex empto, meritò dubites, quid ſi hac neglecta, emptor vendicet rem emptam. Certè nō poteſt, quia ante traditionē non eſt

1 eſt illius dominus[a], imò etiam vbi ſingulari iure dominium in emptorem tranſit abſque traditione[b], id tamen non fit niſi pretio ſoluto[c]. His nunc conſentaneum eſt, quòd ſi non poſsit emptor iudicio rem vendicare, mul
2 tò minus propria authoritate poſſeſsionem eius apprehendere aut inuadere poterit, imò prædo dici poſſet[d], niſi ſciente & volente venditore eam apprehendiſſet: ſic enim in illa permanere poſſet vt verè tradita[e]. Præce-
3 dens enim obligatio, qua venditor intelligit ſe teneri vt tradat, cùm iam ſciat & patiatur emptorem poſsidere, efficit[f] vt (quamuis interdum[g] aliter ſeruetur) hic tamen non videatur tacendo prohibere, ſed conſentire potius. Quòd ſi verò neq; ab ipſo venditore emptor poſſeſsionem habeat, neq; eius authoritate apprehenderit, ſed ab alio traditam, an id ſuffecerit ad hoc, ne vitioſa poſſeſsio ſit, alio loco[h] eſt tractatum.

a hac l. Quintus. l. ſi agri. arg. à ſpeciali dicto. de rei vendit. & l. ſeruum emptor. C. eo. tit.
b l. vlt. C. de ſacroſ. eccle.
c glo. d. l. vlt. ad verba, in rē. & ad illa ibi Iaſ. in 7. colum.
d l. ſi ex ſtipulatione. de acquir. poſſ. l. nec ex vera. C. eo. tit.
e l. 3. C. de acq. poſſ. l. cùm rei. l. hac ſi res. de rei vendic. l. j. §. vlt. de except. rei vend. & traditæ.
f Alberi. & Caſt. ad d. l. 2.
g in l. qui vas. §. velare. de furt.
h à Bart. ad l. cum ſolus. nu. 4. de vſucap.

L. QVI PENDENTEM.

SVMMARIA.

1 *Emptor quandoque cogitur rem emptam ſibi, auferre à venditore.*
2 *Debitor interdum agit contra creditorem, vt ſolutionem accipiat.*
3 *Emptor ſibi ſumpſiſſe rem emptam, quantum ſatis eſt ad traditionem, quando intelligatur.*
4 *Venditor an fructus demeſſos, in fundo adhuc iacentes, pignoris loco retinere poſsit.*

VIDIMVS quomodo conſultum ſit venditori conuento actione ex empto, ne prior contractum implere debeat, & tum deinde ad pretium ex vendito agere: videamus nunc, an vice verſa, emptori quoque actione venditi conuento, ſimili modo ſit proſpectū, quod ſanè omni modo poſtulat æquitas. Conuentus ergo emptor obijceret, quòd rectè ageret venditor ad pretium, ſi non illud peteret pro re quæ vænit neque tradita eſt: hoc tamen expeditius eſt in rei traditione, quòd eam interdum ipſe
1 emptor, etiā ſi eiuſdem fori ſit cuius eſt venditor, auferre ſibi debeat à venditore, nimirum vbi ad id ſumptu aliquo opus eſt[i], imò tunc poteſt venditor agere cum emptore, vt quod emit tollat[k]: quod admiratione dignum
2 putatur[l], & rarum, quòd ſcilicet agat debitor cōtra creditorem vt ſolutionem accipiat. Sed hoc vtrinq; nata obligatio admittit, & quidē etiam amplius: nempe, quòd ſi denuntiatione facta emptor vinum non tollat, effun-
3 dere liceat[m]. Illud ſanè non erit prætereundū, quod vt abſtuliſſe & ſibi ſumpſiſſe emptor intelligatur, quantum ſatis eſt ad traditionem, non ſit opus quòd domum traduxerit: Nam ſi quis fructus pendentes emerit, eos ſi voluntate venditoris collegerit, & à ſolo ſeparauerit, etiam vt non aliter loco mouerit, accepiſſe tamē intelligitur, & traditos ſibi habere[n]: ſed adhuc pendentes, pars fundi ſunt[o]. An autem ſic collecti aut demeſsi, ſed in
4 fundo adhuc iacentes, retineri velut pignus poſsint pro pretio, fortè nondum ſoluto, opiniones variant: Accurſius[p] id venditori permittit, & conſtanter probat Bald.[q] & conſuetudine multis locis ita inualuiſſe videmus, in prædijs locatis, aut pro annuo redditu obligatis. Sed reclamant alij[r], ea maximè ratiōne, quòd ſi traditio facta intelligatur ex ſola fructuum collectione ſecundum voluntatem venditoris, etiam ſi eodem adhuc loco iaceant, fruſtra regredi velit venditor ad retentionem fructuum quos tradidit: hoc enim non eſſet retinere, ſed hypothecaria actione perſequi: quod diximus[s] venditori non eſſe permiſſum. idque dinoſci ſatis poteſt ex actionibus quas hic Iuriſconſultus emptori, ſi fructus ſic collectos prohibeatur euehere, dicit conceſſas, nam poteſt agere ad exhibendum, quæ præparatoria eſt actio ad rei vendicationem, quaſi iam emptor dominus factus

i Pan. Caſt. hic & ad l. illa. in fi. de conſtit. pecu.
k l. ſi is qui lapides. hoc tit.
l à Bal. ad d. l. ſi is qui lapides.
m l. j. §. licet. de pericul. & cōmod. rei vend.
n hac l. qui vendemiā. & l. ſi ſeruus cōm. §. locant. de furt.
o l. Quintus hoc tit. l. fructus pēdētes. de rei vendic.
p hic in glo. verbi. ceterū. ex l. Iulianus. §. offerri. arg. l. in prædijs. ex quibus cau. pig.
q ad l. eadem. poſt prin. C. de loca & cond.
r Fulgoſius hic.
s ad. §. offerri.

factus ſit, *& iniuriarum*, non aliter, quàm ſi aliam quamlibet rem, verè ſuam tollere prohiberetur [a]. Actionem autem ex empto iam non concedit, neque illius hic meminit: ſiue quod ea, ſemel facta traditione ſublata ſit & extincta [b], ſiue quòd neceſſaria amplius non ſit ei, qui poteſt validiore actione cum aduerſario in rem agere, quáuis fortè adhuc ex empto agere poſſit, ſi velit [c]: non quidem vt tradat, & actum agat, ſed ex alio huius actionis capite, vt hoc præſtet, *quod emptori habere, tenere liceat* [d]: quòd ipſe retinens fructus & prohibens euehere, nunc impedit.

a l. iniuriarũ. §. ſi quis in re. & l. ſi quis propriũ. de iniur.
b Pau. Caſt. hic & ad l. Põponius. §. ſed & ii. de procurat. in fi. ex glo. ad aa thes. ſacram. puber. C. ſi aduer. vẽdit. & ad l. ſi cũ fundũ. de cõtrab. emp.
c Fulgo. ad d. l. ſi cũ fundum. de contrab. empt.
d l. ex empto. §. ex empto. hoc tit.

AD QVAE ACTIO EX EMPTO COMPETAT.

SVMMARIA.

1 *Actioni ex empto naturaliter ineſt, vt res tradatur & præſtetur.*
2 *Pluribus rebus vno pretio diſtractis, vnica eſt venditio: ad ſingulas tamen ſeorſim agi poteſt.*
3 *Actio ex empto ſæpè excedit ea, de quibus contrahendo cogitatum eſt.*
4 *Venditor non liberatur, tametſi res ex alia cauſa ad emptorem peruenerit.*
5 *Traditio ad quam tenetur venditor, quomodo differt à traditione, ad quam tenetur locator.*
6 *Cur conductori fiat remiſſio penſionis ob ſterilitatem, non emptori.*
7 *Venditor tenetur emptorẽ in vacuam poſſeſſionem inducere.*
8 *Intellectus l. ſi cum fundum. §. fera. de contrahen. empt. contra Accurſium.*

PRIMVM atque adeò præcipuũ caput huius actionis, de eo quod na- 1
turaliter ineſt huius iudicij poteſtati, in eo eſt, vt venditor rem tra-
dat & præſtet [a]. Et quamuis ſubtili iuris ratione, pluribus rebus vno pre- 2
tio diſtractis, vnica venditio ſit, quæ & vnam actionem ad omnes eas res
produxiſſe videatur, ad ſingulas tamen ſeorſim actio inſtitui poteſt [b]. quæ
plerumq; fines ipſius contractus, imò & ea de quibus contrahendo cogi-
tatum eſt, longè ob exuberantem bonam fidem in hoc genere contractuũ 3
excedit [c]. Neq; hac ex parte liberatũ ſe putet venditor, quòd fortè alia ex
cauſa, etiam lucratiua, res ad emptorem peruenerit: nihilominus enim ipſe 4
ex ſuo contractu obligatur, ſi nõ tradere, ſaltem quanti res eſt præſtare [d].
Traditio autem hæc quæ in obligatione eſt venditoris, plerumq; ſemper 5
breui tempore, ac veluti momẽto expediri poteſt: qua ex parte potiſsimũ
differt ab ea traditione ad quam obligatur locator [e], qui conductori debet
continuò patientiá præſtare vtendi: Et hoc refertur inter cauſas differen-
tiæ, cur conductori remiſsio fiat penſionis ob ſterilitatem, non emptori: 6
quia ſcilicet res locata manet locatoris [g], qui continuo obligatur condu-
ctori: venditor autem liberatur cum tradidit, & futuri caſus non pertinent
ad eius periculum [h], ſed emptoris [i]. Huc etiam illud ſpectat, quòd ex cõ-
tractu venditionis traditio quocunq; tempore facta, eundem operetur ef-
fectum, vel tranſlationis dominij, vel iuris vſucapiendi, & quod ad illa at-
tinet, nunquam ſera eſt traditio, niſi quòd ob longiorem moram pluris in-
tereſſe emptoris poſsit. At in locatione, non alio quàm conuento tempo-
re præſtari ea patientia vtendi poteſt: alioquetempore ſerius præſtita, aliá
quodammodo faceret conductionem, quam recuſare conductor poſsit [k].
ſicut & in vſufructu patientia vtendi, fruendi, alio quàm præſcripto tempo
re, alium faceret vſumfructum [l]. Sed & illud ad traditionem hác pertinet,
quòd vt non debet eam neceſſariò conſequi dominij tranſlatio, ita neque
ſufficeret illud eſſe tranſlatum: vtputa ſi abſq; poſſeſsione dominiũ ex tra- 7
ditione tranſire dicamus [m]. non enim eo modo ſe liberaret venditor, niſi
& in vacuam poſſeſsionem rei venditæ inducat emptorem [n]. Et quod alio
loco [o] eſt dictum ex empto actionem eſſe, nõ vt venditor vacuam poſſeſ-
ſionem tradat, nimium detorquet Accurſius [p] à vera Iuriſconſulti ſenten
tia, ad eum caſum quo venditor ſemel tradidit: Subiecta enim ratio Iuriſ- 8
conſulti,

a l. ex empto. hoc tit.
b l. & ſi vno. hoc tit.
c l. vl. de cõdic. ob tur. cau.
d l. Iulian⁹. §. ſi fundũ mihi. hoc tit. *l. ſi vẽdideris mihi. de euict. l. omnes debitores. de act. & oblig.*
e Bar. & Pau. Caſt. ad l. ſi vno. §. itẽ cum quidam. locati.
f à Phil. Dec. conſil. 312. in princ.
g l. non ſolet. locati.
h l. Lucius, de euict.
i §. cũ autẽ emptio fuiſſet. de empt. & vend.
k l. ſi in legem. §. colonus. verſi. ſera. locati.
l l. ſi vſumfructum mibi in biẽniũ. de vſu & vſufr. legat.
m l. ſi fundũ. & ibi glo. & doct. de fundo dot.
n l. ſi pater. C. eod. & ibi Pau. Caſt.
o l. ſi cũ fundũ. verſic. ſera. de contrah. empt.
p ibi ad verbũ. tradat.

conſulti, non ex præterito ſed præſenti aut futuro deſumpta clariſsimè teſtatur aliud, hæc ſcilicet, *Cum multis modis accidere poterit ne tradere poſsit.* Hanc ergo habet ſententiã, quòd actio ex empto nõ tantùm in hoc compotat, vt venditor vacuam poſſeſsionem tradat (hoc enim interdum etſi maximè vellet, non poſſet exequi) ſed multò latius ea patet, videlicet, vt omnino in æſtimationem veniat, ſi quid dolo malo fecerit faciétve, quo minus tradere poſsit, & rem emptã (etiam fortè ſemel traditã) emptor poſsidere.

L. II. §. VACVA POSSESSIO. HOC TIT.

SVMMARIA.

1 *Quomodo intelligatur poſſeſsio vacua.*
2 *Aliud eſt poſsidere, aliud in poſſeſsione eſſe.*
3 *Non ſatis eſt venditorẽ tradere poſſeſsionem, ex quo procedere poſsit vſucapio.*
4 *Creditor aliquando dicitur poſsidere, aliquando eſſe in poſſeſsione.*
5 *Creditor verè poſsidet pignus & non debitor, niſi quod attinet ad vſucapionem continuandam.*
6 *Victor litis qui in cauſa iudicati pignora accepit, ea verè poſsidet: et vt in illis tẽpore prior eſt, ita & potior.*
7 *Creditor qui prius in poſſeſsionẽ miſſus eſt, non præfertur aliis.*
8 *Si res eſt onerata ſeruitute, nõ ob id minus eſt eius poſſeſsio vacua, ſed non libera.*
9 *Vtile eſt emptorem vtrumq; ſtipulari, vt & vacua & libera tradatur poſſeſsio.*
10 *Quomodo agatur ſi vacua poſſeſsio tradita non ſit, & quomodo ſi non libera.*

1 VT AVTEM vacua poſſeſsio intelligatur, nõ ſolùm nõ poteſt poſside-
2 re alius, ſed nec in poſſeſsione eſſe, quæ longe lateque differunt[a]. Si ergo legatarius legati ſeruãdi cauſa in poſſeſsione ſit, non erit illius rei vacua poſſeſsio, etiã vt maximè adhuc illius rei vſucapio procedere poſſet[b]
3 etiam pro emptore[c], nam illud verũ eſt de vſucapione hæredis, cuius poſſeſsio nõ interrumpitur per huiuſcemodi miſsionẽ in bonorũ poſſeſsionẽ, non autẽ quod qui ab hærede poſt eam miſsionẽ emiſſet, vſucapiat, de quo tamen alio loco[d] latius. Et vt emptor ille vſucapere forte poſſet, nihil adhuc ad rẽ, nam non ſatis eſt accõmodare traditionẽ, quæ in obligatione eſt vẽditoris, ad vſucapionẽ, quã nec proponere ſibi emptor poteſt, alioqui deprehẽderetur ex eo conſcientiã habuiſſe alieni, ſed debet ex inopinato inchoari & perfici vſucapio, quæ ſequela eſt eius traditionis, ad quã venditor tenetur, nõ finis vẽditionis. At cur hic legatarius dicitur eſſe in poſſeſsione, creditor verò bona poſsidere, cùm vbi diſcrimẽ iſtud cõſtitutũ eſt[e], etiã
4 creditor dicatur in poſſeſsione eſſe. An quod ibi ſpecialius de creditore eſt dictũ, qui rei ſeruãdæ cauſa in cuſtodia eſt, hic verò de creditoribus, qui
5 bona poſsidẽt, ſcilicet veri & conuẽti pignoris titulo eis tradita, ij enim verè poſsidẽt, & nõ debitores qui oppignorarũt, niſi quod attinet ad ſolã vſu-
6 capionẽ continuandã[f]: ſic quoq; ſi litis victor vt iudicatum conſequatur, pignora accipi curauerit, ea verè poſsidet[g], & in illis alter altero vt tẽpore prior eſt, ita & potior[h]: quod non ſeruatur in prætorio pignore, cuius vti-
7 litas vno creditorum in poſſeſsionẽ miſſo, redundat ſtatim ad alios[i]. Sed quid ſi res ſeruitute onerata ſit, an nihilominus vacua dicetur poſſeſsio?
8 Maximè quidem vacua, ſed non libera: ideoq; nõ inutile fuerit emptorem
9 vtrumque ſtipulari, vt & vacua & libera tradatur poſſeſsio[k]: quæ ſi non va-
10 cua inueniatur, perinde agetur, atque ſi omnino non eſſet tradita, ad omne quod intereſt: ſi verò non libera, cenſebitur quidem res tradita, & ſatisfactum emptori, quo ad illud quod præcipuum eſt in obligatione venditoris[l], ſed agetur quatenus intereſt particulari ratione, ob hoc quod libera res non ſit[m], neque aufert poſſeſsionem rei, qui iure ſeruitutis in ea vtitur, ſed turbat in poſſeſsione quam non relinquit poſſeſſori liberam[n], & prædium quamuis ſeruiat, habere tamen licet, ſed non eam rem in cuius poſſeſsione eſt alius[o].

a *L.3.§.vlt. de acq.poſſeſſ. l.ſi duo.§.creditores.vet ſic. vti poſsidetis.*
b *l.2.pro hærede.*
c *l.miſſo. pro emptore.*
d *Bar. ad l. à diuo Pio.§. ſi ſuper rebus.de re iudi.*
e *In d.l.3.§.ſi. de acquir. poſſeſs.*
f *l.qui pignoris.de acquir. poſſeſ. l.ſerui nomine.de vſucap.*
g *Bar. ad d.§.ſi ſuper reb.*
h *l.ſi & iure. qui potio. in pign.*
i *l.cũ vnus. de bo. aut.iud. poſsi. l.qui autẽ. §ſciens dã. in ſi.quæ in frau.cre.*
k *Bar. & Fulgo.hic.*
l *l.cum venderes. de contrah.empt.*
m *l. inuenies. §. fundo. de lega.2.l.pen. de euict.*
n *l.vim facit. de vi & vi arma. l.ſi duo.§.item videamus. vti poſsidetis.*
o *arg.l.Iulianus. in princ. verſi. differẽtia non eſt. hoc tit. & quæ Fulgo.ad l.in vẽdendo. de cõtrah. empt.*

L. TERTIA IN PRINCIPIO.

SVMMARIA.

1 *In legatis, ſufficit præſtare rem qualis eſt.*

2 *Traditio poſſeßionis ad quam tenetur venditor, talis eſſe debet, vt nemo eam iure auocare poßit: & de quibus iudicijs intelligitur auocandi verbum.*

3 *Si res tradita ſit obligata, vel aliena, emptor agere non poteſt antequam ſit euicta.*

4 *Venditor tenetur poſſeßionem facere emptoris, ſed non dominium, ergo de euictione emptor non agit antequam dominium ſit euictũ: ſed etiam ſi poſſeßio nondum ſit auocata, ſed auocari poßit, agere poteſt, tanquam re non tradita.*

QVAMVIS in legatis ſufficiat præſtare rem qualis eſt[a], quia obue- 1
niunt titulo lucratiuo, in quo nec redhibitoria habet locum[b], hic ta
men vbi oneroſo titulo res obuenit, traditio poſſeſsionis talis eſſe debet,
& tam firma, vt nemo eam iure auocare poſſet, alioqui nec tradita intelli- 2
getur: *auocare*, inquam, actione ex aliquo interdicto poſſeſſorio[c]. de rei
vendicatione enim quod hic dicitur, intelligi non poteſt: neque enim ea
propriè ad hoc inſtituitur vt poſſeſsionem auocet, ſed ad declarationem
dominij[d]: neq; ſi per eam auferri res poſsit, intelligetur nõ tradita, ſed po-
tius poſt traditionem euicta, de quorum diſcrimine mox plura. Hypothe-
caria verò actio huc magis pertinere videretur, quæ quamuis in rem ſit[e],
tamen poſſeſsionem auocat[f]. Quid ergo ſi obligatam rem venditor tra-
dat, cenſebitúrne vacua poſſeſsio? non videtur, cùm poſsit auferri empto
ri. Certè ſi tradita res ſit obligata, non agetur antequam euicerit eam cre-
ditor[g]: Quo ſpectat quod paulò antè eſt dictum[h], vacuam poſſeſsionem 3
non intelligi, non quidem ſi creditori res ſit obligata, ſed ſi creditor eam
poſsideat: traditione autem nondum facta, ſi compertum ſit rem eſſe obli-
gatam, poterit etiam antequam creditor cœperit agere, emptor agere vt
liberetur: vel contra, venditorem petentem pretium, excipere[i], ſicut &
legatarius cui hæres rem adhuc obligatam vult tradere vel tradidit[k]. Sed
nunc ad poſſeſsionem & poſſeſſoria iudicia reuertamur, & hic quidem nõ
oportet iure auocatam eſſe poſſeſsionem, vt intelligatur non tradita va-
cua, ſed ſuffecerit (vt Accurſius cenſuit[l]) auocare poſſe: quemadmodum
qui miſsi in poſſeſsionem ſunt, nondum omnino auocarunt eam, impe-
diunt tamen ne vacua cenſeatur. Et quamuis hoc Accurſij legamus impro
batum[m], ex eo quod non ante euictionem, ſi non ſciuerit venditor alie-
num quod vendebat, agi poſsit[n]: ea tamen conſideratio huc nõ pertinet,
non enim hic tractamus an agatur quaſi re euicta, ſed potius quaſi nondum
eſſet tradita. Hæc ergo erit vna ex Accurſij ſententia, differentia inſpe-
ctionis dominij & poſſeſsionis in contractu venditionis, quòd traditione 4
facta, non poſſet de dominio conqueri emptor, quòd metuat illud au-
ferri ſibi poſſe, ſed expectare vt auferatur per ſententiam, & tunc pri-
mum de euictione agere[o], poſſeſsionis verò gratia etiam ſi illam adhue
teneat, emptor ſollicitus tamen eſſe poſsit, & agere cum venditore qua-
ſi vacua poſſeſsio nondum tradita ſit, in qua obtinenda alius ſit potior.
Eſt & alia differentia, quòd ratione dominij euicti agatur de euictio-
ne, & quidem in duplum ſi res ſint pretioſiores[p], ſed poſſeſsione auo-
cata, nunquam in duplum qualiſcunque res fuerit vendita: nam non niſi
ipſa res euicta eſt, ſed ſola poſſeſsio[q], & agitur ex primo huius actio-
nis capite, tanquam ea res non ſit vnquam tradita, cuius differentiæ ea ra-
tio eſt[r], quòd poſſeſsionem debeat venditor facere emptoris, ſed non
dominium rei venditæ, & vbi ex genere contractus deberet dominium
fieri accipientis[s], tunc niſi illud tranſlatum in eum fuerit, non cenſebitur
quoque illi contractui ſatisfactum[t].

a *l. ſi à ſubſtituto. §. j. in fi. l. ſeruo alieno. §. ſi fundus. de lega. j.*
b *l. ad res donatas. de edilit. edict.*
c *Fulgoſ. hic in fi.*
d *l. & ex diuerſo. §. vbi autē. in prin. de rei vendic.*
e *l. pignoris. de pign. ſolam tamẽ poſſeßionẽ auocat.*
f *l. ſi cũ venditor. de euict.*
g *l. ſi mãcipiũ. §. j. de euict. l. qui rem emit. in fi. C. eo. tit.*
h *in l. 2. §. vacua, huius ti.*
i *l. ex his prædijs. C. de euict.*
k *l. ſi res obligata. de leg. j.*
l *hic circa med. gl. vnica.*
m *à Pau. Caſt. hic.*
n *l. ſeru' quẽ. §. vlt. hoc tit.*
o *l. qui rẽ emit. C. de euict.*
p *l. emptori. §. quod autẽ. de euict.*
q *Accurſius hic.*
r *Alberi. & Fulgo. hic.*
s *vt in l. vlt. de cõdict. ob cauſ. l. necatus. de condict. indeb.*
t *Fulgoſius hic.*

L. EM-

L. EMPTOREM. §. PRIMO HOC TIT.

SVMMARIA.

1 *Non omnis actio ex interdicto poſſeſſorio, quæ competit in venditorem, competit in emptorem.*
2 *Defenſus Accurſius contra Fulgoſium.*
3 *Venditor talē poſſeſſionē præſtare debet emptori, vt iudicio poſſeſſ. retinendæ ipſe vincat alios, iudicio verò poſſeſſionis adipiſcendæ vel recuperandæ alij non vincant ipſum.*
4 *Non à vi, ſed iudiciali impetitione venditor emptorem defendere debet.*
5 *Quid cōtineatur ea promiſſione, qua vēditor emptorem promittit defendere ſuo ſumptu.*
6 *Quomodo intelligendum poſſeſſionem traditam videri, etiam ſi precaria ſit.*
7 *Precaria poſſeſſio quam venditor retinet ab emptore, ſufficit vt vacua poſſeſſio tradita dicatur, & per eam & naturalis & ciuilis poſſeſſio transfertur.*
8 *Interdictum de precario reſtitutorium eſt.*
9 *Vt venditor precariam poſſeſſionem quā ab emptore retinuit reſtituat, non datur actio ex empto.*

HIS conſequens eſt, quòd ſi quis rem quá tenebat ab alio vi, clam, aut
precario, alij ignoráti vèndat, eúq; in illá qualemqualem poſſeſsioné
inducat, obligationi ex vēditione cōtractæ nō factū eſſe ſatis: quia in re tra
denda vēditor præſtare debet emptori, vt in lite de poſſeſsione potior ſit:
qui aūt de poſſeſsione viciſſet vēditoré, is emptoré quoq; vinceret[a], qui nō — *a Pan. Caſt. hic.*
debet melioris eſſe cōditionis, q̃; author eius[b]. Sed hic meminiſſe opor- — *b l. vlt. §. j. in f. ad Velle.*
1 tet, quòd nō omnis actio ex interdicto poſſeſſorio, quæ cópetebat aduer-
ſus vēditoré, tranſeat in emptoré ſingularé ſucceſſoré: nō enim ea quæ eſt
ex interdicto recuperádæ poſſeſsionis[c], ſed ex interdicto retinédæ poſſeſ — *c l. 1. & 2. de vi & vi armata.*
ſionis cōuenietur emptor inſiſtens naturali poſſeſsioni, & per hoc turbás
aliū in ciuili ſua poſſeſsione, qué ſimili ratione prius turbabat venditor. Et
2 hoc fortè illud eſt quod Accurſ. interpretatur, litem de poſſeſsione, cuius
hic meminit Iuriſcōſultus, oriri ex interdicto vti poſsidetis, ſiue retinédæ
poſſeſſ. quod, quáuis Fulgoſ. improbet, dicés ſe arbitrari, quòd oís lis qua-
liſcūq; iudicij poſſeſſorij, intelligi hic debeat, ſiue de acquiréda, ſiue retinē
da, ſiue recuperáda poſſeſsione, vtrūq; tamé ſatis magná rationé habere vi
detur: lité enim de poſſeſsione retinéda hic ita intelligimus, vt in ea em-
ptor ſic ſit ſuperior, quòd nō ſolú nō vincatur ab alio, ſed ipſe alios turban
3 tes vincat. Alijs verò generibus iudicij poſſeſſorij ſic debet eſſe ſuperior,
vt à nemine vinci poſsit, neq; auocari ab eo poſſeſsio in quá eſt inductus,
nō etiá vt ipſe vícat alios, qa adipiſcédæ poſſeſsionis iudiciū nō poſſet huic
loco accómodari. Si ení emptor in vacuá poſſeſsioné à vēditore eſt indu-
ctus, illá tueri & defendere ſtudebit. nō verò adipiſci ab alio tanquam eam
nō habeat. Et ſimiliter ex interdicto recuperádæ poſſeſsionis nō aget, ſi in
eá vacuá à vēditore ſemel ſit inductus: à qua ſi fortè poſtea per aliū expella
tur, nō pertinebit is caſus ad periculū vēditoris[d], neq; hic de euictione te- — *d l. vl. de act. emp.*
4 nebitur: nō quidé ratione expulſionis ſecutæ, quia nō à vi, ſed iudiciali im
petitione vēditor emptoré defendere debet, & per ſentētiá res euíci debe
ret, vt id periculo ſit vēditoris[e], nō etiá ratione euētus litis poſſeſſoriæ ob — *e l. vniq;. de rei vendic. l. Lucius. de euict.*
illá expulſioné inſtituēdæ, vt præſtet vēditor emptori quòd in ea erit ſupe
rior vincetq́; expulſoré, qa ea actio naſcitur ex principijs q̃ primá originé
poſt vēditioné & traditioné in perſona emptoris cōtraxerūt, quòd. ſ. ipſe
emptor ví paſſus ſit & vi expulſus, ideoq́; in illa actióe nō céſetur emptor
habere cauſam à vēditore[f]. Cū aūt dixerimus aliter agi re euicta, aliter ve — *f Bal. & Pan. Caſt. ad d. l. vlt. C. de act. empti.*
rò ablata, aut non acqſita vacua poſſeſsione, & hoc poſterius nō referri ad
euictioné rei, cōſultè fecerit emptor, ſi curet à vēditore promitti ſibi defen
5 ſioné, ſiue de poſſeſsione ſiue de ꝓprietate lis ſuboriatur, ſuo ſumptu: nam
alioqui ſi ſuo ſumptu ꝓmiſiſſet emptoré defendere, ea promiſsio quáuis ge — *g hic. quē refert & ſequitur Fulgoſ. per gl. in l. vēditores. de verb. obl.*
neralibus verbis facta, pertineret ad ſolam lité de proprietate, vt aliquádo
Bart. cenſuit[g], qui tamé poſtea[h] ſentētiam mutauit in melius, hac ratione, — *h ad d. l. vēditoris.*

quòd illa generalis promiſsio debeat intelligi ſecundum naturá cõtractus
venditionis ſuper quo interponitur [a], quæ certè id exigit, vt curet faciatq;
vẽditor, vt emptori habere tenere rẽ liceat [b], qđ minimè licebit, ſi poſſeſ-
ſio ei auferatur, aut aliquid ex eo iure qđ habet minuatur: quare & tũc ſue
cedet effect⁹ ſtipulationis [c]. At, inquies, nulla poſſeſsio fragilior faciliuſq;
auocari poteſt, q̃; quæ precaria eſt, cũ ſcilicet libuerit precariũ reuocare
ei qui cõceſsit [d], & traditá tamẽ poſſeſsionẽ accipimus, etiá ſi precaria ſit [e]: 6
videtur ergo nõ ſatis cõſiſtere quæ hactenus de vacua poſſeſsione tradẽda
diximus. Sed hæc cõciliare nõ difficile erit ei, qui vtriuſq; rei ꝑpoſitæ finẽ
& ſcopũ rectè perpẽderit. Hactenus enim illud præcipuè inſpexim⁹ quod
facit ad liberationẽ vẽditoris ab obligatione & actione vẽditi, hæc verò ob
iectio aliũde originẽ deſumit & alio ſpectat, nimirũ ad vſuras pretij, quod
videlicet emptor ſimul atq; poſſeſsionẽ rei emptæ etiá precariá acceperit,
ex qua fructus potuit percipere, teneatur ad vſuras cõuenti pretij: de quo
aliquádo latius. Quid ergo ſi vẽditor cõſtituerit ſe precario nomine em-
ptoris poſsidere, an ex empto actione liberatus erit? Dubitationem facit,
quòd nondũ apud emptorẽ vacua videatur eius rei poſſeſsio, quá adhuc de
tinet vẽditor, ex aduerſo, quòd q̃ vẽditor ſuo noĩe poſsidet, cõſtituere poſ
ſet alieno ſe noĩe poſsidere [f], vel ab emptore conducere [g], & ſic dominiũ
in emptorẽ tráſferre [h]. Et hic quidẽ ſtatim ſe offert diſtinctio duplicis ge-
neris precariæ poſſeſsionis, eſt enĩ aliqua quá vẽditor, rẽ vẽditá adhuc reti-
nẽs, cõcedit emptori [i], quæ ad traditionẽ vacuæ poſſeſſ. minimè ſufficit: qa
facillimè poteſt auferri. Et alia quá vẽditor retinet ab emptore, & hác cẽ-
ſuit Accurſ. [k] ad rẽ præſentẽ ſufficere, nec malè vt videtur, quia vera oĩs ge 7
neris naturalis & ciuilis poſſeſsio ſic tráſit ad emptorẽ, quáuis modus acqui
rẽdi eam, ſit meri iuris ciuilis, & ad imitationẽ naturæ quodámodo factus [l]:
præſertim ſi poſtea emptor poſſeſsionẽ ipſe aliquádo ingreſſus ſit [m]. Sunt
tamẽ qui malint [n] durare adhuc actionẽ ex empto tradẽdæ poſſeſsionis gra
tia quádiu aliquid reſtat, ad plenior ẽ executionẽ cõtractus: vtputa quod à
detẽtione deſiſtat vẽditor, reddatq; quod adhuc apud ſe habet [o], nec obſta
re quòd ad illud aliud quoq; remedium ſit, & ſtatim quidẽ ex interdicto de
precario, quod reſtitutoriũ eſt [p]: reſpõdent enim, quòd ſi hæres teſtamẽto 8
vẽdere iuſſus ſit ad traditionẽ, & alia quæ per conſequentiá emptionis ſunt
propria, actio quidem ſit ex teſtamento, & nihilominus ex empto quoque
actio ad illa cõpetat [q]. Sed profectò nõ æquè in vẽditionis ſequela, hoc eſt,
vt vẽditor à precaria poſſeſsione, quá vendendo retinuit, diſcedat: ſicut ex
teſtamẽto facta vẽditio, trahit in cõſequentiá rei vẽditæ traditionẽ, quá ne-
ceſſariò fieri debere apud ſe ab initio conſtituerũt, & velut indubitatũ pro
poſuerunt teſtator, hæres, venditor, & legatarius emptor: precarij autẽ ro
gatio omnino ex accidenti eſt, neq; cohæret naturæ vẽditionis & emptio
nis. Rectius ergo hac in parte adhærebimus Accurſ. quẽ & alij [r] ſequũtur,
vt ſcilicet perinde habeatur hoc conſtitutũ (dũ ſe vẽditor cõſtituit preca-
rio nomine emptoris poſsidere) atq; ſi res vẽdita omnino emptori tradita
fuiſſet; & cũ reſtituendæ rei quæſtio incidet, ea inſtituatur, non ex priore 9
cauſa emptionis, ſed ex poſtrema precariæ poſſeſsionis [s].

[a] l. ſi ſtipulatus. verſi. verùm ſi emptor. de vſur.
[b] l. ex empto. §. ex empto. hoc tit.
[c] l. ſtipulatio iſta. verſi. ſi quis fortè. de verb. obli.
[d] l. j. de precario.
[e] l. Iulianus. §. poſſeſsionẽ autem traditá. hoc tit.
[f] l. quod meo. de acq. poſſ.
[g] l. ſi ius emptio. §. interdũ. ff. locati.
[h] l. quædam mulier. de rei vendic.
[i] hoc. §. poſſeſsionem.
[k] ad l. ab emptore. de pac.
[l] Pau. Caſtrẽ. ad d. l. quod meo. in prin. & in fi.
[m] Rapha. Cu. ibi nu. 5. et 6.
[n] Pau. Caſt. ad hũc. §. poſſeſsionẽ. Ang. ſub fi. d. l. ab emptore.
[o] arg. l. tenetur. §. j. in fi. hoc tit.
[p] l. 2. de precar. l. quæſitũ. §. ex hoc interdicto. de precar.
[q] l. ſi hæres. hoc tit.
[r] Fulgoſ. ad d. l. ab emptore. ſub nu. 11.
[s] arg. l. certi condictio. §. vlt. ſi cert. pet. l. ſi mulier debitori ſuo. de iur. dot.

L. TERTIA. §. SI EMPTOR.

SVMMARIA.

1 *Actio ex empto, quo ad vacuæ poſſeſsionis traditionem, latius patet quàm ex ſtipulatione emptioni adiecta, vt vacua poſſeſsio tradatur.*
2 *An adiecta emptioni ſtipulatiõe,* vacuá poſſeſsionẽ tradi, *ad fructus agi poſsit actiõe ex ſtipulatu, vel ad cætera actione ex empto, latè diſputatum.*
3 *An fructus petantur iure actionis, an officio tantum iudicis.*

4 *Quæ in*

4 *Quæ in ſolo iudicis officio cōſiſtūt, extincta ſunt pronūciato iudicio principali: ſed quæ iure actionis petuntur, ſeorſim adhuc peti poſſunt.*

5 *Quando expreſſio eorum quæ tacitè inſunt aliquid operatur, & quando non.*

6 *In ſtipulatione* rem dari, *ineſt vacuā poſſeſſionem tradi, & quæ ſit eius rei ratio.*

7 *Bartholi error contra expreſſum textum.*

8 *In ſtipulatione* fundum dari, *nō contineri fructuū præſtationem, veniunt tamen fructus acceſſoriè ex mora & lite conteſtata.*

9 *In ſtipulatione* fundū tradi, *ſtatim poſt morā etiā nō cœpto iudicio, veniūt fructus tāquam intereſſe.*

10 *Si emptioni adiecta ſit ſtipulatio* fundum dari, *ea non importat tranſlationē dominij, licet* verbum dari, *eam alias ſignificet.*

STIPVLATIO quæ omni genere contractuum ſubſeruit ad maiorē eorum firmitatem [a], plerūq; ſuper vēditione & emptione, & quidē nominatim ad ea quæ ex natura hic cōtractus in ſe continet, interponi ſolet. Quid ergo ſi emptor ſtipulatur vacuā poſſeſſionē tradi, an tam latè patebit vis huius ſtipulationis quoad vacuæ poſſeſsionis traditionē, quàm lex & na-
1 tura cōtractus? Non videtur, propterea quòd ſtipulatio etiā ſi cōtractui bonæ fidei adijciatur, ipſa tamē ſtricti iuris ſit [b], atq; ita à Pōponio hic reſponſum eſt, fructus enim in eā ſtipulationē nō veniunt, cùm tamē in actionē veniant ex empto, ex eo ſcilicet tēpore quo vacua poſſeſsio tradi debuerat: fructib⁹ enī augetur obligatio, ideoq; ſtipulatio quo ad illos attinet, nō aſſumit naturā cōtractus vēditionis, ſuper quo interponitur [c], quàuis in cæteris quæ pertinēt ad firmitatē vinculi obligationis, ſtipulatio inflectatur ad naturā contractus, aut negotij ſuper quo interponitur [d]. Sed antequā hæc explicemus perquirendū erit, an hoc caſu cū ſtipulatio eſt interpoſita, alia vlla actio quàm ex ſtipulatu poſſet cōpetere, quæ quæſtio duplex eſt, An ſcilicet actio ex empto adhuc poſsit competere ad illud ipſum quod eſt in
2 expreſſa ſtipulatione rem vacuam tradi, & an ad fructus rei emptæ, qui in ſtipulatione non ſunt: vtraq; autē quæſtio reſpicit ius nouationis, hoc eſt, an ſtipulatione nouetur contractus aut obligatio cui acceſsit. Et certum quidem hodie eſt, nullā ſic fieri nouationē [e], veteri autē iure ſic fieri ſolitā cenſuit Accurſ. [f] & ſecutus id eſt Fulgoſ. [g] cuius tamen rationibus ſatis reſpondimus [h], excepta ea qua hic vrget vltima huius. §. verba, *Ex empto ſupereſſe actionem ad fructuum præſtationem*, quaſi videlicet ad nihil aliud actio ex empto detur, quàm ad fructus, & ad alia illud in ſtipulationem deductū, *vt vacua poſſeſſio tradatur*, ſufficere, & ſolam dari actionem ex ſtipulatu. Sed in contrarium retorqueri poteſt quod eſt in primis verbis huius. §. *Si emptor ex ſtipulatu agat*, quaſi videlicet alia agendi via, quàm ex ſtipulatu, nimirum ex empto adhuc ſupersit, ea principali obligatione minimè per ſtipulationem nouata, qua ſi malit agere emptor, conſequi poterit omnia quæ ex natura contractus ſunt, etiam ſi illorum aliqua ſint in ſtipulationē deducta: ſed certi conditione, vel ex ſtipulatu actione, non niſi ea perſequetur, quæ ſtipulatio nominatim comprehendit [i]. Et vt fuerit illud, ſanè conſtat [k] id quod non transfertur in cauſam nouationis, velùti hic fructus
3 iure priſtino peti poſſe. An ergo fructus iure actionis petantur, an potius ad officium tantum iudicis, vt vſuræ quæ ex mora veniunt, pertineant? multum enim rēfert quid horum potius reſpondeamus, quandoquidem ea quæ in ſolo conſiſtunt iudicis officio, extincta cenſeri debent, pronun-
4 ciato iudicio principali [l]: quæ verò iure actionis veniunt, ſeorſim adhuc peti poſſunt [m]. Et quidem de fructibus creſcentibus tempore venditionis, abſque dubitatione dixeris, eos in actionem venire, quia & ipſi venditi cenſentur [n], atque nimia reſtrictio erit, diuinatione etiam non carens, ſi quod hic dicitur, *Ex empto ſupereſſe actionem ad fructuum præſtationē*, ad eos ſolos fructus tempore vēditionis creſcentes retulerimus. Accurſio viſum eſt [o] (quem nonnulli ſequuntur [p]) indiſtinctè fructus, etiam ſi ex mora debeantur, venire in actionem ex empto, & iure actionis deberi,

a *in prin. tit. Inſti. de verbor. oblig.*

b *Pau. Caſtrē. in hac ſpecie ad l. ſi filius fam. §. cum fundum. & generaliꝰ Iaſ. ad rub. de verb. obl.*

c *Pau. Caſtr. ad d. §. cum fundum.*

d *l. j. §. ſi quis ſub conditione. vt legat. nomi. l. ſi legati ſerui. de lega. j.*

e *l. vlt. C. de nouat.*

f *ad l. duo ſocietatem. pro ſocio.*

g *ibi et hic. ibi. l. ad l. duo ſocietatem.*

h *ad d. l. duo ſocietatem.*

i *l. quicquid aſtringendæ. de verb. oblig.*

k *ex l. ſi ſtipulatus. in ff. de vſuris.*

l *l. 4. C. depoſiti.*

m *l. cū ſi Capua. de eo quod certo loco. l. j. C. de iudic.*

n *l. Iulianus. §. ſi fructib. hoc tit.*

o *ad. §. actionum. Inſtit. de action.*

p *Zaſ. & ibi Matt. Mateſ. ſing. in. Collegit fructus. nota glo. ſingularem.*

non ſolo officio iudicis, quorum opinionem non parum adiuuat, quòd ſi
emptor plus fructuum perceperit, quàm ei re vera deberentur, actione ex
vẽdito reſtituere cogatur[a]: quare ergo ſi quid fructuũ nomine ei deſit, id
non petet actione ex empto. Sed nunc ad illud quod principaliter hic no
bis propoſitũ in ſtipulationẽ vacuæ poſſeſsionis nõ venire fructus, imò in-
quios actione incerti ex ſtipulatu peti poſſe alio loco[b] apertiſsimè eſt re-
ſponſum: quòd ſi vt illud euadam dixero, vt plerumque ſolet, aliam ibi eſſe
formã ſtipulationis compoſitam ex duobus, videlicet, *rem dari, vacuamque*
poſſeſsionem tradi, hic verò ſolùm hoc poſterius in ſtipulatione eſſe, ſtatim
obturbabis dixiſſe Iuriſconſultũ, id ibi fieri propter inferiora verba[c], hæc
autem eſſe in hac ſtipulatione de qua hic agimus, idem ergo iuris eſſe: alio
qui dixiſſet Iuriſconſultus, non quod propter inferiora verba id fieret, ſed
propter ea ſuperioribus coniuncta, aut illorũ coniunctionẽ. Sed hic re-
ſpondeo, illud ibi fieri propter inferiora verba, id eſt, eo quòd inferiora il
la verba ſtatim ſubiuncta & addita ſint prioribus, quæ quidem priora ſola
non potuiſſent fructus continere, neque etiam inferiora ſola, ſed nunc ex-
preſſa peculiarem quandam vim habet, & maiora quàm ſola haberent. 5
Quòd ſi latius inſtes, expreſsionẽ eorum quæ tacitè inſunt nihil operari[d],
reſpondebo cum alijs[e], quòd aliter exprimatur quàm inſit: ineſt enim taci
tè velut appendicis loco, & cohærẽs acceſſoriæ, ſed cum exprimitur, tunc
in cõſiderationẽ venit æquè principaliter, vt illud ipſum cui adiungitur per
copulam (&) aut ſimilem, quæ quidem expreſsio non parui momenti eſt[f],
quamuis interdum verborum adiectio & expreſsio nihil rei adijciat, præ-
ſertim vbi ea expreſsio rẽ propoſitã traheret in aliam ſpeciem magni præ-
iudicij, & ad quam non facilè exiſtimari debet contrahentes deueniſſe:
veluti à ſocietate quæſtus tranſijſſe ad ſocietatem omnium bonorum[g].
Sic quoq; vbi res poſtulat, & ne quid admittamus abſurdi (veluti quod fru-
ctus dotis nulli cedant marito cõſtante matrimonio) ſubiuncta verba, quæ
prima facie generaliora ſunt, ex præcedentibus reſtringimus[h]. Hoc quo-
que negandum non erit, quòd vbi non vna eſt duarum rerum coniunctim
facta ſtipulatio, ſed duæ ſunt ſtipulationes ſeparatim factæ, & poſterior ad
nouationem prioris, tunc in poſteriorem nouantem non plus intelligi de- 6
ductũ, quàm quod erat in priore nouata[i]. Deniq; ſi quis roget, qua ratione
demõſtrari poſſet quod in ſtipulatione *rem dari*, inſit (vt hic dicitur, quàuis
huius loci immemor Bartholus contrarium dixerit[k]) *vacuam poſſeſsionem* 7
tradi: cùm tamen vacuæ poſſeſsionis traditio ad dominij tranſlationẽ (quæ
verbo dandi continetur[l]) nõ ſit neceſſaria[m]: an fortè propterea, quòd do
minium non cenſeatur acquiſitum naturaliter & ex iure gentium, niſi tra-
ditio rei & vacuæ poſſeſsionis facta ſit, quamuis ciuili ratione cenſeatur
interdum abſque traditione quæſitum[n].

Reſtat nunc vt demonſtremus hac ſtipulatione, *rem dari*, non contineri 8
fructuum præſtationẽ, quod alio etiam loco[o] apertiſsimè & indubitatiore
ſpecie reſpondit[p] Iuriſconſultus: *Cum fundum*, inquit, *ſtipulatus ſum*, (quod
in dubio intelligitur dari) *non veniunt fructus qui ſtipulationis tempore fuerũt*,
in fundo ſcilicet pendentes & creſcentes, qui quidem ſi non veniant, cùm
tamen vnum corpus conſtituãt cum ipſo fundo cuius pars ſunt[q], reliquos
fructus à ſolo ſeparatos, & aliud corpus iam abſtractũ à fundo cõſtituẽtes,
non venire in eam ſtipulationem multò certius erat, ita ſcilicet requiren
da ſtipulationis natura multum ſtricta, & quæ non patitur tam extenſam
ſignificationem fundi, vt ſicut in emptione quæ bonæ fidei eſt, ſic & in ſti-
pulatione fructus creſcentes comprehendat[r]. Et rectè quidem hic à Iu-
riſcon-

a l.quoties.cũ duab.ll.ſeq. de cõtrah.empt. l.2.in fi. C.eod.tit. de act.empt.

b l.ſi ſtipulatus.in princ. de vſur.

c d.l.ſi ſtipulatus. in verbis, propter inferiora.

d l.nõ rectè. C. de fideiuſſ.

e Salic. & Fulgo. ad d.l.ſi ſtipulatus.

f arg.l.3. C.ſi pendente appell.mors interue.

g l.ſed & ſi adijciatur.pro ſocio. Fulgo. ad d.l.ſi ſtipulatus.

h l.cũ pater dotem.de pac. dotal.

i l.qui ſic ſtipulat⁹.de verbor.oblig. coniunct. d.l. ſi ſtipulatus.verſi.ſi emptor.

k ad d.l.ſi ſtipulatus.

l l.vbi autẽ non apparet. §.vlt.de verb.oblig.

m l.ſi fundũ. de fun. dota.

n l.qui exceptionẽ.§.ſi pars. & ibi Iaſ. de cõd.indeb.

o in l.ſi filiuſfamil.§.cum fundũ. de verb.oblig.

p l.ſi ita diſtrahatur.§.qui vendidit.de cõtrah.emp.

q l.fructus pendẽt. de rei vend.l.Iulianus.§.ſi fructibus maturis. hoc tit.

r Par.Caſt.ad d.§.cũ fundum.

riſconſulto eſt dictum, non contineri fructus hac ſtipulatione, *fundum*
dari, non contineri, inquam, mox ab initio factæ ſtipulationis & promiſ-
ſionis, ac virtute earundem, ſicut fundus continetur, non autem eſt di-
ctum, ea ſtipulatione fructus non venire: nam ſaltem ex mora veniunt ac-
ceſſoriè iudicio ſuper fundo cœpto, & lite conteſtata [a]: ex ſtipulatione au
9 tem *fundum tradi* (quia hæc facti eſt) mox poſt moram etiam abſq; iudicij
ingreſſu commiſſam, ſuccedit obligatio ad id quod intereſt [b]: in quo & fru
ctus continentur, non tamen vt fructus (hoc eſt, non quanti omninò à de-
bitore ſunt percepti) ſed vt portio eius quod intereſt, nimirum quantos
creditor, mora non facta à debitore, ipſe percepiſſet, & habuiſſet. hoc e-
nim duplici modo atque diſcrimine venire fructus, bene ab [c] alijs notatum
eſt. Cùm autem iam ſatis ſuperque demonſtrauerimus in hac ſtipulatio-
ne emptoris, & promiſſione venditoris *fundum dari*, minus cõtineri, quàm
in actione ex empto, videlicet quod ad fructus attinet: quæres, an plus il-
10 la ſtipulatione contineatur, quàm in actione ex empto, alia ex parte quod
attinet ſcilicet ad dominij translationem. Et reſpondit hic Iuriſconſul-
tus [d], non plus intelligi in eam ſtipulationem veniſſe, quàm in actione ex
empto contineretur, ita vt quamuis verbum hoc (*dari*) ſignificaret aliàs
translationem dominij [e]: hic tamen hoc ſolum contineat, vt tradatur res
vendita, & in illius vacuam poſſeſſionem inducatur emptor: quia non eſt
veriſimile, plus venditorem promiſiſſe, quàm iudicio empti præſtare
compelleretur [f].

a l. videamus. §. ſi actionem. de vſuris.
b l. ſi fundum certa die. de verbor. obligat.
c à Fulgo. hic ad glo. ſinal. & à Paul. Caſtr. ad d. §. cum fundum. ſub. nu. 3.
d in verſic. neque verſus plus debet eſſe.
e d. l. vbi autem non appa ret. §. vlt.
f d. l. ſi ſtipulatus. verſic. verùm ſi emptor.

L. IVLIANVS. §. IDEM CELSVS.

SVMMARIA.

1 *Si communis prædij portio pro indiuiſo vendita ſit, quid tradi debeat à venditore, qui ad iudiciũ cõmuni diuidundo prouocatur.*
2 *Item quid præſtabit vẽditor, qui ipſe antequam traderet ad iudicium communi diuidũdo prouocauit.*
3 *Quando arbiter communi diuidũdo emptori integrum fundum adiudicat, venditor de parte tãtum vendita cauere debet de euictione, de reliqua verò de dolo malo.*
4 *Si cõmunis prædij pro indiuiſo portio pignori obligetur, diuiſio ſecuta non concernit creditorem.*
5 *Idem eſt, ſi proprietarius in ſua parte adhuc indiuiſa conſtituat vſumfructum, & poſtea ſequatur diuiſio.*
6 *Arbiter inter alios iudicando, alterius ius mutare non poteſt.*
7 *Maritus ſi diuidat rem dotalem, illa ſola pars dotalis manet, quæ ipſi ex diuiſione obuenit.*

PROXIMVM nunc erit explicare rerũ corporalium venditarum raras
quaſdam traditiones, ſiue tradendi modos: fit enim interdum, vt ei qui
partem tantum prædij emit, venditor totum prædium tradat, interdum e-
tiam nullam partis prædij diſtracti portiunculam: ſed ſolam pecuniam, qua
æſtimata eſt ea pars vendita. Et hæc effecit cõmunio prædij indiuiſi, quod
duorum aut plurium eſt, dum eam variè diſſoluit arbiter de communi di-
uidundo datus, non quidem ſemper reali diuiſione, & aſſignatione par-
tium, verùm etiam adiudicatione totius prædij vni duorum facta [a]. Quod
clarius fiet, ſi præuiæ cognitionis gratia hæc duo adiunxeris, communis
prædij portionem pro indiuiſo, antequam communi diuidundo iudicium
dictetur, tam extraneo quàm ſocio vendi poſſe [b]. Et venditione ſola ſuæ
partis neminem ſubterfugere poſſe iudicium hoc communi diuidundo,
niſi ad traditionem proceſſerit, antequam ad iudiciũ à ſocio prouocetur,
vt ſit cum emptore nouo domino, cum quo cœpit iam res eſſe communis,
1 iudicium hoc peragatur [c]. Itaque ſi mihi tecum prædium aliquod fuerit
commune, cuius ego meam partem Titio vendidi, & antequam traderem,
me cogeris iudicium communi diuidundo accipere: hic iam litis euentus
docebit, quid Titio ex cauſa venditionis tradere debeam, quid, inquam,

a l. ad officium. de cõmuni diuidundo.
b l. falſo. C. cõmunia rerũ alienation.
c l. 1. C. de communi diuidundo.

ex tribus, triplicem enim exitum habere hoc iudicium poteſt, vel quod certis regionibus (vt plerunque fit) eum fundum inter nos arbiter diuidet, vel quòd alteri noſtrum adiudicet totum, mihi ſcilicet condemnatione addita, vt tibi tuæ partis pretium ſoluam, vel è diuerſo, tibi ſic, vt mihi meæ partis ſoluas pretium: conformis eſt autem in hoc triplici litis exitu ratio tradendi, nimirum, vt ſemper id tradam, quod mihi ex diuiſione obuenerit [a]: vel ſcilicet eam ipſam partem quam mihi certis finibus diſtinctã aſsignabit arbiter, vel totum fundum, ſi eum mihi adiudicauerit, vel meæ partis pretium, quo totum fundum tibi adiudicauerit, ſiue illud maius, ſiue minus fuerit pretio inter me & Titium conuento. Sed hæc ita demum, ſi à te coactus ſim accipere iudicium [b]: ſecus, ſi poſt venditionem meæ partis ipſe ad iudicium te prouocauero: ſic enim intelligerer ſponte alienare
quod prius Titio vendideram. At cum prouocor à te ad iudicium, aliena- 2
tio (quæ ſemper ex diuiſione fit) eſt neceſſaria, quod in re ipſa non parum habet diſcriminis [c]: ideoque ſicut tibi ſocio meo vel cohæredi tenerer de euictione, ſi ad diuiſionem prouocaſſem [d]: ita & Titio emptori me teneri æquum eſt, de ea alienatione, cuius ego ipſe quodammodo autor ſum [e]: non quod ad firmitatem diuiſionis, & ne eam Titius emptor & nouus dominus retractet, quicquam referat vter noſtrum ad diuiſionem prouocauerit: nam & me prouocante dices te peregiſſe hoc iudicium mecum, vt iuſto aduerſario, & meæ partis adhuc domino, ſic vt ſi alij rurſus eandem meam partem vendidiſſem, & illi tradidiſſem, eum vtique dominum feciſſem [f]: ſed inter me & Titium emptorem alia erit conditio, aliudque ſeruabitur, ſi prouocatus à te fuero ad iudicium, quàm ſi prouocauerim te. Priore enim caſu exitus litis qualis qualis fuerit, ad Titium pertinebit: qui non debet id ſibi graue putare, quòd vel totum prædium, vel nihil prorſus illius prædij, ſed ſolam partis æſtimationẽm habeat, cùm & ipſe eundem exitum iudicij ſenſiſſet, ſi prouocationem ad iudicium, quoad ipſi partis ab eo emptæ traditionem feciſſem, diſtuliſſes, & cenſetur in hoc iudicio venditor velut procurator emptoris, & incumbit ei neceſſaria defenſio [g], vtique ſi cùm à me emeret, non ignorauerit prædium mihi tecum pro indiuiſo commune [h], quod ſi ignoraſſet (quamuis vix credi poſſet eum ignoraſſe, niſi & in corpore diſſenſerit: quia alia res eſt pars fundi diuiſi, alia verò indiuiſi) iam quia decipi eum à me non oportuit, idem dicendum videretur, quod in poſteriore caſu, cum ego ad diuiſionem prouocaſſem: videlicet quòd tenerer ei ad omne illud, quod intereſt eius, maximè, cùm iam deficiat ratio ab ipſo Iuriſconſulto aſſcripta [i]: neque iam ſit æquum, eandem eſſe conditionem emptoris ignorantis (ſi obligationem venditoris ſpectes) quæ futura eſſet eius, ſi cum ipſo actum eſſet communi diuidundo, vt nec tunc eſt æquum, cùm poſt venditionem ipſe vltro ad iudicium te prouocaui, quod fortaſsis Titius emptor ſi ei tecum commune prædium eſſe cœpiſſet, euitare potuiſſet, aut aliter decidere. Porrò quod dictum eſt: Si mihi totum prædium adiudice- 3
tur, Titium hoc habiturum totum, ita vt vltra conuentum pretium meæ partis, ſoluat & illud in quod ob eam rem ſum tibi condemnatus, ita accipi debet, vt non habeat tanquam totum emptum, ſed quia pars tua beneficio meæ partis, quam ſolá emit, iam acceſsit [k], ſicut parte fundi indiuiſi marito in dotem data, ſi poſtea marito adiudicetur integer fundus, pars tamen ſola manet dotalis [l]: quo fit, vt non eodem modo vtriuſque partis euictio ad periculum meum pertineat [m]: ſed magis ſtrictiuſque partis meæ quam vendidi, pro qua de euictione cauere debeo, ob aliam

a vt hic. & in l. communi diuidundo. §. vlt. verſic. nam & ſi partem vendideris. de cõmuni diuid.

b vt hic in verbis coactus es.

c l. & ideo. de conditione furtiua. l. penul. C. de prædijs & alijs reb. minorũ. l. 2. C. de fundo dotali.

d l. ſi familiæ Erciſc. C. fa. Erciſc. l. ſi fratres. C. de communi diuid.

e Fulg. hic.

f l. quoties. C. de rei vend.

g Bald. & Paul. Caſtr. hic ex l. venditor domus. de action. empt.

h Paul. Caſtr. hic in princ.

i hic in verſic. æquum eſt enim.

k d. l. cõmuni diuidundo. §. vlt. verſic. nam etſi vendideris.

l l. cum in fundo, §. vlt. in fin. de iure dot.

m hoc §. verſic. ſed ob eam quidem partem.

ob aliam verò, quam vel inuito mihi adiudicauit arbiter, ſolum de dolo malo promittere debeo: magis enim parcitur ijs qui quid ex neceſsitate, quàm qui ſponte alienant[a]. Sed nec illud difficultate caret, quod tamen ſine dubio eſſe reſpondit hic Iuriſconſultus[b]: vbi certis regionibus & finibus inter te & me diuiditur fundus Titio emptori cedere eam partem ex empto, quæ mihi ab arbitro eſt aſsignata: nam in pignore conſtituto ante
4 diuiſionem, ſeruatur contrarium: ſi enim meam partem alij obligauerim, diuiſio inter nos poſtea facta nihil continget creditorem, ſed æquè totius prædij dimidiam pro indiuiſo retinebit obligatam[c]: nec non in vſufructu,
5 ſi fortè proprietarius qui eum in ſua parte adhuc indiuiſa cõſtituerat, cùm ſocio poſtea diuidat[d]: idque hac addita ratione, quæ generalis eſt, & in vendita quoque parte militare videtur, quòd non potuerit arbiter inter a-
6 lios iudicando alterius ius mutare[e]. Ad hoc à pleriſque[f] eſt reſponſum, quòd ex venditione non niſi ius perſonale naſcatur, quod plerunque debilius eſt, & rem non ſequitur[g]. pignus verò & vſumfructum inhærere rebus ipſis, ideoque aliorum diuiſione non facile mutari: aut quicquam decedere ei, qui hæc habuit firmiter, ſibi prius conſtituta, quod equidem non improbo: ita tamen, vt non contentus ſola illa diſtinctione iuris perſonalis & realis, putem etiam inſpici debere poteſtatem & authoritatem diuidentis, vt ecce in pignore prius conſtituto in parte prædij indiuiſi, iniquum eſſet, quòd debitor qui venditionem pignoris impedire non poteſt, nec ius creditoris minuere, ſua diuiſione conſocio præiudicaret creditori: etiamſi prouocatus diuidat[h]: creditor verò (cum quo etiam procedit diuiſio[i]) debitori dominium, & ſibi ius pignoris reſtringet ad eam ſolam partem quæ ex diuiſione ei aſsignabitur[k], nimirum quia debitoris eſt pro-
7 curator[l]. Sic & vxor ius habet in re dotali, imò domina dotis permanſit, iure naturali[m]. at magna quoque eſt mariti poteſtas in dotalibus rebus, quas vt ſuas vendicat[n], & procurator eſt vxoris etiam in cæteris rebus[o]: ideoque ſua diuiſione conſtituit eam ſolam partem dotalem, quæ ipſi marito ex diuiſione obuenerit[p].

a l. qui erat. famil. erciſc.
b hoc. §. in verſic. ſed ſi certis regionib.
c l. 3. §. poſt diuiſionẽ. qui potiores in pignore. l. ſi conſenſit. §. illud tenendum. quib. mod. pignus vel hypoth. ſoluitur.
d l. is qui fundũ. de vſu, et vſufruct. legat.
e d. l. is qui fundum: in ſi. & l. ſæpè. de re iudicat.
f à Bart. hic. & ad d. l. is qui fundũ. & ibi Raph. Cuman.
g l. vlt. §. vlt. de contrah. empt.
h d. §. illud tenendum.
i l. ſi probatum. C. de communi diuidend.
k d. §. illud tenendũ. & ibi Alberic. d. l. communi diuidendo. §. vlti. in prin.
l l. ſi pignori ſa. erciſc.
m l. in reb. C. de iure dot.
n l. doce ancil. C. de rei vẽ.
o l mariuus. C. de procurat. l. final. C. de pact. conu.
p l. cum in fund. §. penult. de iure dotium.

L. SERVVS QVEM A ME.

SVMMARIA.

1 *Ex delicto ſerui dominus tantum conuenitur, in quantum peculium factum eſt locupletius.*
2 *Quod ſeruus ſurripuit, peculium non auget.*
3 *Quicquid vendito ſeruo accedit vel decedit, accedit vel decedit emptori.*
4 *Si ſeruus venditus antequam tradatur venditori, furtum fecerit, quomodo erit illi proſpectum.*
5 *Condictione furtiua ſolus fur conuenitur, & heres eius.*
6 *Noxalis actio competit aduerſus poſſeſſorem ſerui: ſed litis exitus nõnunquam ſpectat ad alium.*
7 *Si dominus nummos quos ſeruus ſurripuerat, conſumpſit, exiſtimans eos peculiares, quæ actio detur.*
8 *Nemo cõdicit rem ſuam, niſi à fure, aut maleſidei poſſeſſore.*

PERTINET & hoc Africani reſponſum ad traditionis caput: nam hic traditur minus quàm venditum eſt: ſeruus abſque peculio, qui cum peculio erat venditus, quod vt à fundamentis intelligatur, operæpretium erit præuiæ cognitionis gratia hæc habere. Primò quod ex delicto ſerui nõ
1 detur actio de peculio in dominum, niſi quatenus peculium eſt locupletius[a]. Secundò, quòd dominus ipſe, ſi quid ei fortè ſeruus debeat, non agat iudicio: ſed deducat è peculio[b], etiamſi ex delicto debeatur[c]: adeoq; de-
2 ducitur, vt nec in peculio eſſe cenſeatur[d]: & quod ſurripit ſeruus, non fit peculij[e]. Tertiò quicquid ſeruo diſtracto poſt venditionem acceſſerit ante traditionem, etiamſi ex donatione venditoris accedat, totum hoc
3 acquiri emptori[f]: vnde ex contrario ſequitur, quòd hic nunc intendimus, damnum

a l. 3. §. ex furtiua cauſa. de peculio. l. 1. §. cum ſeruꝰ. de his qui deiecerunt vel effuderunt.
b l. peculio actũ deducto. de pecul.
c d. l. pecuIiũ. §. ſiue autem ex contractu.
d l. ſi noxali. §. quod autẽ. de pecul.
e l. quarta. §. ex his appa-ret. de peculio.
f l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo. hoc tit.

damnum quoque per eum ſeruum contingens pertinere ad onns empto-
ris:hoc enim ſecundum regulam naturæ eſt [a]:ad has autem regulas redi-
gitur ſic,vt ex illis emanaſſe videatur reſponſum iſtud Africani ſubobſcu-
rum:vt ecce ſeruus quem vendidi & tradidi furtum mihi poſtea facit, non
aucto ex ea re furtiua peculio,non habebo hic eo nomine condictionem
furtiuam aduerſus emptorem nouum dominum peculiotenus [b]: idque ex
prima quam diximus regula. Si verò mihi furtum faciat, cùm adhuc meus
eſt,nondum diſtractus,ipſo iure cenſebitur per hoc diminutum eius pecu
lium,ad valorem rei furtiuæ, ex ſecunda regula, nec aliter mihi aduerſus
quenquam illius furti nomine eſt proſpectum, & hi ſunt duo extremi ca-
ſus,medius verò,ſiue mixtus erit,quem hic conſtituit Africanus; ſi meus 4
quidem [c] adhuc ſit ſeruus, ſed venditus tibi, cùm furtum mihi faceret,
cuius illud erit periculo & damno, præſertim ſi quod ſurripuit,omninò in-
terierit,ſic vt neque vendicare poſſet,neque de peculio tecũ agere, cùm
id non ſit locupletius,qua ratione non agerem tecum, etiamſi poſt tradi-
tionem ſerui & peculij ille furtum mihi feciſſet. Et hic Africanus reſpon
det, retentionem eo nomine ex peculio me habiturum ex ſecũda ſcilicet
regula,cui & hic locum adhuc eſſe,tuo tamen damno,æquum eſt:ſicut ex
tertia regula ad tuum emolumentum vocares,ſi quid illi ſeruo poſt ven-
ditionem acceſsiſſet.Neque hic mihi imputare poterit, quòd furem tibi
vendiderim,cùm poſt venditionem furtum factum ſit, quod etiamſi ante
eam factum eſſet,non tenerer ſiue illius ignarus fuerim [d], ſiue non [e]: nec
redibitioni eſſet locus ob furtum mihi domino factum, niſi promiſiſſem fu
rem non eſſe [f]: atque ita confectum eſt quod volui: nimirum minus me
tradere,quàm vendideram,dum ex peculio retineo quantum ex furti cau
ſa mihi abeſt.Sed hoc ita quidam [g] verum eſſe putat,ſi furtum factũ mihi
ſit ante moram tradendi commiſſam:quod ſanè magnam habet æquitatem:
quandoquidem poſt moram traditionis res ipſa quæ venditur periculo eſt
venditoris [h]:atque ita etiam damnum illatum à re vendita: ſi enim hic in
tempore tradidiſſem ſeruum,furtum illud mihi non feciſſet, neque faciẽdi
furtum tam expeditam occaſionem habuiſſet in alienam familiam transla-
tus.Sed quid ſi iam totum peculium cum ſeruo penes te ſit, quòd omnia
tibi tradiderit, hac retentione non vſus,erit ne alia aliqua via mihi conſul
tum?erit ſanè: nam hic condicere potero quaſi plus debito ſoluerim [i], e-
tiamſi totum peculium ſic tibi auferam,dum ſcilicet illud totum exhauri-
tur furto [k]:ſicut totum peculium eo caſu retinere potuiſſet.Et rectè dici-
mus hanc condictionem eſſe indebiti: ſolui enim tanquam adhuc in pecu
lio eſſet,quod tamen ipſo iure antequam traderem peculiũ exierat [l]: neq;
dicere poſſumus hanc eſſe furtiuam condictionem, qua conuenitur ſolus 5
fur & hæres eius, non dominus de peculio, ſi non ſit ex furto locupletius.
Quid autem, ſi peculium non ſufficiat,aut abſque peculio vendiderim ſer
uum,qui forte peculium non habebat, & antequam tibi traderetur mihi
furtum fecit, an hic omni auxilio deſtituar. Sunt [m] qui permittendũ mihi
putant, vt ipſum ſeruum retineam, donec emendetur furti,damnũ vel pro
noxæ deditione apud me venditorem relinquatur:& argumentum deſu-
munt à creditore,cui pignori ſeruus datus facit furtum [n]. Idem quoq; di-
ctum eſt [o] de ſeruo qui redibetur, ſi emptori nouo domino cum apud eum
eſſet,furtum fecerit. Sed an hæc ad ſpeciem propoſitam trahi poterunt?
creditor enim cui furtum fit à ſeruo pignorato,& emptor cui furtum fit à
ſeruo empto qui eſt in cauſa redibitionis,titulũ & cauſam poſſeſsionis ha
bent à debitore & venditore:ideoq; meritò ad hos pertinet damnũ furti.

At

a *§.cum autem emptio. Inſtit.de empt.*

b hac l.verſi. nam licet.

c *l.ſeruum emptor. C.de rei vendic.*

d *l.Iulianus.verſic.item qui furem. poſt princip. huc tit.*

e *l.ſi furtum. de edilitio edicto.*

f *l.quod ſi nolit.§.1. de edilit.edicto.*

g *Paul.Caſt.hic.verſic. nullius tamen.*

h *l.illud. de peric.& com. rei vendit.*

i hac l.verſic. etſi omne peculiũ.

k *Alberic.hic.*

l *d.l.ſi noxali.§.ult. alis.*

m *Paul.Caſtr.hic.verſic. quid autem ſi fuit venditus ſine peculio eſt.*

n *arg.l.ſi neceſſarias. de pign.act.quã citat Caſt. & textus apertus.in l.ſi ſeruus cõmunis vni ex dñis.§.his illud de furt.*

o *in eadem l.ſi ſeruus communis.§.idẽ dicendum.*

At venditor non habet cauſam ab emptore, ſed ei tribuit cauſam poſsiden
6 tis, etſi fortè ſeruus tertio alicui furtū feciſſet, à me tibi venditus, nondum
tibi traditus, noxali actione ego cōueniendus eſſem, qui ſeruum adhuc poſ
ſideo: aduerſus enim poſſeſſorem ea actio competit[a]. Sed hæc non obſtāt,
quo minus pro me venditore & hoc decidatur, ſaltem alia inſpectione, &
alijs fundamentis, quàm quibus creditori & emptori diximus ſuccurſum:
quæ licet hic deficiant, generalior tamen ratio ſubeſt idem concludens,
videlicet quòd ſicut omne lucrū quod ſeruo vendito acceſsit[b]: ita omne
damnum ad te emptorem pertinere poſt emptionem æquum ſit[c]: & ſic de-
lictū quod commiſerit ſeruus tibi venditus poſt venditionem ad te perti-
nere: ſicut alium quemcunque caſum ſuperuenientem, vtputa ſi forte fuge
rit[d]. & quamuis defenſio litis noxalis ſi alijs nocuiſſet ſeru⁹ adhuc mihi in-
cumberet tanquam poſſeſſori, cùm nondum tradiderim: euentus tamen
litis ad te pertinet, & in ea defenſione intelligor velut tuus procurator[e],
meæque curæ incumbit, vt videam quanti in minimo defungi poſſem, &
noxali actione liberari, ad tuum cōmodū, ſicut è diuerſo te emptorem fa-
cere æquum eſſet, ſi traditi ſerui nomine ipſe conuenireris noxali actio-
ne ex delicto ante venditionem commiſſo, quæ res ad meum ſpectaret pe
riculum, tibique curæ eſſe deberet, vt minimo quo poſſes me liberes[f].
Porrò de vna adhuc ſpecie dubitatum eſt, cùm ſcilicet tu ſeruo ademeris
7 & deinde conſumpſeris nummos quos mihi ſurripuerat, ſi bona fide id fe
ceris, exiſtimans peculiares eſſe, cùm eſſent reuera furtiui: ideoque non
in peculio g, an & hic mihi vllum remedium ſit aduerſus te. Et placuit[h]
condictionem eo nomine mihi aduerſus te dari, quaſi res mea ad te ſine
cauſa peruenerit, quæ alia eſt ſpecies condictionis, nomine & re diffe-
rens à ſuperiore: illa enim condictio eſt indebiti, & rerum peculiarium,
non furtiuarum: hæc verò eſt condictio ſine cauſa, & quidem nummorum
furtiuorum, qui ad te peruenerunt ſine cauſa, ſi rei veritatem libet inſpi-
cere, quamuis credideris te titulo oneroſo habere, partemque eſſe pecu-
lij empti: ſed in eo falleris, quia furto non augetur peculium, ſic vt quod
furtiuū eſt, fiat peculij, quod voluntate domini ſeruus habere debet, qua-
re cum ex meo locupletior ſis meo damno, æquum eſt vt à te poſsim con-
dicere[i]. Atqui conſumptis nummis ceſſare condictionem alio loco reſpō
ſum eſt[k], quamuis extantes vendicari potuiſſent, quærenda eſt igitur via,
qua hæc conciliemus: inter quæ non poteſt dici hoc intereſſe, quod hic
bona fide conſumpti ſint nummi[l]: illic verò mala fide, tùm quod æquius
ſit permittere condictionem pecuniæ cōſumptæ mala fide quàm bona, tū
etiā, quòd ſi illic mala fide creditori, qui filiofamilias mutuum dederat, pe-
cunia ſoluta conſumptaque ab eo eſſet, vtique condictio daretur[m], vt alio
loco[n], vbi conſumptionis pecuniæ non fit mentio, & conceditur domi-
no condictio: quod debet intelligi aduerſus poſſeſſorem malæfidei, quia
rem ſuam nemo condicit, niſi à fure & malæfidei poſſeſſore[o]. dicamus
ergo inter illa hoc intereſſe, quòd illic patrifamilias aduerſus credito-
rem condictio denegetur, quia pecunia creditori ſoluta non peruenerat
ad eum ſine cauſa, & quidem oneroſa, videlicet mutui, ſiue creditæ pecu-
niæ, quæ re vera ei aberat, & nunc ſoluta eſt: hic verò alijſque ſimili-
bus locis, vbi condictionem dari reſponſum eſt, peruenit pecunia mea
ad te, ſine cauſa, vt ſuperius demonſtratum eſt, eamque lucro debet aſ-
ſcribere, & adeò quidem ſine cauſa, vt non ſolùm non ſubſit vera ali-
qua cauſa, ſed nec voluntas mea, qui dominus eram furtiuæ pecuniæ, hic
concurrat ad eam in te aliquo erroneo titulo transferendam: alioqui ſi ta-
lis

a l. in delictis. §. ſi extraneus. l. noxalis autem. l. non ſolum. de noxa. act.
b d. l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo.
c d. §. cum autem emptio. & l. 3. C. de edilit. edict.
d d. §. cum autem. verſic. quod ſi fugerit.
e arg. l. venditor domus. hoc tit. & l. damni infecti. §. emptor. de damno infecto.
f l. emptorem. in princip. hoc tit.
g d. l. 4. §. ex his apparet. de peculio.
h hac lege. verſic. ſecundū quæ &c.
i l. ſi ſeruum. l. ſi me & Titiū. ſi cert. petat.
k in l. ſi filiusfami. verſ. ſed ſi fuerint conſumpti. ſi cert. petat.
l hoc verſic. ſecundū quæ. in verb. tu ignoras.
m Albert. ad princ. d. legis.
n in l. ſed etſi paterfamil. §. 1. in fi. ad Macedonia.
o l. vlt. vſufructuari⁹ quemodo caueat.

a arg. l. ſi ſeruus. §. ſeruum tuum. hoc tit.

lis aliquis putatiuus titulus hic ſubeſſet, cui credidiſſemus errorem abeſſe, illo ſanè non parum iuuari poſſes, ſaltē quod ad dñij translationē pertinet[a].

L. TERTIA. §. SI ITER. HOC TITVLO.

SVMMARIA.

1 *Seruitutes prædiorum non recipiunt veram traditionem vacuæ poſſeſsionis.*
2 *Quomodo traditionem ſeruitutum quidam intellexerint, & diſtinxerint à patientia vtendi.*
3 *Intellectus verborum:* Traditio planè & patientia inducit officium prætoris, *in l. 3. de ſerui. prædior. ruſt. contra Accurſium.*
4 *Intellectus verborum:* Itaque cauere debes, per te non fieri, quo minus vtar.
5 *Cur in negatorijs actionibus ſit cauendum.*
6 Mutiana cautio *quando præſtetur.*
7 *Argumenta quibus apparet venditorem ſeruitutum cauere non debere.*
8 *Communis opinio venditorem ſeruitutum cauere debere, & ſecundū eā interpretat⁹ Iabolenus in l. penult. de ſeruit.*
9 *Secundum communem opinionem non alia eſt traditio ſeruitutum, quàm continua patientia eu vtendi.*
10 *Quomodo intelligendum quod dicitur, non eſſe quem onerandum ſuperflue cautionibus.*
11 *Cur de ſe caueat venditor ſeruitutis.*
12 *Qui debet ſeruitutem, ad patientiam vtendi præciſe compelli poteſt, quamuis ſit facti.*
13 *Qui confeſſoria condemnatur, ſimili cautione oneratur, ſecundum communem opinionem, quod tamen nonnulli reſtringunt ad ſolam ſeruitutem oneris ferendi.*
14 *An vt ſeruitus per patientiam videatur tradita, requiratur ſcientia patientis.*
15 *Seruitus vſucapitur aduerſus ignorantem.*
16 *Vt quaſi poſſeſsio ſeruitutis conſtituatur, eaq; vſucapiatur, ab initio requiri ſcientiam domini vel poſſeſſoris fundi, ſecundum Fulgoſium.*
17 *Is qui à bonæfidei poſſeſſore fundum pignori accepit, habet Seruianam.*
18 *Cui ſeruitus conſtituta eſt à bonæfidei poſſeſſore, habet Publicianam.*

POSTVLAT nunc ordo, vt de rerum quoq; incorporalium, vtputa ſeruitutum, quæ & ipſæ venduntur traditione, vel quaſi, dicamus, hæ autem veram traditionem vacuæ poſſeſsionis non recipiunt[a]: & quamuis de 1
ruſticorum prædiorum ſeruitutibus hic locutus ſit Pomponius, nō tamen diuerſum putabimus ius in alijs vrbanorum prædiorum, ſed quia magis videri poterat, aliquam eſſe traditionem ſeruitutum, de quibus hic agitur, quod ſcilicet quamuis non eæ ipſæ, earum tamen exercitium expoſitū eſſet oculis hominum, dum videmus alios ire, agere, vehere, ideoque magis ad res corporales tendere videntur, in vrbanis verò prædijs omnia quæ ad ſeruitutes pertinent, longè minus oculis ſunt ſubiecta, & plerunq; negatiuæ ſunt in facto conſiſtentes, veluti altius non tollendo, luminibus non officiendo, &c. Si ergo ſeruitutum ruſticorum prædiorum, nulla verò traditio eſt poſſeſsionis vacuæ, multò minus erit aliqua ſeruitutū in vrbanis prædijs. At cur, inquies, ſeruitutū hic dicimus nullam eſſe traditionē, quam tamen diuerſis locis [b] Iuriſconſulti aliquam eſſe reſpōderunt, & quod magis mirandū, à patientia vtendi diſtinctam. Sunt qui putēt[c] traditionem de 2
qua illi locuti ſunt, ita fieri, ſi is cui ſeruitus conſtituitur, inducatur in poſſeſsionem fundi ſeruientis eo fine vt ſeruitute vtatur, demonſtrata parte fundi, quà eat agat, aut vehiculum ducat[d]: atque ita eum induci in poſſeſsionem, illamq; quodammodo tradi ad vſum ſeruitutis, ſed non tradi vacuam poſſeſsionem, vt quæ ab eo ipſo tenetur qui inducit & fundum ſuum ſeruituti ſubijcit: ſicut vſusfructus intelligitur conſtitui, & quodammodo tradi inducto vſufructuario in fundum cuius vſumfructum habiturus ſit[e], nec aliam eſſe traditionem harum ſeruitutū magis propriam, aut quæ propius accedat ad veram traditionem rerum corporalium: ideoq; à Iuriſconſultis vocatam traditionem ſimpliciter. Quòd ſi non inducat in fundi poſſeſsionem qui ſeruitutem alij conſtituit, fortè quòd nulla deſignatione eſſet opus alicuius partis fundi, per quam eatur, aliaue ſeruitus exerceatur, ſed ea pars alijs vicinis ſimilem ſeruitutem obtinentibus prius ſatis eſſet demonſtrata[f]: iam quaſi traditio erit per patientiam vtendi ſeruitute in eadem parte fundi qua alij vtūtur, ſiue expreſsis verbis ea poteſtas illi fiat, vt ſerui-

a l. quoties. 2. de ſeruitut. l. ſeruus. §. incorporales. de acquir. rer. dom.
b in l. ſi ego. §. 2. de pub. in rem action. l. 3. dare. de vſufruct. l. 1. de ſeruitut. ruſtic. præd.
c Paul. Caſt. hic. & latius Lōgouari⁹. ad l. imperiū. de iuriſd. omniū Iudic. in §. 4. partis ſui tractatus.
d l. ſi cui. de ſeruitut. l. certo generi. §. fin. l. ſi mihi conceſſeris. de ſerui. ruſt. prædior.
e d. l. 3. §. dare. de vſufru.
f l. qui per certum. communia prædior.

vt ſeruitute vtatur,ſiue tacitè toleretur abſque contradictione & impedi-
mento,quamuis & inter hæc nonnulli [a] diſtinguant,vt quæ apertis verbis
fit permiſsio,vocetur traditio.ſed nuda illa patientia vtendi ab eo qui ſcit
ſe obligatum,vt ita patiatur alium ire agere [b],ſit & dicatur, quàm ſi tradi-
tio,atque ita etiam in ipſis ſeruitutibus variæ ſint tradendi formæ, & alia
alijs magis propria.Ex quibus intelligi facilè poterit, quod alio loco [c] eſt
dictum. *Traditio planè & patientia inducit officium prætoris.*quod aliò torquet
3 Accurſius [d],vt poſt varias diuinationes,quæ nec ipſi authori ſatis placent,
tandem auſit inuertere verba Iuriſconſulti, eaque ſic interpretari, quaſi
dixiſſet,quòd officium prætoris inducat traditionem: vera autem ſenten-
tia hæc eſt,quòd emptio quidem ſeruitutis aut ſtipulatio inducat tantum
actionē perſonalē ad ſeruitutē cōſtituendā,& non officium prætoris quod
imploret emptor aut ſtipulator,vt venditor aut promiſſor patiatur eū ſer-
uitutem exercere,velut iā conſtitutam,ſi tamen traditio facta ſit, qualem
diximus inducto emptore aut ſtipulatore in fundum ſeruitutis gratia: aut
ſi patientia exercendi ſeruitutem aliquandiu præſtita ſit per venditorē ac
promiſſorem,qui intelligebant ſe ad hoc teneri,atque ita quaſi traditio fa
cta ſit,iam quidem emptori aut ſtipulatori competere in rem actionem
confeſſoriam,competere quoque interdicta poſſeſſoria, quibus cohæret
officium prætoris, quod in eo verſatur, vt is cogat eos ſimilia deinceps
pati,ſicut rei vendicationi cohæret officium iudicis aut prætoris, vt rem
quam apparuit eſſe petitoris,poſſeſſor ei reſtituat cum fructibus: ſed qui
empta tantum ſeruitute,vellet mox ad hoc officium prætoris confugere,
is ſanè tranſiret vnum gradum actionis ex empto,ſcilicet qua in primis a-
gere debuit,vt vēdita ſeruitus ei cōſtituatur per traditionē aut patiētiam,
& tunc deinde ſi in poſterū turbetur,inductum erit officium prætoris.

Non minorem quoque difficultatem habet quod hic ſequitur: *Itaque
cauere debes,per te non fieri, quo minus vtar*: hoc enim quamuis & Labeoni
viſum eſſet [e],Iabolenus tamen notaſſe videtur & voluiſſe,eam cautionem
non eſſe interponendum [f], vt etiam nouiſsimè quidem [g] cenſuit his ma-
ximè rationibus, quòd ſi adhuc duret actio ex empto, etiam poſt tradi-
4 tionem & patientiam aliquandiu præſtitam, vt venditor adhuc patiatur
emptorem ire,agere (vt ſanè videtur durare [h]) ſuperuacuum eſſet eo no-
mine adhuc cauere,& inutili multiplicatione promiſsionū & cautionum,
non eſſet onerandus venditor [i], & minimè quidem in initio venditionis,
cùm vel ipſa venditione ſeruitutis ſe ſatis paratum exhibet ius ſeruitutis
pati, quam ſi poſtea detrectare cœperit, in rem actione, ſicut alius qui-
uis ſeruitutem impedire volens, conueniri poterit [k], nec obſtare quod
& iudex iubet cautionem interponi [l]: nam peculiari ratione id facit in
ſeruitute oneris ferendi: ideoque id non trahendum in conſequentiam
5 ad alia ſeruitutum genera,addo quoque non obſtare, quòd etiam ex ne-
gatoria actione ſit cauendum [m]: nam vel ſolo nomine actionis doce-
mur, in eam id venire, ne fiat, quod nunquam perfectè impleri poteſt,
6 & ob id ſit meritò,vt cautione ſit opus [n]:ſicut Mutiana in legatis ſub con-
ditione, de non faciendo relictis [o]. Et in hanc opinionem (quod ſcili-
cet pugnantes ſint Iuriſconſultorum ſententiæ in eo,an cautio hæc à ven
ditore ſeruitutis interponenda ſit) non parum mouere videtur,quod ne-
gari non poſsit, quin in Iaboleni reſponſo [p] vera ſit correctio, quæ non
videtur in aliquo melius poſſe conſtitui, quàm in illo ipſo quod paulò
ante dixerat, *Labeonem putare,nimirum quod cauendū eſſet per te nō fieri rationi,*
& quamuis prima facie dici poſſet corrigi tantum rationē Labeonis, qua

a Fulgo. ad l. 1. in fine. de ſeruit. ruſtic. prædior.
b argum. l. 2. C. de acquir. poſſeſsion.
c l. 1. in fin. de ſeruit. præd. ruſtic.
d ibi in gloſ. vlt.
e in l. penult. de ſeruitut.
f in eadem l. penult. verſ. ego puto.
g Ioan. Corraſ. ad d. l. penult.
h Accurſ. hic. & ad l. 1. in fin. ad verbum patiētia. de ſeruit. ruſtic. præd. aliiſque multis. ad l. corruptionē. C. de vſufruct.
i arg. l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt legatorū nomine caueatur.
k l. ſi quis diuturno. §. 1. ſi ſeruitus vendic.
l in l. harum. ſi ſeruitus vendicetur.
m l. egi. ſi ſeruitus vendic.
n Fulgo. ad d. l. harum. in fin.
o l. Mutianæ. de condit. et demonſtrat.
p d. l. penult. in verb. ego puto.

motus eſt, vt diceret eſſe cauendum, ſcilicet quòd nulla eſſet huiuſmodi iuris vacua traditio, vt ſic arte & cautione conſequamur, quod eſt natura negatum, ſicut in vſufructu earum rerum, quæ vſu conſumuntur, cui directò repugnat quod Iabolenus dicit, ſe putare vſum eius iuris pro traditione accipiendum eſſe: attamen fixius inſpicienti apparebit, hanc conciliationem non ſufficere, tum quòd correcta legis ratione, corrigatur quoque lex, atque ita cum his Iuriſconſultis non conueniat de ratione, non conuenire quoque de eo quod principaliter deciditur, tum quòd ſtatim eodem loco ſubiungitur, *interdicta poſſeſſoria eſſe conſtituta*, quod eò videtur tendere, quaſi exiſtimet Iuriſconſultus, cautiones non eſſe neceſſarias, cùm aliter expeditiusque emptori poſt traditionem ſemel factam, qualem ſeruitutes recipiunt, poſſit eſſe conſultum, nimirum vt ſi nolit ad actionem confeſſoriam confugere emptor, ſaltem ex poſſeſſorijs edictis agat, in quibus tantum quæſtio eſt, an ſeruitutem exercuerit, non an id iure fecerit: quis ergo fructus eſſet huiuſmodi cautionis, quæ ad initium nouæ litis vocaret, & ad actionem ordinariã, cùm ſi vti ſeruitute prohibeat, promptiora ſint aduerſus venditorem emptori remedia, ex interdictis poſſeſſorijs [a]: aduigilet ergo emptor, & vtatur, ſi volet, ſuis remedijs confeſſoriæ in rem actionis, vel ex interdictis poſſeſſorijs, non autem oneret emptorem ſuperfluis cautionibus: quod ſi id fortè dicas, non ſatis proſpectum eſſe emptori interdictis illis poſſeſſorijs nihil ei valituris, ſi impediatur ire, agere, &c. antequam eo anno triginta diebus iuerit, mox ſcilicet poſt emptionem [b], reſponderi poſſet [c], quòd nec hoc caſu emptori inutilis erit actio ex interdicto, ſi modò eius autor in quaſi poſſeſſione eundi fuerit [d]. Et vt fortè aliquo caſu non competat poſſeſſoria actio, non tamen ob id ſequetur eſſe cauendum, cùm ſaltem in rem actio confeſſoria ſemper competat, & in rebus quoque corporalibus non ſemper poſſeſſorio iudicio licet agere: ſed interdum ad rei vendicationem veniendum eſt [e]. Sed hæc nos non dimoueant ab alia communius receptã ſententia, non negaſſe ſcilicet Iabolenum, quin cauendum ſit, ſicut & Labeoni viſum fuit: ſed ſolam eius rationem improbaſſe, qua motus dixit eſſe cauendum, hanc ſcilicet, quòd nulla ſeruitutum traditio eſſet: nam verè aliqua eſt, ſed ea ſemper imperfecta, etiam illa quam diximus proximè accedere ad traditionem rerum corporalium, ſi videlicet ſeruitutis gratia inducatur emptor in poſſeſsionem fundi ſeruientis, non enim vt corporalium rerum, ſic & ſeruitutum qualis qualis traditio vno momento, vel breui temporis ſpatio tota peragi poteſt: ſed quotidie quodammodo ſeruitus conſtituitur, dum vſus eius atque exercitium continuò permittitur [f], ſiue à venditore ſeruitutis eiuſque hæredibus ad hoc obligatis ex contractu, ſiue à ſingulari poſſeſſore prædij ſeruientis non obligati, ob id quod ipſe non contraxerit, imò communis tenet ſententia, non aliam eſſe traditionem ſeruitutum, quàm per continuam patientiam vtẽdi, & exercendi illam, quodq; non intelligantur dari aut tradi, niſi quatenus venditor aut promiſſor patitur [g]. Neq; ob id dicemus ſuperuacuam eſſe hanc cautionem, cùm illa aut ſimilis, videlicet quod emptori habere licebit, interponi debeat etiã rerũ corporaliũ nomine, quæ venditæ ſunt [h], quæ tamen recipiunt veram traditionem, vnde colligi facilè poteſt, quæ de traditione ſeruitutum, & poſſeſsionis interdictis ab Iaboleno dicuntur, nõ eò dirigi, quaſi ob id cautione nõ ſit vtendũ. cùm ola hæc multo euidentius in rebus corporalibus habeant locũ, quarũ tamen nomine cauendum eſt: ſed & hæreditatis venditor de ſuo facto cauet [i], qui tamen quod vendidit facilè

[a] l. prima, & toto tit. de itinere actuq; priuato.

[b] d. l. 1. verſic. ſiue igitur habuerit ius. de itinere actuque priuato.

[c] ex Baronis ſententia. ad d. l. penult.

[d] l. 2. §. Pomponius. In fin. ſi ſeruitus vendicetur.

[e] l. is qui deſtinauit. de rei vendicat.

[f] arg. l. 1. ſub finem. de vſufruct. accreſc.

[g] Loriotus axiomate 79. & 89. de eo quod intereſt.

[h] l. ex empto. §. & ex empto. hoc tit.

[i] l. 2. in ſi. princip. de hæred. vel act. vendit.

facilè tradit[a]. Nec obſtat quod de ſuperfluis cautionibus eſt dictum: nam id quidem verum eſt, non eſſe quenquam onerandum cautionibus omninò & euidenter ſuperuacuis, illis ſcilicet quæ committi non poſſunt[b]: quæ verò poſſunt committi, & ex quibus aliquando agi poteſt, ſuperuacuæ nõ ſunt, etiam ſi tacitè inſit negotio aut contractui, id quod per illas exprimi-
11 tur: ita vt & omiſsis illis actio competere potuiſſet[c]. At quid eſt, inquies, quod de ſe cauet venditor ſeruitutis[d]? an quod per alium patientiã illã aut ſeruitutem præſtare non poſsit, vt quam non poteſt debere niſi is qui ha-
12 bet prædium ſeruiens[e], ideoq́ue ad eam patientiã, quamuis facti videatur, præciſè compelli poteſt[f], etſi ſua mora vel culpa deſierit poſſe præſtare, tenebitur in id quod intereſt[g]: ſi verò vẽdiderit prædium ſeruiens ſeruitute conſtituta, contra emptorem fundi ſeruientis, competet emptori ſeruitutis actio in rem, ſi vtentem ſeruitute impediat, atque etiam ſimili cautione prouidebitur emptori ſeruitutis ab emptore fundi ſeruientis, ſi hunc confeſſoria actione condemnati ſemel contigerit, ex communiore
13 ſcilicet ſententia, eorum qui cautionem putant interponendam iudicis officio, quarumlibet ſeruitutum nomine, quas ex confeſſoria actione declarat competere, quod tamen nonnulli reſtringunt[h] ad negatorias, vt caueat de non vſurpanda ſeruitute, & in confeſſorijs ad eam ſolam quæ
14 eſt oneris ferendi. An autem hæc patientia, in qua ex vnius partis vſu ſiue exercitio ſeruitutum, ex alia parte conſtituimus quaſi traditionem earum, neceſſariò deſideret ſcientiam illius qui cẽſetur patiendo tradidiſſe, tam variãt opiniões, vt difficilis videatur electio verioris, cõmunius enim & ab antiquo eſt creditũ ſcientiã requiri[i], & id nouiſsimè quidã conſtãter affirmant[k], aduerſus nouam alterius opinioné[l], qui niſus eſt defendere ſcientiam non eſſe neceſſariam, ſed quod ſicut in ſeruitutibus accipimus inuitũ qui nõ conſentit[m]: ita pati eum dicamus, qui non impedit, ſiue ſciat, ſiue ignoret: quam opinionem multum iuuari aliquando putaui ex eo Iuriſconſulti reſponſo[n], quo præſupponitur, quòd & is qui ignorat ſeruituté ſuo prædio cõpetere, non vtendo amittat eam: ſed non neceſſario inde ſequitur, quòd & contra ignorantem ius ſeruitutis vſu acquiratur: libertas enim fauorabilior, quæ reuiuiſcit eo ſolo, quòd aduerſarius ſeruitute non vtatur, & ſic res redit in priſtinã libertaté, quamuis nõ negauerim quin et
15 ſeruitus vſucapiatur aduerſus ignorantem, ac tantum nõ impedienté, dum fortè neſcit ſeruitutem in ſuo prædio exerceri: ſcilicet ſi ab alio quàm à vero domino prædij ſeruiẽtis bona fide ius ſeruitutis ſe acquiſiuiſſe putet qui illud exercet[o]. Sed hæc quæſtio in vſucapione ſeruitutũ locum habere poteſt: traditionem verò earum non video quomodo feciſſe dicatur aut intelligatur is qui ignorat, aut cur maioris roboris ſit illa nuda patiẽtia quæ præſtatur non impediendo in ſeruitutibus incorporalibus, quàm in rebus corporalibus venditis, quas non cenſetur venditor patiendo poſsideri tradidiſſe, niſi ſciente eo emptor in poſſeſsione fuerit[p]. Nec hic prætereundum duxi nouam illam conſiderationem quam ſibi occurriſſe dicit Fulgoſius[q]: quæ habet apparentem rationé: putauit enim quòd ſciẽtia do-
16 mini vel poſſeſſoris fundi ſeruientis requiratur ab initio, ad hoc vt quaſi poſſeſsio ſeruitutis conſtituatur, & vſucapio currere incipiat: cùm autem ſemel fuerit cõſtituta hæc quaſi poſſeſsio ex patientia iuſti aduerſarij, non requiri ſcientiam in ſucceſſore eius, contra quem procedat vſucapio: neq; enim poſſeſsionem ſemel rectè conſtitutã dices interpellari aut interrũpi per ignorãtiã illius cõtra quem decurrit vſucapio: atq; idẽ eſſe in corporalibus reb⁹: nã & in his ſcientia eius qui proximè poſsidebat ante vſucapioné

a l. qui tibi. C. de hered. vel action. vendit.
b d. l. hac ſtipulatio. §. diuus, l. non cogendum. §. vlt. de procurat.
c l. 3. in fin. vſufruct. quem adm. caueat.
d hic in verb. parte non fieri.
e §. ideo. Inſtit. de ſeruitu.
f l. ſicuti. §. diſtant. ſi ſeruitus vendic.
g l. ſi vſusfruct. vtibi in his nium. de vſu & vſufruct. legat.
h Fulgo. ad l. harum. & ad l. egi. ſi ſeruitus vendic.
i arg. l. 2. C. de ſeruit. & l. 2. C. de aqu. poſſeſſ.
k Io. Cor. ad d. l. penult. de ſeruit.
l Longouarij ad d. l. imperium. loco præall. quem ſequitur Baro. ad d. l. penult. de ſeruitut.
m l. inuitum. de ſeruit. vrbanor. prædior.
n in l. in vendendo. §. ſi cum. de contrah. emptio.
o l. vlt. in fin. C. de long. tempor. præſcript. Paul. Caſtr. ad l. ſeruitutis. de ſeruitut.
p l. 2. in fi. in gloſ. ſi ſciẽte, &c. C. de acquir. poſſeſ. l. ſi ex ſtipulatione. de acquir. poſſeſ. ff.
q ad d. l. penult. de ſeruit. circa med. verſic. omnino tum noua conſideratio eſt.

 ab alio

ab alio inchoatam omninò requiritur, vel ob hoc ne videatur cœpiſſe clam poſsidere, quæ vitioſa eſt poſſeſsio, ſed non eſt neceſſarium vt illius ſcientia cõtinnò perſeueret, & duret, neq; oporret, vt cùm iuſtè poſsidere cœperit, quo ad illum à quo cauſam & titulum habet ſuæ poſſeſsionis, nõ vi, non clam, non precario, quòd ſic qnoque non habeat clam ijs omnibus, contra quos vſucapiar, aut præſcribat. quemadmodum enim ſi is qui alienum fundum bona fide poſsidet, illum det pignori ſuo creditori, hunc 17
æquè tuebitur prætor per actionem Seruianam, ſicut debitorem per Publicianam [a], ita quoque ſi ſeruitutem conſtituerit poſſeſſor fundi, qui verè illius dominus non eſt, publiciana actio dabitur ei, cui ſeruitus eſt conſtituta, ſeruitutis nomine, ſicut fundi poſſeſſori eius autori daretur no- 18
mine fundi [b].

a l.ſi ab eo. de pignorib.

b l.ſi ego.§.1.de public. in rem action.

CAPVT REM VENDITAM LIBERAM TRADI DEBERE.

SVMMARIA.

1 *Non tantum non poteſt reticeri ſeruitus qua prædium venditum oneratum eſt: ſed nec qua melius eſt.*

SEQVITVR ordine aliud caput huius actionis, quòd liberam rem tradere oporteat, ac tantum tradidiſſe eam, & in vacuam poſſeſsionem induxiſſe non ſit ſatis, liberam, inquam, à ſeruitutibus, tributis, annuo reditu ſiue vectigali, alijsq; oneribus, de quo ſunt aliqua tam huius tit [a]. quàm aliorum [b], huc pertinentia reſponſa, nunc nobis explicanda: & primò quidem reticeri non tantùm non poſſe eam ſeruitutem, qua prædium vẽditum oneratum eſt: ſed nec eam qua melius eſt, & qua alij vicino prædio domi- 1
natur, alio loco diximus [c]. Ex iſto autem capite plerunque cõſultum eſt emptori aduerſus venditorem, & interdum huic aduerſus emptorem, ſi videlicet liberum tradiderit prædium venditum, quod impoſita & retenta ſibi ſeruitute tradere potuiſſet, quod quia multò rarius fit, in primis explicabimus, vt nunc continuo ſermone agamus, de eo quod frequentius eſt, quomodo conſulatur emptori, quem celata ſeruitute aliove onere decepit venditor.

a l.1.§.venditor.l.ſi ſterilis.§.ſi prædij.l.ſi quis fundum emerit.l.creditor fundum.§.1.huius tit.

b l.cum venderes. de contrah. emptione.l.penult. de euictione.l.ex his prædijs, C.eodem tit.

c ad l.in venden.§.ſi cum ſeruitus. de cõtrah.emp.

L. SI TIBI LIBERVM.

SVMMARIA.

1 *Seruitus aliquando neceſſario confunditur & extinguitur, & iterum debet imponi.*
2 *Datur aliquando actio ex vendito, vt ſeruitus imponatur. Item condictio incerti & indebiti.*
3 *Quando debitum aliter ſolutum eſt, quàm debebatur, datur condictio indebiti.*

FIT interdum, vt legato aliquo prædio ſubtili iuris ratione, confundatur & extinguatur ſeruitus, ſic vt præuideri nõ poſsit nec euitari, quin confundatur, dum apud vnum eundemq́ue aliquo tempore dominium eſt 1
vtriuſque fundi, & dominantis & ſeruientis: res enim ſua nemini ſeruit [a]: ſed tunc obſtat doli mali exceptio legatario, ſi non patiatur eam ſeruitutem iterum imponi [b]. hic verò contingit ex contractu venditionis rẽ venditam tradi quidem liberiorem, quàm tradi debuerat, ſed id à venditore 2
ſui iuris bene memore præuideri potuiſſet & euitari: fit enim ex errore, & interdum iuſtiſsimo, vt ſi hæres venditoris, qui ſibi ſeruitutem aliquam in venditione exceperat, illius exceptionis ignarus, tradat liberum prædiũ hæredi emptoris, vel ſi id ipſe venditor feciſſet, fortaſsis immemor ſeruitutis exceptæ, & quam in venditione etiam non ſatis erat excepiſſe, niſi in traditione ea ſeruitus imponeretur: quo caſu venditori competit in pri-

a l.vel fruſ.ſi vſusfruct. petatur.

b l.Papinianus. de ſeruit. l.legatum eſt.§.vlt. de legat.1.l.is cuius.l.cum filius.§.dom°. de legat.2

in primis actio ex vendito vt ſeruitus imponatur [a]: & præterea condictio incerti [b], quam plerique exiſtimant [c] vnam eſſe actionum ſpeciẽ. Alij [d] ad condictionem indebiti referunt, quaſi plus debito ſolutum ſit, quod incertum & indebitum repetitur [e]: neq; enim malè hæc ſimul ad vnã eandemq; actionem iunguntur & componuntur: cùm etiã Iuriſconſultus alicubi illa coniunxerit, vt non magnopere putem laborandum in diſtinctione illorum, quæ vt non male conſonantia Iuriſconſultus cõiunxit: & cum etiam locus ſit condictioni indebiti, vbi quod ſolutum eſt debitum quidem erat, ſed aliter eſt ſolutum, quàm debebatur: vtputa non exacta cautione, quæ exigi poterat [g]: vel non facta pro impenſis retentione rei quæ fieri poterat [h]: & ad eundem modum hic quoque non retenta ſeruitute quæ imponi debebat.

a l. ſi binarum. de ſeruitu. vrban. præd. et hac l. ex vi dictiõis implicatiua. C. etiam incerti.
b vlt. hac. d. l. ſi binarum. l. ſed etſi me putem. §. cũ iter. l. ſi fund. de condic. indeb.
c Bart. & alij ad d. §. cum iter.
d Fulgo. ibi.
e d. l. ſi fundi, iuncta. l. vbi autem non apparet. §. fundi certi. de verbor. obligat.
f l. qui exceptionem. §. ſi pars. in fin. de condict. indebiti.
g l. ſi quis cum à fideicommiſſario. de condict. indebiti.
h d. l. qui exceptione. §. ſi pars.

L. PRIMA. §. VENDITOR.

SVMMARIA.

1 *Si euincatur vſusfructus, perinde agitur, ac ſi res euicta eſſet.*
2 *An prædium præſtari liberum debeat, etiamſi nihil condictum ſit.*
3 *Hæres non tenetur ob ſeruitutem legati fundi, niſi legatus ſit, vt optimus maximus eſt.*
4 *Ob ſeruitutem tenetur venditor quanti minoris, etiamſi ignorauerit.*
5 *Si proteſtetur venditor bona fide de ignorata ſeruitute ſe nolle teneri, non tenebitur.*
6 *Interpretatum reſponſum Celſi, in l. cum venderes, de contrah. empt.*
7 *Si fundus, vti optimus maximus eſt, vẽditus ſit, & ſeruitutem debeat, an redhibitioni locus ſit.*
8 *Ob temerariam aſſertionem venditoris redhibitoria aliquando locum habet, quæ aliàs nõ competeret.*
9 *Seruitutis prædialis nomine nunquam agitur de euictione.*
10 *Venditor qui callidè tegit ſeruitutes, tenetur quantumcunque ſit proteſtatus ſe nolle teneri.*
11 *Generalis promiſſio libertatis non extenditur ad ea quæ tempore contractus euidenter apparent.*
12 *Emptor vt nomine ſeruitutis agat, debet eam ignoraſſe.*
13 *Quando denunciatio requiritur, non ſufficit ſcientia eius cui ea fieri debebat.*
14 *Emptor euictionis, litem debet venditori denunciare, etiam ſi aliter certus ſit.*

ALIA vſusfructus, alia verò ſeruitutum vrbanorum aut ruſticorum prædiorum hic ratio eſt: ille enim ſi euincatur, pro bonitate fructuũ æſtimatio facienda eſt: & cùm pars dominij ſit, eo euicto, cenſetur res e-
1 uicta [a]: vt alio loco [b] diximus latius: quoties verò de ſeruitute agitur, victo tantum præſtare debet, quanti minoris emiſſet emptor, ſi ſciuiſſet eam impoſitam [c]. Porrò de vſufructu notiſsimum eſt, venditorem præſtare debere ne euincatur: etiamſi id condictum non ſit [d], aut ignorauerit venditor. de ſeruitutibus verò prædialibus num idem iuris ſit, liberum ſcilicet prædium etiamſi non dicatur, præſtari debere, plus habet dubitationis: nam ex
2 quodam reſponſo Celſi [e] prima facie apparet, ſi non dixerit venditor ſe fundum vendere, *ita vti optimus maximusq; eſt*, de ſeruitute eum omninò nõ teneri, dixit enim eo caſu Quinto Mutio placuiſſe non liberum, ſed qualis eſſet fundus præſtari oportere, quod ſic interpretatur quidam [f], vt illud etiam putet ſufficere, quaſi venditor ignorans ſeruitutem, & non aſſerens
3 fundum eſſe liberum, teneri non debeat exemplo hæredis, qui ob ſeruitutem legati fundi non tenetur, ſi non ita legatus ſit, vti optimus maximuſq; eſt [g]: quod hac quoque ratione ſuaderi poteſt, quòd fundum quamuis ſeruientem habere tamen liceat & poſsidere: non verò illum cuius vſusfructus alienus eſt, cùm vſufructuarius ipſe tenere & colere eum debeat, non ex manibus proprietarij colentis percipere fructus [h], eamque rationem eſſe diuerſitatis, cur alio [i] loco de ſeruo fure non teneri venditorem, de fugitiuo teneri etiam ignorantem Iuriſconſultus dixerit. Sed ab hac opinione meritò receſſum eſt, tum quòd generaliter ſit reſponſum [k], obſer-

a l. ſed etſi quid. §. vſusfru. de euictionib.
b ad l. in vendendo. de cõtrahend. emp.
c l. quoties. de edilit. edict.
d d. l. in vendendo. in princip.
e in lege cum venderes. de contrahend. empt.
f Fulgoſ. ibi.
g l. ſeruo alieno. §. ſi fundus. de legat. 1.
h l. fundi Trebatiani. de vſu & vſufruct. legatis.
i l. Iulianus. §. item qui furem. verſic. differentiæ ratio. hoc tit.
k in l. quoties. de edilit. edicto. in l. ſed etſi quid. §. ſi vſusfructus. in fin. de euictionib.

ob ſeruitutem teneri venditorem quanti minoris,quaſi omni modo ſic te-
neatur,etiam ſi ignorauerit eam conſtitutam,tum quod per proteſtationẽ 4
bona fide factam liberetur venditor eo periculo,ne de ſeruitute teneatur,
ſi ita dixerit,nulla quidem ſeruitus debetur, verùm ne emergat inopina- 5
ta,non teneor [a]:qua tamen proteſtatione minimè opus eſſet, ſi ſola ſe ig-
norantia tueri poſſet,& ſanè non intereſt emptoris, cur fallatur,an igno
rantia venditoris,an calliditate: potuit enim & debebat de re quam ven
debat hæc nota habere [b]. Ad Celſi autem reſponſum [c], quo contrarium
videtur reſponſum,reſpondet ibi Accurſius, inuertendo ibi verborũ or-
dinem, & negatiuam orationem hanc: *Non dixiſti, Vti optimus maximuſque
eſt*,in hanc affirmatiuam:*dixiſti non Vti optimus maximus*, vt ſic ſcilicet te vẽ
ditorem periculo emergentis poſtea ſeruitutis liberet & exoneret prote
ſtatio tua: quæ quidem interpretatio etiam Alciato [d] viſa eſt dura, neque
id ipſe ſequitur,quod ita demum oporteat & ſufficiat fundũ tradere qua-
lis eſt,ſi ea proteſtatione vtatur vẽditor, verùm etiam ſi ignorans vendat,
nulla proteſtatione addita: quod ergo Celſus dixit,oportere fundum tra- 6
di qualis eſt,ita intelligi debet, vt venditio impleta nõ reſcindatur ob ſer-
uitutem poſtea emergentem,neque redhibitoriæ actioni locus ſit,quando
ignorãs vendidit,ſed quòd manente venditione,vẽditor ignorans empto-
ri ignoranti teneatur quanti minoris [e] vel ex empto [f]. Quòd ſi additum 7
forte eſſet *optimum maximumq́; Vendi*,tunc putat Alciatus ad reſciſsionẽ cõ
tractus agi poſſe,tanquam fides à venditore ſeruata non ſit: & ex ſua par-
te contractum non impleuerit: quod num ita ſit, dubitari poteſt. nam ſic
non fuiſſet difficile inuenire facti ſpeciem,in qua vendito fundo,redhibi-
toria actio habeat locum,neque recurrendum fuiſſet ad illam tam raram,
ſi fundus ſic præſtitus eſſet,vt non expediret habere [g]: frequentiſsimũ e-
nim locum haberet redhibitio in prædijs ob celatam ſeruitutem, maximè
cùm hodie id in vſu ſit,vt in inſtrumentis venditionis prædiorum, expoſi-
tis aliquot oneribus promittat venditor cætera abeſſe,aliorumq́; omnium
nomine de euictione promittit,tolerari fortè melius potuiſſet, ſi dixiſſet
Alciatus,quòd vendito fundo,vti optimus maximusque eſt, ſi ſeruitus a-
liqua emergat eo nondum tradito, vel pretio nondum ſoluto ab empto-
re,recipi non debere,nec pretium ſolui,niſi obtinuerit venditor ſeruitu-
tem extingui [h]:ſed durius eſſet, quòd contractu vtrinque impleto, ſi tunc
emergat ſeruitus,poſſe contractum reſcindi,ac ſatis eſſe videtur, vt quan
ti intereſt emptoris ex empto poſſet agi, quamuis interim negari nõ poſ-
ſit,quin interdum ob aſſertionem temerariam, & iudicationem vendito- 8
ris, redibitoria habeat locum,vbi ea non facta,& defectu poſtea cõper-
to,redibitioni nõ fuiſſet locus [i]:illud certè conſtat,quòd ſeruitutis prædia-
lis nomine, quæ nec vendita eſt,nec pars rei venditæ, ſed tacitè tantum 9
accedit, de euictione non agi [k]. Et hactenus in genere de ipſis ſeruitu-
tibus, quæ quo modo non indicatæ, quam actionem tribuant emptori:
nunc pauló fuſius explicemus,quæ ad perſonarum conditionem pertinẽt,
& quidem venditorem ita maximè teneri diximus,ſi ſciens prudenſq́; ſer-
uitutem celauerit,hoc eſt, ſi vel non admonuerit emptorem,vel quod de-
terius eſt,ſi ſeruitutem deberi negauerit: ignorantem quoque vẽditorem
teneri diximus, niſi ſecuritati ſuæ proſpectum cupiens, bona fide dixe-
rit, ſi quæ ſeruitutes debeantur, ſe nolle teneri:qua tamen proteſtatione
ſciens venditor non iuuaretur [l], ſiue ita ſeruitutes tegere ſtuduerit,vt di- 10
ceret nullas deberi, etſi qua emergat, ſe nolle teneri [m]: ſiue generalibus
verbis indicauerit aliquas deberi: ſed non deſignauit nominatim eas,
ne gra-

a hoc. §. venditor. verſic. ſed etſi proponas.
b l. 1. §. cauſa. de edilit. edicto.
c d. l. cùm venderes.
d ad l. qui vti optimè. in fin. de verbor. ſign.
e d. l. quoties. de edilit. edictn.
f l. in venditione. hoc tit.
g l. etiam in fundo vendito. de euictionib.
h arg. l. ex his prædijs. C. de euictionib.
i l. ob quæ vitia. §. in ſumma. de edil. edict.
k l. penult. de euictio.
l hic in verſic. ſed etſi proponamus. & in l. emptorem. §. denique. hoc tit. l. qui libertatis. §. pen. de euictio.
m vt hoc.

ne grauiores deterrerét emptorem, vtpote ſic, *Itinera actusque quibus ſunt, vtiq; ſint* [a]: ſiue deniq; callidiore adhuc conſilio nominatim exceperit aliquam ſeruitutem fortè leuiorem, & reliquas ſi quæ eſſent, cum vtiq; ſciret eſſe alias, reiecerit in emptorem [b]: ſic enim fraus in paruis ſibi viam præſtitit, vt in maioribus maiore emolumento fallat. Quòd ſi fortè nihil prædixerit venditor, ſed tam euidenter apparebat ſeruitus, vt ignorari nõ poſſet, vtpote ſi viderit emptor tigna vicini immiſſa in parietem domus quam emebat, ſi viderit aquæductum quo excipiebatur vicini aqua, non tenebi-
11 tur [c]: generalis enim promiſsio libertatis, non ſe extéderet ad ea quæ tempore contractus euidenter apparent [d], & quod ipſo facto demonſtratur, non debet verbis pronunciari [e]. Emptor autem, vt quæ diximus in eo obtineant, debet ſeruitutem ignoraſſe, quandoquidem nec ob euictioné rei
12 venditæ poſſet agere, ſi ſciens à non domino emiſſet [f]: multò minus ergo de ſeruitute aget quam non ignorauit, neq; certiorari debuit emptor qui non ignorauit, ſufficit enim ſcientia eius ad excludendum venditoris do-
13 lum, qui ſcienti non ſit, ſed non habet ſola ſcientia vim denũciationis aut interpellationis: ideoque vbi hæc requiruntur, minimè illa ſola ſufficeret, veluti ne adultera nubat [g]: aut in lite euictionis emptori parata, quæ etiam
14 ſcienti venditori eſt denuncianda, vt emptorem defendat aut defenſionibus ſuis inſtruat [h].

a d.l. qui libert.vio. §. pen. verſi. ſicuti qui fundum.

b l. quæritur. §. ſi vẽditor. de ædil. edict. l. Iulianus. §. idem Iul. dol. hoc tit.

c Alberic. hic latè verſic. vlt. quæro.

d l. ea quæ commendañ. §. quædam. de contrah.

e l. ſi tamẽ. §. ei qui ſeraẽ. de ædil. edict.

f l. ſi fundum ſciens. C. de euict. l. ſi fratres. in fin. verſi. nam ſi fundi. cõia vtriuſq; iudic.

g l. denunciaſſe. in princi. ad l. Iul. de adult.

h l. ſi plus. §. mota. de euict. l. emptor. & ibi glo. C. eod. tit. l. qui abſentem. de procurator.

L. SI QVIS FVNDVM EMERIT.

SVMMARIVM.

1 *Dari actionem ex empto, ſi emptor poſſeſſorio iudicio de ſeruitute victus ſit, licet ſtipulatio, fundum liberum tradi, nondum commiſſa ſit.*

QVOD de ipſa re vendita diximus [i], vacuam eius poſſeſsionem nõ intelligi traditam, ſi non queat in lite de poſſeſsione eius emptor eſſe ſuperior, ita nunc hic reſpondet Vlpianus, non intelligi rem traditam eſſe liberam, ſi vel poſſeſſorio iudicio [k] nomine ſeruitutis victus ſit emptor,
1 præſertim ſi ſic emerit, quaſi per eum fundum eundi agẽdi ius nõ eſſet, hoc eſt, cũ expreſsione & affirmatione venditoris de libertate fundi, imò & cũ expreſſa ſtipulatione emptoris de euictione ob ſeruitutem, ſi quã fortè in lucem emergeret, vt hic ſubdubitans dixit Fulgoſius, ea ratione motus, quòd Vlpianus hic dicat ſtipulationem de euictione ex euentu poſſeſſorij iudicij propterea non committi, quod non eſſet pronunciatum de iure ſeruitutis, per in rem actioné, ſcilicet confeſſoriam, ſed tantùm de quaſi poſſeſsione eiuſdem, quaſi à contrario ſenſu voluerit: Quòd ſi de iure ſeruitutis eſſet pronunciatum, victuſq; emptor confeſſoria in rem actione, tunc commiſſam cenſeri ſtipulationem de euictione: quod tamen nondum ſic verum eſſet, ſi de ea ſeruitute hic eſſet locutus, quæ tacitè tantùm aut ſine ſtipulatione accedit [l], aut quæ abeſſe debet. Præſupponitur ergo nominatim ſuper ipſa etiam ſeruitute interpoſitam eſſe ſtipulationem, & vtut hoc fuerit, ſaltem aliunde conſtat actionem ex empto competere, vbi ſtipulatio de euictione nondum eſt cõmiſſa, nec eſſe differẽdam eam actionem, donec committatur ſtipulatio: quæ aliquando poſsit id ipſum comprehendere, cuius nomine ex empto agitur ante ſtipulationem cõmiſſam [m], quod hic eam habet rationem, quòd aduerſarius emptoris, in illa quaſi poſſeſsione ſeruitutis quã obtinuit, tuẽdus ſit, donec de iure ſeruitutis fuerit cognitum atque deciſum: & ſic nunc ſtatim cœpit intereſſe emptoris, & ſubeſt materia ex qua detur ei actio ex empto, quod emptam rem nequeat liberã tenere, quamuis per eam ſententiam poſſeſſorij iudicij nondum apparuerit con-

i ad l. emptorẽ. §. j. hoc tit.

k ex l. j. de itin. actuſq; pri.

l l. pen. de euict.

m l. ſi ſeruũ mihi ignorãti. l. ſeruum quẽ. §. vl. hoc ti.

rit contrarium eius quod in ſtipulationem fuit deductum, nimirũ per eum fundum eundi agendi ius alij eſſe, & minimè quidem hoc apparuit, ſi ex priore tantùm capite interdicti illius de itinere actuque priuato, victus ſit emptor: in quo nulla fuit de iure quæſtio, ſed de facto, an iuerit, nec ne [a]. Sed etſi ex ſecundo capite illius interdicti de itinere actuque reficiendo emptor victus ſit [b], adhuc optinent quæ hic dicuntur: quamuis enim iam cognitum ſit, non tamen pronunciatum quicquam ſuper iure ſeruitutis.

a d.l.j.§.hoc interdicto.de itine. actuq; priuato.
b in l.vnde. §.ait prætor. eod.tit.

L. SI STERILIS. §. SI PRAEDII VENDITOR.

SVMMARIA.

1 *Interpretatio verborum*, Si prædij venditor nõ dicat de tributo.
2 *Quando vẽditor aſſeuerat tributũ minus eſſe quàm re vera eſt, etiam ignorans tenetur.*
3 *Interpretatio verborum*, Sciens tenetur ex empto.
4 *Interpretatio verborum*, Quod ſi ignorans nõ prædixerit, non tenetur.
5 *Cur venditor tacens de tributo, ignorans non teneatur.*
6 *Apud omnes prouincias non eadem fuit ratio tributorum.*

HACTENVS de ſeruitutibus quæ priuatorum conuentionibus vel teſtamẽtis imponuntur: Nunc quod hic de tributis & tributarijs prædijs reſpõdit Paulus, explicemus. *Si*, inquit, *prædij vẽditor nõ dicat de tributo*: 1
hoc eſt, ſi omnino de illo taceat, & nõ ſolùm nõ dicat quantũ debeatur, ſed nec an debeatur. Quibus verbis ſic expenſis, cõciliari facilius poterit hoc reſpõſum cũ ea conſtitutione [c], quæ planè contrariũ habere videtur, teneri ſcilicet venditorem, ſiue ſciuerit ſiue ignorauerit quanti minoris emptor emiſſet: nã is dixerat de capitatione & tributo, hic verò nihil dixit. Quan- 2
do autem venditor dicit de tributo, illudque aſſeuerat eſſe minus quàm re vera eſt, non iniquum eſt teneri ignorantem: nam non debuit facile quod ignorabat aſſeuerare [d]. Quod ſequitur in reſponſo pauli, *Sciens tenetur ex* 3
empto, ita intelligendum eſt, vt non grauius ei hoc ſit quàm teneri quanti minoris, quæ vna actionis ex empto ſpecies eſt: Nam ſic tantùm & nõ grauius tenetur is venditor qui de tributo dixit, aſſeruitque minus eſſe vero: cum quo tamen videretur durius agi poſſe, quod & temeraria aſſertione ſua emptorem læſerit, quàm cum eo qui ſciens tacuit. Alterum diſtinctionis membrũ Pauli ſequitur, *Quod ſi ignorans non prædixerit, non tenetur*: quod 4
quidem vt aduerſatur ſuperiori membro eo modo intellecto vt iam diximus, neceſſe erit ita accipere, vt ignorans venditor non ſolùm non teneatur ad externa detrimenta, quæ fortaſsis ignoratio tributi traxit ad emptoris diſpendium, ſed nec in quantum ſi ſciuiſſet ab initio minus dediſſet pretij: quod tunc nõ caret difficultate, præſertim cum ob tributum non ſolutũ diſtrahi prædium à fiſco poſsit [e], atque ita euinci vt habere non liceat [f]. æquius ergo videretur venditorem ignorantem non facere lucrum, nec plus pretij nomine accipere aut retinere, quàm res verè valet: ſed remittere ex pretio aliquid ratione oneris tributi, quàm quod emptor ignarus maneat in damnũ. Accurſius ad hæc ita reſpondet [g], quòd ex quo prædiũ erat 5
prouinciale, emptor ſcire debuit eſſe & tributarium, quaſi omnia prouincialia ſint & tributaria [h], vnde & ſtipendiaria dicuntur [i], & vectigales fundi agri [k]. Neque enim, inquit Cornelius Tacitus lib. 2. & Alciatus refert ad l. ager.§.ſtipendium.de verbo.ſignifi. quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neq; ſtipendia ſine tributis haberi queunt: quamuis incognitum non ſit, quòd inter prouincias, quod ad tributa prædiorum attinet plurimũ interſit, & ab antiquo intererat, vt de Sicilia ſcripſit Cic. [l] 6
Inter eam cæteraſque prouincias in agrorum vectigalium rationibus intereſſe,

c l.ſi minor. C.eod.tit.
d l.Iulianus. §. quod autẽ diximus.eod.tit.
e l.pen. de reſcind. vendit.
f d l.Iulianus. §. qui furem. in verſic. differentia eatib.
g ad d.§.item qui furẽ.in glo quãti minoris. verſi. ſecũdus eſt in prædio tributario.
h l.vlt. C.ſi cenſus vel redditus.
i in.§.per traditionem. de rerum diuiſ.
k vt in tit.ſi ager vectig.
l Actione in Verrem.5.

tereſſe, quòd cæteris aut impoſitum vectigal eſſet certum, quod ſtipendiarium dicitur, quaſi victoriæ præmium, aut pœna belli, aut cenſoria locatio conſtituta: Siciliæ, inquit, ciuitates ſic in amicitiam fidemq; recepimus, vt eodem iure eſſent quo fuiſſent: eadem conditione populo Romano parerent, qua ſuis antea paruiſſent. Meritò ergo ignoranti venditori & fortè non cogitanti, imputari non debet quod non dixerit de tributo, & minus vero iam eſt quod ei etiã ignoranti imputetur. Sed inſurgit aduerſus hác Accurſij rationem quidam[a], quod eadem ratione futurum eſſet, vt nec ſciens venditor teneatur, cùm & emptor ſcire debuerit & facilè potuerit. Alius verò[b] hoc pro Accurſio ſic diluit, vt ſcientiam venditoris tacentis referat ad dolum, ignorantiam emptoris ad culpam, & præponderare dolum culpæ[c]: quando autem vterq; ignorauit, venditoris tanquam rei (conuenietur enim ab emptore ratione tributi) meliorem eſſe conditionem[d]. At inquies, Paulus hic præſupponit ignorantiam venditoris eſſe iuſtam, quod fortè prædium hæreditarium erat: Quomodo ergo cũ Accurſio aut non admittimus aliquam ignorantiam, aut eam dicimus craſſam & ſupinã? An dicimus quod ſupina quidem ignorantia eſſet eius, qui putaret prouinciale prædium nulli tributo ſubiectum, ſed de modo, ratione, & quantitate tributi, quod in alijs prouincijs aliud eſt, ignorantiam eſſe iuſtam. Atq; ita cum ignorare non debuerit emptor quin tributarium eſſet prædium, æquè poterat ipſe, ſi ei in mentem veniſſet, de modo & ratione tributi interrogare venditorem, ſicut venditor, ſi fortè recordatus fuiſſet, ſua ſponte prædiceret. De priuatis verò ſeruitutibus, alijſq; oneribus vel redditibus impoſititijs nulla eſt præſumptio, nec in genere nec in ſpecie: ideoq; de illis diuinare non debuit emptor, ſed eiuſcemodi onera omnia à venditore ei explicanda ſunt.

a *Fulgo. ad d. l. Iulianus. in prin.*
b *Pau. Caſt. hic.*
c *l. itẽ qui obſtetrix. in ſi. ad l. Aquil.*
d *l. ſi ſeruũ. §. ſequitur. in ff. de verbo. oblig.*

L. IN VENDITIONE.

SVMMARIA.

1 *Onus fructuum promiſſorum ex fundo empto, nõ ſequitur emptorem.*

2 *Si qui emphyteuticum prædium emit, canonẽ quãuis à ſe non promiſſum nõ ſoluat, impediri poteſt à domino directo vti frui.*

3 *Si aquæductus pro certa annua penſione ad fundũ aliquem eſt conſtitutus, iſte pro ea penſione intelligitur obligatus.*

4 *Interpretatio verborum*, Ratio improuiſi oneris habebitur.

5 *Prædium emphyteuticum pro canone annuo eſt obligatum.*

EGET interpretatione hoc Papiniani reſponſum, ob difficultates ab Accurſio introductas, quæ rẽ dubitatiorem faciunt. Itaq; ſi vel hic vel Romæ habeam domum, ad cuius cõmodiorem vſum comparaui mihi ius aquæducendæ ad eandem, per fundum vicini aut ex fonte vicini, promiſſa ob id aliqua annua penſitatione: vendens domum cõmendo illam à iure aquæductus, ſed taceo penſitationem promiſsionis annuæ pro aquæductu: An hic emptori aliqua aduerſum me ſit actio? Non videtur: quia ſeruitute conſtituta bono iure vtitur, cum rei ſit impoſita[a], & non per gratificationem ſoli venditori aquæducendæ conceſſa facultas[b]: onus verò penſitationis videtur iuſtè à ſe reijcere, quid enim ſi venditor domus, certa aliqua pecunia aquæductum emiſſet, eaque nondum ſoluta eſſet, an emptori hoc
1 onus pretij ſoluendi incumberet, quem non ſequeretur onus promiſſorum fructuum ex fundo empto[c]. Quòd ſi fortè dicas vt ſeruitus rectè conſtituta eſt ædibus, ita eas quoque pro penſitatione annua ob ſeruitutem promiſſa eſſe obligatas. Iam res hæc tam erit clara apertaq; vt Papiniani deciſione nihil eguiſſe videatur: Accurſius hic videtur vtrumq; ponere in ſola pactione & conuentione, ſiue perſonali obligatione, tam ſcilicet facultatem

a *l. aquæductus. de cõtrah. empt.*
b *l. pen. de ſeruitut. ruſtic. præd.*
c *l. vlt. §. vlt. de contrah. empt.*

1 alio loco conſtitutis accedet etiam actio ex empto, ſi æſtimatum prædium in dotem datum ſit vera æſtimatione, quæ faciat emptionem [a]: imò etiam ſi nondum euictum ſit prædium, ſed deprehenſum tantùm creditori eſſe obligatum: ita vt euinci poſſet ſocer eiuſq; hæres, non verò ipſa vxor, ſi patris hæreditate abſtineat, cogentur ex actione ex empto luere, & marito præ-
2 ſtare liberum: quod eſt & in cæteris rebus venditis [b], quamuis euictio ſi videatur imminere ex defectu dominij non ex ſolo periculo, ſed cum ea verè facta eſt & ſecuta, actionem emptori tribuat [c]: quod ſingulariter hoc loco reſponſum eſſe videtur [d], ad diſcrimen rei alij obligatæ à re aliena. non tantùm ſi apertè venditæ ſint hæ res, ſed in dotem datæ æſtimatæ, atque ita vi & poteſtate & in effectu venditæ. Sed & illud hinc apparet, etiam poſt traditionem prædij in dotem dati, adhuc agi poſſe vt liberetur à creditore: quod in ea conſtitutione quæ huic loco reſpondet [e] relictum eſt in incer-
3 to, adeoq; dubium, vt ibi interpretum opiniones varient: Accurſius enim cenſuit etiam poſt rei venditæ traditionem, & pretij ſolutionem, agi poſſe contra véditorem, vt rem liberet à nexu pignoris: quem crebrius alij ſunt ſecuti [f], hoc moti reſponſo Scæuolæ, & præterea hac maximè ratione, vt melior conditio non ſit emptoris, qui rem nondum habet traditã, nec pretium ſoluit, quàm qui ſua ex parte adimpleuit, & ſibi quoq; impletum contractum habet: quod alioqui futurum eſſet, ſi huic negauerimus actionem de re liberanda per venditorẽ, cùm illi nondum impleto contractu ad pretium conuentum denegari non poſſet exceptio [g]. Solus autem quem viderim Fulgo. [h] lubenter ſi poſſet ab Accurſio cæteriſq; diſſentiret, ſed ratione (quantũ ex mendoſo exemplari colligere potui) non ſatis ſolida: Nam
4 ita videtur ratiocinari, quòd cùm nõdum tradita res ſit, certum ſit emptori actionem competere vel ad traditionem: cui ſi obijciat véditor exceptionem non ſoluti pretij, replicabit emptor rem adhuc obligatam eſſe creditori, à quo niſi luat venditor, meritò ei pretium non ſolui. Sed vbi ad traditionem eſt proceſſum, non habet, vt videtur, emptor iuſtam aliquam occaſionem ingrediundi ad iudicium, nec habet actionem quam deinde replicatione aliqua ex nexu pignoris aut hypothecæ deſumpta adiuuet. At certè venditor non tradere tantùm rem debet, ſed & liberam tradere, vt iam demõſtrauimus: nõ omnino ergo ſatisfecit neq; ſe liberauit ab actione, ſi rem quidem tradiderit, niſi & liberauerit à iure pignoris [i], cuius ſolius gratia actio inſtitui poterit, etiam re tradita, quæ non eſt tradita vt oportet: & replicatione quidẽ, de qua locutus eſt Fulgoſius, obtinere poſſet emptor ne pretium ſoluat antequam venditor liberet. Sed ſi replicatione audita venditor deſineret vrgere ad ſolutionem pretij emptorem, hic non conſequeretur condemnari ſibi venditorem vt liberet rem, quod ſola actione conſequetur, quam velit nolit concedere debet Fulgoſ. ex hoc reſponſo poſſe directò ad hoc ipſum inſtitui, æquè principaliter vt ad traditionem: ſed diuinat, quòd hic nec minimo verbo ſignificatur prædium dotale, & æſtimatum fuiſſe creditori obligatum ab ipſomet ſocero, atque ita eum non abſq; dolo (vt qui ſui facti ignorantiam iuſtam non habuerit)
5 onus obligationis celaſſe, concurrente autem dolo venditoris non dubiũ eſt, quin confeſtim agere poſſit emptor, etiã ſi deprehendat rem eſſe alienam, & nondùm euicta ſit [k].

Vt autem ad propoſitam ſpeciem reuertamur, ſi quis fortè putet durius illud eſſe quod vxori hic parcere debuit maritus, propter quod ab hæreditate patris abſtinuerit [l], cùm alio loco dicatur id mulieri non prodeſſe [m], is cogitet diuerſa ijs locis tractari, hic quidem de actione danda illic de

exceptione

a l. æſtimatis. ſolu. matri. l. quoties. §. ſi inter. C. de iure dot.

b l. ex his prædijs. C. de euict.

c l. qui rẽ emit. C. de euict.

d Caſtren. ibi.

e d. l. ex his prædijs.

f Bal. Salic. Faber, ibi.

g ead. l. ex his prædijs. verſic. idem iuris.

h ad d. l. ex his prædijs.

i arg. l. ſi rem med. l. etiã. de ſolutionib. l. 3. §. reddita cõmedia.

k l. fœnus quẽ. §. vlt. hoc titulo.

l hic in verbis, Cum ab ea ſe filia abſtinuiſſet.

m l. Mæuia. §. ſi fundus. ſolu. matri.

exceptione, quorum diuerſa multũ ratio eſt, agente enim marito ad prædij liberationem efficiet abſtentio vxoris eius ab hæreditate paterna, ne & ipſa conueniatur, ſed ſoli patris hæredes: hæreditarias enim actiones ipſa quæ hæres non eſt, ſuſtinere & excipere non cogetur. Sed ſi ipſa agat, ſolutoque matrimonio dotem repetat, repelletur exceptione à marito eiuſve hæredibus, quòd contra bonam fidem petat reddi dotem, quæ non eſt accepta à marito, aut ſi accepta aliquando ſit, ex antecedente tamen cauſa pignoris celato à patre, euicta ablataq; ſit. Dolus enim autoris 6
etiam ſingulari ſucceſſori nocet, qui prætendit cauſam lucratiuam, ſi velit agere [a], non ſi velit excipere, & ſeſe defendere [b]. Quod ſi iterum inſtes, videri non prædium, ſed pecuniã pretij breui manu in dotem eſſe datum, quæ minimè euicta eſt, neque euinci poteſt: id vtique fatebor, ſed non ob 7
id dici poteſt, ad vxorem non pertinere periculũ euictionis prædij. Nam etſi quod hic breui manu diximus factum iuſto ordine, & aliquo interuallo ſit peractum: idem omninò adhuc diceremus [c], videlicet, quòd ſi quis alieni vẽdidiſſet prædium alij obligatũ, & hoc celaus tradidiſſet, ac deinde pretio nondũ ſoluto cõueniſſet vt emptor cũ venditoris filia quã duceret vxorẽ, pecuniam pretij à ſe debitam ferret acceptã doti, hic quoq; euicto poſtea prædio, maritus eiuſve hæredes ſocero vẽditori, ſi ipſe fortè ex pacto dotem repeteret, obijcere poſſent exceptionẽ euictionis prædij, cuius nunc in effectu petitur pretiũ, aut ſi ita magis lubet, compenſationẽ illius quod marito à ſocero viciſsim debetur ratione euictionis, de quo & recõueniri ſocer poſsit. Sed quia hæ mutuæ actiones connexã habent cauſam, & ex eodẽ quodã modo fonte procedunt, altera alteri in modũ exceptionis obijci poterit: quod ergo obijceretur ipſi ſocero, ſi dotem repeteret: idem & filiæ eius poterat obijci [d]. nam in dotẽ intelligitur ipſa habere cauſam lucratiuam, cũ ad eam dos redit, quamuis maritus habeat onerosam [e]. Eſt & aliud inter actionem & exceptionẽ mariti diſcrimẽ, quòd huius v-
8 ſus non niſi ſoluto matrimonio incidat, vel cũ dos ex cõmunibus regulis eſſet reddẽda: Actionis verò vſus tunc potiſsimũ elucefcit, cũ adhuc conſtat matrimonium: atque ita adhuc mariti intereſt, habere dotale prædium liberũ, quòd ſic melius oneribus deſeruiat. Soluto verò matrimonio, plerunq; fit, vt deſierit deinceps intereſſe mariti, redactáque ſit cauſa agendi ad non cauſam, quo fit vt quemadmodum tunc non ageret maritus ad ſuũ ipſius commodum, ita nec ad commodũ hæredum vxoris [f], eiſque actionem cedere non poſsit [g]. Sed an illud hic obtineat, vbi prædiũ dotale cenſetur emiſſe maritus, quòd accepit æſtimatum, ita vt ſoluto quoq; matrimonio videatur adhuc eius intereſſe, longiorem requireret indaginem non huius loci, & hoc fortè putauit Fulgoſius, cùm hic diceret, ſe credere, ſi actione dotis conuentus ab vxore aut hæredibus excipiat de euictione, ne quid reddat, quod ſaltem cedere actionem debebit, quam habet ex empto aduerſus ſocerum & hæredem eius, de quo latius erit cogitandum.

Poſtremò ad finem huius capitis ſubijciendum putaui, quòd ſicut venditor à ſeruitutibus, reditibus, & alijs quæ modo diximus, debet emptori tradere rem liberam: ita quoque debet liberè tradere, & nullo ob id accepto pretio, alio ſcilicet, quàm vẽditionis, vt tradat, alioqui ex empto actio ad reſtituendum quod ſic acceperit emptori competet [h], & præterea ob
9 turpem cauſam condictio [i]: & quamuis condictio ob cauſam non concurrat cum actione empti, locati, vendit, aliave ex contractu nominato [k], cõdictio tamen ob turpem cauſam poteſt vtiq; cum illis concurrere [l], quamuis interim negari non debet ſatis acutè ab alijs [m] eſſe perpenſam, eas actiones

a l. apud Celſum. §. de auctoris. de doli mali & metus except.
b l. in vtilium. in princ. & ibi glo. ad verb. neq, nocet. de diuerſit. & tempori praeſcript.
c cũ Caſtr. ad d. §. ſi fund[o].
d d. §. de author. l. ſi quis in rem ſuam. & ibi Accurſ. in gloſ. vlt. de procurator.
e l. vlt. §. ſi à ſocero. quæ in fraud. credit. l. ex promiſſion. de act. & oblig.
f l. ſi donaueris. in fin. de condict. ob cauſ.
g Caſtr. & Cuma. ad d. §. ſi fundus.
h l. vlt. verſic. ſi ob rem locatam. de condict. ob turpẽ cauſam. l. vlt. depoſit.
i l. ſi tutor rem ſibi depoſi. de tutel. & ration. diſtrah.
k l. vlt. de cõdict. ob cauſ.
l Caſtr. Fulgoſ. & alij ad d. l. vlt. de condict. ob turpem cauſam.
m Salicet. ibi.

10 actiones verè non concurrere, ſcilicet ſi cauſam ſpectes agendi: neque enim oriuntur ex vna eademque cauſa, cùm ſatis conſtet condictionem ob turpem cauſam non dari ex contractu venditionis depoſiti aliáve ſimili, ex quo quid ſoluitur accepta ob id pecunia, quod vltrò debitor ſoluere debebat ex illo contractu obligatus, ſed datur ea cõdictio ex alio quodam contractu innominato & turpi ſeorſim inito, videlicet iſto, Do vt tradas quod ex vendito debes.

REM TRADI NON VITIOSAM, NEC deteriorem quàm vendita ſit.

SVMMARIA.

1 *Edictum ædilium non ad ſolu mancipia & iumenta vendita pertinet.*
2 *Venditor repromiſſione cauere debet, ſana præſtare animalia quæ vendit.*
3 *Venditor ex natura contractus ad ea tenetur, etiam ſi non repromiſerit.*
4 *Venditor quæ commendandi cauſa dixit, præſtare aliquando non debet.*
5 *Edictum ædilium ignorantẽ venditorem obligat.*
6 *Decepto emptori ſuccurritur dupliciter, & redhibitorio iudicio, & æſtimatorio.*
7 *Ad redhibitionẽ nõ ſolùm agitur ex edicto ædilitio, ſed etiã actione ex ſtipulatu & ex empto.*
8 *Iudicium ex empto multum eſt generale, vt etiam ea comprehendat quæ venditorem ex iure prætorio præſtare æquum eſt.*
9 *Improbata interpretatio Accurſij ad l. ex empto. §. redhibitionem. de act. empti.*
10 *Quomodo alicubi diſtinguantur actio ex empto, & actio redhibitoria.*
11 *Cur ſi pro virgine mulier vendita ſit actioni redhibitoriæ locus non ſit.*

CVM SVPERIORI capite actionis ex empto egerimus de re vendita, quàm libera ſcilicet tradi debeat, nõ incongruo ordine aliud ſubijciemus, quod & ipſum eo proximè pertinet, de vitijs ſcilicet rerum: quod in duas partes diſtribuemus, quarum prior erit de vitijs quæ tempore venditionis rei inſunt & celantur: altera de ijs quæ poſt venditionem contingunt, cùm fortè venditor nimium ſecurus ob venditionem quid rei venditæ eueniat, omnem illius adiecit curam. De vtroque ſunt hoc titulo aliqua Iuriſconſultorum reſponſa quæ ſeparatim hæc definiant, eaque nunc ordine explicabimus.

De priore, præter reſponſa hic inſerta [a], integer eſt titulus de ædilitio edicto, quod ad mancipia iumentaq; vendita maximè quidem pertinet [b], &
1 frequentius accommodatur, ſed non de ea ſola [c]. Commodiſsimè igitur initium faciemus ab ipſis verbis ædilium quæ aiunt, *Qui mancipia vendunt, certiores faciant emptores, quid morbi cuique* [d] *ſit, &c.* quod etiam conſtitutione quadam [e] eſt præſcriptum [f]. Et eo amplius quod emptor rectè petat à venditore de his ſibi repromitti, quod & in reſponſis eſt Iuriſconſulto-
2 rum [g], quòd venditor tamen debeat *ſana præſtare animalia quæ vendit.* Caue re, inquam, nõ perſonis aut rebus, ſed repromiſsione [h], vt mox ſubijcitur [i].
3 *Qui iumenta vendit ſolere ita promittere, eſſe, bibere, vt oportet.* Sed & ſi non cauerit venditor, imò nec dixerit, ex natura tamen contractus præſtare ea
4 debet [k], ſicut ex contrario ſunt aliæ quædam, quæ etſi dixerit ad commendationem rei præſtare non debet [l]. Cauſa autem illius edicti proponenda ea fuit, vt fallatijs vendentium occurreretur, & ementibus ſuccurrere-
5 tur, ita vt ignorantem venditorem edictum hoc obliget: potuit enim nota habere, nec intereſt emptoris cur fallatur; an ignorantia vendito-
6 ris, an calliditate [m]. Sanè decepto emptori ſuccurritur dupliciter, vel redhibitorio iudicio, vel æſtimatorio, id eſt, quanti minoris [n]. Et quam-
7 uis redhibitio maximè pertineat ad ædilicium edictum [o], petitur tamen etiam ex ſtipulatu, ſi repromiſerit venditor de huiuſmodi cauſa ſtipulanti emptori [p]: & continetur quoque empti iudicio, vt Labeo Sabi-
8 nus & Vlpianus [q] probarunt. Hoc enim iudicium multum eſt generale,

a *l. 4. in prin. l. tenetur. §. ſed ſi vas. l. ex empto. §. redhibitionem. & §. etiã ignorans. l. Iulianus. in prin. & l. quicquid. hoc titulo.*
b *Fulgo. ad l. Iulianum.*
c *l. j. in prin. l. etiã in fundo. de ædil. edict.*
d *d. l. j. in prin.*
e *in l. emptor. C. eod.*
f *in d. l. ex empto. §. animalium quoq; venditor.*
g *l. habere. §. cautum. de verbor. ſignifi.*
h *l. fancimus. C. de verbo. ſignifi.*
i *d. l. ex empto. §. animaliũ. verſi. & qui iumẽta.*
k *d. l. emptor. C. eo. & d. l. ex empto. §. et ſi ignorãs.*
l *l. ſciendũ. de ædil. edict.*
m *d. l. j. §. cũ autẽ. de ædil. edict. & ad d. §. etiam ſi ignorans.*
n *l. ſi quid venditor. l. bonum. §. aliquãdo. l. ſi hominem. de ædil. edict.*
o *d. l. j. in ſi. in verbis, vt id mãcipiũ redhibeatur.*
p *d. l. ſciendum. §. dictum. de ædil. edict.*
q *d. l. ex empto. §. redhibitionem.*

& ad omnia extenditur, quæ vel ciuili vel prætorio iure venditorẽ emptori
præſtare æquũ eſt, vt meritò nõ debuerit, teſte Fulgo.[a] Accurſ. confugere
ad impropriam ſignificationẽ redhibitionis, pro reſolutione & reſciſsione
cõtractus ex iure Ciuili, quaſi ea quæ ex iure prætorio ſit, ad actionẽ empti
(quòd ea tota ſit ciuilis) nõ pertineat ſicut à redhibitorijs actionibus. Actio 9
ex empto legitur[b] diſtincta ac quodammodo illis oppoſita: quòd ſi dicas
Accurſ. non cõſtituiſſe diſcrimẽ inter redhibitionẽ & reſolutionẽ, cũ igno-
rare nõ potuerit, quòd non aliud eſſet redhibere, quàm facere vt rurſus ha
beat venditor quod habuerat, & redhibitionẽ appellatã eſſe quaſi redditio-
nem[c], ſed in eo tãtùm, an iure ciuili fieret reſolutio cõtractus, an prætorio
iure redhibitio rei. Adhuc tamẽ dicendũ, quòd hic meritò nõ debuerit ta-
lem facere reſtrictionẽ, vt eam reſtrictionẽ cõtractus quæ ex iure ciuili fit,
diceret pertinere ad actionẽ ſiue iudicium empti, ſed non redhibitionẽ ob
vitium rei ex iure prætorio: Quin potius omnino admittere debebat Iuriſ-
conſultos, quos diximus voluiſſe, quòd ſicut reſolutio cõtractus quæ ex pa-
cto fit, pretio ad diem nõ ſoluto, pertinet ad actionẽ vẽditi[d], & ad actionẽ
ex empto, ſi is qui ſe virginẽ putauit emere, deceptus à venditore emat mu
lierẽ[e]. Ita in vniuerſum oĩs redhibitio, ex quacunq; cauſa iure probata, &
oĩs reſolutio cõtractus, ſiue ciuili ſiue prætorio iure à cõtractu recedatur,
cõtineri poſſe iudicijs empti & vẽditi, generali ſcilicet ſignificatione harũ
actionũ empti & vẽditi, quæ à genere contractus habẽt nomẽ. Atq; ita hæc
res digna erit, ſic generaliter intellecta, in quã Vlp. citaret aliorũ Iuriſcon
ſultorũ Labeonis & Sabini ſententiã. Quòd verò alicubi diſtinctim de actio 10
ne redhibitoria, & ex empto legi diximus, veluti oppoſitis generibus, hoc
ita accipiendũ eſt, quòd qa ab vſu & fine, ſpecies vna actionũ ex empto, cer
tũ & ſpeciale nomẽ accepit. Idcirco in generis noĩe, qđ ex materia, ſiue ex
contractu ex quo oritur obligatio, inditũ eſt, plerũq; non ſubſiſtat, ſed vel
ſuo noĩe redhibitoria, vel vtroq; ſimul iuncto, actio ex empto redhibitoria
dicatur. Et hinc fit, vt qa nõ virgo tãtùm in ſuo ſexu, ſed & mulier ſana eſſe
cẽſetur etiã adhuc pregnãs, aut recẽs puerpera[f], dixerit Iuriſcõſultus, ſi vẽ
ditor ſciẽs paſſus ſit errare eũ qui ſe virginẽ emere putauit, cũ mulier eſſet,
ex hac cauſa nõ eſſe redhibitionẽ, intelligẽs ſcilicet illã ſpecialẽ ex ædilitio 11
edicto, ob morbos & vitia mancipiorum, ſed nihilominus actionẽ quæ ge
nerali nomine vocatur ex empto rectè dari, emptori ex dolo venditoris
quem ſciens prudenſque venditor paſſus eſt decipi.

a ad d. §. redhibitionem.
b in d. l. ſi iendũ. §. diſtĩ. verſi. nam qui ex empto. de ædil. edict. & d. l. ex empto. §. ſi is qui virginem. hoc tit.
c l. redhibere. de ædil. edi.
d l. ſed Celſus. §. ſi fundus. verſi. nec conturbari. de contrah. empt.
e d. l. ex empto. §. ſi quis virginem.
f l. quæritur. §. j. & 2. de ædil. edict.
g in d. §. ſi quis virginem. & in l. alioqui. §. quòd ſi ego. de contrah. empt.

L. SI SERVVM. IN PRINC.

SVMMARIA.

1 *Aliud eſt præſtare ſeruum furto noxaq; ſolutum, aliud præſtare non eſſe furem.*
2 *Quamuis ſtipulatio duplæ interpoſita ſit, nihilo tamen ſubinde etiam eſt actio empti, ſi ſeruus non ſit furto noxaque ſolutus.*
3 *Omiſſa promiſsio quæ fieri conſueuit, pro facta habetur.*

DISTINCTIVS explicaturi ea quæ hactenus in genere de redhibi
tióne diximus, faciemus initiũ à principio huius reſponſi Pauli quo
præſupponitur (quod hic propriè tractamus) vẽditorẽ ſerui, præſtare eum
debere furto noxaq; ſolutũ, quod aliud eſt quàm non eſſe furẽ[h]. Hoc enim 1
præſtare nõ debet ſi ignorauit[i], niſi promiſerit, & tunc tenebitur ſi vel do-
meſtici furti reus ſit ſeruus[k], quod tamẽ furti genus vẽditor, etiam ſi bene
cognitũ habuiſſet, non debuiſſet emptori prædicere, ſi ab ea promiſsione,
non eſſe furẽ, abſtinuiſſet[l]. Sed & maius quiddam hic deciditur, videlicet, 2
quòd quãuis vẽditor ſerui duplã promiſerit (ſicut & pmiſiſſe intelligitur) 3
omiſaq;

h l. aliud eſt permittere. de verbo. ſig.
i l. Iulianus. verſic. itẽ qui ſcierent. hoc tit.
k l. quòd ſi nolit. §. j. de ædil. edict.
l l. ſi furtum. eo. illo tit.

omiſſaq; promiſsio quæ fieri conſueuit, pro facta habetur [a], adhuc tamen actio ex empto cõpetere poterit ex hoc capite, quòd vẽditor ſciens emptorẽ ignorantẽ hoc celauerit, deceperitq;: eaq; actio ex empto, quãuis nõ in hoc ſit vtilis vt plus re inferat, quàm ſuo tẽpore poſſet inferre actio ex ſtipulatione duplæ. Illam tamẽ habet vtilitatẽ, quòd celerius emptori prouideat: Nam vbi ex ſtipulatione duplæ nõ ageretur antequam ſeruus ex noxali cauſa eſſet euictus, & emptori ablatus [b]. Aut huic abeſſet æſtimatio dãni qđ reſarcijſſet ei qui illud paſſus eſt, hic nunc patebit actio empti, ſimulatq; reſciuerit emptor non eſſe ſeruũ furto noxaq; ſolutũ, in id ſcilicet quãti ſua intereſt id ſciuiſſe, qua via cõceditur, vt actionẽ noxalẽ nondũ inſtitutã ab eo arceat vẽditor, & agẽdi occaſionẽ tollat ei cui furtũ eſt factũ, vel damnũ datũ, ſi illud reddat & reſarciat. quod lõgè vtilius emptori erit, quàm quæ ipſi abeſſent repetere. Illudq; hic efficit dolus venditoris [c], quo nõ accedente, differẽda fuiſſet emptoris actio quoad ei aliquid ex ea cauſa abeſſet, vel ipſe ſcilicet ſeruus euictus vel abductus, vel æſtimatio damni dati, vtro ſcilicet horũ minimo defungi poterit [d].

L. EX EMPTO. §. ETIAM SI IGNORANS.

SVMMARIA.

1 *Furẽ non eſſe ſeruũ nõ præſtat venditor, niſi ſciuerit, fugitiuũ non eſſe etiam ignorans.*

2 *Etiam ſi alienus ſeruus venditus ſit, præſtare eum debet venditor furto noxaq; ſolutum: & quæ fuerit hic ratio dubitandi.*

3 *Interpretatio* l. euicta re vẽdita. §. ſi ſeruus. de euiction.

4 *Si ob vitia ſerui quod intereſt emptor conſequutus ſit actione ex empto, eo poſtea euictio deduci debeat de ſumma condemnationis facta ob euictionem.*

1 FVREM non eſſe ſeruũ nõ præſtat vẽditor emptori, niſi ſciuerit. At fugitiuũ nõ eſſe præſtat etiam ignorãs, quod alio loco dicemus latius [e], hic nunc explicatione poſterioris partis, videlicet, cur hic aliã extenſionẽ fecerit Iuriſcõſultus, illius qđ dictũ eſt præſtari debere ſeruũ furto noxaq; ſolutũ, vt hoc obtineat etiam ſi alienũ ſeruũ vẽdiderit. An erat aliqua iuſta
2 ratio dubitandi, cur non æquè de alieno quàm de proprio ſeruo vendito præſtaret hoc emptor. Attigit hoc ſolùm Albericus, hanc adferẽs rationẽ dubitãdi, quòd cũ alienus eſt ſeruus, videatur emptoris nõ intereſſe qualis is ſit, noxius aut innoxius. Pro ratione autẽ decidendi cõtrariũ hic adiecit, quòd imò interſit emptoris propter vſum quẽ interim habere poteſt emptor, cũ nondũ eſt euictus ſeruus. Sed videbũtur fortaſsis hæc obſcura, niſi plenius & apertius explicentur. Itaq; cũ alienus eſt ſeruus, videri poterit nõ oriri actionẽ ex eo quod furtiuus ſit, vel erro, vel non ſanus, vel nõ ſolutus furto noxaq;, quaſi oĩa hæc per ſe incertiora ſic abſorbeãtur & obũbrẽtur ab alio maiore defectu (nimirum quòd alienus ſeruus ſit) illoq; ſic integantur & obumbrentur; vt eluceſcere nõ queant, ſicut dicimus maiore lumine obfuſcari minus, & veritate naturæ obũbrari imaginẽ eius ciuilẽ [f], & generaliore ratione occultari ſpecialẽ [g]. Atq; ita cũ deprehenditur alienũ fuiſſe ſeruũ qui eſt vẽditus, hic iam duplæ quidem actionẽ competere: ſed præter hanc nullam, ob cætera illa minutiora vitia, præſertim ſi emptor duplum fuerit cõſecutus, eo quòd alienus eſſet ſeruus. Et hæc latius tractauit
3 Pompo. [h] illud quærens (quod huc maximè pertinet) An ſi ſeruus cuius nomine duplam ſtipulati ſumus euictus fuerit à nobis, adhuc agere poſſumus ob id quòd fugitiuus ſit, (quod quodammodo ſpecies eſt aliqua libertatis, & ex conſequenti euictionis in libertatem [i]) vel quod ſanus nõ fuerit: refertq; Proculi diſtinctionẽ, à qua nec ipſe recedit [k], quòd interſit ex quo capite ſeruus fuerit euictus: & præſertim an ex eo quòd eſſet alienus, an quòd venditoris quidẽ fuerit, & factus ſit reuera emptoris quoad dominiũ,

a l. quod ſi nolit. § qui aſſi. na. de ædil. edict.

b l. habere licere. de euict.

c vt & in l. ſeruus quem. §. vlt. eo. tit.

d l. emptori. in prin. hoc tit.

e ad l. Iulianus. verſ. id qui furem.

f l. filio quem pater. de lib. & poſthu.

g §. æſtimatio. Inſtitu. de emptio.

h in l. euicta re vẽdita. §. ſi ſeruus. de euict.

i l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem veſtẽ ait. de ædili. edict. gl. l. j. C. de edi. act.

k in d. §. ſi ſeruus. ſub fi. verſic. ſub ſumma autẽ.

ſed quod euictus ſit & ablatus vel ratione pignoris hypothecaria actione, vel ratione vſusfructus confeſſoria, vel deniq; ratione damni per eum dati actione noxali. Priore enim caſu, cùm in bonis emptoris factus nō eſt, nō intereſſe eius: vt qui nihil ob id quòd fugitiuus ſit ſeruus, pauperior eſt [a]. Poſteriore verò caſu, ſimulatq; emptoris factus eſt ſeruus, ſtatim cœpit eius intereſſe, quāto ob ea quæ diximus vitia, is eſſet deterior: ideoq; actionem ſemel quæſitam non amitti poſteà, vel euictione, vel morte, vel manumiſſione, vel fuga ſerui, aliáve vlla ſimili cauſa, præſertim ſi de his omnibus emptor fuerit ſtipulatus: ex qua ſtipulatione poſſit merito conſequi, quanti vel adhuc intereſt, vel poſt ſtipulationem aliquando interfuit. At inquies ſic cedimus rationi dubitandi quam attulit Albericus, aperteq; hæc diſtinctio repugnat huic. §. in verbis, *etiam ſi alienum ſeruum vendideris*, & mox in ſequentibus illis, *ab omnibus receptum*: Iam enim auditum eſt diſtinxiſſe Proculum & ſecutum eſſe Pomponium: An ſeruus emptoris ſit factus, an verò alienus. Sed his cōturbari non oportet, diuerſa enim ſunt non aduerſa, quæ ijs locis dicuntur. Neratius hic de origine quærit actionis, & an ab initio aliqua naſcatur ex eo capite, quòd ſeruus venditus qui alienus eſt, non ſit furto noxaque ſolutus, dicitq; ab omnibus eſſe receptū actionem etiam eo nomine naſci & dari emptori: Et quid ni? Cùm enim dupliciter venditor emptorē fallat, tā ſcilicet quòd alienus ſit ſeruus, quàm quòd fugitiuus, vel malè ſanus, cur nō ex duplici quoq; capite in venditorē detur actio, præſertim cùm alteri malo, quòd videlicet alienus ſit ſeruus, mederi poterit vſucapione, ſic vt nunquam euinci queat. Pompo. autē & Proculus, velut nihil de illo dubitātes, quin ex ſingulis illis vitijs particularibus aliquā ſit ab initio nata actio, illudq; pro conſtante præſuppонentes cū Neratio, quærūt vlterius de vſu tantùm & exercitio illarum actionū, An ſcilicet ſingulas illas quolibet etiam ordine mouere liceat, præſertim, an poſt euictionem ſerui: Et cùm iam duplum peti poſſet ex ſtipulatione, vel expreſſè vel tacitè [b] interpoſita, quæ actio omnes alias minores abſorbere videtur [c]. Cæterùm, ſi vſus natæ rei ita dederit, vt ex aliqua particularium illarū cauſarum emptoris interſit, antequam dominij ratione ſeruus euincatur, nihil erit dubitandum, quin ſtatim & ante euictionē ex ea cauſa agi poſſit: quāuis euictione poſt ea quoq; ſecuta dubitari poſſet: An quòd priore actione ex empto vel ex ſtipulatu emptor eſt cōſecutus, vel etiam pluribus ſeparatim actionibus (cū ſæpius poſſit agi, queadmodū & ex ſtipulatione de rato [d]) An inquā hoc deducatur ex cōdenatione vel executione iudicati poſterioris actionis cōpetentis emptori ob euictionē, qua factū eſt, vt deinceps ſeruo, tanquam alieno cōperto, ſit emptori carendū. Et ait hic quidam [e], ſi id quod particulariter intereſt emptoris, quodq; prius eſt conſecutus, proueniat ex eadem cauſa, ex qua totale intereſſe euictionis, fieri huiuſmodi deductionē, & vnā cauſam vt opinor, vocauit etiam, vbi reuera duæ ſunt, ſed vna alteri ſubordinata, ſic vt tēdant in vnū eundēq; finē: vtpote de euictione tenetur venditor, quia intereſt emptoris vt rem habere tenere ſemper poſſit: intereſt etiā eius, ſibi de euictione, in eundē ſcilicet ſinem & vſum. Itaq; ſi emptor fuerit conſecutus actione ex empto ob defectum cautionis de euictione, de qua promittere noluit vēditor: qđ ſi feciſſet, cōmodius emptor alij vendere potuiſſet, vel actionē ex ea ſtipulatione alij cedere: hoc quod ea de cauſa erit cōſecutus, ſi poſtea cōtingat euinci rem, deducetur ex eo quòd intereſt eius euictū non eſſe [f]. Sed ſi actiones illæ dentur ex cauſis diuerſis [g], tunc vnius effectū non tolli, neq; impediri antecedēte exactione alterius. Alius [h] tamē videtur generaliter voluiſſe,

quòd

[a] d. §. ſi ſeruus. verſic. at ſi in bonis.

[b] d. l. quòd ſi nolit. §. qui aſſidua. de ædil. edict. l. emptori. §. per edictum. hoc tit.

[c] d. l. emptori. §. Caßius. hoc tit.

[d] l. ſi procurator. rem ratam haberi.

[e] Caſtrenſis hic.

[f] l. ex empto. §. & ex empto. in verbis, deducto eo quod præſtitum eſt. & ibi glo. ad verbum, lis. hoc tit.

[g] vt in d. §. ſi ſeruus.

[h] Fulgoſ. ad d. §. ſi ſeruus.

quòd etiam ordo actionum ſpectari debeat, ſcilicet, vt ſi emptor conſecutus ſit duplum euictionis nomine, non poſſit ob alia vitia, de quibus quoq; caueri ſolet, quicquam conſequi [a]. De quo latius cum vltimo capite huius actionis de eo quod intereſt agemus.

a *l. emptori. ſ. Caſſius.*

L. IVLIANVS. IN PRINC.

SVMMARIA.

1 *Quando res vitioſa vẽdita eſt, ſcientia & ignorantia emptoris facit vt abſoluatur vel cõdemnetur venditor, vẽditoris verò ſcientia facit vt vel grauius vel mitius condemnetur.*

2 *Duas ſpecies actionis quãto minoris interpretes cur diſtinxerint, alteram appellantes,* quanto minoris res eſſet empta: *alteram,* quanti minoris res eſſet.

3 *Inter duas illas ſpecies, quanto minoris, quatuor notantur ab interpretibus differentiæ.*

4 *Diſtinctio illa actionum, quanto minoris, ab aliis improbata, & quibus rationibus.*

5 *Inter hæc verba,* quanti ea res erit, *&,* quanti eam rem eſſe apparet, *nihil intereſt.*

6 *Iuramentum in litem non permittitur, niſi contra eum qui in dolo eſt, & euidente contumacia non faciendi iudicatum.*

7 *Eius quod intereſt ſolius affectionis gratia ſiue ſingulariter, raro ratio in iure habetur. & quando.*

8 *Si probabiliter doceat emptor, quòd vitio cognito rẽ emere noluiſſet, redhiberi poteſt, etiam ſi æſtimatorio iudicio ab initio fuerit actum.*

9 *Magna eſt vicinitas actionis æſtimatoriæ & redhibitoriæ: & ſententia lata in vna, parit exceptionem rei iudicatæ in altera.*

10 *Actio quanto minoris generaliter propoſita, includit redhibitionem, ſi appareat iudici emptorem ob tale vitium empturum non fuiſſe.*

11 *Quod nihili eſt, vtiq; etiam minoris eſt.*

12 *Actio redhibitoria ſex tantùm durat menſibus, at tamen effectum eius poſt ſex menſes poterit conſequi per æſtimatoriam, ſi ad nihilum pretium deducere poſſit.*

13 *Iuriſconſulti his verbis,* quanti res eſt, *&* quanti venierit, *promiſcuè vtuntur.*

14 *Validiſſimè à Mędaeo expugnata diſtinctio illa duplicis generis actionum, quanto minoris.*

15 *Confutata ſententia eorum qui actionem, quanto minoris, alteram fecerunt ciuilem, alteram prætoriam.*

16 *Omnis actio, quanto minoris, annalis eſt.*

17 *Annus quo durat actio, quanto minoris, vtilis eſt: & tunc incipit currere, cum emptor vitium cognouerit.*

18 *Quando venditor ſciens emptorem ignorantem decipit, etiam externa damna inde manantia venditor præſtat.*

19 *Propter moram non præſtat venditor quod extrinſecus intereſt, neque etiam emptor.*

20 *Conciliatio antinomiæ iſtius* l. Iulianus. in verſ. ſi verò ſciens reticuit. *cum* l. ſi ſterilis. ſ. cum per venditorem. *hoc tit.*

21 *Quomodo intelligendum, id quod intereſt non poſſe excedere duplum, in caſibus qui habent certam quantitatem vel naturam.*

22 *Interpretatio Accurſij.*

23 *Interpretatio Alberici.*

24 *Interpretatio Fulgoſij.*

25 *Interpretatio Molinæi.*

26 *Dolus ſemper facit caſum incertum, & quando ex dolo læſio ſeu intereſſe naſcitur, locum non habet moderatio dupli.*

IN CONDEMNATIONE ex empto, id eſt, in genere & quantitate cõdemnationis, vbi venditor morboſum pecus, vitioſum tignũ, aut ſimile vendit, Iulianus differẽtiam facit; an id venditor ſciens fecerit, an ignorans: De emptore hac in parte non diſtinguit, ſed omnino præſupponit eũ ignoraſſe emptæ rei vitium: quod ſi ſciuiſſet et non ageret, nec ſibi condemnare venditorem in aliquo obtineret: qui enim ſcit, nõ poteſt ſe dicere deceptum, aut læſum [b]; atque ita ſcientia emptoris aut ignorantia, differentiã
1 facit abſolutionis à condemnatione. Venditoris verò ſciẽtia aut ignorãtia cũ vtroq; caſu, ſiue ſciat ſiue ignoret, cõdemnãdus ſit, differentiam facit in cõdemnatione, vt vno caſu grauius, altero mitius cõdemnetur. Et quidẽ ſi ignorãs id fecerit, condẽnabitur ſolùm quãto minoris emptor eſſet empturus, ſi ita eſſe ſciuiſſet [c]. Idq; actione ex empto, quã paulò ante generalem eſſe diximus, & ſeſe extendere tam ad ea quæ ex prætorio iure, quàm quæ ex ciuili veniunt. Sed quia plerique omnes aliter ſentiunt, & hanc totam ciuilem faciunt, à prætoria actione diſtinctã, itum eſt [d] ad ſubtilem diſtin-
2 ctionẽ ſiue diuiſionẽ actionis quanto minoris, in duas ſpecies ſiue genera, vt ſcilicet altera ciuilis, altera prætoria ſit. Et ne in ſolo nomine originis ſiue inuẽtionis putetur differẽtia conſiſtere, ac quod interim reipſa ſit inanis, proſpexerũt vnius voculæ in vtraq; actione differẽtiã: nimirũ quòd ea de qua hic loquimur, ciuilis actio detur, *quãto minoris res eſſet empta*: illa verò prætoria detractiõe dictionis vltimæ, *quãti minoris res eſſet* [e]. Rurſus autẽ ne

b *l. ſi. in fi. eod. tit.*

c *hac l. in verſic. ſi quid ignorans.*

d *ab Accurſ. hic in glo. & Bart. Caſtrẽ. Salic. & ab omnib. DD. excepto Cyno ad l. 2. C. de edi. act.*

e *l. quod ſi nolit. ſ. ſi placeret. de edil. edict.*

hoc quoque diſcrimen putetur inane, quaſi nemo emptor prudens veriſi- 3
militer eſſet pluris empturus, quàm res ipſa ſit & verè valeat, ſi vitium rei
habuiſſet cognitum. Deſcenderunt ad affectionem ementis, quod ſcilicet
eſſent vitia rerum, ob quæ aliqui deterrentur ab emptione, niſi exiguo pre
tio poſſent emere. Alij verò ex eorum affectione non magni illa vitia fa-
cerent, neq; ab emptione ob illa abſtinerent: vtputa ſeruus aliquis multũ
crudelis eſt, & homicida, cum vir probus & moderatæ vitæ omnino nollet
emptum in ſua familia habere, tyranno verò eſſet ob ea etiam gratior.
Commentarios Iuris vtriuſq; Raphaelis Fulgoſij & Cumani, plurimis lo-
cis typographorum incuria aut ignorantià corruptiſsimos, is qui vix vltra
Iuris elementa paululum eſt prouectus, longè viliores haberet minoriſq;
æſtimaret, quàm quẽ in Iuris ſtudio longius progreſſum, frequentiſsimè in
currentes errores, non remorarẽtur à cognitione. Simile quiddã de equo
vendito dixit Bart. & in pleriſque alijs rebus facilè diſcrimen ſimile notari
poſsit. Dicitur & alia eſſe earũ actionum differentia [a], quòd quæ ciuilis eſt
etiã perpetua ſit, quæ verò prætoria, annalis [b]. Tertia quoq; addita, quòd ci
uilis actio habeat locũ in quibuſlibet rebus, vt hic in tigno vitioſo: præto-
ria verò, in mãcipijs, iumentis, cæteriſq; animantibus venditis. Deniq; etiã
quartã induxerunt [c], quam conſtituerant in modo probandi: nimirũ quòd
prætoria, quæ ad veram æſtimationem refertur, habere debeat veras illius
probationes, ſed ciuilem, probato prius plenè vitio rei, quo ad reliquum
quod in æſtimatione conſiſtit, decidi iureiurando emptoris: Cùm enim is
æſtimationem de qua experitur referat ad ſuam ipſius affectionem, huius
debet ipſe ſibi teſtis eſſe iuramento ſuo [d]. Sed alij [e], numero quidem pau- 4
ciores, rationibus tamen non inferiores, exiſtimarunt diſcrimen hoc du-
plicis generis actionum, quanto minoris non eſſe recipiendum, quod ſin-
gulis penè iam recitatis differentijs obijciatur [f]. Primò enim non putant
hæc re ipſa differre, *Quanto res eſt, & quanto empturus quis eſſet*: Quamuis e-
nim naturaliter fiat, vt in pretio emptionis & venditionis inuicem circum
ueniant [g], nemo tamẽ pluris emit, quàm re vera rem valere exiſtimat: quia
non præſumitur quiſquam ſuum iactare [h]. Et inter hæc verba, *Quanti ea res
erit, & Quanti eam rem eſſe apparet*, nihil intereſt: ſed in vtraque clauſula 5
æſtimationem rei veram fieri placuit [i], & æſtimatoria hæc actio paſsim vo
catur [k]: veriſimile eſt ergo quod ad veram æſtimationem pertineat, nõ ve
rò ad illam quam ſibi quiſq; pro ſua affectione format. Adde, quòd quam-
uis doctioris alicuius cognitionem nihil remorentur mendæ in commen-
tarijs vtriuſq; Raphaelis & Pauli Caſtrenſis, plurimum omnibus nobis ne
ceſſarijs, quia tamen eos non ſibi ſoli habet, ſed & amicis & liberis, ac hæ
redibus ſuis, quibus magis incõmodatur, non eſt veriſimile quod pluris ve
lit emere, quàm reuera valeant, imò ſi emẽdatiora inueniret exẽplaria quæ
poſsit emere, hæc noſtra nullo etiã exiguo ære vellet empta habere. Ad-
monet hic Caſtrẽſ. emptorẽ vt proinde eligat, qua potius actione experia-
tur, ciuili an prætoria, & in eo quod nouiſsimè diximus exẽplo, putat incon
ſultè facturũ doctorẽ Iuris, ſi agat ciuili actione, vt qui nõ poſſet verè aſſere
re affectionẽ ſuã ob huiuſmodi vitia, ſed agat potius inquit prætoria actio-
ne, quæ eſt de vera rei æſtimatione. At profectò ſic variabit ſæpè genus
actionis in defuncto & hærede, quamuis actio ſit ex numero earũ, quæ hæ
redibus & contra hæredes dantur, vbi ſcilicet alter prætoria actione tan-
tùm, alter ciuili poſſet agere: eiſdemque rationibus & in conſequentiam
eorũ quæ diximus, corruit etiam diſcrimen illud quartum, de probatione
per iuſiurãdum: nam, vt in rebus nouis, picturis, ac ſimilibus, idem finis eſt
& mo-

a Bar. hic num. 2.
b l. 2. in fi. C. de ædil. edict.
c Caſtren. hic.
d glo. & latiſsimè Iaſ. ad §. ſi ita. de act.
e Cy. ad d. l. 2. C. de edict. act. & Fulgo. hic.
f l. in cauſa. 2. §. penul. de minorib.
g l. in cauſa. §. penult. de minorib
h l. cũ de indebito. de probatio.
i l. inter hæc verba. de ver bor. & rer. ſignif.
k l. ſi quid venditor. l. bonem. §. aliquando. l. ſi hominem. de ædil. edict.

& modus conſtituendi pretij, qui eſt cupiditatis habendi: ita quoque ediuerſo delicatior aliquis emptor magno tædio exigui vitij vix ſibi ſuoq; animo finem faciet minuendæ æſtimationis. Et profectò non ſatis rationi & æquitati conuenit, quòd hic emptori committamus ſuum iuſiurandum, contra venditorem, qui in dolo non eſt, cùm ad iuſiurandum in litem (cui
6 iſtud eſt ſimillimum, cum ſit de eo quod ſingulariter intereſt [a]) nõ admittatur quis, & nec contra eum quidem, quem iudicio vicit & ſuperauit, niſi hic victus in dolo ſit, & euidẽti cõtumacia, non faciẽdo iudicatum [b]. Quod verò Caſtrenſis præſentiens hoc obijci poſſe, putauerit ſic ſe excuſare, ob id hic tolerari, vt iuret emptor aduerſus venditorem non doloſum, non victum iudicio, quòd is venditor non intelligatur damnum ſentire, vt qui ſolum reſtituit quod accepit, vltra videndum eſt an rectè ſuccedat. Nam & hoc credatur emptori iurato, quòd venditor plus accepit, quàm erat ab eo ipſo emptore accepturus: fortè tamen non vltra, aut ſaltem nõ cum tanto exceſſu accepit ab eo vltra quàm res verè valeat, & facilè erat accepturus ab alio qui tunc quoq; eandẽ rem cupiebat emptã habere, & cui vendendi occaſio nunc eſt ſublata. Accedit etiam, eius quod intereſt ſo
7 lius affectionis gratia, ſiue ſingulariter, raro admodum in iure noſtro rationem haberi [c], quæ quamuis aliqua ſit in iudicijs bonæfidei, illius tamen conſideratio tunc valet, cùm agitur, de implẽdo eo quod cõuenit, vt ſcilicet id omnino impleatur, etiamſi forte non aliter interſit id petentis, quàm affectionis gratia [d]. At certè longè æquius eſt ſeruari conuẽta, etiamſi non aliter, quàm ratione affectionis interſit, quàm ediuerſo recedi à conuẽtis, eaq; reſcindi, quatenus debitoris obligati interſit ratione affectiõis ſuæ ſupra quam intereſſet cõmuniter cuiuſq;, expenſa vera rei æſtimatione. Sa-
8 nè redhiberi rẽ poſſe, ſi probabiliter doceat emptor, quòd vitio cognito, nõ fuiſſet omninò emptur[us], id admiſerim, etiamſi æſtimatorio iudicio fuerit ab initio actum [e]. Quo fit, vt tanta ſit vicinitas harum actionum redhibi-
9 toriæ & æſtimatoriæ, vt qui alterutra egerit, & ſuccubuerit, ſi alia velit poſtea agere, repellatur exceptione rei iudicatæ [f]; & non quidẽ tunc ſolum cùm quanti minoris eſt actum ad finem redhibendi, vt quidã ait [g], vel vt alius [h], mutatis tamẽ verbis in eandẽ ſententiã dixit, ſi actũ ſit quanti minoris actione quæ redhibitionem faciat, nõ quæ in excurſu æſtimationis cõſiſtat: ſed quòd æſtimatoria actio quanti minoris generaliter propoſita, ſemper ſuapte vi & poteſtate includat, non tantùm pretij diminutionem, verùm & redhibitionem, ſi ex probationibus iudici faciendis, inueniatur
10 adeò nullius pretij rem eſſe, vt non expediat habere [i], vel vt omninò non fuerit empturus [k]. Nam quod nihili eſt, vtique etiam minoris eſt [l]. Atq; ita
11 verba petitionis in actionẽ quãto minoris vtriq; conueniunt, poſſuntque adaptari tam ad redhibitionem, quàm ad moderandum excurſum precij ad veram æſtimationem: quod & Bart. cenſuit [m], & multò quidem rectius, quàm qui reſtrinxerunt actionem, quãto minoris vt inſtituta eſſe debeat ad redhibitionem, vt alteri actioni per alterã obijci poſſit exceptio rei iudicatæ. Nã quis quæſo vnquam ſic egit, actionemq; ſuã ita cõpoſuit, vt cũ ab initio intenderet redhibitionem, proponeret tamen æſtimatoriam, niſi
12 fortè cùm tempore ſex menſium à redhibitoria ſe ſciret excluſum, cuius tamen actionis effectum ſperaret alijs ſex menſibus moderata petitione ad æſtimationem, quam deinde ſuis probationibus ſperet ſe deducturum ad nihilum, vel ita facere exiguam, vt iudici perſuadeat ſe, ſi vitium cognouiſſet, non fuiſſe empturum [n]. Sed his nunc relictis, vt redeamus vnde digreſſi ſumus, multum ſanè vrget aduerſus diſtinctionẽ illam duplicis

a Salicet. ad l. ſi minor. in fin. C. de action. empt.

b l. in action. de in litem iurand.

c l. 1. §. ſed et alias. ſi quid in fauorẽ gratiam. Frãc. Curt. iunior. ad l. vnic. C. de ſent. de eo quod intereſt.

d §. cum fundus. C. mandati. l. ſeruus. ea l. verſi. ſi vt manumitteretur, de ſeruis exportand.

e d. l. bou[m]. §. aliquando. de edilit. edict. l. ſi is qui heres. §. eſt in poteſtate verſic. nã poſterior actio. de exception. rei iudic.

f d. §. in poteſtate.

g Caſtr. ibi.

h dñs Zaſius hic.

i d. l. bou[m]. §. aliquando.

k d. §. eſt in poteſtate.

l l. ſi à te ſtipulatus fuero, quanto minus. de verbo. ſignific. l. nurius. de reg. iuris. l. 2. de hered. inſti.

m ad l. denunciaſſe. §. quid tamen. nu. 2. in fin. ad l. Iuliam. de adulte.

n l. ſi tamen. §. nõ nocebit emptori. de adilit. edict.

gene-

generis actionum quanti minoris quod ipſi Iuriſconſulti his verbis: *Quāti
res eſt, & quanti venierit*, promiſcuę aliquando vno loco, & in vna facti ſpe- 13
cie vtantur[a]: vel vbi aliqua ſpecies ex eadem æquitate vertitur in contra-
rias formas actionū, nunc ſcilicet data actiōe decepto emptori quanti plu
ris ſeruū emiſſet, ſi eo artificio de quo mētitus erat vēditor, inſtructus fuiſ-
ſet: nunc verò cōtra decepto vēditori quāti pluris hæreditas valeret, ſi nō
doloſè emptor res quaſdā ex hæreditate ſubtrahi curaſſet: quibus ſubtra-
ctis, perſuaſerit venditori minimū valere, vbi tamē nulla prorſus eſt ratio
diuerſi iuris, cur alijs verbis I.C. emptori daret actionē *quanti pluris emiſſet*,
quàm venditori, *quanto pluris res valeret*, ſi tam diuerſa illis verbis ſignifi- 14
carentur. Quod verò alij [b] ad hoc reſpondent [c], hoc vitium tantum eſ-
ſe rei venditæ, ſed altero illo loco, vbi confuſum hoc diſcrimen eſt ver-
borum, & ciuili, vt aiunt, actione, quanto minoris agitur in tantum,
quanti minoris res eſt, vitium eſſe perſonæ, vtpote ipſius venditoris qui in
dolo eſt, vel emptoris: rem autem ipſam non eſſe vitioſam, ſed tantum
non tam commendabilem, quàm dixerat venditor, dum ſeruus non eſt
eo artificio inſtructus, aut non tam peculiatus, quàm venditor doloſè
affirmauerat. Ea ſanè diſtinctio de vitijs rerum & perſonarum, quod ad
hanc rem attinet, tam parum fundamēti habere videtur, quàm ipſa diſtin-
ctio duplicis generis actionū quāto minoris: quod vt manifeſtius ſit, illud
in primis tenendū eſt, quòd nō ſolum ſi quid morbi aut vitij res vendita ha
beat, ex edilitio edicto agi, verùm etiam ſi quod venditor de ea re affirma
uerat, nō ita ſit[d]. Itaq; ſi vbi dolus eſt aduerſarij mentientis de artificio ſer
ui, aut viribus hæreditatis venditæ, actio æſtimatoria quanti minoris ad id
competat, *quanti minoris res eſt*, ſicut per contrarium ex dolo emptoris,
quanto pluris res verè eſt, & valet: cur ex ſolo vitio rei venditæ, vbi vēditor
id ignorauerat, permittemus conuentum pretium minui ex affectione
emptoris, & quantum ille iurare auſit ſe minus fuiſſe oblaturum: An non
eſt deteſtabilior dolus venditoris, qui ſciens prudenſque mentitur in eo
quod affirmat de re vendita, quam culpa ignorantiæ eius quod vitium rei
ſibi quoque incognitum tacuerit? & eſt ne reſtrictior actio, minusq; du-
ra, quæ de vera tantum æſtimatione eſt, & laxior, ſic vt in plus poſſit exer
cere ea quæ eſt de æſtimatione relata ad affectionem paſſi damnum.
Cur ergo eum venditorem qui bonam fidem fallit grauius, mitiori actio-
ni, & illum qui minus fallit grauiori ſubijciemus? Secunda quoque diſ-
ferentia ſuperius recitata, *quod videlicet ciuilis perpetua ſit, prætoria annalis*, 15
expreſſa Gordiani conſtitutione confunditur [e], qui conſultus ab em-
ptore, à quo ſeruus pridem cōparatus poſt anni tempus fugerat, qua ratio-
ne eo nomine cum venditore congredi poſſit: Reſpondit, ſe id nō poſſe
animaduertere, propterea quòd redhibitoria actio ſex menſium tantū eſ-
ſet, & quanto minoris anno concluderetur: quàm autem non ſit hoc ve
riſimile, ne dicam eſſe ridiculū, quod alij vt eam obiectionē effugiant, attu
lerunt, interrogatum fuiſſe imperatorem de ſolis prætorijs actionibus, ni
mirū edilitijs, de quibus illius tituli inſcriptio eſt, nemo nō videt, maximè
cùm in ea ipſa cōſtitutione expreſſim legatur de quo fuerit interrogatus,
nimirū qua ratione, ſiue qua via & actione eo nōie poſſet cū vēditore cōn
gredi, & iudicio certare. Et quis quæſo, ſic adit principē, vt reſtrictis ver-
bis cōſulat, quænā prætoria actio ei cōpetat, de quo prætor potius eſſet in-
terrogādus, etſi ibi emptor ciuiliū actionū à prætorijs nouiſſet vel vnquā
audiſſet diſcrimen, cur tā diſertè de prætoria tantū actiōe rogaſſet, quā du
plici ratiōe minus vtilē faciunt, tum ſcilicet, quòd ſit annalis, tum quod ad
veram

a in d. §. eſt in poteſtate.

b Accurſ. hic. Bart. Caſtr. & Salicet.

c in præced. d. l. Iulianus. verſic. ſi ignarus.

d l. 1. poſt princ. in verb. ſiue aduerſus quod dictū. l. ſi quod & venditor. de ædilit. edict.

e l. 2. C. de edilit. edict.

veram rei æſtimationem redigatur, & non potius rogaſſet de ciuili, qua æ-
ſtimatio ſuo iuriiurando committeretur, & quam faciunt perpetuã, præ-
16 ſertim cùm poſt annum quæreret remedium. Quare omnem actionẽ quan
ti minoris ob vitium rei venditæ, vel ob non compertum illud quod de ea
re venditor affirmauit, dicemus eſſe annalem. Neq; ſanè durum cuiquam
videri debet tantillo tempore concludi eam actionem, cùm reſcindat, aut
aliqua ſaltem ex parte retractet quod erat contractũ, & ſummo iure ciuili
17 firmum & ratum [a], & annus quoq; iſte vtilis ſit, ſaltem ita vt inſtè, id eſt, nõ
ſupinè, ignorando vitium non incipiat currere, ſed tunc primum, vbi cog-
nouerit vitium: imò etiam fortè in ipſo progreſſu tempus hoc annale ſit v-
tile, ſic vt omnia impedimenta in medio, & quandocunque incidentia an-
te annum finitum ſubducantur [b]. An non ſuffecerit etiam abundè tantum
temporis dari emptori, cognito vitio, & ob id retractari quærat, quod an-
te contraxerat. Non autem oportet ciuilem & perpetuam eſſe actionem
ex empto, propterea quòd in hoc titulo eius mentio facta ſit. Nam hic vt
dictum eſt [c] generaliter de actionibus empti & venditi loquimur, de om-
nibus ſcilicet quibus ex emptione & venditione perſequimur quod per-
miſſum eſt perſequi, ſiue ciuili iure, ſiue prætorio. Nunc autem tertia quæ
ſola reſtat differẽtia, nec ipſa quidem ſatis ſolida eſt & firma, non enim o-
portet edilitia edicta & redhibitorias actiones reſtringere ad ſola manci-
pia, iumenta, animantiaq; vendita, quamuis de illis illorumque vitijs plura
quàm de alijs rebus eo tit. ſint dicta. Nam & ipſa verba edilium curulium [d],
aliarum quoq; rerũ meminerunt, quarũ etiã exẽpla ſunt eo titulo aliqua,
quamuis pauciora [e]. Sed nunc alterum membrum principalis diſtinctio-
nis aggrediamur, vbi ſciens venditor reticuit vitiũ, & ſic emptorem igno
rantẽ decepit, quo caſu omnia detrimẽta quæ ex ea emptione traxerit em-
18 ptor, præſtabit ei venditor [f], etiamſi externa damna ſint, vt ſi ædes vitio ti-
gni corruerint, vel grex contagione morboſi pecoris venditi perierit: iu-
ſta certè velut pœna quadam doloſi venditoris, ſola verò mora ſua vẽditor
19 qui in dolo non eſſet, non ſic grauaretur: neque quod extrinſecus intereſt
præſtabit [g]: mora enim ſicut emptorem grauat ſolis vſuris pretij conuen-
ti, non aũt reſtitutiõe eius quod obtinere poterat mora nõ facta [h]. Ita quoq;
ſimili æquitatis ratione, & vt inter contrahentes ſeruetur æqualitas, ven-
ditorem ſua mora non grauat, niſi de eo quod intereſt ratione ſolius rei;
idque non propriè dicimus intereſſe, quod interim ſecus intereſt [i], ſed po
20 tius reuera tanti rem eſſe de qua agitur. Et ſanè hac diſtinctione doli &
moræ, ſolidior erit conciliatio antinomiæ quam attulimus [k], quàm ea via
quæ ab Accurſio eſt tentata [l], quod ſcilicet hic vitium eſſet rei & perſonæ,
hoc eſt, res in ſe vitioſa vendita & tradita doloſe, illic verò [m] ſolius perſo
næ vitium eſſe, nempe moram venditoris, non tradentis quod vẽdiderat.
Nam ſi velit & moram vitijs aſſcribere (vt ſanè nunquam ſine culpa eſt) fa-
cile eſſet vt hic ignorante etiam venditore duplex inuenire vitium, vide-
licet moram eius, & vitiũ rei incognitum. Attamen ob ſolã morã ſine do-
lo venditoris, nõ haberet locũ id quod hic in venditorem ſcientem & do-
loſum tam acerbè eſt cõſtitutũ, vt omnia detrimẽta etiã externa præſtet.
21 At inquies, facilè ſic fiet, vt omnia hæc externa detrimenta longè excedãt
duplum rei venditæ, & in obligationẽ deductæ: conſtitutum eſt autem [n] du
plum excedi non poſſe in vllis caſibus qui habent certam quantitatem
vel naturam, & ſtatim inter exempla refertur obligatio ex venditionibus
22 & locatiõibus. Accurſius dupliciter cõciliare hæc nititur. Primum, quod
illa cõſtitutio quæ ſic id quod intereſt moderatur, pertineat ad illud quod

a l. in honorarijs. §. ſed & reſtituſſe. de act. & obl.

b Salicet. ad d. l. 2. C. æ dil. act.

c ad l. ex empto. §. redhibitionem.

d in princ. l. prim. de edill. edict.

e l. etiã in fundo vendo. l. ſi tamẽ §. ſimplariarũ. de edil. edict. iuncta. l. emptor. de euict.

f hac l. Iulianus, verſic. ſi verò ſciens reticuit.

g l. ſi ſterilis. §. cũ per venditionem. hoc tit.

h l. vlt. de pericul. & com.

i l. inter hæc verba. de verbor. ſignific.

k ſumus ſcilicet verſic. & d. §. cum per venditionem.

l hic in princ. gloſa. ad verbum intereſſet.

m in §. cum vendit.

n l. vnica. C. de ſẽtẽtijs quæ pro eo quod intereſt feruntur.

intereſt ſingulariter,non quod communiter, vt hic. Secundò, quòd in-
telligatur de eo quod intereſt circa rem ipſam, hic verò extra rem inter-
eſt.Sed Albericus vtranque rationem conciliandi improbat: priorē qui- 23
dem,quamuis alijs placeat[a],Proptcrea quòd non putet rationem habēdam
eius quod ſingulariter intereſt:Poſteriorem verò,quòd æquius eſſet reci-
pere reſtrictionem aliquam id quod extrinſecus intereſt;quàm quod ve-
rè circa rem ipſam,eiuſque principaliter ratione & conſideratione inter-
eſt.Ipſe autem putat,quòd dolus venditoris ſit in cauſa,cur meritò ſic ex-
currat aduerſus eum actio & condemnatio ad externa illa detrimenta,
quamuis quod intereſt non aſtringat non doloſum vltra duplum, ſicut &
in delictis benignitas illius moderationis ceſſat[b],& dolus vtiq; delictum 24
eſt[c],Fulgoſio hic idem placuit, quamuis alijs & obſcurioribus verbis ita
diſtinguit,Aliquando id quod intereſt accedere rei,vel ſuccedere in lo-
cum rei principaliter in obligationē deductæ,certamq; naturam aut quan
titatē habentis,eoq; caſu non poſſe excedere duplum: aliquando verò id
quod intereſt principaliter & per ſe deduci in actionē:& hoc modo quan
ticunque interſit, totum petit. Nam cum incertum ſit, non poteſt limi-
tari aliqua proportione vel dupli,vel alia cùm non ſit ſimplum aliquod cer
tum ad quod fiat relatio & comparatio:& ad hunc caſum referri debent,
vbi dolo venditoris deceptus eſt emptor. Quare Albericus & Fulgo-
ſius videntur pulchrè ſtruxiſſe prima fundamenta nouæ tractationis Mo- 25
linæi ad dictam conſtitutionem Iuſtiniani,qui & ipſe inter cætera hanc
veluti regulam tradit: *quod vbicunque doli ratione intereſt,is ſemper faciat caſum* 26
incertum:non quòd dolus rei naturam certamve quantitatem immutet,ſed
quod faciat aliud, eſſe obiectum eius quod intereſt,quàm quod dolo non
accedente futurum erat. Ceſſante enim dolo in hoc contractu vendi-
tionis & emptionis,non venit in conſiderationem dandæ actionis, ſi quid
aliter interſit,quàm ratione rei ſuper qua eſt contractum,veluti ex capite
moræ,ſi ea res traditur ſerius, vel ex capite euictionis,ſi ſemel tradita res
euincatur, vel quòd aliena fuerit,vel quod alij obligata. Atq; ita id quod
intereſt,ſemper ad rem tanquam ad ſuum obiectum proprium circa quod
verſatur,referri dignoſcitur. Sed accedente dolo venditoris,non iam ex
mora tardioris traditionis,non etiam euictionis,aliave ſimili cauſa ex ijs
quæ hic ordinariæ ſunt, metimur id quod intereſt, ſed ex læſione ipſa
quantácunque ſequi continget,ad quam tendebat & dirigebatur dolus
venditoris, quæ tempore contractus adhuc erat incerta, an quando, &
quanta ſequeretur: vbicunque ergo principaliter debetur id quod in-
tereſt,& ad illud directò inſtituitur actio, non autem verſatur circa a-
liud principaliter debitum,certumque, eius conſideratio & inſpectio ve-
lut acceſſoriè, aut per ſurrogationem, non poteſt fieri, vt locum habeat
moderatio dictæ nouæ conſtitutionis Iuſtiniani,nimirum deficiente fun-
damento ad quod comparatio per proportionem fieret[d].

a Salicet. hic. & ad d. l. vnicam.

b l. 3. de condict. furt. l. in ficiādo. §. 3. l. ſi quis vxori. §. penult. de furt.

c l. 1. ſub fin. & ibi gloſ. ad verb. criminc. de fideiuſſ. ont.

d l. ſi procuratorem. §. mādati actio. mand. l. ſi pœnam in 2. reſponſ. de verbor. obligat. l. ſi ſeruus communis. verſic. idque euidentius. de furt. l. tenetur. §. ſed ſi vas. bonis. l. ſed abeſt. §. 1. locat.

§. ITEM QVI FVREM.

SVMMARIA.

1 *Qui ſeruum fugitiuum aut furem vendiderit, quomodo teneatur.*
2 *Improbata interpretatio Accurſij.*
3 *Qui ſeruum furem vendit ignorans, omninò non tenetur: at qui fugitiuum vendit, tenetur: & quæ ſit eius rei ratio.*
4 *Propter aſſeuerationem tenetur venditor ignorans quanto minoris, ſed non ad id quod extrinſecus intereſt.*
5 *Quomodo teneatur, qui aſſeuerauit ſeruum non eſſe fugitiuum ignorans.*

Fugi-

FVGITIVI ſerui & furis venditio pari modo obligat venditorē ſcien-
1 tem,quanti ſcilicet interfuit emptoris,non decipi,etiamſi extrinſecus
id veniat,vt fortè quòd hic res aliquas emptori abſtulerit, ille ſecū vt
fugerent alios ſollicitauerit. ignorantem verò venditorem non æquè:nā
circa fugitiuum vẽditor tenetur quanti minoris empturus fuiſſet emptor,ſi
fugitiuum eſſe ſciuiſſet,circa furem non tenetur,hoc eſt, vt rectè pleriq;[a] *a Alberic. & Fulgo. hic*
interpretantur, omninò non tenetur, ne in minimo quidem ex ea cauſa,
2 non verò vt Accurſius ſubindicat[b], quòd ſi vẽditor ignorans circa furem *b hic in gloſ. magna. verſ. vel dic quod in ſeruo fu re, &c.*
ſeruum non æquè teneatur vt ſciens, teneri tamen quanti minoris eſſet
empturus,ſi furem eſſe ſciuiſſet: ſic enim confunderetur omne diſcrimen,
non ſolùm quod inter ſeruum furem & fugitiuum tradat Vlpianus, verùm
etiam inter ignorantem tantum venditorem, & aſſeuerantem eſſe fidum
ſeruum. Nā hic ob temerariam indicationem tenetur ſolum quanti mino-
ris,ita vt niſi diſcrimen omne ſubuertere velis,neceſſe ſit fateri,quòd qui
ſeruum furem vendit ignorans,omninò non teneatur:& hoc quoque ſua-
det ratio differentiæ,quæ ſtatim ſubiungitur, quòd ſeruum furem vẽditor
habere poſſit,fugitiuum verò habere nō liceat: libertatis enim ſpecies eſt
fugiſſe[c]. liber autem ipſe euincit ſe[d]: ideoque etiam antequam fugerit ab *c l. ſi quis ſit fugitiuus. §. idem rectè ait. ff. de edil. edict.*
emptore tenebitur venditor[e],ſi ſciuerit,non ſi ignorauerit[f]. Quod au-
tem dictum eſt,ſeruum furem haberi poſſe,hanc habet rationē, quòd hoc *d l. qui libertatis. de euict.*
vitium & furandi propoſitum tale non ſit, vt ob id ſeruus emptori abeſſe *e Accurſ. ad l. 1. C. de euict.*
debeat,aut vt vſum miniſteriumque ſerui impediat, quod in redhibitione *f Fulgo. hoc. arg. l. ſi ſeruū mihi ignoranti ſciens. hoc tit. & d. l. in prin: l. in verb. cōſil. fraud. C. de edilit. act.*
potiſsimum ſpectamus[g]. Eaque ratio differentiæ ſic explicata latius porri-
git vim ſuam,quàm ad diſcrimen furis & fugitiui ſerui. Poterit enim ea-
dem ratio adferri eius diſcriminis quod diximus[h], inter ſeruum fu- *g l. 1. verſi. proinde. ſi quid tale fuerit vitij. de edil. edict.*
rem,& furto noxaque non ſolutum, ſcilicet quòd hunc habere non li-
ceat, dum noxali actioni ab extraneo proponente emptorem nouum do- *h ad d. l. ſi ſeruū. in princ.*
minum & poſſeſſorem ſubijcit, cui facilius eſſe poſsit noxæ illum dedere,
quàm damnum reſarcire,ex ſolo verò propoſito furandi, aut furto quod
domino venditori fecit ſeruus non agitur noxali. Tributarium quoq; præ
dium vẽdi & euinci ob non ſolutū tributū poſſet[i]. Atque ita fieri poteſt, *i l. penult. de reſcindend. vendit.*
vt nec illud habere liceat. Seruientia verò prædia quamuis omnibus ha-
bere liceat,ita vt ob ſeruitutem prædialem quam debent,nō poſſunt euin-
ci,multum tamen detrahit ſeruitus ex libertate vtendi prædio,& vera eius
æſtimatione,cùm vel ſola definitio eius edoceat[k], ius ſeruitutis vtilitatem *k Alciat. ad l. quid aliud de verbor. ſignif.*
eius prædij cui inhæret, reſpicere,& vicini, nempe ſeruientis diminuere.
4 Sanè quod ignorantis venditoris aſſeuerationem obligationi innectimꝰ,
hactenus verum eſt,& Accurſio teſte[l],vt teneatur quāti minoris res eſt, *l in gloſ. ad verb. indicationem.*
quod modò paulò ante negauit Vlpianus,eum teneri,qui tantum ignora-
uit,& nihil aſſeruit:non verò quod ad omnia damna quæ & extrinſecus in-
de emergere poſſunt teneatur,ita vt medium teneat inter ignorantem,&
ſcientē,ſimplex enim ignorantia ſine culpa eſt,aut parem emptoris quoq;
culpam habet,quod non diligentius perquiſierit, & ideo nullam contra-
hit obligationem. Sed hæc aſſeueratio non caret culpa:non enim debuit
facilè venditor quod ignorabat aſſeuerare. Itaque meritò tenetur quanti
minoris res eſt,ob vitium. Mitius tamen cum eo agitur,quàm ſi ſciens pru
densque vendidiſſet celato vitio:tunc enim in dolo eſſet[m], ideoq; ad ex- *m l. 1. in ſ. hoc tit. & l. dolo manda.*
terna quoque damna teneretur ratione doli,quem ſemper ob hoc cōtra-
ctu & actione bonæ fidei abeſſe oportet,vnde reſponderi poſſet ad id de
5 quo probabiliter quis dubitet. An ſicut circa furem venditum aſſeuera-
tio non doloſa,ſed temeraria tantum obligationem aliquam inducit, vbi
alioqui

alioqui nulla eſſet,ſi tantum ignoraſſet venditor.Ita quoque circa fugitiuum ſeruum,obligationem augeat & intendat,nimirum ſic, vt vbi venditor tantùm ignorans eſſe fugitiuum, & nihil de contrario aſſeuerans,tenetur ſolum quanti minoris, iam ob aſſeuerationem additam teneatur plenius etiam ad externa damna,quæ fugiens ſeruus domino dederit. Quod minimè admittendum eſt:quamuis enim affirmauerit fugitiuum non eſſe, reuera tamen ignorauit,eiuſque ignorantia efficit, vt non in dolo ſit, ſed in culpa tantùm,ex qua ſuffecerit hactenus eum obligari,vt remittat è pretio quanti minoris is ſeruus eſſet ob vitium vtrique incognitum,& nõ doloſè à venditore celatum.Et hinc factum eſt,vt Vlpian.inquirens,quid aſſeueratio ignorantiæ faciat ad obligationem,de ſolo fure ſeruo loquutus eſt,nihil repetens de fugitiuo [a].

a hic in verſic. quid tamē ſi ignorauerit furē eſſe.

L. TENETVR. §. SED SI VAS.

SVMMARIA.

1 *Sola affirmatio facit aliquando venditorem ignorantem teneri ad externa damna.*

2 *Qui locauit vaſa vitioſa ignorans, etiamſi integra non affirmauerit,tenetur ad externa damna, ſecus ſi vendiderit, ſecundum communem opinionem.*

3 *In ducēda vxore ſolliciti magis eſſe debemus, quàm in adſciſcenda concubina.*

4 *Mudæus nihil putat eſſe diſcriminis in vaſis locatis ac venditis, neque inter vaſa & res alias, ſed differentiam eſſe inter res quæ ex profeſſione artis venduntur aut locantur, easq; quæ ex ſimplici administratione patrimonij veneunt aut locãtur.*

5 *In vaſis venditis & locatis, qualitas etiam vendentis & ementis ius variat.*

6 *Reſponſa Iuriſconſultorum ad ea quæ frequentius accidunt, adaptantur.*

7 *Non ſolùm quæ principaliter venduntur, verùm etiam quæ in acceſſionem veniunt, integra & nõ vitioſa tradi debent.*

EST tamen vbi vel ſola affirmatio eius quod fortè venditor ignorauit, 1
trahit ſecum periculum omnium damnorum externorum.Nam ſi vaſcularius mihi vendat vas quod affirmat eſſe integrũ,ſi quid perdiderim ex eo quod à me infuſum eſt,totum hoc damnũ mihi reſarciet, imò & ſi mihi non affirmauerit illud integrum eſſe,ſed tantum non egerit in cõtrarium, hoc eſt,ſi non prædixerit,conuenerítq; ſe nolle teneri, ſi non integrũ inueniatur,adhuc omninò tenebitur,& vt interpretatur quidam [a], indiſtinctè,ſiue ſciuerit vitium vaſis, ſiue ignorauerit,& ſiue affirmauerit eſſe integrum,ſiue id tacuerit,ſic eſt enim in locatis vaſis [b],quibus hic [c] vendita vaſa comparantur. Sed communior ſententia in locatis [d] quidem va- 2
ſis id fatetur,vt nec poteſt negari: apertiſsima enim Iuriſconſulti verba ſunt [e],in venditis negat, & ratio diuerſitatis hæc excogitata eſt [f], quòd plus grauari meritò debeam,quando res mea mihi damnum dat,quàm cùm aliena:hoc eſt,minus æquum ſit mihi ſuccurri aduerſus alium à quo repetam damnũ quod ego emptor ex re iam mea accipio , quam vt conductor repetã damnum quod mihi obuenit ex re aliena,quam certa mercede conduxi. quod ita explicat Fulgoſius [g],vt cum emptæ rei dominium tranſeat in emptorem, meritò maior eius debeat eſſe cura, & diligentior inquiſitio,qualem rem ſibi emat,quàm ſi conductam tantùm ad aliquod tempus acciperet.Additq; ſatis feſtiuum exemplum,de vxore & concubina,quod 3
ſcilicet in illa delegenda quæ vitæ & omnium fortunarum ſocia ſit, bene ſolicitum eſſe oporteat, qualem quis ducat:de concubina verò nõ æquè. illud autem vel ſola naturalis ratio dictitat,quòd quo diligentior eſſe debet in perquirendis rei emendæ cõditionibus emptor,eò magis parcẽdum eſt venditori,præſertim ignorãti,ſi non prædixerit eius rei vitium.Ad hæc (ſi ſequi ea luberet)alia magis ratio impelleret,quod nõ ſic ad certum aliquẽ & præfinitũ vſum vas aliave res ematur, ſicut conducitur . emit enim quiſque vt ſuum proprium illud habeat, & quoſcunque vellet fructus, ſiue

a Caſtrenſ.hic.& ad l.ſed addes.§.2.locati.
b d.l.ſed addes.§.2.
c in verſic. quod & in locatis.
d Accurſ.& Fulgo.ad l.Iulian.§. item qui furem. Bart.ibi.& ad l.In reb. §.item qui ſciens. J.commod. Alberic. hic.
e in d.§.ſed addes.§.1.
f ab Alberic. hic Bart. ad d.l. in reb. §. item qui ſciens.
g ad d.l.Iulian.& ad d. §.itẽ ſi ſciens.

ſiue aridos, ſiue liquidos, ſiue aliam quamlibet rem in vaſe empto cuſtodiat. Conducit verò in certum vſum, ita vt nec locaturus fuiſſet dominus ad alium quàm præſcriptum vſum. Atque ita meritò grauius haberi debet, falli conductorem in eo vſu, de quo vel nominatim, vel tacitè conuenit.
4 At certè diuerſam ſententiam ſequi malim, quam primo recenſui; nihil ſcilicet intereſſe in venditione vaſis & locatione: nihil etiam inter vas & cæteras res omnes, vt quidam [a] dixerunt, neque etiam ſtrictiore modo inter vas & cæteras res, quarum vitia facilè poſſunt ignorari & tegi (vt alij [b]) ſed potius inter vas, cæteraſque res artificiales, quæ ex profeſsione alicuius artis venduntur aut locantur, & alias, quæ ex ſimplici adminiſtratione patrimonij à quocunq; domino earum vẽduntur aut locantur, quod luculenter ex aliorum quoque autoritate demonſtrat Vlpianus [c], diſtinguens dolia vitioſa locata, à ſaltu paſcuo locato, in quo herba mala naſcebatur, qua depaſta, pecora mortua ſunt, vel deteriora facta. In priore enim genere, nec ignorantia iuſtam habet excuſationem, propterea quòd in arte quam locator aut venditor profitetur, erratum ſit, cum alterius graui iactura. In poſteriore verò locatione non verſatur nec ſpectatur profeſsio alicuius artis aut negociationis; ſed ea locatio ad ſimplicis patrimonij adminiſtrationem pertinet: ideoque non implicat, neque in ſe tacitè continet vllam ſuſceptionem periculi, quod non mi-
5 nus à conducente quàm locante prævideri poterat & debebat. Sed nec omninò perpetuum illud eſt, quod de vaſe vendito aut locato diximus: nam ex eadem ratione æquitatis quam diximus, qualitas & conditio perſonæ vendentis & locantis in conſideratione haberi debet: vt ſi fortè in vindemijs vicinus vicino vas vendat, quo ei opus non ſit, vineis ſuis diſtractis, vel ſi prius à vaſculario emptum, alij quacunque occaſione relinquat.
6 nam ad ea quæ plerunq; fiunt reſponſa [d] Iuriſconſultorum, de vaſe vendito aut locato, adaptanda ſunt. Fit autem vt plurimum, quòd vaſa à vaſcularijs ad certum vſum locentur aut vendantur, non verò ſic ſerui, iumenta, prædia, quorum locatio ex adminiſtratione patrimonij eſt. Denique
7 quod diximus, integra & non vitioſa tradi debere quæ venduntur, pertinet non tantum ad res principaliter venditas, verùm etiam ad eas quæ in acceſsionem illarum veniunt, quamuis id nominatim conuentum non ſit, quod multis Iuriſconſultorum reſponſis teſtatum [e] eſt, & ab alijs plena diſtinctione traditum [f].

a Bart. ad d. l. ſed addes. §. 1.
b Fulgoſ. ibi.
c In d. l. ſed addes. §. 1.
d hic & in d. l. ſed addes. §. 1.
e l. quicquid. l. penult. §. ſi dolia. item l. cum rebus ſum. de contrah. empt.
f à Paul. Caſtrenſ. ad d. l. quicquid.

L. TENETVR, §. SI LOCVM.

SVMMARIA.

1 *Res vendita poſt venditionem non poteſt à venditore fieri deterior.*
2 *Quanta diſtantia à ſepulchro alterius ædificari debeat.*

1 AD aliam nunc particulam huius capitis venio, videlicet, *Quod non poſsit res vendita poſt venditionem a venditore deterior eſſe facta*: quam & alij [a] à ſuperiore parte diſtinguunt, huiuſque primum hic exemplum conſtituo de loco ſepulchri empto, i. loco puro, & nondum religioſo empto, ad ſepulchrum ibi conſtituendũ & habendum, non enim poteſt venditor etiam antequam inferatur eo mortuus, in reliqua fundi ſua parte ædificare propius eum locũ, quàm poſſet, ſi iam mortuus illatus eſſet, ſiue tradiderit, ſiue nondum tradiderit locũ venditũ emptori. Nã quod quidam [b] hoc intelligant altero tantum caſu, cũ ſcilicet nondũ traditio facta eſt emptori, nõ habet rationẽ, quin potius traditũ eſſe locum non obſcurè ſignificatur illis verbis: *antequam mortuus ibi inferatur*, quaſi iam ſit emptoris proprius locus,

a Bart. hic.
b Bart. hic. & Caſtr.

& quem poſſet ſtatim mortuum inferendo facere religioſum, quod qui-
dem quàm diu factum non eſt, compelli non poſſent alij vicini, vt ædifi-
cantes in ſuo, relinquant diſtantiam ſepulchris habendis prope fundum
alterius præſcriptam & diffinitam [a]: vt ſcilicet quantum profundum, tan- 2
tum derelinquatur. Nam etiamſi admittamus (quod alij [b] negaſſe videntur)
tantam diſtantiam vltro citroque ſeruandam eſſe, ſiue quis ſepulchrum ve
lit fodere prope alterius ædificium, ſiue e diuerſo ædificare prope alterius
ſepulchrum: alius tamen quiuis vicinus, qui non vendidit emptori locum
ad ſepulchrum tantam diſtantiam, ſi in ſuo ædificet antequam mortuus in-
feratur, non cogeretur ſeruare aut relinquere. Neque iudex finium regun
dorum inter eos vicinos rationem haberet deſtinati ſepulchri, ex ſtatu tan
tum præſenti eius temporis quo fines intuetur ius dicens, ſed aduerſus
venditorem, qui non ignorat in quem vſum vendiderit, meritò haberi po
teſt ratio illius deſtinationis, licet nondum ſepulchrum ſit, ſaltẽ vt actio-
ne ex empto ad eum reuerti emptor poſsit, ſi venditor ædificando in ſuo,
non ſeruet diſtantiam ſepulchro debitam.

a In l. vlt. de iudicio religioſor.
b Alberic. & Fulg. hic.

L. VENDITOR DOMVS.

SVMMARIA.

1 *Qui domũ vendidit, ſi ante traditionẽ vicinæ ædes ruinam minẽtur, ſtipulari debet de dãno infecto.*
2 *Damnum ruina ædium ſuarum datũ reſarcire non debet, à quo ſtipulatũ non eſt de damno infecto.*
3 *Qui ædium dominus non eſt, non poteſt ſtipulari à vicino de damno infecto.*
4 *Si emptor ſit in mora recipiendi, non tenetur amplius venditor ad cuſtodiam.*
5 *Si vendita domus antequam tradatur, minetur ruinam, venditor vicino ſtipulanti de damno infecto cauere debet, vt vacuam poſſeſsionem tradere poſsit.*

SICVT quando in lege locationis eſt ſcriptum, ne quem conductor
ſiluam cedere aut vrere ſinat, hoc continetur, vt curet & operam det,
ne quis cedat aut vrat [a]: Ita quoque in venditione domus hoc debet ven-
ditor putare ad ſuam curam pertinere, ne domus vendita, antequam eã tra 1
dat, ruina vicinarum ædium damnum accipiat impune, quod ſcilicet vicinus
cuius ædes ſua ruina damnũ dederunt, nõ reſarciat, ad quod quia ſine ſtipu 2
latione & cautione damni infecti vicinus non teneretur [b], meritò vendi-
tor debet ſtipulari à vicino cuius ædes ruinam minantur, de damno infe-
cto, & cautionem exigere. Antequam enim tradat, debet cuſtodiam, &
pars cuſtodiæ eſt, alium obligare in eo quod ad cuſtodiam & conſeruatio-
nem ſpectat [c]. Ideoque debet proſpicere emptori aduerſus imminens pe-
riculum, præſertim cùm id nondum facere poſsit ipſe emptor, qui nõdum 3
emptæ domus dominus inutiliter ſtipularetur à vicino de damno infecto [d].
Et hæc quidem ita ſi nondum fuerit in mora emptor recipiendi domum
emptam [e]: Mora enim per emptorem cõmiſſa, non debet venditor rema- 4
nere inuitus emptoris procurator, & diuturniorem rei venditæ curam ſu-
ſtinere. Et hæc eſt verè Pauli ſententia in hoc reſponſo: quamuis nõnulli,
Odofred. Barthol. Baldus & Salicetus, hic inuerſa ratione intelligant ven
ditam domum ipſam quidem minari ruinam ædibus vicinis: ideoque ven-
ditorem promittere & cauere vicino ſtipulanti de damno infecto, quod
& ipſum per ſe verum eſt, ſed huic loco nõ rectè accommodatur, cùm ver 5
ba Iuriſconſulti apertiſsima ſint, quòd debeat venditor ſtipulationẽ dam-
ni infecti interponere, cuius contrarium eſt, alio ſtipulante cauere & pro
mittere. Additaque eſt hæc ratio, quòd cuſtodiam rei venditæ & diligen-
tiã præſtare debeat, ad emptoris ſcilicet cõmodum & vtilitatẽ: quod verò
exigente vicino cautionem damni infecti, ipſe quamuis vendiderit eam,
adhuc

a l. In lege locationũ. locat. & conduct.
b l. quemadmodũ. §. ſi ma lus. ad l. Aquiliã. l. euenit. l. prætor ait. §. hoc edictum. in fin. & §. vnde quæritur. de damno infecto.
c Bald. hic.
d l. damni infecti. §. emptor prædij. l. cũ empto ædium. de dãno infecto.
e Caſt. hic.
f l. ſi mora. ſoluto matri. l. poſtulante. in fin. verſ. nec enim æquum eſt. ad Trebellian. l. venditor ex hereditat. verſic. quemadmodum. de hered. vel action.

adhuc præſtet, hoc non directò emptoris gratia, ſed ſui ipſius potius cauſa facit venditor, vt vacuam poſſeſsionem rei venditæ poſsit emptori tradere, non traderet autem vacuam, ſi damno infecto cauſa vicinus, cùm ei non caueretur, in poſſeſsionem eſſet miſſus[a].

a l.2.§.1. huius tit. l.ſi finita. §.Iulianus. de damno infect.

L. SI SERVVS TVVS.

SVMMARIA.

1 *Quid ſeruo vendito ante traditionem imperare venditor poſsit.*
2 *Hoc hac in re ſolum requiri, vt abſit dolus & culpa venditoris.*

1 QVID vendito & nondum tradito ſeruo imperare poſset venditor, videntur[b] olim aliqui Iuriſconſulti hac ſola inſpectione definiuiſſe, vt diſtinguerent ſolita ab inſolitis: permitterentque omnia iniungi, quæ à ſeruo nõ vendito fuiſſet exacturus: quæ ſi imperaſſet, & in illis exequendis ſeruus fortè crus fregiſſet, putabant venditorem non teneri. Sed hæc Paulo minimè hic probantur: qui in vtroque membro diſtinctionis notat, quid deſiderari poſsit: quaſi neque omnia quæ ſolet facere ſeruus, nunc quoque ei vendito rectè imperentur, neque omninò ab inſuetis ſit abſtinendum. Nam quæ periculoſa ſunt, in ſeruo proprio alio non debito tolerari poſſunt[c]: ſed in alieno ſeruo, aut iam vendito, & emptori debito reprehendi merentur[d]: quinetiam ſi quid ſeruo ſuo imperare ſoleat venditor, in quo non verſetur præſens periculum, quod tamen alius prudens & diligens paterfamilias ſuo ſeruo non erat imperaturus, nec illud rectè vendito ſeruo imperabit. E diuerſo autem, quantumuis hoc fuerit inſolitum, ſeruum illum aliquo ablegare, rectè tamen (etiam ſi conuenerit, ne quid ei imperetur noui) hoc imperabitur, vt ad emptorem eat, qui peregrè eſt. Quandò ergo hæc via diſtinctionis non ſuccedit, neque ſic definire tota hæc quæſtio poteſt, optimum viſum eſt Paulo, ſi generalibus
2 regulis relinquatur decidenda, & ad dolum malum dumtaxat, & culpam venditoris dirigatur, quæ ſi abſint, nihil neque ſolitum neque inſuetum mandaſſe nocebit.

b Alberic. hic.
c arg. l. in re mandata. C. mandati.
d arg. l. ſi conſtante. §. ſi maritus. ſolut. matrim.

VT RES TRADATVR AD EVM modum quo vendita eſt.

DVBITASSE videtur Bartholus[e], an hic nouum caput actionis cõſtituat, nec ne, propterea quòd ſi quid modo aut menſuræ deſit, pars quoque rei deeſſe videatur, & non totam rem tradi, ita vt ad generale hoc primum caput, rem tradi, hoc poſsit reduci, tandem tamen eo inclinat, quòd meritò hoc caput quod iam propoſitum habemus, retinendum ſit, velut à cæteris omnibus diſtinctum, cùm poſsit res quæ vendita eſt, facilè tradi integra, & non ad eam tamen menſuram quæ dicta eſt, veluti ſi ea tota tradatur, vt continetur ſuis finibus deſignatis, ſed dictæ menſuræ aliquid deeſt.

e ad l.2. hoc tit.

L. SECVNDA. HOC TITVLO.

SVMMARIVM.

1 *Ob deficientem menſuram, nunquam irrita eſt venditio.*

NON poteſt autem huius capitis aliunde commodius exordiũ ſumi, quàm ab eo quod dixit Paulus, *Si in emptione modus eſt, & non præſta-*

tur ex empto actio eſt: hoc enim omninò generale eſt,& perpetuò verum, ſiue res vendita ſit ad menſuram, ſiue vt corpus quoddam, & certa ſpecies cum affirmatione menſuræ [a]: & ſiue id dolo ſit factum venditoris, ſiue per ignorantiã [b], quamuis vbi ad ſpecialiora deſcenderimus, inueniemus intereſſe, maximè quod ad vim actionis attinet, grauioris vno caſu
quàm alio, quamuis ob deficientem menſuram non ſit vnquam tam grauis 1
actio, vt irrita fiat venditio [c].

a *l. quod ſæpè. §. in his. l. qui fundum. §. qui agrũ. de cõtrab. empt. l. 2. C. de pericul. & commod. rei vendita.*
b *l. tenetur. in princ. l. Iulianus. §. ſi Titius fundũ. hoc tit.*
c *Alberic. hic.*

L. SI SERVVM. §. SI MODVS AGRI.

SVMMARIA.

1 *Dupliciter intelligitur modus rei vendita.*
2 *Eius quod non eſt nullæ ſunt qualitates.*
3 *An quod ſupra menſuram in venditione expreſſam inuenitur, cedat emptori.*
4 *An quod ſupra menſurã eſt, cedat emptori ex præſumpta contrahentium voluntate æſtimandũ eſt.*
5 *Vis propria genitiui caſus in reſtrictione conſiſtit.*
6 *Vendo fundum trium iugerum, perinde eſſe ac vendo tria iugera fundi.*
7 *Qualibet pars fundi, fundus dici poteſt, ſi fundi animo dominus eam habeat.*
8 *Aliud eſſe, ſi cum expreſſione certa menſura donatus ſit fundus, aliud ſi venditus.*
9 *Ex pretij quantitate nonnunquam deprehenditur, vendita ne ſit res, an locata.*
10 *Quando vnus certus fundus venditur, adiectio menſuræ potius demonſtrãdi, quàm reſtringendi cauſa facta videtur: ſecus quãdo plures fundi ſunt vẽditi diuerſa quantitatis, & vni ſoli adijcitur menſura.*
11 *An ratione eius quod ſupra menſuram inuentum eſt, augendum ſit pretium.*
12 *Id quod amplius eſt in modo agri quàm dictũ ſit, nõ ad diſpendium vẽditoris, ſed emptoris pertinet.*
13 *Si fundus iugerũ centũ venditus ſit, & cùm amplior eſſet, quod amplius fuit euictum eſt, præſtare debebit venditor.*
14 *In dubio interpretamur traditionem conformem venditioni, & è diuerſo.*
15 *Non tam verba, quàm voluntas contrahentium ſpectari hic debet.*
16 *Non æquè facile augetur pretium, ſi maior modus inueniatur, ſicut perpetuo minuitur ſi ſit minor, et quæ ſit eius rei ratio.*

PAVLO propius hic Paulus demonſtrat in quem finem dirigatur,& ad quid valeat actio ex empto, vbi minor modus agri inuenitur, quàm dictus ſit, nimirum vt detrahatur pretio conuento pro numero iugerum deficientium: ſiue totius agri non is modus inueniatur, qui vnica complexione dictus eſt, ſiue partium eius particulariter deſignatus ſit modus, qui in aliquibus partibus deficiat: vtputa, ſi villa ruſtica diſtracta ſit, quæ dicta ſit habere certum modum cuiuſque generis partium ſuarum, terræ ſcilicet arabilis, prati, vineæ, olіueti, ſiluæ, &c. ſed cùm dupliciter modus dicatur rei venditæ, vel quòd ad menſuram vendatur, vel quod vt certum corpus
ſuis finibus deſignatum, cum aliqua tamen affirmatione menſuræ, dubita- 1
ri in primis poſſet, an vtriuſque formæ venditio huc æquè pertineat: variat enim Accurſius ſemel [a] amplexus priorem tantum modum, cùm in ſingulas menſuras pretium diſtinctim eſt conſtitutum, ac deinde [b] poſteriorem formam non omninò hinc reijcit quàm maximè: atque adeò ſolam huc pertinere putat Fulgoſius, hac ſcilicet ratione, quod prior forma venditionis quæ ad ſingulas menſuras pretium refert, quodammodo conditionalis ſit [c], ita vt verius dixeris, pro numero deficientis menſuræ non contrahi obligationem, quàm obligationi contractæ aliquid in actionis exercitio pro modo deficientis menſuræ detrahi, aut venditorem eo nõìe emptori obligari, quod tunc demum verè fit, cùm poſteriore modo venditio & emptio contrahitur, tunc enim venditor eſt obligatus emptori pro numero iugerum deficientium diſtributo, licet non prius diſtinctim conſtituto pretio in ſingulas mẽſuras: & rectè quidẽ dicimus pro numero iugerum venditorem teneri, nõ autem ratione aliqua habita qualitatis & bonitatis, ſicut in euictione [d], & vbi diſtinctis diuerſi generis partibus inuenitur aliquid deeſſe meliori [e]. itaque ſi ager ille ſic venditus in vna parte melior & fertilior ſit quàm in alia, vt forte in decliuiore loco,

a *in gloſ. ad verb. pro numero iugerum. in princi.*
b *in fi. gloſ. vlt.*
c *arg. l. quod ſæpè. ſub fin. §. vlt. de contrah. empt.*
d *l. ex mille de euiction.*
e *l. ſi duorũ. in fin. hoc tit.*

ad quem

ad quem omnis pinguedo terræ decurrit, ſicot profluens aqua [a]. nõ poterit
emptor dicere, nec ſuſtinere, qoòd ratione duorum forte iugerum defi-
cientium detrahatur è pretio quantũ illa valerent, ſi in meliore loco fuiſſet
inuenta, quia inquit Paulus Iuriſcõſultus: *Vbi modus nõ inuenitur, nõ poteſt æ-
ſtimari bonitas loci qui nõ extat.* hoc eſt, nõ debet nec poteſt fingere emptor,
quòd illa menſura agri quæ deeſt, debuiſſet inueniri in meliorè parte fun-
3 di, neque contra venditor quod in deteriore, quia eius quod non eſt, nul-
læ ſunt qualitates [b], nec æſtimari poteſt, quod in rerũ natura non eſt [c]. Sed
3 quid ſi maior modus agri inueniator, hæc quæſtiò duas continet, an ſcili-
cet quod ſupernumerarium eſt, intelligatur venditum, cedatque emptori,
& an, & quatenus augendum erit pretium, quæ ſoparatim erunt tractandæ,
vt in primis aliquid definiamus de priore, de quo dubitari poteſt, detracta
etiam altera quæſtione, de pretij augmento. Eſt autem prioris quæſtio-
nis hæc communis deciſio [d]. Quòd ſi verba venditionis concipiantur ſe-
cundum priorem formulam quàm diximus, & referantur ad menſuras ſin-
gulas, vt ſi vendam decem iugera prati conſtituti eo loco, ſingula aureis
centum, ſi duodecim ibi reperiantur, duo ſupernumeraria non videri ven
dita, ſed manere apud venditorem [e]. Si verò poſteriore modo ſit facta vẽ
ditio, totius ſcilicet fundi, quem dixerit venditor eſſe decem iugerũ, cùm
verè eſſet duodecim, tunc totum cedere emptori, ſiue diſtinctim in ſingu-
la iugera, ſiue totius fundi vnum conſtitutum ſit pretium [f]. Sed Iaſon ꝑpu-
tauit hanc diſtinctionem conſiſtere ex iuris tantùm præſumptione, ſuper
4 voluntate contrahentium, qoæ præſumptio alia fortiore poſſet elidi [b]. Et
in facti ſpecie, de qua ipſe conſultus reſpondit, fuiſſe eliſam alia præſum-
ptione, quæ quod attinet ad poſteriorem partem diſtinctionis, longè
potentius vrgebat, quod etſi contractum eſſet ſuper certo corpore
fundi, cuius dicta erat menſura, non tamen totum quod ibi ſupra men-
ſuram dictam inuenitur cenſeri venditum, ſed ſolam illius partẽ ſecundum
menſuram dictam, eo quod ſimul duorum prædiorum facta erat venditio,
& vnius dicta menſura: alterum verò prædium omninò integrum, nullaq;
dicta menſura, quod & alio exemplo poſſet demonſtrari, ſi vendam to-
tam aliquam villam ruſticam, paſcuis, pratis, ſiluis, alijsque diuerſis partib⁹
conſtantem, & cùm fortè emptori non videretur ibi ſatis eſſe prati ad v-
ſum ſuum aut coloni, ſed bene tria adhuc iugera deſiderari, haberem au-
tem & aliud quoddam vicinum pratum, quod ſemper ſeorſum & ab alijs
prædijs ſeparatum tenueram, vel alij locaueram, quo lubentius reliqua e-
mat, vendo etiã ei illud, mentione facta certæ mẽſuræ, videlicet triũ iuge
rum, quæ ille putauit ad alenda peçora neceſſaria eſſe, ſi inueniatur hoc
pratum eſſe quatuor iugerum, dici poterit ex circunſtantijs facti, quòd vl-
tra dictum numerum eſt, non videri venditum: Sed & maius quiddam ab
alijs [i] aduerſus iã dictã diſtinctionem tentatum eſt: videlicet, quòd rametſi
in donatione tolerari poſsit, in qua etiam omnium primo ſcripta eſt &
tradita [k]: in venditione tamen noo æquè: verbi gratia, fines demonſtrati
ſunt fundi venditi: addita eſt mentio certæ menſuræ, nihil eius fundi vltra
menſuram dictam conſeri in dubio venditum, ac quod adiectio illa men-
5 ſuræ non demonſtrationis, ſed reſtrictionis cauſa intelligatur eſſe facta,
idque ex vi propria genitiui caſus conſiſtentis in reſtrictione [l], veluti ſi
dixerit quis: vendo hunc fundum trium iugerum, quod ſit perinde, ac ſi
6 dixiſſet: vendo tria iugera huius fundi: maximè cùm id ſic fit in vna
eademque oratione, ſecus ſi in diuerſis, vt ſi primum abſolutè venda-
tur fundus, ac deinde in alia ſeparatim oratione dicatur is eſſe trium

a *l. 1. §. ſicut autem. de aqua pluuial. arc. nõ poterit emptor dicere nec ſuſtinere, quod ratiõe duorum fortè iugerum deficiẽtiũ detrahatur è pretio quantũ illa valerẽt.*

b *l. eius qui in prouincia. ſi certum petatur.*

c *l. cum hereditatẽ. l. quod ſi nulla. de hereditat. vel action. vend.*

d *Alberic. ad l. cõprehenſum. de contrah. empt. et vendit. Bald. de rubric. C. de cõtrah. empt. q̃ſt. 22. Salicet. ad l. 2. eod. tit. Paul. hic. & ad l. 2. C. de peric. & com. rei vend. Bart. Soci. ad l. demõſtratio falſa. de condit. & demonſtrat. Iaſo. conſil. 79. 1. volum.*

e *arg. l. ſi vina emerim. de peric. & commo. rei vendit. & legis ſi debitor. §. veriſimile à cõtrario ſenſu. de cõtrah. em.*

f *l. qui fundũ. §. qui agrũ. de contrah. empt.*

g *præal. conſil. ſuo. 79.*

b *l. diuus. & ibi Barthol. de in integrũ reſtit.*

i *Ioan. Imol. ad c. pertuat. ſub fin. de donat. Franc. Curt. Iun. in ſuo conſil. 131. 2. partis. circa ingenioſã.*

k *ab Oldrat. in conſil. 197. in conceſſione cuiuſdam donationis.*

l *Alex. de Imol. ad rubr. de noui operis nũciat. col. 8. nu. 26. ex c. cum capella. de priuileg.*

iugerum,quo caſu,diſtinctioni quam ferimus, putant eſſe locum[a]. Aſſumit etiam pro ratione Curtius,quòd quælibet pars fundi,& modicus omninò locus poſsit fundus dici,ſi fundi animo eum dominus habeat[b].& hoc præſumendum eſſe,quòd voluerit fundum diſtinguere, & dictæ menſuræ fundum quendam conſtituere,quàm quòd reliquæ partis precium iactare voluiſſet,nàm veriſimiliter ad menſuram reſpexit,cùm videret,pretiumq; cõſtitueret,etiá ſi nõ ad menſurá,aut vt apertius dicá,non ſingulas menſuras vẽdiderit,quas ſi plures eſſe cognouiſſet, vtiq; non niſi maiore pretio fundũ addixiſſet,atq; ita in numero ſiue modo iugerũ potius eſſe erratum, quàm quod iactare voluerit quod erat reliquũ.Et hic quidẽ video facilè a- 8
liquam rationẽ diuerſitatis inter donationem cui modũ dat quemcunque vult donator, & liberalitatis eius latior eſt ex iure interpretatio[c], & venditionem quæ fit æqua commenſuratione rei venditæ & pretij, ita vt ex pretij quantitate nonnunquam deprehendatur,venditane res ſit an loca- 9
ta[d],& quouſque vendita intelligatur[e]:video quoque reſtrictionem eſſe, ſiue domonſtrationem verius,quæ vim reſtringendi habeat ex adiectione menſuræ,quãdo quis eodem loco,ſiue in eodem agro plures habet fundos diuerſæ quãtitatis,& vnius quantitatem exprimit, at cùm vnicum fundum eo loco habet,quem integrum vendit,addita mẽtione minoris modi ſiue 10
menſuræ,non facilè dixeris,quænam hic eſſe poſſet reſtrictio certæ ſpeciei ac corporis,& vt Dialectici loquuntur,indiuidui:dicenda enim eſſet partis detractio,non reſtrictio,cùm integritas rei venditæ conſiſtat (vt aiunt[f])ex ſeipſa,& non in menſura:præterea animi deſtinatio,qua quiſque paterfamilias ſibi fundum facit tam exiguum quàm velit, debet eſſe certa, vt velit deinceps partem fundi animo integri fundi habere[g], qualem quidem animum non video quod is habeat aut habere intelligatur, qui obiter & enunciatiuè de fundo ſuis finibus demonſtrato loquens, dicit illum eſſe tot iugerum,præſertim ſi quod ille[h] fatetur, dicat id per errorem,ſitque in numero ſiue modo erratum:nam verè erratum non eſſet, ſi ea ſola menſura quæ expreſſa eſt, vendita eſſet, & non ad demonſtrationem, ſed reſtrictionis gratia expreſsio certæ menſuræ eſſet facta, quaſi venditor reliquam partem ſui fundi ſibi adhuc ſeruari vellet. Sed etſi hic communiora ſequamur, diſtinctioni iam dictæ adhærentes,non mox conſequens erit, iactari à venditore, quod vltra deſignatam menſuram eſt, quamuis hoc quoque venditum eſſe dicamus: tunc enim ſuccedet poſterior quæſtio, quam fecimus de pretij augmento, pro modo eius quod amplius eſt inuentum, quæ etiam variè deciditur. Et quidam non ſatis ſibi conſtare videntur. nam Paulus Caſtrenſis alicubi[i] 11
cenſuit æquum eſſe, augeri pretium, vti per contrarium hic dicimus minui, ſi minor inueniatur modus agri etiam non ad menſuram venditi: hic verò ſic diſtinguit, vt augeri velit pretium, quando hoc in ſingulas menſuras eſt conſtitutum[k]: non verò quando vnicum conſtituitur pretium totius fundi, veluti certi corporis, cuius minor modus eſt dictus: quæ ſententia etiam alijs placuit, ea ſcilicet ratione, quod integritas rei venditæ ex ſeipſa, non ex menſura conſiſtat, quæ tamen ratio bene inſpecta, hoc potius probare videtur, quòd res tota cenſeri debeat vendita, quàm quod pretium non debeat ex æquitate rei ſubiectæ augeri, ad quod potentius vrgent alia duo Vlpiani reſponſa: vnum,
quo ait[l]: *id quod amplius in modo agri inuentum eſt, quàm dictum ſit, non ad* 12
compendium Venditoris, ſed emptoris pertinere. Alterum verò[m], quo ad-
huc durius cum venditore agitur: nempe vt ſi vendiderit fundum iu- 13
gerum

a Curtius ibi ex Panor. ad d.c.per tuas.nu.9. in fi. & ex Paul. Caſtr. ad l. ſi vẽditor hominis, hoc tit.
b l.locus, de verbor. ſignif.
c c.cum dilecti. de donat.
d glo. ad verbum agenda. in l.1. §.1. de ſuperficieb.
e Barth. ad l.patronus. §. Sempronio. de legat. 3.
f Bald. ad rubric. C. de contrahend. empt. 22. quæſt. Salic. ad l.2. ſub num. 3. C. eodem tit. de contrah.
g d.l.locus.
h Curtius.
i ad l.2. in fi. C. de pericul. & commod. rei vendit.
k l. qui fundum. §. qui agrum. de contrahend. empt.
l in l. ſi duorum. verſic. nec enim. hoc tit.
m in l. qui fundum. de euictione.

iugerum centum fineſq; multò ampliores emptori demonſtrauerit, ſi quid ex his finibus euinceretur, quamuis centum iugera relinquerētur, emptori tamen præſtandum eſſe quod eſſet euictum. Et quidem quod grauius eſt magiſq; mirandum pro bonitate illius, quæ cum facilè animaduertiſſet dominus Curtius prima facie aduerſari ſuæ ſententiæ, confugit ad eandē hāc diſtinctionem, & ſecundum eam reſpondet vtrunq; illud Vlpiani reſponſum neceſſario intelligi, quando totius fundi vt certi & integri corporis venditio facta eſt, non ſi ad menſuram. Cæterùm hanc diuerſitatem nō putat, vt ait, ex eo ſolo pendere ac deduci generaliter poſſe, an à corpore, an verò à menſura initium orationis fiat: ſed ex eo an diſtinctis & ſeparatis, vt dictum eſt, orationibus: cōiuncta verò oratione non referre, an prius menſuræ, an corporis fiat mentio: veluti an dicas, vendo fundum centum iugerum, an ſic, vendo centum iugera fundi: Cui ne quid obſtet poſterius reſponſum Vlpiani in primis verbis, *Qui fundum centum iugerum*: dixit illa eſſe non venditionis, ſed traditionis verba: in quo tamen ſubſiſtendum putauerim, propterea quòd in dubio interpretemur traditionem conformem
14 venditioni, & hanc traditioni atq; ſubſecutæ poſſeſſioni [a]. Quin etiam maior aliquando me tenuit dubitatio, an perpetuò verum ſit, quòd quando in menſuras ſingulas, quæ dictæ ſunt, cōſtituitur pretium, augendum hoc ſit pro menſura maiore inuēta cum in Pauli reſponſo [b], ex quo hoc colligi volunt, non tantum vēditor ſtipulatus ſit pretium in ſingula iugera quæ dixerat eſſe agri, ſed eo amplius adiecerit, *quod eius admenſum erit in ſingula iugera pretium*. Atq; ita non ſubſiſtit in ſola affirmatione menſuræ fortè olim repertæ aut creditæ, ſed nouam menſurationē fieri voluit. Quale genus venditionum omninò frequens. Et multum ſanè videtur referre, an menſurā quis affirmet tantùm, totum fortè corpus vendens vno pretio, quamuis collecto ex ſingulis menſuris quas affirmat, vt ſic totius illius cōmodior eſſet inſpectio, an verò etiam de metiendo dicat & de renunciando modo qui
15 inuenietur [c]. Et certè in primis putauerim ex facti circumſtantijs de mente & intentione contrahentiū diligenter eſſe inquirendum, ne huius contractus qui bonæ fidei eſt, omnem vim & obligationem tam tenui verborum diſcrimine pendere putemus. Quid enim ſi tractaretur vēditio totius alicuius prædij vndiq; ſuis finibus bene deſignati, in licitatione venditori petenti mille aureos, is qui acceſſerat empturus obiecerat, quòd plus iuſto peteret: vtputa in ſingula iugera ducentos aureos, venditor id negaret, propterea quòd ſex eſſent iugera, oſtenſis ad hoc literis diuiſionis inter cohæredes: certè ſi vel ſeptem inuenientur, concluſa tamen venditione totius prædij, etiam ſi id factum ſit expreſſa mentione habita diſtributionis illius in ſex iugera, quæ dicta & affirmata ſunt, non putauerim pretium augeri debere, ob vnum illud quòd ſupra numerum eſt. Hoc ergo in vniuer
16 ſum dici poteſt, nō æquè facilè augeri pretium ſi maior modus inueniatur, ſicut perpetuo minuitur ſi ſit minor. At cur non eſt hic eadem contrariorum ratio, augmenti ſcilicet ob exceſſum menſuræ, ſicut decremēti ob defectum? Mouent quidem hunc ſcrupulum omnes [d], ſed nemo remouet aut diſſoluit. Crediderim optimè reſpondiſſe Vlpianum, qui longè aliam multumq; diuerſam horum rationē eſſe cenſuit, ita vt non poſsit hic à contrarijs ad contraria rectè trahi argumētum [e], ob id quòd venditor, ſi minus cōmendet rem, quàm verè poſſet, taceatq; ea, quæ ſi expreſſa fuiſſent, meritò poterant pretium augere, & emptorem magis magiſq; ad emptionem incitare, ſuo damno & malo id faciat & ſibi præiudicet: ſic vt ob omiſſam illam commendationem, non ſolùm non percipiat maius pretium quo ipſe

[a] Bart. ad l. emptio fundi. pro emptore.

[b] d. l. qui fundū. §. qui agrum. de contrah. empt.

[c] vt in prin. d. l. qui fundū.

[d] Bal. Salic. præall. locis.

[e] in d. l. ſi duorum. verſic. nec enim. in verbis, Et hic tenetur vēditor cum minor modus ſit.

fraudat ſe, verùm etiam emptori tenetur, ſi illud emolumentum ei fortè ad huc incognito inuertere poſtea velit & perire ſinat aut faciat [a]. Sed ſi aſſeruerit falſa ad rei venditæ cõmendationem, quæ ſi vera fuiſſent quemcunque emptorem ad augendum pretium inuitare poterant, hic meritò eũ teneri: nam ſua affirmatione minus vera, lædit & iniuriam facit alij [b].

a *l. in vendendo. verſic. ſi cum ſeruitus. de cõtrah. empt.*
b *l. Iulianus. in ſi. princip. huius tit.*

L. TENETVR. IN PRINC.

SVMMARIA.

1 *Poſſeſſionem ignorans non acquirit.*
2 *Si quis ignorans affirmauerit modum maiorem quàm ſit, tenetur.*
3 *Qui occluſas res in depoſitum accipit, non excuſatur ſi ſe ignoraſſe eas dicat.*

TAMETSI poſſeſsionem ignorans nõ acquirat [a], quia animo ad eam rem opus eſt [b], & ignorantiæ quoque ratio hactenus in venditione habeatur, quòd nemo vel vendere vel excipere putetur quod nõ ſcit [c]. Nam ignorantia excludit conſenſum, ſi quis affirmauerit maiorem modum eſſe prædij quod vendebat, quàm reuera eſſet, etiam ſi id fecerit ignorans, tenebitur tamen emptori, quia nõ temerè debuit affirmare quod ignorabat [d]. Quemadmodum non excuſaretur qui depoſitas res in ciſta occluſa recepit, ſi ſe ignoraſſe dicat quæ res in ea eſſent: cùm poterat non niſi cognitas & explicatas in depoſitum recipere [e]. Et hæc locum habent indifferenter de quacunq; menſura ſit actum, ſiue ea qua prædium venditum conſiſtat in ſuis partibus integralibus, ſiue de illa quam dicatur res vendita capere, & alijs rebus, quæ menſura functionem recipiunt, præbere, vt vas quodlibet cuius certa menſura ſit dicta [f]. Sanè quamuis in genere verum ſit, non tantùm venditorem ſcientem, ſed & ignorantem hic teneri, in ratione tamen obligationis intereſt, & durius ac ſæuius tenetur qui ſciuit, quàm qui ignorauit: vt iam nunc dicemus.

Margin numbers: 1 (line "TAMETSI … eam"), 2 (line "prædij … te-"), 3 (line "pit, ſi ſe … cognitas").

a *l. peregrè. §. quæſitum. de acqui. poſſ.*
b *l. 3. §. Neratius. l. quemadmodum. eod. tit.*
c *l. in lege. verſic. nimirum emit. de contrah. emp. & vend.*
d *l. Iulianus. in ſi. princ. de act. emp. Odofredus hic. & facit l. 1. §. cauſa aũt euictis. de ædil. edict.*
e *l. 1. §. ſi ciſta. verſic. quid ergo ſi ignorauit. & ibi Fulgo. depoſiti.*
f *hac l. tenetur. §. ſi vas.*

L. IVLIANVS. §. SI TITIVS.

SVMMARIA.

1 *Interpretationes Iacobi de Aretio multũ amicas eſſe veræ ſententiæ Iuriſconſultorum.*
2 *In hoc. §. fundum intelligi debere venditum vt certum corpus, & non ad menſuram.*
3 *Si fundus vt certũ corpus venditus eſt, alluuio pertinet ad emptorem: ſi ad menſuram, ad venditorem, antequam menſuretur.*
4 *Quando fundus venditus eſt ad menſurã, pro deficiente mẽſura nõ tenetur vẽditor, etiam ſciens.*
5 *Ex aſſertione falſa non tenetur venditor, quando emptoris non intereſt.*
6 *Culpa nõ dolus, per ſuperuenientem caſum fortuitum, excuſatur.*
7 *Si venditor maiorem modum dixerit fundi venditi, ignorans quod accedit per alluuionem, liberat vẽditorem, & cedit in modum: ſecus ſi ſciens maiorem modum dixerit.*
8 *Si ager ad menſurã vẽditus ſit, & traditus ante admenſurationem quod per alluuionem accreuit, non cedit in modum, nec auget pretium.*
9 *Res vendita ſub conditione, ante conditionis euentum deterior ſit periculo emptoris, ſed tota perit periculo venditoris.*
10 *A[illegible]io ex teſtamento perpetua eſt.*
11 *Si pars magna vnius agri vi fluminis adiiciatur alteri agro, & tam diu adhæſerit vt ipſius arbores in eum fundũ radices egerint, illi acceſſit.*
12 *Flumen publicũ, vice cenſorum fungitur.*

HIC RVRSVS ingens dubitatio & conflictus eſt doctorum, an Vlpianus loquatur de fundo vendito ad menſuram, an de integro corpore fundi vendito. Albericus tradit duplicem huius loci intellectum ſecundum iam dictam diſtinctionem, & pluribus placuiſſe vt intelligatur de fundo vendito ad menſuram. Sed Iacobo Aretio, quòd fundi vt certi corporis venditio hic facta intelligatur. Huius autem interpretationes, ſæpè auditum eſt veræ ſentẽtiæ Iuriſconſultorum multum amicas eſſe, eiq; hic conſenſerunt & alij [g], & quidam videntur vtrumlibet recipere [b]. Et quamuis multis, vt iam dictum eſt, viſum ſit hunc locũ intelligi debere

Margin number: 1 (line "de fundo vendito … cer-").

g *Fulgo. & vt magis videtur Pau. Caſt.*
h *Odofredus hic & Albert.*

de fundo

de fundo vendito ad menſuram, non video tamen quin (diligenter expen-
2 ſis verbis Iuriſconſulti) poſsimus imò debeamus intelligere venditum, vt
ſpeciem & vt certum corpus, idq́; ſuadent legis verba quæ habent vendi-
tum eſſe fundum, & in lege, hoc eſt, in pactis venditionis fundi fuiſſe dictũ
quòd eſſent centum iugera, ſicut aliud quiduis affirmari de fundo poterat:
non autem quòd centum iugera fundi eſſent vẽdita, relatis directò verbis
venditionis ad menſuram ipſam. Vt autem veritas huius arduæ quæſtionis
melius elucescat, videndum erit in primis, vnde opiniones hæ diuerſæ, &
verius aduerſæ primùm profluxerint: quæ mihi ſanè ex eo natæ videntur,
quòd pleriq; omnes eam rem quæ hic tractatur, nimium viciná faciant ac-
quiſitioni dominij eius partis, quæ per alluuionem accreuit, vtrius ſcilicet
illa ſit, venditoris an emptoris. Et quemadmodum ſi vt certum corpus ven
3 datus fundus, incrementum alluuionis perfecta emptione eſt emptoris [a]:
Ad menſuram verò venditi fundi incremẽtum, antequam menſuretur fun-
dus venditoris eſt, quia ſub conditione quodammodo ſtat venditio [b], qua
pendente, vt periculum [c], ſic quoque commodum eſt venditoris. Ita hæc
eadem diſtinctio ad actionem quoq; vel dandam vel denegãdam emptori
pertineat: quaſi quod accreuit emptori non liberet venditorem ab actio-
ne, æquè ſicut illud quod ei ipſi accreuit. Hoc enim caſu, cum ſuum factum
ſit & non emptoris, poterit emptori in modum fundi imputare, & ita ſeſe
vt volunt ab actione liberare: non verò æquè cedere in modum, id quod
alia ratione, & ex iure gentium ſtatim concluſa emptione acquiſitum eſt
emptori, atq; ita manere adhuc actionem. Sed vt fortaſsis hæc ſic diſtin-
cta ex regulis acquiſitionis dominij partis accreſcentis, eiſq́; ad actionem
conuerſis, habeant aliquam rationẽ in vno diſtinctionis hic traditæ mem-
bro, cum quis ignorans defectum menſuræ per errorẽ dictæ, vendidit fun
dum integrum vt certum corpus: non æquè tamen accommodari poſſent
ad alterum membrum, cum vendidit ſciens: nam etiam ſi ad menſuram id
factum ſit, & à ſciente, æquè adhuc venditoris erit incrementúm ex allu-
uione contingens ante menſurationem & traditionẽ, cum dolus vendito-
ris aliò relatus, & in contrahendo adhibitus, non impediat acquiſitionem
hanc naturalem & ex iure gentium. Et hic tamen non liberabitur actione
venditor, quamuis iam habeat in ſuo dominio quo iuſtum dictumq́; modũ
emptori poſsit tradere: quantum ergo vni parti diſtinctionis hic factæ ap-
plaudit hæc ſententia & interpretatio receptior, cum ſua ratione, & eo tra
hit, vt hic dicamus ad menſuram eſſe venditum fundum, cùm ſcilicet ven-
ditor ignorauit, tantum aduerſatur alij, vbi ſcilicet venditor ſciuit & in do
lo fuit: qui & ipſe nihilominus eadem illa ratione inſpecta, quæ deſumitur
ex regulis acquiſitionis dominij liberaretur, quod huic reſponſo omnino
repugnat. Vnde alijs [d] eſt viſum, non poſſe hic intelligi venditum eſſe fun
dum ad menſurá: quod ſi fiat, iam nec ſciens venditor teneatur empti iudi
4 cio pro numero deficientis menſuræ, cùm mendacium venditoris non fa-
ciat, vt ſtatim & indiſtinctè detur actio emptori, ſed ita demum ſi eius in-
terſit [e]. Non intereſt autem cum ad menſurá eſt facta venditio, tum quòd
emptor eo caſu videatur noluiſſe ſtare aſſertioni venditoris, nouam men-
ſurationem exigens, atq; ita non poſsit illa aſſertione diei deceptus aut læ
ſus: tum etiam, quòd ſi quid menſuræ dictæ deſit, illius ratione emptor ipſo
iure ſit tutus, & non teneatur ad pretium, ſed illius ſolius ratione quod erit
admenſum [f]: quẽadmodũ in conditionalibus obligationibus, quibus hanc
venditionem quæ ad menſuram fit, iam comparabamus. Et vt radicitus hũc
errorẽ extirpem, cenſuerunt eá rem quá hic tractamus de actione emptori
danda

a l. id quod. in prin. de peric. & cõmo. rei vend.
b vt hic Bar. ex l. quod ſæpè. §. in his. de cõtrahen. empt.
c l. neceſſario. l. ſed in venditione. §. j. de peric. & commod.
d Fulgoſio.
e l. fundum. hoc tit.
f l. qui fundũ. §. qui agrũ. de contrah. empt.

danda aut neganda, non pendere ab eiſdem illis regulis quæ de acquiſitio-
ne dominij iure alluuionis ſunt ſcriptæ, ſed vt maximè acquiratur incremē-
tum hoc emptori poſt perfectā venditionem, cum fundus vt certū corpus
venditur, prodeſſe tamen & venditori ad ſubterfugiendam actionē empti,
quando ignorauit deeſſe aliquid modo quē dixit, vt qui tūc ſolùm dici poſ-
ſit fuiſſe in culpa aſſertionis falſæ: ex qua meritò teneri nō debet, cùm em- 5
ptoris non intereſt, & nihil ei deperditur. Sed non prodeſſe cum venditor
ſciuit & celauit defectū, & quod deterius eſt, contrarium aſſeruit: Tunc
a Pau. Caſt. hic. *b l. j. in fi. hoc tit.* enim ab initio emptori ignoranti non etiam ſcienti [a] (cui non fit dolus [b])
c arg. l. ſeruus quem. §. ſi ſciens. de act. empti. ſtatim fuit nata actio ex capite doli [c], quæ hoc latente & fortuito incre-
mento emptori alio iure quæſita, poſtea non tollitur: ſicut in lege Rho- 6
dia de iactu, culpam nō dolum, ſuperueniente caſu fortuito dilui & excu-
d l. vlt. §. ſi ea conditione, ad leg. Rhod. de iact. facit l. ſi in venditione. §. j. de peric. & commod. rei vend. ſari dicimus [d]. At, inquies, etiam ſi ignorauerit venditor, non tamen de-
buit aſſerere, & de falſo modo dicto tenetur, etiam ignorans. Variant
hic interpretes, aliam atque aliam viam quærentes qua effugiant: ſunt qui
e Salicetus hic ad finem. diſtinguant [e], quidnam ſit in aſſertione illa falſa & temeraria, ſi qualitas a-
liqua rei venditæ teneri venditorem, ſi ſubſtantia rei non teneri. Et ne hic
ſtatim obijcias maiorem eſſe defectum ſubſtantiæ quàm qualitatis, ſup-
f hic in glo. ſ. peditauit Accurſius (qui & ipſe variat [f]) quod reſponderi poſſe putauit:
videlicet, quòd qualitas latet, ſubſtantia patet, id eſt, facillimè patere
poſſit, nec ita celari vt qualitas, ſi emptor admetiatur fundum: quòd ſi
fieri non curauit, eſſe quod ſibi ipſe imputet. Sed profectò non ſic po-
teſt expeditè ac ſtatim videri ad oculum, an magni prædij iuſtam menſu-
ram dixerit venditor, nec ne: & cur hac in parte magis, quàm in aſſeue-
ratione qualitatis emptori venditor obijciat, cur fidem ſuis verbis adhi-
buerit, quod vtroque caſu, ſiue de qualitate, ſiue de ſubſtantia locutus ſit
venditor, æquè turpe ei eſſet emptori obijcere. Et vt alij fortè meritò
culpent nimiam credulitatem emptoris, ipſe tamen venditor cuius ver-
g Iaſ. ad l. ſ. de eo per quē factum erit. bis fides eſt habita, id non poteſt [g]. Expeditius ergo reſponſum eſt ab
h Pau. Caſt. hic. alio [h], quòd & hic teneretur venditor ob aſſeuerationē quantumuis igno-
rans, ſi nihil accreuiſſet: nunc verò fortuito incremento vſque ad mo- 7
dum dictum iuuari eum, qui tantum in culpa non in dolo fuit. Et rectè
i in fi. prin. l. Iulianus. & in princ. d. l. tenetur. quidem, nam alijs illis locis [i] non aliud deciditur, quàm teneri vendi-
torem etiam ignorantem: quod in genere verum eſt, & hic quoque præ-
ſupponitur. Sed vlterius quæritur, an actio ſic ſemel contra ignoran-
tem nata, perduret & maneat efficax, etiam ſi incrementum fundi vſque
ad quantitatem dictam ſuperuenerit. Præſenſerat ex his aliquid Salice-
tus, cùm paulò fixius expenderet quòd hoc ipſum, an venditor teneatur,
nec ne: non omnino penderet ex eo, an incrementum eius eſſet factum.
Vidit enim, quòd etiam ſi maximè hoc venditoris eſſet, vt vbi ad menſurā
vendito fundo antequam admetiatur aliquid acceſſerit, ſi tamen in dolo
fuerit, æquè adhuc venditorē teneri. Sed nihil ex his decidit, ſuas tantùm
dubitationes adferens: Dicit enim, quòd fortè emptor actionem ſemel ei
quæſitam ob dolum venditoris poſtea non debeat remittere, nec ſinere ſi-
bi in modum imputari illud augmentum: imò & ſi ignorauerit venditor ſe
falſum modū dicere, dubitari, an incrementū intelligatur venditū eodē pre
tio, quod abſq; latiore indagine, & cū non fictius intenderet ingeniū, alijs
propoſuit reſoluēdū, quæ dubitationes eius facilè tollētur, ſi hic pergamus
dicere Vlp. loqui de fundo vēdito integro, & vt certo corpore: nunc enī ſi
in dolo vēditorē fuiſſe ꝓponas & quæras, nū emptor cogatur hoc augmen
tū recipere. reſpōdebo ſtatim, quid ni velit, quod ſuū factū eſt nō beneficio
vēditoris,

vẽditoris, ſed naturæ beneficio, & ex iure gentiũ retinere, & nihilominus
cũ vẽditore doloſo experiri ea actione quã dolus venditoris ei dedit: quod
enim poſtea aliunde acceſsit, non purgat propoſitum doloſum venditoris,
dolo ſemel conſummato. Quòd ſi ignorantem venditorem proponas, &
cum Saliceto quæras, an augmentum cedat emptori, nihil ob id aucto pre-
tio, nec hoc dubitabimus affirmare: quandoquidem non venditoris, ſed na
turæ beneficio eius proprium eſt factum, neq; ob id tamen conſequens e-
rit non prodeſſe & venditori, hunc enim liberat ab actione aduerſus eum
ſemel emptori nata, de eo quod iuſto modo dicto ab initio deerat: atq; ita
vtriq; prodeſt, emptori quoad acquiſitionem dominij non aucto ob id pre
tio, & venditori in remittenda actione qua alioqui teneretur. Quòd ſi lu-
beat dubitationes Saliceti alio conuertere, & transferre ad fundum vendi
tum ad menſuram, iam quidem ſiue ſciens ſiue ignorans venditor, falſum
modum dixerit, videtur id quod accreuit antequam modus manifeſtetur,
venditoris fieri, & quòd emptori hoc cedet in modum, ſic vt cogatur & in
crementum recipere, ſed aucto pretio, ac non teneri iam venditorem, ne
doloſum quidem, ratione modi ab initio deficientis non læſo emptori, vt
qui non niſi pro vera compertaq; menſura pretium ſoluere tenebitur. Sed
plus dubitationis hæc quæſtio habebit, ſi ponas emptori traditum eſſe fun-
dum, & eum in poſſeſsionem inductũ antequam agrimenſor diceret mo-
dum, eiq; fundo ſic tradito aliquid alluuione eſſe adiectum: hoc enim vide
tur iure gentium quæſitũ emptori, qui & periculum ſuſtinet ex eo tempo-
re, tanquam dominus rei factus [a]; exemplo vini ad menſurã venditi & tra-
8 diti, nondum manifeſtata menſura [b]: Ideoq; non cedet hoc emptori ſic in
modum, vt ob illud pretium augeatur, ſed vt illius ſolius pretium ſoluat,
quod erat tempore venditionis & traditionis, qua dominium à ſe venditor
abdicaſſe videtur, & tranſtuliſſe in emptorẽ, cuius etiam periculo res quæ
9 ſub vera conditione eſt vendita, fit deterior ante conditionis euentum,
quamuis ſi intereat tota periculum ſit venditoris [c]. Sed de his iam ſatis, vbi
vnicum hunc ſcrupulum exemero, qui occurrere poſſet admiranti tam bre
ui tempore tantũ agri alluuione adijci. Et profectò hoc ipſum quoq; præ-
bet argumentum qualequale, quòd hic fundus non fuerit venditus ad men
ſurã: hoc enim caſu non ſolet in tam longum tempus differri manifeſtatio
modi, ſed ferè ipſo tẽpore traditionis agrimenſor adhiberi, vt ſicut ad men
ſurã venditur, ſic & tradatur. Cum verò vẽditur fundus integer vt certum
corpus, cuius tamẽ menſura aliqua dicta ſit, fit plerũq; vt quã ab initio fidẽ
ſemel adhibuit emptor aſſertioni venditoris, eam quoq; multo tẽpore con
ſeruet, & nõ niſi longo poſtea interuallo aliqua fortè occaſione de modo
10 dicto dubitare incipiat, & agrimenſorẽ adhibeat: actio enim ex teſtamen-
to perpetua eſt & triginta annorũ [d]. Poteſt quoq; fieri vt exiguo tempo
11 re multũ agri vis fluminis fundo vicini auferat & huic empto fundo adij-
ciat, vbi ſi tam diu hæſerit vt arbores in eum fundũ radices egerint, ex eo
tempore cenſetur empti fundi incrementũ eſſe factũ: ſic vt prior dominus
12 non habeat vendicationẽ aut repetitionem [e], cùm vice cenſorum fungatur
flumen publicum [f].

a l. pignus. C. de pign. act. exemplo vini ad menſuram vẽditi & traditi.

b Faber & Ang. ad. §. cum autem. Inſtit. de emp. & vend. Pau. Caſt. ad l. 2. C. de peric. & commod. rei vend.

c l. neceſſario. verſi. ſane ſi pendente conditione. de peric. & cõmo. rei vend.

d l. ſicut. C. de praeſcript. 30. vel. 40. annor.

e Fab. Port. Iaſ. ad. §. præterea quod per alluuionẽ. Iaſ. ad l. hoc amplius. §. j. de dam. infect. & ex illo textu in verſi. ita demum. Alcia. ad l. ſi quis nec cauſam. in ſi. ſi cert. petatur.

f l. ergo. §. alluuio. de acq. rer. dom.

L. SI IN QVALITATE.

SVMMARIA.

1 *Omnis fundi vna eſt ſubſtantia, ſed qualitates diuerſæ.*

2 *Quod fundus pratum ſit, vinea, vel ſylua, rei qualitates ſunt, ſed adeo ſubſtantiales, vt ſi in ipſis erratum aut diſſenſum ſit, in ipſo corpore erratum vel diſſenſum eſſe videatur.*

3 *Quando fundi venditi pars aliqua deficit, aliter tenetur venditor, quàm ſi aliqua pars euicta ſit: hic enim bonitatis ratio habetur, ibi non.*

SVBINDICARE videtur hic Iuriſconſultus, quòd omnis fundi atque 1
ſoli vna ſit ratio quoad ſubſtantiam, ſicut omnis ager appellatione fundi continetur[a]. Et quod vel pratum ſit, vel vinea, vel aratrū paſſa terra, vel ſylua, qualitatis eſſe, ſicut ſyluæ qualitates ſunt, quòd ſit paſcua cæduaq́; [b]: vt non rarò ex vno horum in aliud opera & induſtria humana fit ſoli muta 2
tio: ſic tamen ſubſtantiales ſunt qualitates. vt ſi in venditione & emptione in illis omnino erratum ſit, cenſeatur in ipſo corpore erratū ac diſſenſum eſſe, & emptionē non tenere[c]. Et cum hæ qualitates plurimū ad rationem pretij faciant, rectè cenſuit hic Vlpianus, quòd ſi venditor dixerit venditū fundum tenere quinquaginta iugera vineæ, & quinquaginta prati, & in prato plus inueniatur, ſint tamen omnia centū iugera, teneri venditorē emptori: quatenus autē teneatur hic non eſt additum, ſed alio loco[d]. Et Accurſ. hic ad aliud Pauli reſponſum[e] remittit, quo diſtinguitur, an ſingula certo pretio vænierint, an totus fundus vno pretio. Priore caſu, non pro bonitatē, ſed quanti ſingula vendita ſunt à venditore præſtari; poſteriore verò caſū pro bonitate. Sed hæc diſtinctio à Paulo eſt facta, cum traditione facta & euictione ſecuta, quæritur ad quid venditor teneatur, an ergo ad hunc locum referri poterit vbi de actione empti quærimus, qua petitur ab initio contractûs implementū, & hic viſum eſt Accurſio, hoc ipſo quod nos hinc ad illud reſponſum remittit, quaſi ab vno ad alterum rectè argumentum ducatur, eodemq́; modo reſarciri debeat emptori damnum quod ſentit ratione illius quòd ab initio implendæ venditionis tempore inuenitur rei venditæ deeſſe, & illius quod ſemel quidem traditum eſt, ſed poſtea euictum. Sed ea Pauli diſtinctio eo tantùm pertinet, cum tota aliqua pars cui certū fuerat præfinitum pretium euincitur; vtputa vel vinea tota vel pratum totum, atque ita quoq; transferri debere ad rem ſubiectam, vbi ab initio nihil vineæ vel nihil prati poſſet tradi: Quando verò vnius partis fundi (veluti 3
vel vineæ vel prati) quæ ſuum pretium in venditione habet, vna aliqua particula deeſt, quæ tradi non poſſet, non poteſt æſtimari illius deficientis particulæ bonitas, reſpectu aliarum partium eiuſdem generis[f]: ſed ſi euincatur, iam vtique poteſt & bonitas æſtimari. Et in eo eſt diuerſitas actionis ex empto, ad primū eius implementum, & cum euictio eſt ſecuta. Nihil enim euincitur quod non ſit in rerum natura, & quod non antea fuerit traditum emptori, atq; ita ceſſat ratio, cur vbi non ab initio impletur venditio, nō poſſit æſtimari bonitas, nimirum quod nulla ea ſit loci qui non extat[g].

a l. fundi appellationem. de verb. ſig.
b l. ſylua. de verb. ſig.
c l. in venditionib. de contrah. emp. & vend.
d in l. ſi duorum. hoc tit.
e in l. ſi fundo venditū. de euict.
f l. 4. §. ſi modus. hoc tit.
g d. §. ſi modus.

L. SI DVORVM.

SVMMARIA.

1 *Quando plures fundi vnica vēditione & vnico pretio venditi ſunt, modus deficiens in vno ſuppleri poteſt ex altero: ſecus ſi pluribus venditionibus & diſtinctis pretijs.*
2 *Ex ſeparatis non rectè fit illatio.*
3 *Improbata interpretatio & cenſura Odofredi.*
4 *Cur hoc reſponſo & venditoris & emptoris ignorantia requiratur.*
5 *Exceptio doli illi competere non poteſt qui ipſe in dolo eſt.*
6 *Explicatio argumentorum, quæ in hoc reſponſo pro vēditore affert Vlpianus.*
7 *Explicatio argumētorum facientium pro emptore.*
8 *Nemini iniuriam facit qui ſuo iure vtitur.*
9 *Qui ſtatuliberum vendit, qui ſub conditione dandæ pecuniæ liber eſſe iuſſus eſt, ſi minorem quantitatem dixerit, tenetur emptori.*
10 *Quid ſi duos tales quis vēdiderit vno pretio, & in altero minorem, in altero verò tanto maiorem quantitatem dixerit.*
11 *Deciſio Vlpiani.*
12 *Qui ſocietatem adminiſtrat, lucrum quod facit commune eſt: damnū quod dat, ipſe reſarcire cogitur.*
13 *Cur in caſu propoſito magis fiat compenſatio exceſſus cum defectu, quàm in ſocietate lucri cum damno.*
14 *Compenſatio quæ fit in hoc reſponſo, non eſt ſimilis cōpenſationi qua pecuniæ debitæ cōpenſantur.*
15 *Quod vnius fundi modo ſupereſt, verè eſt emptoris, cum hac tamen conditione, vt ex eo ſuppleatur ſi quid modo alterius fundi deſit.*
16 *Fructus bona fide percepti, imputātur in diminutionē ſumptuū in eos fundos factorū, quãuis non gratia fructuum ſed ad vtilitatem fundi facti ſint.*

17 Diſſo-

17 *Diſſolutio argumenti quod Vlpianus pro emptore attulit.*
18 *Comparatio duorum ſtatuliberorum venditorum, vbi modus pecuniæ adiectus libertati nō benè dictus eſt & duorum fundorū venditorū, in quibus modus menſuræ non eſt bene definitus.*
19 *Non poteſt lucrum cum damno compenſari, niſi vtrumq; ſit acceptum.*

COMPENDIOSE hic Vlp. explicat, quod ſuperiore ſuo reſpōſo nō
ſatis abſoluerat: an & quatenus teneatur vēditor duorum fundorum
diſparis qualitatis, vbi ſeparatim de modo vtriuſque pronunciauit, &
ſic vno pretio vtrumq; vendidit ignoranti, ipſe quoque ignorans aliquid
deeſſe modo vnius aut alterius fundi. Sic enim facti ſpecies hic cōſtituen
1 da eſt, vt hæc duo ſimul concurrant [a], primo quidem vt vnica ſit venditio
duorum fundorum vno facta pretio, quamuis de ſingulis ex empto & ven-
dito poſsit agi [b]: ſi enim duæ eſſent, quamuis eodem tempore factæ vendi-
tiones duarum rerum, quarū vtraq; ſuum haberet pretium, iam non ſic vna
alteram contingeret, nec ex illa penderet, vt haberi deberet aut poſſet ra-
2 tio ſupplementi deficientis modi in vna re ex alterius exceſſu [c]: ex ſepara
tis enim non rectè ſit illatio [d]. Quando autem vna ſit plurium rerum vendi
tio, & quando plures cenſeri debeant pro numero rerum, hic non diſtin-
guam, quod aliunde [e] peti poterit. Hoc tantùm addo, quòd cum Vlpianus
tam diſertè dixerit, vno pretio vtrumq; fundum eſſe traditū: mirum meri-
3 tò videri, cur auſus ſit quidam hæc extendere [f], vt his locus ſit ſiue vno pre
tio, ſiue diuerſis venditi fundi ſint. hoc enim eſt tam abſurdum quàm quod
idem dixit legem hanc eſſe verboſam, cuius ſententia cum argumentis va-
rio trahentibus, non potuiſſet breuius neque pulchriore ratiocinatione
4 comprehendi aut explicari. Secundò requirimus, vt ignorans venditor
ignoranti emptori in venditione falſum vnius fundi modum dixerit: ſcien
ti enim emptori nulla ex defectu modi fieret iniuria aut dolus [g], & dolo-
ſus venditor non eſſet dignus cui aduerſus iuris rigorem & communes re-
gulas ex æquitate benigna (in qua huius reſponſi totum fundamentū eſt [h])
ſuccurratur [i], idq; maius eſt quàm quod diximus [k], nō iuuari doloſum ven-
ditorem fortuito incremēto alluuionis. Hoc enim quis miretur? cum hoc
lucrum emptor ex iure gentium, & non venditoris ſed naturæ beneficio
percipiat, cùm hic dicamus quòd nec illud eum releuet, quod ipſemet de
ſuo plus quàm dixerat tradidit in altero fundo. Et ſi quis fortè ſolidiorem
rationem quærat cur hoc reſponſum reſtringamus ad vēditorem ignoran-
tem, illud certè conuincunt verba Vlpiani, qui explicans quo iuris reme-
dio hic venditor repellat emptorem, tribuit ei doli exceptionem, quam
5 non eſt æquum competere ei qui ipſe in dolo eſt [l]. Cognita iam facti ſpe
cie, videamus argumenta Vlpiani in varias ſententias trahentia, & quidem
6 primo pro vēditore defectū cum exceſſu compenſari volente, adfert [m] ve
lut promptū auxilium, exceptionem doli mali non quidē ex machinatione
callida & doloſa, cū emeret emptor, (nūc enī diximus vtriuſq; dolū hic pro
cul eſſe remouendū) ſed ex indignitate & iniquitate rei, oriēte nūc cū ten
tat agere emptor, petēs qđ in altero fundo deeſt [n]. Indignū enī meritò vi-
deri poſsit, audiri emptorē cōquerentē de modica læſione in modo ſyluæ,
qui quantū hic deſiderat, tāto plus habet in modo prati alteriúſve fundi ma
ioris pretij. Cur enī hic nō ferat æquo aīo emptor, ſe ignorātia quadā vēdi
toris læſum in re minoris pretij, q ſe læſit ipſe in magnū cōmodū emptoris
ex alia parte grauius? cū fundi pretioſioris minorē modū diceret. Ex aduer
7 ſo aūt videtur, quòd doli exceptione nō poſsit repelli emptor qui iure per
petuo vtitur, hoc eſt, nō vt Accurſ. interpretatur, actione empti quæ perpe
tua eſt, ſed regulis ſtricti iuris perpetuis, id eſt, generalibus, & generaliter
ſcriptis nimirum ijs quas iam aliquando diximus [o], & quæ ſequuntur, vide-

a *Bart. hic.*
b *L. & ſi vno. hoc tit.*
c *Pau. Caſt. hic. arg. l. ſi negocia. de nego. geſt & l. ſi duos ſeruos quinn. de euict.*
d *L. pen. de calumniat.*
e *ex ijs quæ Bar. & Iaſon. Iaſ. ad l. ſcire debemus. nu. 3. de verb. oblig. Phil. De. ius conſil. 421. Plenè & ſubtiliter.*
f *Odofredus hic.*
g *L. ſ. in fi. hoc tit.*
h *vt in fi. huius legis, verſic. rectius.*
i *Bar. Caſtr. & Fulgo. hic.*
k *ad d. l. Iulianus. §. ſi Titius.*
l *arg. l. apud Celſum. §. Marcellus. l. ſi perierat. C. de doli mali & metus except.*
m *hic in verſic. ſed an exceptio doli.*
n *arg. l. 2. §. circa. in fi. de doli mali & met. except.*
o *ad l. 4. §. ſi modus agri. hoc tit. ex l. qui fundum tradiderat. de euict.*

licet id quod amplius in modo fundi inuenitur, quá dictum ſit pertinere ad
cõpendium nõ venditoris, ſed emptoris: & contra, ſi quid minus ſit teneri
eo nomine vẽditorẽ: ita vt hic nõ poſsis dicere, cõtrariorũ cõtrarias quoq;
rationes eſſe, & iuris deciſiones: nemini autẽ iniuriã facit qui ſuo iure vti- 8
tur. Cur ergo hic vẽditor emptorẽ ſummo ſuo iure vtentẽ repellat exce-
ptione doli, anteq; propoſitá quæſtionẽ ſic vtrinq; ſuis rationib⁹ inſtructã

a hic in verſi. ſimilis quæſtio eſſe poteſt.
b l. qui alienã rem. §. ſi hæres. de euict. l. ſtatuliberum. §. j. l. ſi decem dare iuſſum. de ſtatulib.

decidat, Vlp. aliam adhuc ſimilẽ proponit [a] de duobus ſtatuliberis, qui ſub
cõditione pecuniæ dandæ liberi eſſe iuſsi ſunt. Traditũ eſt enim, ſi nõ verã 9
quãtitatẽ pecuniæ dixerit hæres cũ vẽderet, teneri eũ emptori [b]. Quid ergo
ſi duos vẽdat vno pretio, ac dicat vnũ iuſſum dare decẽ, qui quindecim dare 10
debuerat, & alterũ decẽ, qui quinq; tantùm dare debebat, hic iam vniuerſa
quãtitas viginti, ex duorũ libertate habẽda benè conſtat, ſed malè in partes
diſtributa eſt, an hic empti actione tenebitur venditor? Et hæc quæſtio la-
tentiore quadam vi & inſpectione videtur tradere in partẽ emptoris, circa
principalẽ quæſtionẽ de duobus fundis ꝓpoſitá, nã pro emptore ſtat, vt vi-
detur, omnino æquitas in deciſione huius poſterioris quæſtionis, maximè
cũ alter ſine altero ad libertatẽ peruenire poſsit, qui ſcilicet prior cõditio-

c l. ſi quis ita libertatẽ dediſſet. §. ſi duo ſerui. de ſtatulib. l. pen. C. de condit. inſertis.

ni dãdæ pecuniæ ꝓ ſua libertate paruerit [c], ita vt emptor nõ ſimul vtrunq;
habeat, nec ſimul vtroq; careat, cũ tamẽ affectio eius erga ſeruos nõ ſit for-
tè eadẽ, & verũ quoq; pretiũ eorũ multũ inæquale, adeò vt nec multũ refer-
re videatur in his ſeruis cæteriſq; ſimilibus rebus tã ſeparatis, an vno pretio

d hic ſub §. in verſi. ſed rectius eſt.

quis duos, an diuerſos quis emat. His nũc ſic variè tractatis tandẽ reſpõdet
Vlp. [d] pro vẽditore: æquius ſcilicet & benignius eſſe lucrũ cõpenſari cum 11
dãno, aliter ſanè quàm in ſocietate vbi lucrũ vnius negotij rectè geſti com-
mune eſt: & damnũ in alio negotio tractãdo datũ, reſarcire cogitur q ipſe
vtriuſq; eſt author, & lucri & dãni, is ſcilicet ſocius ſocietatẽ exercẽs & ad- 12

e l. nec ob eam. pro ſocio.
f vt Fulgo. hic.

miniſtrãs, q vna in parte damnũ dedit, & ex alia tãtundẽ vel plus lucri [e]; hac
ratione diuerſitatis [f], quòd in ſocietate lucrum ſit præuiſum, cum vberioris
quæſtus gratia, & ſic lucri cogitatione ineatur ſocietas, atq; ita ex cõuen-
tione debitũ eſt lucrũ, vt ſit cõmune, eaq; in parte fecit ſocius qđ æquũ fuit
eũ facere ex ſuſcepta adminiſtratiõe, q̃ vacare debet dolo & culpa in dãdo
dãno: hic verò neq; præuiſum fuit, neq; præcogitatũ lucrũ obueniẽs ex mo- 13
di exceſſu in altero fundo, neq; ex forma ipſius cõtract⁹, ſi verborũ tantùm
corticẽ inſpicis, debitũ eſt emptori, cui prima facie videretur ſufficere de-
bere modus dictus agri, & qđ reliquũ eſt manere vẽditoris, ideoq; facilius
hic admittitur cõpenſatio exceſſus, cũ defectu velut lucri cũ damno. Quæ

g hic in verſi. ſi quid deeſt.

quidẽ cõpenſatio quomõ accipiẽda ſit, ſtatim plenius explicat Vlp. [g] nõ enĩ 14
hæc cõpenſatio ſic fit, quẽadmodũ cũ vltro citroq; debetur pecunia: nã tũc
vtricũq; plus debetur hoc ei ſuppletur, hic verò cõpẽſatio verſatur ex vna
tantũ parte, & qđ alterius fundi mẽſuræ deeſt, id primũ repletur exceſſu cõ-
perto in alteri⁹ mẽſura: & ſi qd deinde adhuc ſuperſit in exceſſu, lõgè fortè
maiore, totũ hoc manet lucro emptoris, nihilo auctiore ob id pretio: ſicut
totũ exceſſũ oĩno lucraretur emptor, ſi nihil alterius fundi modo deeſſet qđ
oporteret ſuppleri. Itaq; ſemper qđ excedit in vno fundo verè eſt empto- 15
ris, ſed ita vt hanc conditionem debeat emptor admittere, quòd ſi quid alij
fundo deſit, in illius ſupplementũ exceſſus iſte cõuertatur, atq; ita indemnẽ
venditorem ſeruet ab actione empti, ſicut quod fundo vendito adijcit al-
luuio, emptori quidem acquiritur, ſed ita vt deſeruiat deficienti menſuræ
quæ abſq; dolo malo maior à venditore fuerat dicta, quàm reuera ab ini-

h d. l. Iulianus. §. ſi Titius.

tio eſſet [h]. Et ſimilis quoq; ratio dicitur eſſe fructuum ex fundo bona fide 16
poſſeſſo perceptorum, quos bonæ fidei poſſeſſor pro cultura & cura ſuos
quidem

quidem facit[a],ſed ita vt patiatur imputari in diminutionẽ ſumptuum in eo-
dem fundo factorum,ne ſcilicet hos etiamſi ad rei vtilitatẽ perpetuam non
fructuum tantùm gratia facti ſint, repetat à domino, quatenus ex fructibus
percepit[b], & in vtrocũq; horum plus fuerit,ſiue fructuum,ſiue ſumptuum:
hoc habita primũ compenſatione vſque ad cõcurrentes quãtitates,ſaluum
erit bonæ fidei poſſeſſori, nempe vt ſuperfluũ fructuũ verè lucretur & reti
neat,vel ſuperfluũ ſumptuũ iure petat: aut verius quoad refundatur, fundũ
retineat,neċ domino reſtituat[c]. Quẽadmodũ ſi nõ tantùm adiecisset allu-
uio, quantũ menſuræ dictæ deeſt, hoc quod amplius adhuc deeſt, emptor
petere poſsit,etſi incrementũ longè maius ſit ſuperfluũ retinere & lucrari.
17 Ex quibus nunc facilè intelligi poteſt quid reſponderi debeat ad argumen
tum quod Vlp.pro emptore attulit, quòd is videretur iure ſuo vti,ſibi velut
lucrum vendicans, quicquid in altero fundi excedit, quem totum emerat:
ideoque non facere eum iniuriam venditori, ſi exceſſu ſeruato ſuppleri pe
tat quod deficit in altero. Reſpondet enim Paulus Caſtrenſis, quòd inſta
eſſet illa conſideratio & inſpectio, vno tantùm fundo vendito vel duobus,
ſed vtroq; ſeparatim ſuo pretio: tunc enim in vtriuſq; venditione per ſe in
ſpectà, nihil aliud concurrit quod ſuadeat huiuſmodi cõpenſationẽ fieri.
Sed nõ eſt æqua inſpectio venditis duobus ſimul vno contractu vnoq; pre
tio, cùm hic iam æquitas ſuggerat cõpenſationẽ meritò fieri, non quidem
tantùm modi cũ modo,hoc eſt,vt numeres quantitatẽ menſuræ excedentẽ
in vno,& deficientẽ in altero fundo,atq; ſic numero hoc cõpenſes,ſed etiã
18 habita ratione qualitatis & bonitatis fundi[d]. Neq; ab his quæ nũc diximus,
exemplum illud aliud de ſtatuliberis penitius inſpectũ, multum variat, niſi
quòd duobus vẽditis fundis & ſimul traditis, ſtatim quoq; ſimul lucrum in
vno, damnũ in altero reuera perceptũ ſit ab emptore: in ſtatuliberis verò
nõ niſi vterq; paruerit cõditioni adſcriptæ libertati. Clarũ aũt eſt non poſ-
19 ſe lucrũ cũ damno compẽſari, niſi vtrũq; ſit acceptũ. Si ergo prior ſe redo
merit quindecim datis, is quẽ dixerat vẽditor decem dare iuſſum,bene qui
dem nulla iam aut læſio aut captio poteſt cõtingere emptoris,quod ad pe-
cuniam attinet,quæ in cõditione libertatis eſt, & de qua ſola hic quæritur,
an illius nomine actio empti detur: etiã ſi ſe poſtea redimat alter ſolis quin
que datis,quẽ decẽ dare debere dixerat venditor. Si verò hic ſe prior redi
mat,iam quidẽ actio empti nata eſt, nã in quinq; læſus eſt emptor,quæ mi-
nus accepit quàm arbitrabatur ꝓ huius libertate ſe accepturũ. Sed ſi dein-
de quinq; amplius quàm dictũ erat accipiat ob libertatem alterius, læſione
ſic ceſſante,cõpenſatio fiet, aut illorũ quinq; quæ ſupra decẽ accipiet reſti
tuto vẽditori,ſi hic fortè ex empto conuẽtus prius illa emptori præſtiterit.

a §. ſi quis à nõ domino. Inſtit. de rer. diuiſi.

b l. ſumptus. l. emptor. de rei vendic.

c l. ſi in area. de condict. indeb.

d vt hac l. in fi.

L. SI QVIS A ME OLEVM.

SVMMARIA.

1 *Si vendito integro fundo vt certo corpore venditor minorẽ modum dixerit, nullam habet actionem.*

2 *Si iniquis ponderibus factum ſit, vt aut venditor aut emptor in modo decipiatur, vtrilibet actio competit.*

3 *Quæ actio detur venditori, ſi iniquis adhibitis ponderibus ab emptore deceptus ſit.*

4 *Emptori à venditore iniquis ponderibus decepto, ſola competit empti actio ad reliquũ mercis, & nulla condictio datæ pecuniæ.*

5 *Cur venditori iniquis ponderibus decepto, magis detur condictio mercis, quàm emptori condictio pecuniæ amplius datæ.*

6 *Actio empti & vẽditi, flexibilis eſt in omnẽ partẽ æquitatis, quæ circa contractũ initum concurrit.*

7 *Si agrimenſor falſum modum dixerit, decepto venditori datur actio ex vendito ad reliquum pretij: emptori verò decepto, condictio pecuniæ quam ſupra verum modum dedit.*

8 *Si imprudẽtes emptor & vẽditor, per falſa põdera à tertio doloſè adhibita decepti ſunt, inuicẽ actionẽ non habent, ſed cõtra tertium illum de dolo.*

9 *Ob falſa pondera adhibita, criminales etiam actiones dantur.*

10 *Quando varia eſt iuris ſcripti pœna, iudex imponere poteſt quam velit.*

a in l. arbitrio. §. de eo qui ſcæns. de dolo malo.

HVIC reſponſo Vlpiani affine eſt aliud Pauli in tractatu de dolo malo[a], ſed in alia tamen facti ſpecie, vbi ſcilicet non ſunt à venditore aut emptore adhibita, ſed à tertio aliquo commodata falſa pondera, quibus alterurer fraudaretur: affinè quoque materiam habet ijs, quæ hactenus de falſo modo prædiorum diximus, niſi quòd fundo ad menſuram vendito neuter ſic fraudetur, vt inde actio aliqua competat, cùm qui modus eſt prædij, ſit & pretij. Vendito verò integro prædio vt certo corpore, 1
ſi lædatur à ſe ſuaque aſſertione propria, venditori, quod minorem dixerit modum, nec venditi, nec alia vlla ei actio conceditur: emptori autem læſo, quòd maiorem modum venditor dixiſſet, datur empti actio. Hic verò vtrumlibet falli contingat iniquis ponderibus, ſiue venditorem, ſiue 2
emptorem, actio ei dabitur: & quidem plerunque alteri in alterum, niſi quod de nomine & genere actionis dubitari poſsit, quæ venditori datur 3
decepto ab emptore. Pomponius enim ait, ſed trepidè, velut in re perplexa & ambigua, poſſe dici venditorem petere *ſibi dare oportere quod plus eſt*: quibus quidem verbis non neceſſariò ſignificatur venditi actio, ſed potius in genere quælibet perſonalis[b]: ex quo genere quod aliqua competat, non fruſtrà reſponſum videri debet. Sed ne putetur quòd rei vendicatione potius eſſet agendum, repetendumque quod plus iuſto tradidit fraude emptoris, cum illius furtum factum ſit[c], vel condictione furtiua, in qua ſingulariter eſt permiſſum vt quis condicat, petatque ſibi dari quod ſuum eſt[d]: poſſet quoque hic ſignificari condictio indebiti, quæ propriè illa eſt qua repetitur, quod plus debito eſt ſolutum: velut in hac ſpecie, quod amplius mercis datum eſt, quàm verè venditum. Emptorem verò à venditore deceptum, Pomponius & Vlpianus dicunt habere ex empto actionem, nimirũ vt reliqua merx vendita non tradita, tradatur: qua actione etiam contentus eſſe poſsit emptor ac debeat, nulla alia cõdictione ei conceſſa, neque furtiua neque indebiti ratione illius pecuniæ, quæ maior quàm oportuit pretij nomine ab eo data eſt: nam de tota illa danda conuenit, totam igitur verè debet vẽditori, & quod in merce ei deeſt, nec 5
ſatis eſt traditum petere, ex empto debet. At venditor deceptus maioribus ponderibus, non totam illam mercem quã tradidit, verè vendidit, neq; totã ex vẽdito emptori debuit, ſed minus vẽdidit quàm per errorẽ tradidit. Atq; ita videtur Iuriſconſultus Paulus alio loco[e] inter emptorẽ & venditorem diſtinxiſſe, vt huic empti actio, illi cõdictio hoc caſu cõpetat. Pleriq; tamen omnes[f] venditori quoq; hic cõcedunt actionẽ venditi, tum quò melius titulo cõueniat iſtud reſpõſum[g], tum etiã vt vniformi ratione & actione vtrique aduerſus alterum in eodẽ hoc genere fraudis ſuccurratur: quod admitti eo facilius poteſt, quòd actiones hæ ex vendito & empto flexibiles ſint in omnẽ partem æquitatis, quæ circa contractũ initum concurrit, & 6
cũ bonæ fidei ſint, ſequũtur quocunq; bona fides & æquitas vocat, interdũ etiã ad reſolutionẽ contractus[h]. Sed hæ rationes nõ cõcludunt, vt emptori reliquas quoq; condictiones concedamus vẽditori permiſſas: & hoc eſt quod Iuriſconſultus hic ait, *emptorem ex empto actionem habere, qua etiam contentus eſſe poſsit*. Et ratio diuerſitatis iam dicta eſt, quæ non improbabiliter ſuadet cur ita actiones hic varient, quæ multum confirmatur ex eo quod alio loco Vlpianus[i] ex Pomponio recitet, inuerſo ordine emptori condictionem dari, venditori ex vendito actionem, eadem ſcilicet quã diximus ratione in cõtrarium verſa, id quod recitatione exemplorũ fiet clarius. Vt 7
ecce agri ad menſurã venditi falſum modũ dixit menſor, ſi in præiudiciũ emptoris maiorem dixerit, quo renunciato emptor maiorem ſoluit pecu-

niam,

b §. j. & §. ſic itaq;. Inſtit. de act.

c l. ſi quis vxori. §. ſi maiorn. de furt.

d d. §. ſic itaq;. verſ. planè. l. vlt. in fi. vſufruct. quẽad. caueat.

e in d. §. de eo. verſ. atqui.

f Bar. Fulgo. Salic. hic.

g l. 2. de ſtatu homin.

h l. ſed Celſus. §. j. de contrah. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. cum. §. ſeq. de act. empt.

i in l. ſi duobus. §. Pomponius tamẽ ſcribit. ſi menſor falſum modum dixerit.

niam quam reuera ex empto debebat, condicet reliquã pecuniam cõdictio
ne indebiti, nam verè non totam illam debet quam ſoluit: ſed ſi in præiudi
cium venditoris minorem modum renũciauerit, nihil ex eo quod tradidit
condicet venditor. nihil enim tradidit indebitum, cum totum fundum ad
menſurã vendiderit, ſed ex vendito aget aduerſus emptorem, cùm non to
8 tius illius quod reuera vendidit & tradidit habeat pretium. Quòd ſi vtroq;
ignorante, & nihil altero in alterius fraudem moliente, tertius forte ali-
quis ſciens prudenſque in alterutrius fraudem dolo malo falſa pondera
commodaſſet, quibus traderetur quod eſt venditum, tunc neque ven-
diti neque empti actio daretur inter contrahentes, ſed de dolo actio in
tertium illum commodantem[a]. Et hactenus de ciuilibus actionibus quæ
9 ob falſa pondera adhibita competunt. Poteſt autem & criminalis accu-
ſatio inſtitui, & quidem ex lege Cornelia, cuius tamen pœna hac in par-
te recitatur variè[b], videlicet, dupli pœna, relegatio in inſulam, & legis
Corneliæ, perinde ac ſi falſum teſtamentum ſcripſiſſent. Concurrente
10 autem huiuſmodi pœna varia iuris ſcripti, traditur[c], quòd iudex impo-
nere poſsit quam velit.

[a] d. §. de eo.

[b] in l. pen. §. ſi venditor. ad leg. Corn. de falſis. in l. annonã. de extraordi. crim.

[c] à Panor. ad c. 2. in fi. de empt. & vend.

QVID IN MODVM AVT MENSVRAM VENDITI FVNDI CEDAT.

SVMMARIA.

1 *Regulæ Pauli Iuriſconſulti cum ſua cuiuſque exceptione, quibus definitur, quid in modum venditi fundi cedat.*

2 *Littora maris non cedunt in modum, neque via publica.*

3 *Viarum ſecuritas ad principem pertinet, fundus ad municipes, iuriſdictio ad eum cui caſtrum conceſſum eſt.*

4 *Limites ſeu quinq; pedes, quorũ legib. xij. tab. non erat præſcriptio, non cedunt in modum agri.*

5 *Ripa fluminum an cedant in modum agri.*

6 *An luci publici, & paſcua publica.*

7 *Quod poſt venditionem facto venditoris adijcitur, non cedit in modum.*

8 *Quod rei legatæ adijcitur à teſtatore poſt teſtamentum factum, ſit legatarij.*

DILVCIDE hoc Paulus definit[d] duabus regulis, affirmatiua vna, &
altera negatiua, vtrique regulæ ſuam adijciens exceptionem. Quod
1 (inquit) venditur, id eſt, vendibile eſt, in modum agri cedere debet, quam-
uis id non conuenerit expreſsè, dummodo non ſit actum in contrarium ne
cederet: quod verò non vænit, id eſt, quod ſuapte natura vendibile non
eſt, vendi non conſueuit, neque inter vendita reputari, id non cedit in
modum, niſi idipſum ita conuenerit, actumque ſit vt cederet. Quæ qui-
dem exceptiones ab vtraque regula factæ, eandem rationem & idem om-
nino fundamentũ habent, ex cõmuni iuris regula, quòd contractus ex con
2 uentione legẽ accipiant. Vnde ſtatim inferri poteſt, quòd littora maris nõ
cedant in modũ[e], quia nullius ſunt, nec in noſtro cõmercio, ſed naturali iu
re cõmunia omnium ſunt, ſicut & mare. Sed nec viæ publicæ in modum ce
dunt, quibus ager adiacet[f]: quarũ ſecuritatẽ Alciat.[g] cenſuit ad principem
3 ſpecialiter pertinere: fundum verò, ad municipes: iuriſdictionem verò, ad
eum cui caſtrum ipſum conceſſum eſt. Addit etiam limites Paulus, fortaſ-
ſis non ſemitas ſignificans, & tranſuerſas vias quæ in agris ſunt, ſed termi-
4 nos eorum agrorum, & maximè quinque pedes, quod ſpatium cautũ erat
lege duodecim tabularũ, inter vicinorum prædia conſtitutis finibus relin-
qui, quo ire agere vterq; dominus poſſet, & vt circumuerti aratrũ facto
5 catenus ſulco valeret, vt aliò loco[h] latius Alciatus, de ripis fluminũ maior
eſt quæſtio, de his enim non poſſet dicere quod nullius ſint, vt littora ma-
ris: imò proprietas earum illorum eſt quorum prædijs adhærent[i], quam-
uis vſus earum quoad quædam ſit publicus ex iure gentium. Vnde etiam

[d] in l. id quod. §. quod venditi. de peric. & cõm. rei vẽd.

[e] l. littora. de cõtrah. empt.

[f] d. §. quod venditur.

[g] ad l. quantũ. §. item via eſt. de verb. ſig.

[h] in tract. de quinq; pedũ præſcriptione, paulò poſt princ. & præſertim vbi Dñi Viglij obiectioni reſpondet.

[i] l. riparum. de rer. diuiſ.

opiniones variant. Communius eſt creditũ à pleriſq; [a], non cedere eas in modum, propterea quòd perpetuo vſus earũ ſit publicus: verùm hoc non facit inutilem proprietatẽ quoad arbores ibi natas, virgulta, & ſimilia. Vnde nonnullis [b] contrarium viſum eſt verius, & vt puto frequentius hodierno more vſitatũ: huc etiam referuntur luci [c] aut ſacri, aut publici, qui fundum tangunt. Addamus & paſcua, quæ in communi ſunt vſu omnibus per 6
ſonis certo loco degentibus, vtputa cõmunitati alicuius ciuitatis, villæ, habitatoribus caſtri, aut ſimilis loci incolis, velut vniuerſitati cuidam: non enim corũ ſunt quorum prædijs adiacent & qui vſum habent, ſed iure ſeruitutis cuiuſdam, illi cõmunitati & vniuerſitati hominum, ſiue potius illi loco quem incolunt, tanquam rei alicui vniuerſali ſeruire intelliguntur, nõ omnino abſimili iure quo priuatorum hominum prædia, vicinorũ prædijs ſer- 7
uiunt [d]. Sanè quod poſt venditionẽ facto venditoris adijcitur, non cedit in modum neq; emptoris fit, quamuis à teſtatore poſt factũ teſtamentum ad- 8
iectum fiat legatarij [e], & in eo teſtamenta plenioré interpretationem merentur, quàm contractus [f].

a Bar. & alijs multis quos recenſet Iaſ. ad l. quo minus. colũ. 12. nu. 71. de fluminib. et pulcherrima repetitio Iaſonis.
b ipſi Iaſ. loco nunc citato, verſi. licet opinio Bar. ſit communis ratio.
c in d. §. quod venditor.
d Vid. Zaſ. in Intell. ſingu. toto cap. ſeruitutum innominatarum.
e l. quod in rerũ naturã. §. ſi quis poſt teſtamentum. de lega. j.
f latius Alberic. ad d. §. quod venditur.

DE ACCESSIONIBVS CONVENTIS, aut citra conuentionem debitis.

SVMMARIA.

1 *Si venditor inſulæ dixerit mercedem emptori acceſſuram, ea ſola merces intelligitur, quæ à venditore conducta eſt, etiam ſi pluris à conductore alijs ſit locata.*
2 *Si venditor inſulæ dixerit mercedem emptori acceſſuram, nihil præter actionem locati cedere debet.*
3 *Si militiam vendens, ſalarium præteriti temporis acceſſurum dixerit, actionem extraordinariam ad id perſequendum cedere debet.*

MVLTA de his ſuperiore titulo tractauimus [a], & maximè quidem de conuentis acceſſionibus, de quibus nunc parcius erit agendum, & hoc ſolùm velut obiter indicandum, quod ex relinqui poſſent generali definitioni iuris, quæ habet, contractus ex conuentione legem accipere: conuentiones verò dubiæ quam interpretationem accipiant, id etiam attigimus [b]. Qua in re quia plurimum valet veriſimilitudo, vt ſequamur quod veriſimilius ſit inter contrahentes eſſe actũ [c], fit, vt ſi venditor inſulæ dixerit 1
mercedem emptori acceſſuram, eaq; inſula variè locata ſit, vtputa ab ipſo venditore, vni alicui tota vno nomine & contractu aureis centum, ab illo vero conductore vlterius, alijs particulatim, vni cœnaculum [d], alij aliæ partes ſint locatæ, ſic vt ex omnibus illis penſionibus in vnum collectis, reſultet maior quantitas, quàm eſt in mercede primæ locationis: vel ſi hic conductor vno quoq; nomine totam alij locauerit pluris [e]: ſi iam roges quænam penſio emptori cedat, dubium videri poterat [f]. Cur enim non ad extremũ quanti plurimi inſula locata eſt, ſiue à venditore domino, ſiue à conductore, emptori præſtetur, cum id verè ſit in mercede inſulæ, quam dictũ eſt inſulæ acceſſuram, præſertim cum & is qui à conductore conduxit, ab ipſo domino primo locatore videatur conductã habere: vtpote cui & ſoluere poteſt, & cui inducta & inuecta à ſecundo cõductore obligantur pro mercede [g]. At ex aduerſo veriſimile non eſt quòd de ſuo ſe quicquam additurum ſenſerit aut promiſerit venditor, aliámve mercedem intellexerit quàm illam, cuius petendæ ipſe actionem haberet: & minimè certè maiorem illam primo conductori debitam. quãdoquidem nec in ea ipſa quæ domino locatori debetur à primo ſuo conductore, ſuſtineat periculum nominis conductoris, ſi is fortè ſoluendo non ſit [h], nec actionem habeat perſonalem aduerſus ſecundum conductorem, quamuis hic ei ſoluere poſsit vt creditori

a In appendice. 3. cap. quod eſt de rebus.
b ad l. Labeo ſcribit obſcuritatẽ. de contrah. empt.
c l. ſi debitor. §. veriſimile. de contrah. emp. & vẽd. l. 2. §. ſi venditor. de hered. vel act. vend. l. quaro. §. inter locatorem. locati. & dominus Praſes in loco à veriſimili.
d vt in l. ſolutum. de pig. actio.
e vt in l. ſi tibi alienam. locati.
f l. ſi mercedẽ. in princ. hoc tit.
g d. §. ſolutam.
h l. inſulã. qui pot. in pign. facit l. ſi cũ fundum. in prin. de contrah. emp. & l. Iulianus. §. ſi vẽditor. hoc tit.

creditori ſui creditoris, & ſic ſe liberare[a], nec obligata habeat quæ ſecun-
dus cõductor induxit, niſi in eá ſummá, qua ille ædiũ partem cõduxit[b], vel
quia ipſemet dominus, idemq́ue primus locator & venditor totam inſulam
locauit: Cùm ergo de ſuo dominus ille locator & venditor inſulæ nihil
emptori mercedis nomine præſtet, aut de ſuo det, certè actionẽ locati ce-
2 dere eum oportebit emptori aduerſus conductorem, quam mercedem do
mino debitam, ipſe emptor à conductore petat, quæ actio abſque ceſsio-
ne ex ſola vi emptionis non tranſiret hic ad emptorem, cùm non directò
& principaliter nomen conductoris ſit venditum, quo caſu ceſsione non
eſſet opus[c]: ſed veniat tantum in acceſsionẽ alterius rei principaliter ven
ditæ, quo caſu ad exercendam actionem ab emptore, oportet ceſsionẽ ei
eſſe factam[d]: ita vt ſi quid venditor alij rei principaliter venditæ adijciat,
ad quod perſequendum, extraordinariam tantùm actionem habebat, vt ſi
3 militiam vendens, ſalarium præteriti temporis dixerit acceſſurum, quod
extra ordinem petitur[e], hanc quoque emptori cedet[f].

a *d. §. ſolutam. & l. ſi liber homo. de negot. geſt.*
b *d. §. ſolutã. verſi. planè.*
c *l. poſtquã. l. ex nominis. C. de hære. vel. act. ven.*
d *Paul. Caſtr. & Fulg. ad l. creditor fundũ. §. inter venditorem. hoc tit.*
e *l. 1. de varijs & extraordinarijs cognitio.*
f *d. §. inter venditorem.*

L. IVLIANVS. §. SI FRVCTIBVS.

SVMMARIA.

1 *Cur Vlpianus fructuum tantùm maturorum hic mentionem fecerit.*
2 *Non perpetuo verum eſt, fructus perceptioni paratos pro perceptis haberi.*
3 *An fructus qui cura & cultura venditoris poſt venditionem antequam fundum tradat proueniunt, cedant emptori.*
4 *Fructus omnes, poſt perfectum iure contractũ, ad emptorem pertinent.*
5 *Commodo fructuũ qui emptoris ſiunt, etiam ſi nondum res tradita ſit, opponitur onus functionum, & rei vendita periculum.*
6 *Propter moram in ſoluendo pretio factam, non amittuntur fructus, ſed officio iudicis debentur vſuræ.*
7 *Non debet graue videri venditori, ſi emptori fundum coluiſſe videatur. potuit enim non colere.*
8 *Venditor propter fructus quos ex fundo vẽdito excoluit, antequam traderetur, vſuras pretij petere non poteſt.*
9 *Si emptor poſſeſsionem fundi nactus ipſum coluerit, & fructus perceperit, hoc ipſo vſuras pretij nõdum ſoluti ſoluere debet.*
10 *Penſiones prædiorum locatorum & venditorum cui cedant.*
11 *Interpretatio verborum :* Penſiones ei cedere, qui locauerat.
12 *Perſonalis actio fundum non ſequitur.*
13 *Emptor colonum cogere non poteſt, vt in conductiõe permaneat, nec fiſcus ex publicatione ſucceſſor.*
14 *Obligatio penſionis ex contractu locationis cedit à principio, ſed exactio differtur, dũ locator ex parte ſua ſatisfecerit.*
15 *Penſiones fundorum venditorum à priuatis cedũt venditori, non item in fundis venditis à fiſco, & quæ ſit ratio differentiæ.*
16 *Quando omnia bona locatoris ſunt pro firmitate conductionis obligata, non poteſt per emptorem colonus expelli.*
17 *Salyceti de penſionibus fundorum venditorum, cui cedant, ſententia latè explicata.*
18 *Si ante venditionem per conductorem omnes fructus ſunt percepti, penſio quamuis nondum ceſſerit emptori non debetur.*
19 *Si poſt fructus perceptos conductor expellatur, penſionem debet integram illius anni.*
20 *Penſiones quarum dies ceſsit fructibus à ſolo ſeparatis comparantur, quarum dies nondum ceſsit, fructibus pendentibus, quæ partim ceſſerunt, partim non, pro rata temporis diuidi debent.*
21 *Quare fructus dotalis prædij, ſoluto matrimonio, reſtituendi, pro rata temporis diuidendi ſint, nec inſpicitur tempus perceptionis ſeu collectionis.*
22 *Effectus reſpondere debet ſuæ cauſæ.*
23 *Sententia Alberici de penſionibus fundi ab vſufructuario locati, quod ſcilicet eæ pro rata temporis diuidi debeant, etiamſi decedat vſufructuarius, antequam colonus fructus perceperit.*
24 *Vſufructuarius in fructibus nihil iuris habet, niſi ipſe perceperit, ſed percipiendæ penſionis ius habet ex ſuo contractu.*
25 *An in arbitrio ſit emptoris, an conductorem repellere velit, an retinere, & venditorem cogere, vt cedat actionem ad penſionem.*
26 *Opera ſeruorum, vectura nauium & iumentorũ ciuiles perceptiones vocantur, & poſt venditionẽ emptori præſtandæ ſunt.*
27 *Augmentum peculij, poſt venditionem cedit emptori, ſi ſeruus cum peculio venditus ſit, niſi id augmentum ex re venditoris prouenerit.*
28 *Quare id quod dominus vendito ſeruo donauit, cedat emptori, & quod ſeruus acquiſiuit poſt vẽditionem aliter ex re domini, maneat apud venditorem.*
29 *De damnis quæ dolo vel culpa venditoris in re vendita contingunt, venditor tenetur, de illis quæ alius dederit, actionem cedere debet.*
30 *An ſi res vendita in qua damnum datum eſt antequam tradatur interijt, teneatur adhuc venditor cedere actiones damni dati.*
31 *Improbata opinio Accurſij exiſtimantis non teneri hoc caſu venditorem cedere actiones.*
32 *Concisis lectis venditis antequam tradantur per iniuriam ab ædili cedi debet emptori actio legis Aquiliæ.*
33 *Si res vendita & nondum tradita per furtum perierit, vendicatio & condictio cedi debet.*
34 *Quamobrem ſeruo legato vulnerato ante aditam hæreditatem, cedi debet actio legatario, occiſo non item.*

35 Hæreditas nondum adita repræſentat defunctum.
36 Iacente hæreditate, legatarius neque verè neque fictè dominus eſt rei legatæ.
37 Qualitas iuncta verbo debet ineſſe tempore verbi.
38 Actiones quæ proueniunt ex diſpoſitione legis, facilius tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem, quàm quæ proueniunt ex conuentione.
39 An ſicut pignora, ſic quoque fideiuſſoriæ obligationes ſequantur emptorem nominis remiſſi.
40 Donatarius non agit de euictione, niſi à promiſſione donatio inceperit, vel res donata & tradita ei ſit cum omni iure & actione donantis.
41 Ceſſio omnis iuris & actionis facit vt vltimus emptor ſui autoris autorem de euictione conuenire poſſit.

INTER acceſsiones fundi venditi citra conuentionem debitas non habes frequentiores quàm fundi fructus, quibus ſi iam creſcentibus & maturis ager diſtrahatur, ſequentur emptorem vna cum fundo. Sed cur de 1
maturis fructibus dixit Vlpianus, an vt alios vel creſcentes, & nõdum maturos, vel nondum ſatos tempore venditionis, quos tamen vẽditor percipit antequam fundum tradat excluderet? Et quidem ita videri poterat, maximè cum peculiaris aliqua ratio militet in creſcẽtibus & maturis fructibus, quæ non eſt in alijs, nimirum quod dum ſolo cohærent, partem ipſius fundi conſtituant [a], quocunque modo is alienetur [b], non ſi ſtipulanti tantũ promittatur [c]: non mirum ergo, ſi pars rei venditæ in tota re includatur, & fructus maturi iamiam percipiendi cedant emptori, cui cum fundo velut manu traduntur: ex aduerſo verò credi non improbabiliter poſſet [d], quòd maioris dubitationis tollendæ cauſa de maturis fructibus dixerit, hoc ſignificare volens, quòd ſi hi cedant emptori, multo magis nondum maturi eum ſequentur. Maturi enim ad perceptionem iam iam parati ſunt, & de proximo percipiendi, videntur pro perceptis haberi poſſe [e], ideoq; manere venditoris, quemadmodũ ſi ante venditionẽ percepiſſet, ipſeq; meſſem feciſſet. At immaturi tempore vẽditionis nullo modo poſſunt videri percepti, cùm percipi nondum poterant, atq; ita euidẽtius cõſtat illos fructus fundi manere, eiuſq; noui domini emptoris fieri. Quemadmodũ alio loco [f] ſubindicatur minus dubitabile eſſe [g], quòd in reſtitutione rei veniant quoque fructus maturi, nimirum quod illi fuerint quodammodo acquiſiti debitori, & fundum & fructus maturos quos retinere poterat, in fraudem creditoris alienanti, quàm de immaturis, qui videntur non tam debitori vendenti vnquam quæſiti, quàm emptori acquiri, cùm poſtea meſſis tempore percipiet quos non habuit vnquam venditor ſuæ perceptioni paratos. Et hoc quidem verum eſt, nihil prorſus aut hic aut illo loco referre, quo modo fructus ſolo cohæſerint tempore vẽditionis, an maturi, an nõ: æquè enim pars ſoli ſunt, tãtiſper dũ cohærẽt, & ſimulatq; ſeparati ſunt, nouã formã & ſpeciẽ induũt, boniſq; mobilibus annumerãtur [h]: ſed de his iã ſatis: neq; enim
perpetuũ eſt quod diximus perceptioni paratos fructus pro perceptis haberi [i]. Vſufructuarius enim licet maturis fructibus decedat, nõ tamẽ hæredi 2
ſuo parat ius fructuũ [k]. Illud potius inquiramus diligẽter, an qui fructus proueniũt cura & cultura vẽditoris poſt vẽditionẽ, antequam fundũ tradat, cedant emptori, an vẽditori. eſt enim quod vtrinq; moueat. Nã ſunt qui [l] pu- 3
tãt illos fructus nõ cedere emptori, niſi morã vẽditor in fundo tradẽdo fecerit [m], quã non intelligitur facere, quàm diu in mora ſoluendi precij eſt emptor [n]: interim ergo vẽditor qui pretiũ non recepit, videtur fructus ſuos facere ex fundo adhuc ſuo, nec ad illorũ reſtitutionẽ teneri. Quæ ſentẽtia etiã eo ꝓtracta eſt, vt quamuis nõ perſoluto toto pretio emptiõis, nulli' adhuc partis rei emptæ dominiũ ſibi q̃ſijſſe emptor intelligatur, ſi tñ particulatim pretiũ ſoluerit, ex eo mox tẽpore fructus ꝓ rata portione pretij ſoluti q̃ſijſſe putetur [o]. Ex aduerſo plurimũ vrget, quòd eos tñ fruct' lex adimat, ſiue nõ cõcedat emptori, qui ante venditionẽ contractam percepti ſunt [p],
quaſi

a l. fructus pendẽt. de rei vendic.
b l. vlt. §. non ſolum. & §. fructus. quæ in fraud. credit.
c l. ſi filiusfamil. §. cum fundum. & ibi Caſtren. de verbor. ſignific.
d cum Fulgoſ. hic.
e Barth. ad l. diuortio. §. interdum ſolut. matrim.
f in d. §. fructus. l. vlt. quæ in fraud. credit.
g teſte Alberic. ibi.
h Rap. Cuma. ad d. c. l. vl. §. non ſolũ. quæ in fraudem credit. ex l. 1. §. opus. de noui operis nunciat.
i Iaſo. ad d. l. diuortio. §. interdum. ſub fin. ſolut. matrim.
k §. is verò ad quem vſuſfruct. Inſt. de rer. diuiſ.
l Salicet. hic. & ad l. fructus. C. eod.
m l. curauit. C. de act. emp.
n l. ſi & per emptorem. hoc tit.
o Barth. ad l. ſi fundũ. de pactis dotalib. Salicet. ad fin. §. offerri. in l. Iulianus. hoc tit. & Panor. conſil. 66. prior. volum. in 2. dubio.
p l. 2. §. fructus quoque. C. eod.

quaſi poſtea quandocunque perceptos indifferenter relinquat emptori,
4 quod alio loco [a] manifeſtius traditur, fructus ſcilicet omnes poſt perfectũ *a in l. fructus. C. eod.*
iure contractum, ad emptorem ſpectare, ad quem & functionum grauamẽ
5 pertinet, quo loco fundamentum communis erroris detegitur: docemur
enim cõmodo fructuum opponere onus functionum [b], atq; adeò totius rei *b vt in l. neque ſtipendiũ. de impenſis in reb. dotalibus factis.*
periculum & interitum, ſi forte fortuna cõtingat rem interire, antequam
tradatur [c]: cùm tamen valgò ſoleat acquiſitio fructuum expendi ad ſolutionem *c §. cum autem emptio. Inſtit. de empt. & vend.*
pretij, quaſi mora emptoris in eo ſoluendo facta dignam ſecũ tra-
6 hat pœnam amiſsionis fructuũ rei emptæ: vbi tamen potius huiuſmodi mo
ræ aliud incõmodum eſt appropriatum, videlicet vſurarũ [d], quas ex officio *d in d. l. fructus. verſic. venditor quoque.*
iudicis moroſus emptor præſtare compellitur, quod meritò ſufficere
debet, etiamſi non longius moræ pœna trahatur; vt fructibus quoque rei
emptæ, cuius totum periculũ ſuſtinet, ſit ei carendum, & ſuadet hoc recta
ratio: nam cùm ceperunt fructus acquiri emptori in ipſa ſcilicet venditione,
& illius tempore creſcentes & ſolo cohærentes, cur poſtea deſinent
eius fieri, ei ve acquiri, intermiſſa occaſione acquirendorum fructuũ, quoad
pretiũ ſoluerit? an non æquiſsimum eſt vtriuſque fieri quod ei debetur
cum ſuis incrementis: venditoris ſcilicet fieri pretium cum vſuris, ſi morã
ſoluendi fecerit emptor: & emptoris fieri rem emptam cum fructibus.
7 Neque id graue videri debet venditori, quaſi cogatur emptori fundum colere:
nam non tenetur, niſi de perceptis fructibus, quos ſi neglexiſſet percipere,
& velut alienum iam negotium tractare noluiſſet, nihil ei imputari
poſſet [e]: fructuum ergo gratia quos venditor adhuc poſsidens fundũ per- *e l. venditor ex heredit. verſic. quemadmodum. de hered. vel act. vend.*
8 cipit, & quos vnà cum fundo reſtituit emptori, non conceditur venditori
petitio vſurarum pretij, ſi non fuerit emptor in mora ſoluendi pretium,
cuius obligatio conſiſtit in genere, quod perire non poteſt: atque ita nõ
ſuſtinet illius periculum venditor, antequam ei ſoluatur, ſicut emptor rei
9 emptæ periculum ſuſtinet etiam antequam tradatur. Si tamen emptor nactus
poſſeſsionem fundi ipſe eum coluerit, fructuſque perceperit, iam velut
re ipſa in mora conſtitutus pretium illuſve partem, quam adhuc penes
ſe habet, cum vſuris eum reſtituere optimè cautum eſt [f]: vbi non eſt otio- *f in d. l. curabit. C. de act. empt.*
ſum quod de fructibus eſt dictum, non quos venditor poſt venditionem
adhuc retinens poſſeſsionem perceperit, ſed quos emptor poſſeſsionem
fundi nactus, antequam pretium perſolueret, perceperit: hæc enim fructuum
perceptio, & non prior illa venditoris, ſtatim ad vſuras pretij obligabit emptorem.
Et hæc aliorum [g] eſt ſententia, quòd ſcilicet fructus poſt venditio- *g hanc putat Gabriel. vt ratione Fulgoſij. ac d. l. fructus.*
nem collecti ſemper cedant emptori, ſi vel pretium ſoluit, vt alij [b] requirunt, *b Paul. Caſtr. hic in fin.*
vel non ſoluti pretij vſuras quoque adijciat. Et hactenus cùm prædium
venditum venditor ipſe coluit, fructuſq; percepit, aut erat perceptu
10 rus, ſi non diſtraxiſſet. Quando verò ſub colonis ſunt prædia de penſionibus,
non minor eſt quæſtio, & quod de illis reſpondit Iuriſconſultus [i], huc *i hic in verſic. ſed ſi locatus ager.*
& illuc ſic rapitur, vt vera eius ſententia adhuc penè incognita ſit. dixit enim
ſatis vt videtur clare & dilucidè: *penſiones ei cedere qui locauerat*. At verbum
cedere, variæ ſignificationis eſt, & dupliciter ea verba interpretatur
Accurſius [h], ſcilicet vt cedant, obueniant, & acquirantur venditori, eideq;
locatori, qui ipſe locauit, & cui ſoli debentur, non emptori, quamuis hic *k hic in gloſ. ad verb. ei cedere.*
poſsit colonum repellere [l], ſic vt deinceps nec venditori, nec emptori eas *l l. emptorem. C. de locat. & conduct.*
præſtare debeat colonus, vel quòd oporteat eum qui locauerat, ac deinde
vendidit cedere penſiones. i. mandare actiones ſuas ex locato ad penſionem
aduerſus colonum, cum quo nihil contraxit: perſonalis enim actio
fundum non ſequitur: vnde nec cogere poteſt emptor colonum, vt in cõ-
ductione

ductione permaneat[a], quod nec fiſco permiſſum eſt, qui iure ſpecialis
publicationis ſucceſſor eſt fundi locati[b]: quæ vel ex eo confirmari vide- 14
tur, quòd obligatio penſionis ex contractu locationis cedat à principio:
quia conſenſu contrahitur, vt ſic meritò tota ceſsiſſe videatur venditori,
qui locauerat, quamuis exactio differatur: quoad locator ex ſua parte patiẽ
tiam vtendi fruendi toto conductionis tempore præſtitit[c]: & hæc quidem
ex cõmuniore ſentẽtia rectè ſic ſe habent in eo qui à priuato emit: nam qui 15
emit à fiſco fundum prius locatum, colonum in iure conductiõis retinere
debet, ne fiſcus colono teneatur, quod ei frui non liceat, atq; ita ipſe emp-
tor penſionem, colonus autem fructus percipiet[d], perinde atque ſi ita ex-
preſſum conueniſſet, vt inter priuatos conuenire ſolet, vbi proinde con-
trahitur, ne venditor idemq; locator teneatur vel conductori, cuius ius ſal
uum fore non excepit cùm venderet, vel emptori, ſi prius omnia ſua bona
venditor, atq; ita ipſum etiã prædiũ locatũ cõductori obligauerit ad firmi-
tatem cõductionis, vt ſic nõ poſsit colonus pignori ſuo incumbens, ab em 16
ptore à cõductione repelli. Sed Salicetus[e] diſcrimen non facit (præſertim 17
in eo de quo hic agim⁹) inter eũ qui à priuato, & qui à fiſco emit, propterea
quòd intelligat hic eſſe quæſitum de iure emptoris ad penſionẽ, qui cogi-
tur eundem colonum in ſua conductione admittere, cùm vanũ eſſet quæ-
rere de iure emptoris ad pẽſionem, qui nõ cogitur colonũ admittere, cùm
certum ſit huic cedere fructus creſcentes in ſolo empto, non inſpecto à
quo ſati ſint, & iniquiſsimum eſſet, ſimul eum habere fructus & actionẽ ad
penſionem. Quod ſi iam par ſit eorum cauſa, qui vel à fiſco, vel à priuato e-
merunt, in admittendo colono, hoc eſt, ſi vterque æquè debeat colonum
admittere, iam quoque parem eorum eſſe cauſam in percipienda pen-
ſione, quam generali quadam regula ipſe ſurrogat in locum fructuum, ita
vt qui fructus ceſsiſſent emptori, fundo non locato, eorum quoque ratio-
ne penſiones debitæ cedant ei, vel ad eas actio à venditore eodemq; loca
tore cedatur ei, integrè ſcilicet, quando fructus venditionis tempore ad-
huc creſcunt, pro rata verò temporis, quando partim ſunt percepti ante
venditionem, veluti penſiones ædium locatarum, & quæ debentur ex con
ductione prædij ruſtici, cuius fructus diſparis generis ſunt alij alio tempo-
re maturi & percipiendi, vt in agro cuius pars vineam habet, alia pratũ eſt,
in alia ſeritur: ſiue vna pro omnibus omnis generis fructibus penſio debea
tur, ſiue diſtinctim aliæ penſiones aliorum fructuum cauſa: ac deniq; nihil
emptori ex penſione deberi, quando nihil fructuum habuiſſet ex emptio-
ne prædio non locato, vtputa ſi ante venditionem fructus à venditore fue
rint percepti, vel à conductore. Neq; diſtinguit, an ſoluta ſit penſio ante
venditionem, an nondum ſoluta: nam etiam vt maximè fuerit fortè locato-
ri prærogata, poſt venditionem tamen & per illam reducit ipſe locator
cauſam percipiendi penſionem ex ſuo capite ad non cauſam, ſi poſt ven-
ditionem colligantur fructus à conductore, quorum ratione penſio præ-
rogata eſt, & hanc reſtituet venditor emptori. Addit etiam, quando om- 18
nes fructus eius anni ſunt ante venditionem percepti aut collecti per cõ-
ductorem, tunc nihil ex penſione deberi emptori, quamuis tempore ven
ditionis dies penſionis nondum veniſſet, cui non abſimile eſt quod apud
Fulgoſium legitur[f]: Si poſt collectos à colono fructus omnes ex fundo lo- 19
cato, ille fundus venderetur, & à conductione colonus per emptorẽ tunc
reijceretur, nihilominus eum debiturum integram penſionem illius anni
locatori, quamuis aduerſus hanc extenſionem poſtremo loco recitatam
plurimum facere videatur, quod alio loco[g] apertè ſit deciſum, in conſide-
ratio-

a l. qui fundum. ʃ. locati.
b l. ſi fundus. in princip. locati. Bald. ad l. diuortio. ſoluto matrimon. & ibi Iaſon. nu. 36.
c l. ſi à colono. de fideiuſſorib. l. ſed addes. §. ſi quis cum in annum. ʃ. locati. l. ſi ſeruus cõmunis me⁹. & Caſtrenſ. peculij. §. vltimo. de ſtip. ſeruorum. & his locis, Bart. Iaſ. ad d. l. diuortio. in princip. colum. 8.
d l. vlt. de iure fiſci.
e hic. & ad d. l. fructus. C. eod.
f ad l. defuncta. in princ. de vſufruct.
g in l. vlt. in fin. de iure fiſci.

ratione eſſe tempus cedentis penſionis, non verò collectionis fructuum,
20 vt etiam à pleriſque eſt [a] traditum,& quod alibi [b] Baldus æquiparat pēſio-
nes,quarum dies ceſsit fructibus à ſolo ſeparatis,quarum verò dies nondū
ceſsit fructibus pendētibus,& ſi pro parte ceſſerit,pro parte nō,iam pro ra
ta temporis vult diſcerni atque diuidi,indicans in penſionibus hoc opera-
ri ceſsionem,quod in fructibus operatur ſeparatio à ſolo:ideoque in pen-
ſionibus locatarum ædium, & mercedibus operæ quæ tempus ſucceſsiuū
habent,& quotidie deberi incipiunt, quotidie etiam aliqua vtilitas redit
ad conductorem,diuidi acquiſitionem penſionis pro rata temporis inter
venditorem & emptorem,ſicut diſtingui & diuidi dicimus inter proprie-
tarium & fructuarium [c]:nemo autem inter emptorem & venditorem fa-
cit diuiſionem eorum fructuum qui ſimul omnes totius anni percipiuntur
certo tempore,veluti meſsis,ſed eos omnes venditori, vel omnes empto-
21 ri cedere volunt,quamuis in his ſit aliud dicendum, in materia dotalis præ-
dij ſoluto matrimonio reſtituēdi,vbi etiam ſi nihil ex illis fructibus perce-
perit maritus,antequam ſoluatur matrimonium,attamen inter eum & vxo
rem,eiuſve hæredes pro rata temporis diuidendi ſunt [d]: nimirum quod ij
fructus ab initio in hoc ſunt deſtinati,vt reſponderent oneribus matrimo-
22 nij,quæ maritus ſuſtinet,ideoq; effectus debet meritò reſpondere ſuæ cau
ſæ,& pro rata temporis quæ ſuſtinuit maritus onera,particeps eſſe fructuū
fundi dotalis [e]:quæ ratio non eſt conſiderabilis inter proprietarium & v-
ſufructuarium,quare nec inter eos ſic diuidendi ſunt fructus , neque inter
23 emptorem & venditorem,quamuis tentauerit Albericus [f] aliud dicere de
penſione fundi quem locauit vſufructuarius,quòd videlicet ea debeat di-
uidi pro rata temporis,etiam ſi viuo adhuc fructuario,nihil fructuum eius
anni percepiſſet colonus,idque tam variè reſpondit de fructibus nō loca-
24 ti prædij,& de penſionibus prædij locati,propterea quod fructuarius, cùm
ipſe colit,in fructibus nihil iuris habeat,niſi ipſe perceperit [g]: cùm autem
prædium locauit, petendæ penſionis ius ſibi ſuo ipſius contractu parauit,le
ge permittente,ſic vt ea penſio non tam ex re,quàm ex negotiatione ſue
contractu quem init ipſe percipiatur [h],ac proinde iniquum videri, ſi pro
tempore præterito quo vixit auferatur ei hoc ius,hoc ſecuto euētu mortis.

Sed vnus reſtat ſcrupulus,quem longa ſua diſtinctione non eximit nec
attigit Salicetus:nam rectè quidem cenſuit,cùm emptor colono ſtare non
debet,iniquiſsimum eſſe,quòd ſimul & fructus & penſionem habeat,quod
etiam impoſsibile iudicamus:nam ſi à fructuum perceptione arceat colo-
num, hic iam neutri penſionem ſoluturus, nec venditori, nec emptori.
25 Sed permanet dubitatio,an in emptoris arbitrio ſit, vtrum horū magis ve-
lit,conductorem in ſua conductione tolerare , & cogere venditorem ad
cedendas ſibi actiones ex locato:an verò repulſo conductore, fructus per
cipere. Sed minimè conſentaneum rationi videtur [i], hunc bonæ fidei con-
tractum ſic claudicare, vt in arbitrio ſit emptoris, an ius locationis in ſe
transferat,compellatque venditorem ſuas actiones ſibi cedere,an verò re
cuſet,expellatque conductorem:ſolus enim locator cum conductore cōn
traxit,debetque ſolus conductori vtendi fruendique patientiam præſtare
toto conductionis tempore,& viciſsim ei ſoli debetur penſio, ad quā etſi
maximè vellet actionem emptori cedere, non tamen ſic ſe ab eo inuito
liberaret:cur ergo ediuerſo permiſſum ſibi putet emptor, vt inuitum co-
gat venditorem ad actiones cedendas, qui potius videtur audiendus, ſi
dicat,quòd velit conductorem liberari onerosa & graui conductione, vel
ob id ſolum,quòd gratificari ei ſtudeat, certè ciuile & humanū eſt [k] hoc ei
licere.

[a] à Dyno, quem ibi refert Bart. & ab Angelo, ad d. l. diuortio. ſub finem prin. legis.
[b] ad tit. de pace tenenda.
[c] l. adhuc intereſſe. §. ſi operas. & l. ſi operas. de vſufruct.
[d] d. l. diuortio. l. pro oneribus. C. de iure dotium.
[e] Fulgo. ad d. l. defuncta. ſuper gloſ. verb. perceptorum.
[f] ad d. l. defuncta. poſt princip. verſ. vel melius videtur ratio.
[g] l. in ſingulos. verſic. illud certè. de annuis legatis. §. is verò ad quem vſufruct. Inſti. de rer. diuiſi.
[h] arg. l. venditor. ex hereditat. verſic. pretium enim. de heredit. vel actione vendit.
[i] Raphael. Fulgoſ. hic.
[k] arg. l. cū in fundo. verſi. ſed etſi nō ſit fundi dña. de iure dotium.

licere.itaque ſemper conuentio hoc caſu videtur neceſſaria,quæ id aper-
tè definiat,& qua venditor vel excipiat ius coloni [a],vel penſiones earum-
ve partem dicat ceſſuras emptori [b], alioqui conuentione nulla facta, et ſi
colono ſtare non debeat emptor,ſemper ius penſionum ceſſurum vendi-
tori,eidemq; locatori,& ius fructuum percipiendorum emptori, neque al
terum alteri inuito,ceſsionem actionum poſſe obtrudere, neque ab inui-
to ceſsionem eam exigere,vt ſic in conductione permaneat colonus.

Vt autem mercedes à colonis perceptas loco fructuum eſſe iam dixi-
mus,ſic & operæ ſeruorum,vecturæ nauium & iumentorum,in eadem cau 26
ſa erunt [c],quamuis peculiari nomine diſtinctius ciuiles perceptiones ap-
pellentur,vt quæ non natura proueniunt,ſed iure percipiuntur [d]: quod ve
rò ad rem præſentem attinet,nihil inter ea diſcriminis eſt:ſed ſi quid ex o-
peris ſeruorum,vecturis nauium, vel iumentorum venditorum acquira-
tur poſt venditionem,totum hoc emptori præſtetur [e]:neque id graue ſibi
putet venditor,vt qui non cogitur neceſſario talia emolumenta poſt ven
ditionẽ percipere,nauigare,aut iuméta locare.Sed ſi perceperit, reſtituet
emptori cum rebus ipſis venditis [f].Sed etſi auxerint ſibi ſerui peculium, 27
cum quo peculio venditi ſunt,non ex re venditoris,id quoque eodem iu
re habebit emptor [g]:neque huic exceptioni aut reſtrictioni, cum dici-
mus,non ex re venditoris,contrarium eſt quod ſequitur,ſi quid ſeruo di- 28
ſtracto venditor donauerit [h], antequam emptori traderet ſeruum, hoc
quoque reſtitui debere:nam id quidem verum eſt de eo quod non in pe
culium ei conceſsit dominus, vt ſeruo proprio, ſed quod donauit, vt
ſolet alienis donari [i],vt nonnulli [k] volunt,ſiue vt alij [l],& melius hi, Quod
quando quid ſeruus acquirit à tertio aliquo ex re domini qui eum di-
ſtraxit,hoc maneat venditoris,quaſi is venditor animum non abiecerit il-
lius habendi & poſsidendi,quod lex ei adijcit, eique vt domino & ex re
domini cenſet acquiri. Sed quando ab ipſomet domino venditore di-
recto acquirit ſeruus venditus, hoc non poteſt vlla iuſta ratione mane-
re eius qui donauit, vt qui illa ipſa donatione ſatis teſtatus eſt animum
ſuum, quòd eius rei habendæ & poſsidendæ animum abiecerit.

His iam proxima conſtituemus damna quædam interna rei vendi-
tæ,illata poſt venditionem, quæ ſi dolo vel culpa venditoris contigerint, 29
ipſe meritò eo nomine tenebitur [m]: ſi alius ea damna dederit, actionem
præſtare & cedere debebit [n]. Quod tamen an ita demum ſit verum, ſi res
vendita in qua damnum eſt datum adhuc exiſtat, an verò etiamſi extin-
cta peremptaque ſit, Accurſius variaſſe legitur: hic [o] enim putauit rem 30
adhuc exiſtere debere, cuius nomine cedatur aliqua actio, propterea
quòd ſi ea interijſſet, nullam haberet iam emptor ad rem actionem ad-
uerſus venditorem, interitu ſpeciei venditæ & debitæ liberatum,atque
ita cùm deficiat funditus remedium actionis ad rem principalem, qua
cogat venditorem emptor rem venditam tradere, deficere quoque ad
id quod conſequens eſt, videlicet ad cedendas actiones. Argumento
vtitur ex diſtinctione Vlpiani [p], qui ante aditam hæreditatem occiſo ſer
uo legato reſpondit, apud hæredem manere actionem legis Aquiliæ:
Ita vt actione ex teſtamento ad legatum petendum, rei legatæ interitu
liberatus, non cogatur actionem legis Aquiliæ cedere legatario: ſed ſi
vulneratus tantùm eſſet legatus ſeruus ante aditam hæreditatem, & ſu-
pereſſet adhuc poſt eam aditam, & poſt agnitum legatum, legatarium
ex lege Aquilia acturum, ceſſa ſibi ab hærede actione, cuius non alia
videtur ratio, quàm quòd vno caſu deficiat in totum res, quæ funda-
mentum

a vt in l. Iulianus. §. vlt. hoc tit.
b l. inſulam. qui potior. in pign.
c l. mercedes. de petit. hered.
d l. ſi nauis. de rei vendic.
e vt hoc §. ſi fructib. verſi. Item ſi quid ex operis.
f l. venditor ex hereditate. verſic. quemadmodũ. de hereditat. vel act. vend. & d. l. ſi nauis vbi de quo iam periculu emptoris ſit, ergo & eius lucro.
g hic in verſiculo: & ſi quid peculio.
h in §. ſi quid ſeruo diſtracto.
i l. per ſeruum. §. 1. de acquir. rer. dom.
k Accurſ. Alberic. Salicet. & Paul. Caſtr. hic.
l Fulgoſ. hic.
m §. quod autẽ. verſic. quęquid an ſine dolo. Inſt. de vend. & empt.
n hic in verſiculo: Sed et ſi quid præterea rei venditæ nocitum ſit.
o in gloſ. verbi præſtanda.
p in l. huic ſcripturæ. ad l. Aquiliam.

mentum præbeat actioni ex teſtamento, & ſimul quoque ceſsioni actio-
nis ex lege Aquilia. alio verò caſu res ipſa ſubſiſtit, quæ vt legata ex te-
ſtamento peti poſſet: atque ita ſimul etiam ceſsio actionis ex lege Aqui-
lia. Alio verò loco[a] voluit cedi actionem indiſtinctè, ſiue res ipſa per-
empta ſit, ſiue adhuc exiſtat[b]: quod alijs quoque viſum eſt, & non im-
meritò: non enim oportet hanc ceſsionem actionum ſic conſtituere in ſo-
la & ſimplici acceſsione rerum venditarum, vt ſic ad has petendas nulla
ſit actio emptori cum venditore interitu earum rerum liberato: nulla
quoque ex conſequenti eſſe poſſet ad cedendas actiones actio: nam has
ſine ſuo incommodo venditor cedere poteſt[c]: cùm ergo is cuius facto
ſunt extinctæ res venditæ, eo ipſo nomine conueniri poſsit, & pretium rei
venditæ, licet interemptæ, venditor petere poſsit ab emptore[d]: iniquiſſi-
mum ſanè eſſet, quòd venditor, quamuis alioqui periculum rei poſt ven-
ditionem non ſuſtineat, non hactenus tamen teneretur, vt actionem legis
Aquiliæ cedat emptori, quàm ſi apud ſe retineat, & ad ſuum ipſius com-
modum exerceat, iam eiuſdem rei nomine duplex feret commodum, cum
graui iactura & iniuria emptoris, interemptæ ſcilicet rei æſtimationem ex
lege Aquilia petens ab eo qui interemit: & ex vendito conuentum rei
pretium ab emptore, quod quidem ſi fortè minus ſit vera æſtimatione
rei, illo tamen pretio placuit ei rem emptori relinquere: illo igitur ac-
cepto, non inuideat emptori commodum actionis legis Aquiliæ ratio-
31 ne rei quæ ipſa tradenda eſſet emptori, ſi exiſteret: quæ ratio tam euiden
tem habet æquitatem, vt mirum videri poſsit, quòd illa non perpenſa,
ac ne illo quidem, quòd inter cedendas actiones enumeretur[e] quoque
actio legis Aquiliæ, cuius primum atque adeò præcipuum caput eſt de
occiſo[f], Accurſius dubitauerit hic, an re interempta, cum venditore
32 eſſet actio, imò affirmauerit, non eſſe ad cedendas actiones. Eodem
ſpectat[g], quòd etiam conciſis lectis per iniuriam ab ædili actionem le-
33 gis Aquiliæ cedi debere emptori reſponſum ſit[h]: & rurſus ſi res per fur-
tum perierit, vendicationem & condictionem emptori cedi debere[i].
34 Ad diſtinctionem verò Vlpiani, de legato ſeruo vel occiſo vel vulne-
rato tantum, alij aliter reſpondent: diſtinguunt enim aliqui[k] cauſam
lucratiuam ab oneroſa, & quod legatarium qui de lucro certat, non
æquè oporteat huiuſmodi ceſsione actionum iuuari, ſicut emptorem,
qui re interempta, nihilominus ad pretium conuentum tenetur, quod
& rationem habet, ſed non totam difficultatem euacuat. Vnde hic a-
lij[l] viſum eſt, hæc ſubtilius ita conciliari poſſe, vt dicamus hic empto-
rem ſtatim fieri creditorem, eique rem venditam deberi, ſimul atque
contracta eſt emptio: atque ita deberi ei tunc rem, cùm interimitur.
At in reſponſo & diſtinctione Vlpiani, interempti ſerui nec dominus
nec creditor erat legatarius tunc cùm occideretur, nimirum hæreditate
adhuc iacente, & nondum adita quæ repræſentat defunctum[m]: quo ſi ad-
35 huc viuo interemptus fuiſſet ſeruus legatus poſt ſcriptum teſtamentum
nulla legatario cedenda fuiſſet eo nomine actio: ergo nec nunc cum
hæreditate iacente occiditur, ſubſtantia legati vtroque caſu in totum
36 deficiente, maximè ſi verum ſit quod cenſuit quidam[n], neq; verè, neque
iuris fictione dominium rei legatæ legatarij eſſe, mox à tempore mor-
tis teſtatoris, iacente adhuc hæreditate: moritur ergo eo caſu ſeruus le-
gatus abſque damno, imò cùm euidenti lucro hæredis, vt qui illum ſer-
uum, ſi ſuperſtes manſiſſet, legatario tradere debuiſſet, & nunc inter-
empti ſerui ipſe æſtimationem ex lege Aquilia ſibi conſequitur, ſicut

r   & alio

a ad l. arbitrio. §. vlt. de dolo malo.
b Alberic. Salicet. & Fulgoſ. hic.
c arg. l. in creditore. de euiction.
d §. cum autem emptio. Inſtit. de empt. & vend.
e hic & in fin. d. §. cùm autem.
f Inſtit. de lege Aquilia. in princip. verſic. cuius primo cap.
g vt Fulgoſ. hic.
h in l. lectos. cum l. ſequ. in fin. de peric. & commod. rei vendit.
i l. quod ſæpè §. ſi re vendit. de contrah. emptio. & d. §. cùm autem. verſ. vtique tamen.
k Fulgo. hic. ſed non ſequitur hunc Gabriel.
l à Saliceto pulchrè.
m in princip. tit. Inſtit. de ſtipulat. ſeruo.
n Fulgoſ. ad d. l. huic ſcripturæ. & l. in legat. quæ eſt vltima. C. de vſufr. & fruct. legat.

& alio loco traditur magno hæredis lucro ſeruum mori, qui pluribus ſic legatus erat, vt vnicuique ſolidum teſtator dederit[a]. Reliquarum autem actionum naturam, quæ & ipſæ hic dicuntur emptori præſtandæ, videlicet aquæ pluuiæ arcendæ, & ex interdicto, quòd vi aut clam, non ſtatui hic latius explicare: illo ſolo contentus, quòd illæ actiones tunc demum huc pertineant, cùm medio tempore poſt venditionem rei & ante traditionem damnũ datũ eſt, vt facilè quiuis intelliget ſignificari hoc ſermone: *Si rei vẽ-*
ditæ nocitum ſit. nam regula eſt peruulgata, quòd qualitas iuncta verbo de- 37
beat ineſſe tempore verbi[b]. quod ergo ante venditionem contigerit, illius vis & effectus reſidet apud venditorem[c]. Quod verò poſt traditionem illius emptor iure ſuo proprio actionem habet, nec deſiderat aut expectat vt à venditore ſibi præſtetur, aut mandetur[d]. Sed nec hoc prætereundum erit, quod cùm hæ actiones proueniant ex diſpoſitione legis, fieri vt eo facilius tranſeant vna cum re in ſucceſſorem ſingularem[e], aut præſtari ei debeant, vbi tamen ſi quas venditor ſua conuentione actiones ſibi paraſſet, non ſic ad emptorem aliumve ſingularem ſucceſſorem transferendæ eſſent, & interdum non poſſent transferri, etiam vt maximè vellet id venditor, eſt enim vbi actiones venditori quæſitæ ipſa mox alienatione rei euaneſcant[f], & vt non euaneſcant, non tamen ſic tranſeunt ad ſucceſſorem rei cuius nomine ſunt interpoſitæ[g]. Emptorem autem nominis an ſicut pignora, ſic quoque fideiuſſoriæ obligationes ſequi debeant, alio loco tractauimus[h]. Denique quamuis non debeat venditor actiones, quas ſibi eius rei quam vendidit nomine ſua conuentione parauit, emptori cedere, vtile tamen emptori eſſet id fieri, quia ſic conſeruaretur interdum actio de euictione (veluti ſi emptor de euictione ſtipulatus alij rem emptam donet) quæ aliàs perijſſet, non emptori ſoli, propterea quod eius iam non inter-
ſit, ſed & donatario, qui non agit de euictione, niſi à promiſsione donatio 38
inceperit, vel res donata traditaque ei ſit cum omni iure & actione donantis, quo caſu poterit donatoris actionem experiri contra venditórem:
nam hoc quoque præſtat dicta ceſsio, vt recta via vltimus emptor ſui au- 39
toris autorem de euictione conuenire poſsit[i].

a l. filiusfam. §. vlt. de legat. 2.
b l. in delictis. §. ſi extraneꝰ de noxa. act.
c l. poſt venditionem. de aqua pluuia arc. l. is qui in puteum. §. ſi poſtea quam vi aut clã factũ. quod vi aut clam.
d l. ſi tertiꝰ. §. ſi quis prius quàm. de aqua plu. arc.
e Paul. Caſtr. hic.
f vt hic Caſtren. ex l. ſi ſub vna. §. ſi quis cõmunia. de verb. obligat.
g l. 3. §. vlt. vſufructuar. quemadmod. caueat.
h ad l. ſi in ſolutum. C. de action. & obligat.
i Paul. de caſt. ad l. Iulia. §. qui fundum. in fin. de verbor. obligat.

L. TITIVS HAERES SEMPRONII.

SVMMARIA.

1 *An qui fundum Sempronianum vendidit, quicquid Sempronius habuit iuris cogatur demonſtrare fines.*
2 *Exemplaria vulgaria in hac lege perperam habent copulam &, ibi,* fundum Sempronianum, & quicquid, &c.
3 *Satis eſt fines demonſtrare ad oculum, nec neceſſe eſt nominare confines.*
4 *Vt perfecta ſit emptio, debet res vendita eſſe certa.*
5 *Ex venditione iuris quod habet venditor in re, ſequitur bene poſſeſſio vacua & vſucapio. quando virtute illius venditionis ſit traditio certa, nempe ipſius rei, non ſi incerta, nempe ipſius iuris.*
6 *Qui vendidit quicquid ibi iuris Semproniani fuit, excipere debet ſi quid cognitũ habet, non eſſe Semproniani iuris.*
7 *Qui tanto tempore canonem ſoluit, vt neſciat ex quo prædio illud ſoluat, oſtendere debet fundum emphyteuticum, aut omnia eius prædia cenſebuntur emphyteutica, ſecundum pleroſque.*
8 *Venditor emptori oſtendere debet inſtrumenta ſeu tabulas fundi.*
9 *Venditor antiqua inſtrumenta apud ſe ſeruat, & quam ob cauſam.*
10 *Hæres apud ſe ſeruat inſtrumenta rerum legatarum.*

COMMODE nunc ſe offert quæſtio, an inter acceſsiones rei venditæ, quæ & citra conuentionem ſequuntur, emptorẽ referre oporteat inſtrumẽta publica ſiue priuata, quæ habet vẽditor in probationẽ ſui iuris, in ea re, quæ & alijs[k] locis tractata eſt, & hic in eleganti ſpecie facti à Sceuola, vna cum alia quæſtione ſatis ei vicina & cohærente: vt ecce Ti-

k vid. hoc tit. in l. creditor fundũ. ad l. inſtrumẽta. C. de fideicõmiſſis. & à Bart. ad l. quæſitũ. §. Papinianus quoq;. de fundo inſtructo & inſtrumento legat.

tius hæres Sempronij vendit Septitio fundũ Sempronianum,quẽ ex illius
hæreditate habuit,hoc modo,fundus hic Sẽpronianus,quicquid Sempro-
nij erat iuris,erit tibi,emptus tot nũmis,traditq́; vacuã poſſeſsionem,ſed
non demonſtratis eius finibus,intra quos Sempronium ius habuiſſe dice-
ret:hinc iam duplex ſe offert quæſtio circa empti actionem,vna, an empti
iudicio cogendus ſit vẽditor fines demonſtrare & oſtendere, & ex hac,
velut antecedente quodam gradu, rectè itur ad poſteriorem, cuius pau-
lò ante meminimus,an finibus ſic demonſtratis,cogendus ſit adhuc ven-
ditor ex inſtrumentis hæreditarijs docere & probare, quòd intra eos fi-
nes Sempronius ius in fundo vendito habuerit, eaque ipſa inſtrumenta
1 tradere emptori, vt is deinceps apud ſe ſeruet. Videamus primò, an fines
oſtendere & demonſtrare debeat, quod ſi non debeat venditor, multò mi
nus certa inſtrumenta ad probationem iuris Sempronij debebit emptori
tradere. Sunt autem in facti ſpecie quædam propoſita (ſecundum quæ ex
more ſuo reſpondere ſolet Sceuola) quæ ab oſtenſione finium videntur
venditorem excuſare: Primò, quòd hæres Sempronij vendidit fundũ hæ-
reditarium, & ſic in ius ſuccedens alterius, iuſtam ignorãtiæ cauſam habe-
re videatur. Secundò, quòd de iure Sempronij nihil affirmare voluerit, ac
2 propterea dixerit, non quidem vt habent vulgaria exemplaria, ſe vende-
re eum fundum, & quicquid iuris ibi fuit Semproniani (quæ verba videri
poſſent ad extenſionẽ rei vẽditæ facere [a]) ſed abſque copula (&) velut ad
diminutionem, ſaltem ad minus conſtantem firmamq́ue affirmationẽ ven-
ditoris de iure Sempronij, appoſitis his verbis: *quicquid Sempronij iuris fuit*:
quaſi latius teneri noluerit venditor, quàm quod præſtaret ſe, & non alium
Sempronij hæredem eſſe, ſed quod de iure Sempronij ſui auctoris dubita-
ret, illudque aſſeuerare nollet: ſicut ſi quis de ſuo ipſius iure dubitans, ita
vendat hæreditatem, ſi quid iuris eſſet venditoris, id vænire [b]. Et magnam
certè videtur hæc inſpectio præbere excuſationem venditori, cur fines
nullos demonſtret: cur enim quod in incerto reliquit cum venderet, co-
gatur poſtea certum facere, fineſq́; oſtendere. Poſtremò autem etiã va-
cuam poſſeſsionem tradere: quare nihil aliud ei, ſaltem ante euictionem
fundi venditi & traditi incumbere amplius videbatur [c], maximè cum in do
lo non ſit [d]: ſed his non obſtantibus, reſpondit Sceuola, quòd ex ſcriptura
venditionis habente eam formam quam nunc diximus, id ſit præſtandum,
quod contrahentes intelliguntur ſenſiſſe, ſi modò id ſatis apertè deprehen
di & intelligi poſsit, ita ſcilicet, vt nihil eorum de quibus quæritur, præſta-
re debeat venditor, ſi ex facti circumſtantijs id videri poſsit actum, vtputa
illectum eſſe venditorem ab emptore profitente ſibi ſingula ſatis eſſe co-
gnita, & qui ipſe fortaſsis primus ſignificauit & perſuaſit vẽditori, aliquid
ei, vt hæredi Sempronij in illo fundo eſſe iuris, quod vel ſuo periculo con
tentus eſſet emere, quòd ſi nihil eiuſmodi appareat, quod tẽdat vel in exo-
nerationẽ, vel etiam fortè in maius grauamen venditoris quoad euictionẽ,
hoc ſaltẽ eũ debere præſtare, vt oſtẽdat fines fundi vẽditi, demõſtratione
3 facta ad oculũ: nõ enim neceſſe eſt, vt cõfines nominet ſibi fortè incognitos [e].
4 Nã vt pfecta ſit emptio, debet res vẽdita eſſe certa [f]. hic aũt vẽdita eſt res
corporalis, videlicet fundus, quamuis cũ ea reſtrictiõe, quatenus in illo ius
habuiſſet Sẽpronius, & non eſt facta venditio meri ſoliusq́; iuris Sempro-
niani, quod incorporale eſt, de quo gñe venditionis alio loco tractatũ eſt [g]:
vnde hic benè quadrat traditio rei vẽditæ, quæ verè eſt corporalis, & illius
quoq; poſſeſsio vacua, quam Bartholus alicubi [h] putauit rectè ſubſequi ex
venditione iuris quod habet venditor in re, quãdo virtute illius vẽditionis

a *Paul. Caſt. ad l. Iulian. §. qui fundum. in fin. de verbor. obligat.*

b *l. quod ſi in venditione hereditatis. de heredit. vel act. vendit.*

c *l. qui rem. C. de euict.*

d *l. 4. in princip. l. ſeruus quem. §. vlt. hoc tit.*

e *l. cum ſeruo. §. 1. de contrah. empt.*

f *l. neceſſaria. in princ. de peric. & com. rei vend.*

g *à Bart. Paulo Caſt. Alex. Iaſo. & alijs. ad l. ſi ſic. §. 1. de legat. 1.*

h *ad l. emptor. pro emptore.*

fit traditio ipſius rei,non verò quãdo æquè iuncta eſſet traditio vt venditio. Si enim traditio quoq; incerta ſit, vt ſi quis tradat, quicquid ſui iuris eſt in eo fundo,nulla inde ſequetur neque poſſeſsio neq; vſucapio [a]. cùm etiam illud controuerſum legamus,an qui ex fundo centum iugerũ vendit in genere quinquaginta aut ſexaginta,nõn aliter deſignata, tametſi conſtituat ſe poſsidere nomine emptoris,imò & electionẽ ei tribuat,quæ ma lit habere empta,an inquam,electione nondum facta, cenſeatur emptor aliquid per venditorem poſsidere [b]. Sed vt ad inſtitutum redeamus, quamuis illis verbis: *Quicquid Sempronij iuris fuit*, non conſtanter affirmet venditor quicquam certi iuris Semproniani,aliquod tamen ius Sempronium ibi habuiſſe, & aliquo vſque oportet, quod ſaltem in genere affir mat venditor, alioqui non eſſet neceſſe venditorem vllos fines oſtendere venditi fundi, ſi ſolum nudumq́ue ius Sempronianum velut alea,& ſub conditione,ſi quid ibi iuris habuiſſet, intelligeretur eſſe emptum : imò ſi 6
quid cognitum habuiſſet venditor, non fuiſſe illic iuris Semproniani, nominatim hoc excipere debuiſſet,nec ſe poſſet defendere generalibus illis verbis,ab eo quod cognouiſſet non eſſe vel fuiſſe Sempronij [c]. Atque ita deciſa manet prior quæſtio,cuius deciſionem nõnulli longius trahũt [d], ad emphiteutam,qui à tam longo & multo tempore ſoluit canonem, vt iam in obliuionem venerit,ex quo fundo, ſiue cuius fundi ratione quotannis ſolutum ſit,quod videlicet etiam is debeat oſtendere prædium in emphiteuſim ſuis maioribus conceſſum, alioqui futurum vt omnia præ- 7
dia quæ ipſe habet & tenet,cenſeantur vt emphiteutica à domino [e] directo teneri, quod tamen eorum quidã fatetur magis autoritate ſic ſentientium conſiſtere, quàm ſtricta iuris ratione,neq; ſanè multum vicina eſt illa facti ſpecies huic quam hic tractamus.hic enim vẽditor meritò deſignare debet rẽ quam vẽdidit:nam & tradere illã debet,& in vacuam eius poſſeſsionem inducere emptorẽ,ſimiliore ergo ratione diceres directũ dñi, qui in emphiteuſim cõceſsit,& à quo emphiteuta accipere debet,ſicut em ptor à venditore,oſtendere debere fines rei quam ipſe cõceſsit. Supereſt nunc altera quæſtio,ad quã reſpondet Sceuola vt de finibus,quòd ſcilicet vẽditor debeat etiã inſtrumẽta fundi oſtẽdere,& bene quidẽ dixit,*oſtẽdere*, 8
nõ tradere:nõ enim certè talia inſtrumẽta cõſtitues in numero acceſsionũ prædij vẽditi,vt ſic cũ re tradere oporteat [f], quin potius quod de illis inſtrumẽtis cõſtituitur & diſponitur,ſiue ſcilicet legẽtur ſiue donẽtur alicui, hoc de rebus ipſis,de quarũ iure documentũ continẽt,conſtitutũ & diſpoſitum eſſe intelligitur [g]:ſeruat itaq; inſtrumenta antiqua apud ſe vẽditor, 9
cùm aliqua ex cauſa eius intereſt illa ſeruare,vel quod partem tantũ vendidit rei alia parte ſibi ſeruata, vel quòd periculum euictionis ſuſtineat, quinetiam rerum legatarum aut per fidei commiſſum relictarũ inſtrumen ta ſeruat apud ſe hæres [h]:ſi non ob periculum euictionis, de qua plerunq; non tenetur,ad hoc tamen vt vel ex abundanti ipſe doceat, quòd teſtator ea reliquerit credens eſſe ſua,& tanquam ſua,non verò quòd ſciens prudenſq́ue alienum legare voluerit [i]. Quòd ſi nulla iuſta eſſet cauſa retinendi,tunc & tradere emptori deberet inſtrumenta [k].

[a] *l.3,§.iunctã partem. de acquir.poſ.*

[b] *Bart.Caſtren.Ang.Frãc. Ariet.Cuman.Ioan.Imolenſ.Alexand.& Iaſon. ad d.§.iunctã.Fran.Soannetũ lib. rerum quotidianarũ.& cap.12.*

[c] *l.quæro.hoc tit.*

[d] *Alberic. hic. & Fulgoſ. Iaſon ad l.2.C. de iure emphiteut.in 14.quæſt.*

[e] *Fulgo.hic.*

[f] *Fulgo.ad d.l.inſtrumenta.C.de fideicommiß.*

[g] *l. ſeruum filij. §.cũ qui de lega.1.l.1.C.de dona.*

[h] *d.l.inſtrumenta.*

[i] *Fulgoſ.ibi.ad l. Inſtrumenta.*

[k] *Alberic.hic.in princip.*

L. CREDITOR FVNDVM.

SVMMARIA.

1 *Rationes quæ vrgere videãtur, vt in propoſita facti ſpecie inſtrumenta edi non debeant.*
2 *Qui vendit vt creditor, non tenetur de euictione.*
3 *Si emptor litem motam venditori non denunciat, non poteſt de emptione agere.*
4 *Deciſio Sceuolæ.*
5 *Solutio rationũ in contrariam partem vrgẽtium.*

6 Nulla

6 Nulla eſt cauſa antiquior, & maioris priuilegij, quàm ſoluendorum tributorum.
7 Qui à republ. vel fiſco iura publica conduxit, in illis exigendis eadem habet priuilegia, quæ reſpub. vel fiſcus.
8 Locatio iuris alicuius habet in ſe vim ceſsionis tempore conductionis durante, ſic vt conductor cenſeatur eſſe factus procurator in rem ſuam, quod in aliarum rerum locationibus aliter ſe habet.
9 Conductores iuris publici pœnam non ſoluenti appoſitam ſibi exigunt.
10 Cui ob defectum ſolutionis res aufertur, & publicè diſtrahitur, non prohibetur eandem emere.

QVÆSITVM eſt & in alia facti ſpecie apud Sceuolam de exhibitione inſtrumẽtorum, quæ ad rem venditam pertinent, vtputa creditor fundũ ſuſcipiens ſibi obligatum, curauit etiam chyrographa tributorum à debitore retro ſolutorũ ad ſe recipere, & penes ſe depoſita habere, deinde mora ſoluendi facta per debitorem, vẽdit fundum obligatũ Mæuio, ea lege, vt ſi quid tributorũ nomine debitũ eſſet, emptor ſolueret: cùm autem depoſita chyrographa tributorum apud ſe creditor retineat, fit vt emptore tributorũ ſolutionem nõ probante, is qui de publico cõducta habet iura & emolumẽtà tributorũ, fundum illum publicè diſtrahat, prætextu non ſoluti tributi, quod tamen re vera erat ſolutum, & emit à conductore iuris publici eundem fundum idem Mæuius, cui per ſubhaſtationem auferebatur, ſoluitq́; pretium, ſed poſtea reſciuit tributorum ſolutionem fuiſſe factam. Quæritur hic, an Mæuius huius fundi bis emptor, empti iudicio, vel alio quolibet remedio forte actione ad exhibendũ aut imploratiõe officij iudicis ad edendũ cõſequi poſſit à primo vẽditore ſuo, vt ſolutionũ chiro-
1 grapha ei dẽtur. Et hic quidẽ diligẽti inſpectiõe rei propoſitæ, tria ſeſe offerunt, quæ videntur primum venditorẽ, ne id facere cogatur, excuſare: Pri-
2 mò, quòd vt creditor, & iure creditoris vẽdiderit, atq; ita cùm nõ teneatur de euictione [a], cur eſſet cogendus auxiliari emptori ad hoc, ne res euincatur, vel vt euicta ei reſtituatur, cur, inquam, ad exhibitionem inſtrumentorum in hunc finem cogi poſſet, cùm eius periculo non ſit euictio. Secundo, non contentus venditor immunitate iuris communis, quo ab euictionis periculo eſt tutus, expreſſam etiam legem venditioni dixit, vt ſi quid tributorũ nomine eſſet debitũ, id emptor ſolueret, atq; ita à ſe curam ſolutionis tributorũ, ob quã velut nõ factam euictio facta eſt, reiecit in emptorem. Tertio, ſerius nunc peti videtur hæc exhibitio. Nàm vt æquum fortè fuiſſet tunc illam petere, cùm inſtabat & vrgebat conductor iuris publici tributorum ad ſolutionem, & diſtractionem fundi minabatur, vt ſic ante euictionem potuiſſet in tempore cauſæ labenti ſuccurri, nunc tamen euictione facta, & euicti fundi noua diſtractione poſt collapſam cauſam, non videtur emptori permittendũ, vt ad initia prima regrediatur, cùm
3 etiã hoc regulare ſit, quòd ſi emptor litẽ motam vẽditori nõ denũciauerit, victusq́; ſit, nõ poſſe eũ ex ſtipulatu de euictiõe agere [b]. At his nõ obſtãti-
4 b9, aliud Sceuolæ hic viſum eſt, poſſe emptorẽ vt inſtrumẽta, de quib9 quæreretur exhibeantur cõſequi à primo vẽditore, & quidẽ nõ ſola officij iudicis imploratiõe, ſed iure actionis, & iudicio empti, quod ſæpè diximus inflecti ad omnia incurrentia in hoc gñe contractus, quæ præſtare alterũ al-
5 teri æquũ ſit. Nec mouere quenquã debent quæ in contrariã partẽ adduximus: quod enim ad primũ attinet, nõ habet hic creditor iuris immunitatem
6 ab euictione de qua teneretur, ſi antiquior creditor euinceret [c]: nulla eſt aũt antiquior cauſa, nullaq́; maioris priuilegij, quàm ſit hæc de ſoluẽdis tributis [d]. Quod verò expreſſa lege cõuentionis reiecerit in emptorem ſolutionẽ tributorum, nõ id efficit, quo minus teneatur hoc facere & præſtare quod ſine ſuo incommodo poteſt [e]. Quodque adeò ipſa bona fides poſtulat, & iuris æquitas, ne ſcilicet ſciens prudensq́; cõmittat aut celet quò

a toto tit. C. creditorem euictionẽ pignoris nõ debere.

b l. ſi fundo. §. 1. de euict.

c l. 1. in fi. C. creditorẽ euictionis pignoris non debere, & facit l. pen. ff. de pignor. act.

d l. 1. in fi. C. ſi propter publicas penſitationes. & toto tit. C. ſine cenſu vel reliquis.

e arg. l. in creditorem. de euictionib.

ſciat emptorem lædi [a].Nec denique ſerius nunc exhibitio hæc poſtulatur: nam perperam & non rectè facta venditio ob reliqua tributorum retractari adhuc poteſt [b].Et hac de Iuriſconſulti ſententia in hoc reſponſo,& vtrinque mouentibus rationibus,nunc etiam alia quædam ex eodem reſpon ſo ſeſe offerunt obiter attingenda,veluti quod qui conducunt de publico
vectigalia,tributa,aliaue iura ſimilia, habent eadem iuris remedia in exi- 7
gendo emolumento,quæ ipſe fiſcus vel reſpublica à qua conduxerunt [c],vt ſcilicet res bonaque debitoris pignori capiant, diſtrahant, & debitoris
perſonam apprehendi curent [d],locatio enim iuris alicuius habet in ſe vim 8
& effectum ceſsionis eius iuris tempore conductionis durante, ita vt conductor mox cenſeatur & procurator factus in rem ſuam [e],& ius quodammodo habere in re [f],quod in alijs conductoribus aliarum rerum no
minatim eſſet permittendum & exprimendum [g],quin etiam pœnam non 9
ſoluenti impoſitam hi conductores ſibi exigunt [h],etiam ſi nihil fuerit in conductione de hoc actum, dummodo non ſit actum, neque conuenerit in contrarium [i]. Illud quoque non prætereundum, quod is ipſe poſſeſſor cui res ſic aufertur ob defectum ſolutionis,& publicè diſtrahitur,poſſit ipſe rurſus illam emere,æquè vt alius quiuis [k], vel alij mandare emendam [l], cùm inuito etiam eo vendi potuerit [m]:quamuis ſint [n] qui dicant,eo caſu magis eſſe compoſitionem quandam,quàm venditionem aut nouam emptionem,quod tamen vix videtur, quando publica ſubhaſtatione veteri poſſeſſori tanquam plus offerenti, & vt alij cuilibet addicitur res certo pretio:ſic enim vera videtur emptio multis ad eam vocatis, & æquo iure inter ſe licitatione certantibus.

a l.in vendẽdo.§.ſi cũ ſeruitus. de contrah.empt. l.quæro.hoc tit.de actio.empt.
b l.2.C.ſi propter publicas penſitationes.l.1.& ibi gloſ.ad verb.omni ordine.de fid.inſt.& iure haſtæ fiſcal.lib.10.l.1.C.de capiend.& diſtrah.
c Bald.hic.& ad l.3.§.ſi ego.nu.4.de noui operis nunciat.Paul.Caſt.hic.
d l.cum eo.& ibi Bart.ad l.Iuliam peculiatus.
e Bald.ad l.ſi ea lege.ſub fin.C.de vſur.
f l.1.de loco publ.fruendo.
g Bart.ad d.§.ſi ego.
h l.ſi quis ſine.C.de vectigal.& commiß.
i Bald.& Salicet.ad d.l.ſi quis ſine.
k l.cotem ferro.§.eã rem.de publicanis.
l l.ſi mandauero tibi.§.is cuius bona mandati.
m Bart.ad d.§.eam rem.
n Bald.ad l.3.C.de nautico fœnore.

VT HABERE REM EMPTAM EMPTORI LICEAT.

SVMMARIA.

1 *Si res vendita & tradita ad emptorem redierit, qua actione à venditore ab eo repetatur.*
2 *Actio ex empto ad omnia vtilis eſt, quæ æquum eſt alteri ab altero præſtari.*
3 *Hæreditate vendita, emptori venditor tradere debet quicquid quandocunque ex ea hæreditate ad ipſum peruenerit, vel dolo eius ſit, quo minus perueniat.*
4 *In actione ex empto ratio habetur dominij, quod venditori obuenit poſt venditionem.*
5 *Duobus modis ſuccurritur emptori, ſi venditor rem venditam vendicare velit.*
6 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
7 *Dolus præponderat culpæ.*
8 *Exceptio qua emptor ſe tuetur contra venditorem vendicantem rem venditam, & actio qua contra venditorem qui rem venditam euicit, emptor experitur ad diuerſos fines tendunt, ideoque ſublata exceptione non tollitur actio.*
9 *Sublata aut omiſſa exceptione, compenſationis remanet actio.*
10 *Exceptio compenſationis petitioni ſimilis eſt.*
11 *Etiamſi venditor de euictione non teneretur, ipſe tamen euincere non poßet.*
12 *Creditor non tenetur de euictione pignoris à ſe venditi, ipſe tamen euincere non poteſt.*
13 *Quibus modis venditor coercetur ab euictione, eiſdem coercetur & hæres eius, & fideiuſſor euictionis.*
14 *Hæres eius qui pro euictione fideiußit, exceptione repelli non poteſt, ſi ex ſua perſona euincat.*
15 *Vis obligationis & effectus actionis nonnunquam decreſcit in hærede.*
16 *Qui conſentit venditioni, euincere non poteſt.*
17 *Fideiuſſor ſi pignora emat, potius quàm debitori luat, dolo malo facit.*
18 *Cur hæres fideiuſſoris minus repellatur exceptione ſi euincat, quàm fideiuſſor.*
19 *Is qui cum pluribus alijs pro euictione fideiußit, in totum repellitur ab euictione.*
20 *Hæres venditoris ſolum repellitur ab euictione, quatenus ſucceßit.*
21 *Qui pretij eſt particeps, de euictione tenetur.*
22 *Qui vt procurator vendit, euincere non poteſt.*
23 *Qui vt procurator de euictione promiſit, ſuo nomine de euictione non conuenitur, contra opinionem communem.*
24 *Tutor finito officio non tenetur.*
25 *Procurator ſi non profeſſus eſt procuratorio ſe nomine contrahere, ſuo nomine agit & conuenitur.*
26 *Quomodo verum ſit, procuratorem vendentem teneri ad pretij ſolutionem.*
27 *Eligere poſſumus, vtrum cum exercitore ſeu domino nauis, an cum magiſtro præfecto agere velimus.*
28 *Errans non amittit dominium.*
29 *Procurator qui nomine alterius rem ſuam vendit, euincere eam non poteſt.*
30 *Lis inſtituta cum tutore vel curatore, finito officio, cum eadem inſtantia transfertur in quondam pupillum vel adultum, ſicuti indicati executio poſt dictam aduerſus eos ſententiam*

31 *Vt maximè procurator ſuo nomine conueniri poſſet, liberari tamen deberet cedendo actionẽ mandati contrariam aduerſus dominũ mandantem.*
32 *Factores, quos vocant, licet ſcripſerint ſe eſſe debitores, ſuo nomine conueniri non poſſent.*
33 *Qui cum factore abſentis contrahit, ipſum ſuo nomine conuenire poteſt ſecundum Caſt.*
34 *Ex contractibus per procuratorem factis, de quibus inſtrumenta garantigiæ conſcripta ſunt, vel qui confirmati ſunt per voluntariam condemnationẽ, obligato principaliter domino acquiritur.*
35 *Apparitor qui exequens iudicatũ res pignori captas vendit, de euictione non tenetur, ſed debitor.*
36 *Apparitor ſi viliore pretio res vendiderit, item curator bonis datus quomodo teneantur.*

AD euictiones præcipuè hoc caput pertinet, non tamen ad eas ſolas,
verùm etiam ad reſtituendam rem ſemel à venditore emptori traditã, ſi fortè ab illius poſſeſsione ceciderit emptor, eaque ad venditorem redierit: quamuis enim controuerſum hoc ſit, quomodo res vẽdita emptori ſemel tradita, quæ iterũ apud venditorẽ inuenitur, ab eo petenda ſit, an ſola
1 in rẽ actione cũ vẽditore vt alio quolibet poſſeſſore experiundũ ſit, quaſi obligationi & actioni ex empto prima traditione ſit factum ſatis, ſaltẽ vſq; ad iudicialem euictionem (quod pleriq; omnes putant [a].) An verò etiam actione in perſonã ex empto nõ improbabiliter poſterius hoc defendi poterit? [b] venit enim in hanc actionem ex empto, vt hoc præſtet venditor quod emptori habere rem liceat [c], non licet autem habere emptori quando poſſeſsionem rei venditæ & ſemel traditæ, caſu aliquo ad ſe abſq; noua cauſa reuerſam, nõ confeſtim reſtituit emptori: igitur & ad hoc erit actio
2 ex empto, omnia comprehendens, & ad omnia vtilis, quæcunq; æquum eſt alteri ab altero præſtari, etiam ſi dum contraheretur, de illis minimè cogitatum ſit [d]. Et huc pertinet quod Iuriſconſultus dixit [e], ex empto actionẽ eſſe, non in hoc tantum, vt venditor vacuam poſſeſsionẽ tradat (ſemel & ab initio cum vendidit) cùm multis modis contingere poſsit, vt tradere nõ poſsit (& vt maxime poſſet non ſufficeret tamẽ) ſed multò latius patet ea actio, vt ſi quid dolo malo fecerit aut faciat venditor, dolus malus eius æſtimetur: faciet autem dolo malo, ſi reuerſam ad ſe caſu aliquo poſſeſsionem rei venditæ nolit emptori reſtituere, nec patiatur emptorem habere licere, cùm id præſtare poſsit. Accedit etiã, quòd hæreditate vendita ad hanc actionẽ pertineat, vt vẽditor emptori reſtituat, nõ quidem illud ſolùm qđ ex rebus hæreditarijs ad eum peruenit anteq; vẽderet, ſed etiã quòd quan-
3 docunq; poſtea peruenturũ eſt, & ſi quid dolo malo faciat, quo minus perueniat [f]: quod ergo ibi ſeruatur in diuerſis rebus hæreditarijs ſub hæredita te vẽdita cõprehenſis, cur nõ idẽ quoq; ſeruetur in vna aliqua ſpecie vendita, ſi fortaſsis illa ipſa ſemel tradita, rurſus abſque noua cauſa ad manus venditoris perueniat, vt ſcilicet actione ex empto iterum tradere cogatur, & facere vt emptori rem emptam habere liceat. Deniq; ratio habetur in hoc contractu, atq; adeo in actione ex hoc contractu, qua cogatur contractum
4 implere venditor, eius dominij quod ſuperuenit aut obuenit vẽditori poſt venditionem [g]: quare ergo non æquè ratio haberetur ſuperuenientis poſtea poſſeſsionis? Sed nunc ad vſum huius capitis aduerſus euictiones pergamus, qui potiſsimum in eo verſatur, vt coerceatur ex hoc capite vendi-
5 tor, idq; dupliciter ſi ipſe fortè vendicare velit quod vendidit, vel ſcilicet vt eum vẽdicantem fortè ratione dominij poſtea quæſiti repellat emptor, exceptione rei vẽditæ & traditæ [h], & ſic rem emptam ſibi conſeruet. Hoc
6 enim generale eſt, quòd quem de euictione tenet actio, eundem agendi repellat exceptio [i]: vel vt omiſſa hac exceptione, & euictione permiſſa, ſecutaq;, agat ex empto, vel ex ſtipulatione duplæ, aut rem habere licere; omiſſa inquam vel per incuriam, quod fortè non cogitauerit excipere emptor, vel ſtudioſè & data opera, in hoc ipſum omiſſa ab emptore, vt poſtea ad id quod intereſt ex empto vel ex ſtipulatione, duplum pretij poſsit po-

a cũ Accur. ad l. ſi cũ fundum. in glo. vlt. de contrah. empt. & ad Authẽ. ſacramenta puberũ. C. ſi aduer. vendi. Pau. Caſt. ad l. qui pẽdentẽ. hoc tit.
b cum Fulgo. ad d. l. ſi cum fundum.
c l. ex empto. §. et ex empto. hoc tit. l. habere licere. de euictio. l. ſtipulatio iſta habere licere. de verbor. oblig.
d l. vlt. de condict. ob turp. cauſ. l. empto. §. ſi quis virginem. cum. §. ſeq. hoc tit. l. 2. in fi. C. eodem. de act. empt. cũ glo. ibi vlt.
e in d. l. ſi cum fundum. verſic. fore.
f l. 2. §. non tantũ autẽ. de hered. vel act. vend.
g l. ſi quis alienam rem. hoc tit.
h l. j. & toto tit. de except. rei vend. & tradit. l. ſi à Titio. de rei vend.
i l. vendicantem. de euict.

tere. Non enim emptori poterit imputari ad culpam, quod à venditore vo
lente vincere paſſus ſit ſe vinci & rem euinci: etſi qua fortè culpa ea eſſet,
nõ poſſet tamen allegari à vẽditore, cuius dolus præponderat[a], propterea 7
quòd contra bonam fidem & promiſſa, rem à ſe venditam velit ipſe euin-
cere, & impedimentum præſtare quo minus emptori eam rẽ habere liceat.
Quin etiam exceptiònis ab emptore propoſitæ, ſi rationem non habuiſſet
iudex, imò etiam ſi reiecisſet, non quòd non eſſet vendita res, ſed quod iu-
ris errore crediſſet ex noua cauſa dominij ſuperuenientis, poſſe vendi-
torem quod vendidit reuocare & repetere, æquè adhuc ſalua erit actio[b].
Tendunt enim hæc remedia ad diuerſos fines, exceptio ad rem retinẽdam, 8
actio verò ad conſequendum vel duplum pretij, vel quanti emptoris inter-
eſt, rem eius non eſſe factam, ſed ablatam. Atque ita euidentior hic eſt ra-
tio, cur ſublata exceptione maneat ſalua actio, quàm in compenſatione in 9
qua idem ſeruatur[c], & cõpenſatio tantùm petitioni ſimilior eſt, neq; tam
longè diſtat ab ea, ſi vſum & finem vtriuſq; ſpectes. Vſqueadeo autem exu 10
berat vſus huius capitis aduerſus ipſum venditorem, vt etiam ſi de euictio-
ne non teneretur ab alio facta, ipſe tamen euincere non poſſet: veluti cre- 11
ditor periculum euictionis quam fecit alius non præſtat, ferendus tamen 12
non eſſet ſi euincere ipſe vellet ex alia forte antiquiore cauſa debiti & pi-
gnoris quàm ex ea diſtraxit[d].
Hæres venditoris eiſdem modis cohibetur, hoc eſt, tam exceptione[e], 13
quàm actione, necnon fideiuſſor euictionis[f]. Sed hæres fideiuſſoris altero 14
ſolùm modo, videlicet actione de euictione, nõ autem exceptione repelli
poterit ipſe, ex ſua perſona & ſuo iure vendicans[g]. Sicut ergo vis obliga 15
tionis & effectus actionis decreſcit interdũ in hærede qui laxiore & beni-
gniore iure habetur, quàm is cui ſucceſsit, & ſi cum eo actum fuiſſet, vt ap
paret in hærede tutoris aut curatoris[h]: ita hic quoq; decreſcit & extenua-
tur nonnihil vis fideiuſſoriæ obligationis in hærede fideiuſſoris: non qui-
dem in eo ſiue quoad illud quod directò eſt in obligatione, quæ & hæredẽ
tenet, ſic vt aduerſus eum de euictione agatur: ſed quoad illud quod ſecun
dario & tacitè ex ipſo actu fideiuſsionis potius, quàm ex vi & poteſtate ob
ligationis illius reſultat & ſequitur, velut inſeparabilis ſequela & comes:
vtputa quòd fideiuſſor non tantùm conſentiat venditioni (quod tamen ſo
lùm ſatis eſſet ne ipſe vendicet[i]) ſed eo amplius fideiubendo, & hoc ipſo 16
quod fideiubet intelligatur aſſeuerare rem fuiſſe venditoris, ſecurè ab eo
emi potuiſſe, nec futurum vt alius quiſquam eam euinceret: quare cum id
fide ſua eſſe iubeat, profectò non poſſet id facere aduerſus bonam fidem,
ſi contra nitendo ipſe ſtudeat euincere, qui euictionis eſt fideiuſſor, mul-
toq; euidẽtius de fide rupta poſſet argui, quàm fideiuſſor, qui pignora ſibi 17
emit potius quàm debitori luat, quem tamen dicimus dolo malo facere[k].
Sed hæc ratio & conſideratio ceſſat omnino in hærede fideiuſſoris, qui ni 18
hil ipſe fecit aut dixit quo videretur quicquam de iure venditoris aſſerere
apud emptorem, quo lubentius & confidentius quis emeret[l], imò nec con
ſentijt quidem venditioni, quam ignoraſſe veriſimiliter poteſt: ſatis eſt er
go quòd eũ teneat fideiuſſoria obligatio, quoad illud ad quod directò eſt
contracta: Vnde cum hæc facultas excipiendi aduerſus fideiuſſorem ven-
dicantem non conſurgat, nec naſcatur directò ex ipſa vi propria obliga-
tionis fideiuſſoriæ, neq; contineatur in eo ad quod directò illa cõtrahitur,
ſed actui fideiuſsionis cohæreat, vt illius ſequela & comes, non videtur
quoad hunc effectum proponendæ exceptionis attinet diſtinguendũ, qua
tenus teneat fideiuſſorem ipſa obligatio ad finem & effectum actionis, ſed
ſufficere

a arg. l. item ſi obſtetrix. in ſi. ad leg. Aquil.

b d. l. ſed Celſi exceptio.

c l. quod in diem. §. ſi rationem. de cõpenſat.

d l. & ſi is. de diſtrac. pig.

e l. cum à matre. C. de rei vendic.

f l. exceptione. C. de euict.

g l. vlt. de euict.

h l. j. C. de hered. tuto. l. curatoris. & ibi Salicet. in prin. C. de nego. geſt.

i Iaſ. ad l. quoties ab omnibus. in. 2. nota. C. de fideicõmiſſ.

k l. j. C. de dolo malo.

l Ioãnes fabri. ad d. l. vlt. C. de euict.

ſufficere, quòd aliquo modo fideiuſſerit, verbi gratia, ſi quis fortè fideiuſ-
ſerit de euictione, tertius aut quartus, cum alijs ſat locupletibus, ſic vt a-
ctio inter eum & alios ex epiſtola diui Adriani poſſet diuidi, nihilominus
illum dicemus repelli in totum à rei vendicatione, & non pro tertia tan-
tùm aut quarta parte, ſecundum vires actionis ex fideiuſſione, quamuis in
20 hærede venditoris aliud ſit, qui ſolùm repellitur, quatenus ſucceſsit [a]: nam
ratione repræſentationis repellitur, ideoque non niſi quatenus defuncto
venditori ſucceſsit, illúmque repræſentat, & ex hæreditate lucrū capit [b].
Contra ſeruatur non ſolum in eo qui venditioni rei ſuæ conſentijt [c],
21 pretium non participans (nam qui particeps eſſet pretij, etiam de euictio-
ne teneretur, non ſecus ac ſi ipſe quoque vendidiſſet [d]) verùm etiam in eo
qui vendit vt procurator, & hoc vendens profitetur, ſe procuratorio no
22 mine alterius vendere: nam hic quidem ipſe ſuo proprio iure tunc fortè
23 incognito, cùm ex mandato venderet, non vendicat [e]. de euictione tamē
quam vt procurator alterius promiſit, ipſe ſuo nomine non conuenitur [f],
quod paucioribus placuiſſe, obiter alio loco attigi, quos tamen etiam alijs [g]
videbantur ſecuturi, ſi inueniſſent quod reſponderent ad illud Iuriſconſul-
ti [h], quo dixit, Titium quamuis quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum
eſſe emptori. Adferunt quoque alij [i] alia, quibus communiorem in cōtra-
rium ſententiam muniant, veluti quod qui vt procurator emit, ipſe tamen
pretium ſoluere compellitur [l], ergo & euictionem ſuſtinere debet, qui vt
procurator vendidit, & de euictione promiſit. Accedit etiam, quòd ſpe-
24 ciali ratione ob neceſsitatem officij ad quod inuitus cogi poteſt tutor, in-
dultum ei ſit, vt officio depoſito, non teneatur [m]: in procuratore ergo qui
mandatum non ſuſcepit, niſi velit, aliud videtur dicendum, quod videlicet
etiam finito officio, & cùm negotia domini gerere ex mandato deſijt, ad-
huc teneatur. denique eſt aliud Vlpiani reſponſum [n], quo euidentiſsimè
deciditur, procuratorem vendentem præſtare euictionem, & ſuo quidem
nomine: nam additur id quod empti iudicio emptori præſtiterit, hoc eum
contrario mandati iudicio conſequuturum ab eo, cuius rem vendidit.
Sed nec illud omittendum, quòd procuratori ementi actio de euictione
ex promiſsione venditoris recta via acquiratur. quam ipſe procurator ce-
dat domino cui emit [o]: cur ergo ex cōtrario quoque & ſimili ratione pro-
curatorem vendentem non teneat, & conſtringat actio de euictione.
Quamuis autem penè temerarium videri poſsit, à communi opinione tot
rationibus fulcita hic recedere, fortè tamen non malè quis dixerit ſolidio-
re ratione fundatam opinionem Iacobi de Arena, verba enim Pauli Iuriſ-
conſulti [p] decidētis, quando procurator qui vendidit fruſtra recuſet onus
obligationis de euictione, tam clara ſunt, vt vix aliud ſignificare videātur,
quàm ita demum procuratorem vendentē ſuo nomine de euictione tene-
ri, ſi ſic ſe obligauerit, hoc enim apertè ſignificant hæc verba: *Fidem ſuam a-
ſtrinxit*. Et rurſus iſta: *Pro domino vinculum obligationis ſuſcepit*. ſi enim gene-
rali & indeterminata promiſsione de euictione quæ ſemper in venditio-
nibus fit, aut certè perinde atque ſi ea facta eſſet obligatur venditor, in-
telligeretur is qui vt procurator vendit, fidem ſuam aſtringere, & pro do
mino vinculum obligationis ſuſcipere, non puto ſic locuturum fuiſſe Iu-
riſconſultum, velut reſtrictiuè: *Procurator qui pro euictiōe, &c.* ſi ſcilicet hoc
generale ius eſſet aduerſus omnes procuratores procuratorio nomine vē
dentes, ſiue ipſi fidem ſuam aſtringant, & pro domino ſe dicant obliga-
25 tionem ſuſcipere, ſiue non. Interim tamen non eſt negandum, nec nega-
uit Iacobus de Arena, quin ſi contraxerit is, qui re vera procurator erat, &
mandatum

a d. l. cum à matre. in verbis, pro qua portione. l. 2. C. de euictionib.
b l. ex qua perſona. de reg. iur.
c Iaſon ad d. l. quoties.
d l. quidam ex parte. & ibi Fulgoſ. de euiction.
e l. ſeruum Titij mandati.
f l. procurator qui pro euiction. de procuratorib. à contrario ſenſu.
g à Iacob. de arena. ad l. eb qui. C. quod cum eo.
h tit. præcedent ſub 6. cap. ad l. ſi in emptione. §. vl.
i Paul. Caſt. ad d. l. procurat. qui pro euiction.
l l. cum vendente. C. vbi cauſa fiſcales.
m l. cum quadā. C. de adminiſtr. tutorum.
n in l. Papinianus. de public. in rem action.
o l. poſſeſsio quoque. §. etſi poſſeſſ. de acquir. poſſeſſ.
p in d. l. procurator. qui pro euict.

mandatum habebat ab alio contrahendi,ſed id non profeſſus neq; alieno
nomine,tunc ipſum ſuo ſolùm nominc & agere & conueniri ex eo cõtra-
ctu,quia tunc is qui cum eo contraxit,de domino diuinàre nõ potuit,nec
illius ſequi fidem,ſed ſolius cõtrahentis. Atq; ita intelligi poſſunt nõnulla
ex illis quæ paulò ante in contrarium ſunt citata , veluti quod Vlpianus ex
Papiniano dixit[a],id quod empti iudicio procurator vendens præſtiterit
emptori,cõſecuturum eũ à domino mandati iudicio,nã quo modo id fiat,
paulò fuſius explicans[b],poteſt enim (inquit Vlpianus) fieri, vt emptori qui
à procuratore vendente emit,res auferatur,per rei vendicationem, inſti-
tuendam ab eo,qui rem vendi mandauerat. Quod emptor per ignorãtiam
non ſit vſus exceptione,hac ſcilicet,rectè ageres,ſi non autor meus, id eſt
procurator tuus, qui mihi vendidit,tua voluntate vendidiſſet,eiq́; mãdaſ-
ſes rem vendendam. Quam quidem exceptionẽ alioqui debuiſſet oppo-
nere emptor,ſi de ea ſciuiſſet,& qua oppoſita,potuiſſet dominũ rem ſuam
vendicantem repellere[c]:cùm ergo reſponſum hoc fundetur in ignoran-
tia emptoris,nemo dubitat quin illa omninò ſupina fuiſſet & craſſa,ſi pro-
curator cùm vẽderet,nominaſſet dominũ rei, illiuſq́; nomine & mandato
dixiſſet & oſtẽdiſſet ſe vendere:hoc ergo tacuit ꝓcurator, & in eo Accur
ſius ibi cõſtituit probabilem ignorantiã emptoris,quòd in alieno facto cõ
ſiſteret,an ſcilicet alius aliquis,vt dominus eam rẽ vendi mãdaſſet,an man
datũ reuocaſſet,nec ne. Sic quoque vbi diximus ementem procuratorem 26
teneri ad pretij ſolutionem[e], præter id quod nonnulli hoc ſpeciale putãt
in eo qui à fiſco emit,veriſimilius quoq; eſt,quòd tẽpore emptionis nõ fue
rit profeſſus ſe emere noĩe procuratorio,nec de mãdato docuerit, ſed tũc
primũ,cùm cõſulit Cæſarẽ:& hic ius per epiſtolã cõſtituit,quod haberi po
teſt ex his verbis: *Quibus mandantibus,ea prædia emiſſe te,& tradidiſſe dicis.* ſci-
licet nunc primum,non aũt cùm emeres,aut ſi tunc fortè dicebas,non ta-
men ſic es admiſſus à fiſco vendente,qui fidem tuã, cùm tecũ cõtraheret,
non domini quẽ nominabas,ſequi volebat,imò potius nullius fidem ſequi,
ſed præſentem ſibi numerari ab emente pecuniam[f]. Sic quoq; vbi plerũq;
fit, vt res,locus, tempus non patiatur plenius deliberañ conſilium de con-
ditiõe eius cui alienæ rei cura mãdata eſt,vt in magiſtro nauis[g],electio no 27
bis ſit,an cũ exercitore & dño nauis qui eũ præfecit,an cũ magiſtro præfe-
cto agere velimus[h]. Ad aliud verò Martiani[i] reſpõſum quo firmiſsimè cre
ditur ſuſtineri cõmunis opinio,expeditã reſponſionẽ eſſe putauerim,quòd
ſcilicet eo loco quæratur tãtum de iure euictionis,hoc eſt,an is qui rẽ verè
ſuã ex alterius mãdato vendit vt alienam,poſteaquàm error compertus e-
rit,ius habeat euincendi illam ab emptore,ratione dominij ſui,quod errãs 28
non amiſit[k]:Et ſi hoc ius non habeat,nõ quidẽ ex defectu dominij,ſed ob-
ſtãte ſibi exceptiõe rei vẽditæ & traditæ:quæritur vlterius de mãdato, hoc
eſt,mandati actione vltro citroq; dãda,an ſcilicet cõtrario mãdati iudicio
procurator à dño cõſequatur pretiũ rei ſuæ,quã per errorẽ pro aliena ven
didit,& quanti eius intereſt,ſi pretiũ hoc reſtituerit dño. Si nondũ reſti-
tuit,ſed apud ſe habet ab emptore numeratũ,an domino mandanti contra
procuratorem detur directa actio mandati ad pretiũ:hoc enim propriè eſt
de iure euictionis quærere,ſi quæratur an ius ſit euincendi , cuius experi-
mentũ ſumitur rei vendicatiõe inſtituta contra emptorẽ. Emptor verò cũ
venditore agens ex ſtipulatione de euictione vel actione ex empto poſt
rem euictam,non iam amplius de iure euictionis diſceptat: ſed quia illud
ius aduerſus eum exercuit alius,cui ſucceſsit litis euentus, quærit de reſar
cienda euictionis quam paſſus eſt iactura. Atq; ita illo reſponſo hoc ſolũ 29
proba

a in d.l. Papinian⁹. de pub lic. in rem action.
b in eadẽ l. Papinia. verſ. Poteſt enĩ fieri.
c l. 1. & toto tit. de except. rei vendit. & tradit.
d in gloſ. verbi vſus.
e in d.l. cum vendente.
f l. ſi procurator. in fin. de iure fiſci.
g l. 1. de exercitat. act.
h d.l. 1. §. eſt autem nobis electio. de exercit. act.
i in d.l. ſeruum Titij.
k l. ſi procurator de acquir. rer. dom.

probatur,procuratorem alterius nomine vendentem rem ſuam,non euincere quod vendidit.cui non neceſſariò conſequens eſt,ſi euicerit aliud,iã quoque procuratorẽ ſuo nomine teneri. Porrò quod dictum eſt de ſpeciali & ſingulari fauore,pro eis inducto qui officium gerunt neceſſarium [a], ita poterit diſſolui,vt maius quiddam illis indultũ dicamus,quàm quod aſſumptum erat,finito officio eos nõ cõueniri,tunc primum inſtituenda a-
30 ctione [b]:nimirum quod & ex lites quæ durante adhuc officio aduerſus eos inſtitutæ ſunt, & quas cœperunt defendere cum eadem litis inſtantia, transferantur in quondam pupillum vel adultum, ſicut iudicati executio poſt dictam aduerſus eos ſententiam [c]. Quod non ſic ſeruatur in procuratore ad lites qui dominus factus eſt litis conteſtatæ [d], & mortuo demum eo,litis inſtantia transfertur ad dominium [e]. Quod verò nouiſsimè eſt adductum,procuratorem ementem habere ſibi obligatum venditorem de euictione,eamque actionem cedere domino cui emit,ſiue is ſciuerit, ſiue ignorauerit [f]:non neceſſario concludit, quòd ſic quoque procurator vendens vt procurator, & hoc ipſum profeſſus, teneatur de euictione ſuo ipſius nomine:nullũ enim in eo reſponſo verbũ eſt,quo ſignificetur procuratorem fuiſſe profeſſũ quòd procuratorio noïe emeret,quod ſi feciſſet,negari nõ poſſet,quin actio ex empto & ex vẽdito daretur dño, & in dominiu,exemplo inſtitoriæ actionis [g].Et vt fortè ex Iuris ſubtili rigore,ſicut ab antiquo cõſtitutæ ſunt obligationes ciuiles,&actiones,procurator ipſe conueniri poſſet,liberari tamen deberet,cedendo actionem non ſolum mãdati(ſi ab eo impetatur)aduerſus venditorem aut emptorem cum quo contraxit,quod multo clariſsimum eſt [h]:verùm etiam ſi ab eo cõuenіatur, cum quo contraxit alterius nomine, idipſum apertè profeſſus,
31 actionem huic quoque cedet mandati, contrariam aduerſus dominum mandantem, vt delegatio illius debitoris, cuius fidem alter quoque ſecutus eſt,ſit pro iuſta præſtatione [i].Niſi enim ita dixerimus, res plena periculi eſſet,alterius nomine alteri vel vendere vel emere, ſi ſcilicet ſola oſtenſione mandati eius cuius nomine ſe dicit contrahere, & cuius fidem alius præcipuè ſequitur,non eſſet ipſe procurator à vinculo obligationis im-
32 munis.Cui cõſonat,quod Angelus Peruſinus ſcripſit [k],factores, vt vocat, ſiue inſtitores hodiernos,licet mille literis ſcribant,ſe eſſe debitores,non tamen propterea poſſe eos ipſos ſuo nomine cõueniri: quia,inquit,factoris nomine id faciunt, non quòd velint propriam fidem aſtringere [l]. Neq; aliò ſpectat,quod Paul[9] Caſtr[m].cenſuit,nõ habere locũ Angeli ſẽtẽtiam [m],
33 quando quis contrahit cum inſtitore abſentis,quaſi tunc non ſit veriſimile,eum qui cum tali inſtitore contrahit, reſpicere ad præponentem ſiue mandantem ipſi incognitum, ſed potius ad inſtitorem ipſum præpoſitum, & quod illius fidem ſequatur. Nam vt illi reſtrictioni demus locũ, quam tamen alij [n] Angeli ſententiam omninò ſequentes non admittunt: ſaltem illa ſua limitatione & exceptione ſatis indicat Caſtrenſis, quòd velit inſpici, cuius contemplatione quis cum alterius procuratore contraxerit, & cuius fidem potiſsimè ſit ſecutus [o]. Quod & alij [p] teſtantur, qui certis diſtinctionibus & regulis totam hanc materiam ſe putant complexos, quando procurator & dominus teneantur ex procuratoris contractu, & quando procurator non teneatur ſuo nomine. Sanè in iudicijs quæ gerit procurator domini nomine,apud omnes in confeſſo eſt,principaliter cõſiderari domini perſonam,eum obligari,eiq́; obligationem acquiri,etiam
34 abſque ceſsione [q]. Et ſimiliter in contractibus, de quibus conſcripta aut confecta ſunt inſtrumenta guarantidiæ, vt vocant, quæ ſecundum ſtatuta

Italiæ

a l.cum quidã. C. de adminiſtrat.tutor.
b l.vlt.in prin. ſi quis cautionib.
c d.l.vlt.in fi. ſi quis cautionib.
d l.procuratoribus. C. de procuratorib.
e l.iam ex contractibus.in fin.de iudicijs.
f d.l.poſſeſsio quoque. §.et ſi poſſeſsio.
g l.Iulianus. §.ſi procurator.de act.empt.
h in l. ſi procuratorem. §. vlt.mandati.
i l.quod debetur.in fin. de peculio.Bart.ad l.procurator.qui pro euictione.
k ad l.eandem in fi.princip.de duob.reis.
l l.vlt.de inſtitor.act.
m ad l.1.§.exercitori.in fi. de exercit.act.
n Philip. Decius conſi.418. à nu.5. vſque ad finẽ & filij. Philip.Corneus,cõſi. 6.11.vol. Marianus Sozinus iunior conſil.27. in 2.parte.
o arg.l.ſi pupilli.§.in verbis tui contemplatione. & l.liberto.de neg.geſt.
p Bartholom. Sozinus cõſil. 2. 2.volumin. in 3. caſu quinque caſuum quibus procurator cõtrahens nõ tenetur ſuo nomine.
q l. in cauſa . in fin. de procuratorib.

Italiæ ex præcepto notarij velut iudicis præcipientis vtriq; parti vt contra ctum ſua die impleat, executionem habent paratam [a], vel in contractibus confirmatis(vt hodie apud nos mos eſt) per condemnationem voluntariã. In cæteris aũt cõtractibus ſcio quidẽ diſtingui [b], cõtractus vltro citroq; obligatorios, ab ijs quorũ obligatio ab vna parte cõſiſtit, vt ſcilicet ex illis ſicut obligationem procurator ſibi acquirit, ſic & obligetur ipſe. Ex his verò vt nõ acquirit obligationem ſibi, ita nec obligetur ipſe. Sed Iuriſconſultus ſimilia fecit quæ ipſi diſsimilia faciunt, dixitq; [c] in hoc cõtractu emptionis & venditionis domino & in dominũ dari actionem exemplo inſtitoriæ. Et profecto procuratorem ſummo iuris rigore acquirere ſibi actionem, quam alij ſcilicet domino cedere debeat, nec poſsit ſibi retinere fructum eius actionis, exiguam virtutem habet in ſe, vt ob id dicamus quoque eum ſuo nomine obligari, & de ſuo ſoluere debere, quod nec illi requirunt, ſed cedendo actionem dicunt procuratorem liberari: ita etiam vt ſi mandati actionem aduerſus dominum non habeat, tunc ſuo ipſius nomine non teneatur ei cum quo contraxit [d]. Quod ſi ita ſit, nihil opus eſt longiore diſputatione: nam ſic in illo conueniet, quod periculum obligationis & actionis ſit domini, non procuratoris, quamuis ei cum quo contraxit actionem ſi habeat contra dominum cedere debeat, quod eſt facillimum. Si appari- 35
tor exequens mercatum, res debitoris condemnati pignori captas vendat, nullum ei periculum euictionis imminet, ſed debitori qui ea pecunia eſt liberatus [e], tenebitur tamen apparitor, ſi doloſè rem viliore pretio abie- 36
cerit per ſordes aut gratiam, ei in cuius iniuriam & damnũ id fecerit, victori quidem cuius negotium gerit actione negociorum geſtorum [f], victo autem qui vel inuitus bonorũ ſuorum diſtractionem patitur, actione de dolo [g], curatoris dati bonis eadem conditio eſt [h], vt ſcilicet teneatur & quidem de ſolo dolo [i], nunc creditoribus qui vendi curant, nunc debitori qui bonorum venditionem patitur, vt vel huic vel illis dolo nocere voluit, emtoribus autem non teneatur.

a Bart. & Raph. Cuma. ad d. l. poſſeſsio. §. & ſi poſſeſsio.

b à Bart. ad d. l. procurator qui pro euictione.

c in l. Iulianus. §. ſi procurator. hoc tit. de euict.

d Bart. ad d. l. procurator qui pro euictione.

e l. ſi pignora. in princ. l. ſi plus. §. j. de euiction. l. ſi ob cauſam. C. eod. tit.

f l. 3. §. ſi executor. de nego. geſt.

g d. l. ſi pignora. verſic. ſed ſi dolo.

h Alberic. ad l. prætor. §. eſt præterea. de bo. auth. iud. poſſid.

i l. de curatore. §. vlt. de cura. bo. dando.

L. CVI RES. DE ACT. EMPTI ET VEND.

SVMMARIA.

1 *Venditor præſtare debet vt emptori rem habere liceat empti titulo.*

2 *Qui rem ſibi ſub conditione legatam ignarus emit, eueniente conditione legati, ex empto repetet pretium.*

3 *Expenſa ratio Iuriſconſulti,* Quia non ex cauſa legati rem habet.

4 *Prout variè concurrunt emptio & legatum, varia datur actio.*

5 *Non perinde eſſe ſi rem legatam teſtator vendat legatario, aut vendat alij tertio.*

6 *Venditio rei purè legatæ, facta ab herede legatario, otium ſubſiſtit: & quare.*

7 *Quãdo ad certũ diem legatum relictũ eſt, ante diem legatarius iure ciuili non ſit dominus.*

8 *Qui rem purè legatam emit, an renunciet legato.*

9 *Quare qui rem ſub conditione legatam ſciens emit, eueniente conditione non repetit pretium.*

QVOD diximus venditorem præſtare debere vt emptor rem habeat, ſic intelligitur, vt illam empti titulo, ſiue iure emptionis habeat: nam 1
ſi illam quidem habeat & nemo auferat, propterea quod habere ei permittat ex alia cauſa, non ſic euitabit venditor actionem de euictione, ſi non ex ſtipulatione duplæ [k], ſaltem ex empto. Vt ecce ſub conditione legata 2
alicui res eſt, is eam pendente adhuc conditione ignarus legati emit ab hærede, qui ex venditionis cauſa rem tradit, euenit deinde conditio legati, venditor aſtione ex empto tenebitur refundere pretium, perinde atque ſi euicta res eſſet, vtpote quam ipſe legatarius idemq; emptor quodammodo euiciſſe ſibi intelligitur [l]: non enim ex legati cauſa ex qua habere eum rem oportet, intelligetur habere quamdiu abeſt ei pretium [m]. Sed tam diu intelli-

k l. ſi vẽdiderit. l. ſi ei cui vendidi. de euict.

l l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. de lega. j.

m l. ſi ſeruus. verſic. nec enim habere. de euict.

intelligetur habere vt emptã, ſicut verè habet & ab initio accepit. Si itaq; velit hæres (vt omnino velle & præſtare debet) quòd emptor rem habeat, non quidẽ amplius empti, ſed legati titulo, reſtituat, vel ſpontè vel actione ex empto damnatus, pretium, vt ſic iam nõ ſuo ære emptã, ſed ex liberalitate teſtatoris agnita & impleta per hæredẽ, habere intelligatur donatã ſiue legatã, præcedẽte emptionis titulo, velut cõmuni vtriuſq; conſenſu ſic reſoluto, & in integrũ reſtitutis omnibus[a], pretio ſcilicet reddito emptori & re quodãmodo reſtituta vẽditori, qui deinde ex noua cauſa legati eã patiatur manere apud legatariũ, id qđ traditione nouæ ex noua cauſa æquipollet[b]. Et hæc eſt vera explicatio rationis hic additæ ab Vlp. cur diceret
3 ex empto pretium peti, cũ cauſa legati ſuperuenerit, *Quia* (inquit) *non ex cauſa legati rẽ habet*. Quæ ratio ab alijs miſerè laceratur, cũ prima facie videatur nõ cõuenire rei propoſitæ: nã ſi nõ ex cauſa legati rem habet, petat ergo ex teſtamento legatũ. Sed nihil videtur ea ratio cõcludere, neq; hoc euincere, quòd idcirco debeat actio ex empto dari, vt hic tradidit Paulus Caſt. expreſsè admittẽs, quòd ea ratio melius cõcludat ad actionẽ ex teſtamẽto quàm empti. qđ quid eſt aliud, quàm Iuriſcõſulti rationẽ reprehẽdere? præſertim cũ ipſe ſuã tanq; meliorẽ rationẽ ſubſtituat cur detur empti actio: quòd videlicet emptor idemq; legatarius, eueniẽte legati cõditione, deſinat habere rem ex cauſa emptionis, & incipiat habere ex cauſa legati antiquiore, quod alio loco[c] apertius pro generali regula tradit: Putat enim quòd ipſe mutet ſibi cauſam poſsidendi, quod in hac ſpecie fieri poſſe etiã alij quidam[d] voluerunt, alij[e] negauerunt. Melius fortaſsis dixiſſet Caſtren. non generaliter, quæcunq; cauſa vetuſtior ſuperueniat quæ ius tribuat, mutari titulum & cauſam poſsidendi: ſed ſpecialius ſuperueniente iure ex antiquiore cauſa vltimæ voluntatis, quaſi ſimulatque via legati aperta ſit, iam ſtatim ius ipſum operetur ſuum effectum, & rei legatæ dominium ex ea cauſa in legatarium transferat[f], poſthabito eo iure quo ex alia cauſa res hactenus fuit apud legatarium, cùm ea cauſa reſolui debeat & reſcindi. Quæ inſpectio non omnino improbabilis eſſet, ſi Iuriſconſulti ratio affirmatiuè concepta & ſcripta eſſet hoc modo: *Quia iam ex cauſa legati rem habet*; quæ negatiua eſt, & ex diametro contraria. Alij autem[g], dum hanc rationem ad eam actionem de qua proponitur ex empto adaptare ſtudent: ſic diſtorquent & inuertunt verba, vt veriſimile non ſit Iuriſconſultum ſenſiſſe quod ipſi volunt. Intelligunt enim quaſi ſic ſcripta eſſet ratio, *Quia rem non habet ex cauſa legati*. Non habet (inquiunt) ex cauſa emptionis, & hoc contingit ex cauſa legati ſuperueniente, vt non amplius cenſeatur habere, poſsitve retinere ex cauſa emptionis. Neque conturbari debemus eo quod hic ſolius actionis ex empto fiat mentio, alio loco[h] ſolius actionis ex teſtamento, & rurſus alio[i] vtriuſq; actionis: diuerſa enim iura ſunt diuerſis rebus ſcripta, & nihil omnino aduerſantia. Quod vt manifeſtius fiat, ſingulos caſus qui hic occurrere poſſent obiter referemus. Interdum res primo emitur à non domino, & ſubſequitur legatum eidem emptori factum à vero domino, quo caſu vltima voluntas domini conſummauit effectum legati, nec ex teſtamento aget legatarius ad rem quam apud ſe habet, illiuſque nunc dominus eſt, ſed ex
4 empto tantùm contra venditorem[k]. Interdum verò legatur res aliena, eamque ipſam poſtea vel viuo adhuc teſtatore, vel eo defuncto legatarius emit à vero domino, & tunc perpetuam firmitatem habet emptio ſemel traditione impleta, & circa actionem ex empto nihil immutat legatum: cuius ratione ſola datur ex teſtamento actio[l], non quidem vt hic

[a] l. ab emptore. verſic. nec quicquã intereſt. de pact.: pretio ſcilicet reddito emptori & re quodãmodo.
[b] §. interdum. Inſtit. de rerum diuiſ.
[c] ad l. fundo. ad Tertull.
[d] Bar. ad d. §. qui ſeruũ.
[e] Raph. Cuman. ibi. & ad l. 3. ex plurib. de acq. poſ.
[f] l. à Titio. in fi. de furt.
[g] Salic. & Fulgo. hic.
[h] in l. planè vbi transfertur. §. quod ſi rẽ. de lega. 1.
[i] in l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. de lega. 1.
[k] l. Iulianus. §. ſi fundum. hoc tit.
[l] d. l. planè. §. quòd ſi rem. & §. ſi res aliena. Inſtit. de legat.

ex empto ad pretium, ſed ad rem legatam vſq; ad pretium quod abeſt, & ra
tione illius [a] quod aberit ſemper, nam à tertio vero domino qui vẽdidit, cũ
ipſe legato grauatus non ſit, nõ eſt quod legatarius & emptor ſperet recu-
perare. Interdũ verò rem legatã emit ipſe legatarius à teſtatore adhuc vi-
uo, quo caſu ſunt qui recurrãt [b] ad eam diſtinctionẽ, quæ fieri ſolet, cùm te-
ſtator poſt ſcriptum teſtamentum & legatum relictum alij vendit rem, an
ſcilicet id fecerit ex neceſsitate & anguſtia rei familiaris, an nulla neceſ-
ſitate coactus [c], quaſi nihil interſit an poſt conditum teſtamentum teſtator
ipſi legatario vendat, an alij cuicunq;, ſed hoc ſolùm inſpici ex occaſione,
quę impulit ad vendendum, an legatum reuocaſſe intelligatur. Sed hic ſub
ſiſtendum puto, nec auſim huic ſententiæ ſubſcribere: nam quando vendit 5
alij teſtator adhuc patitur ius ſubſiſtere legatũ, quod non venit ad caſum à
quo non poſſet incipere, cùm & aliena res legari poſsit, & teſtator qui nõ
reuocauit legatum, nõ cenſetur voluiſſe eodem tempore rem eſſe duorũ,
legatarij & emptoris (quod iure impoſsibile eſt [d].) Nam res aliena legata
deberet per hæredem æquis conditionibus, ab emptore vero domino fa-
cto, redimi ſi poſsit: ita vt legatum hoc caſu migret de ſpecie in ſpeciem.
Scribitur & relinquitur legatum rei propriæ teſtatoris, quò mortuo quia
viuus vendiderat ac tradiderat, debetur vt legatum rei alienæ. At cum te-
ſtator vendit ei ipſi cui legauerat, res videtur veniſſe ad caſum à quo non
poſſet incipere, quia nemini res ſua legari poteſt [e]. Quando autem res vti
liter quidem ab initio legatur tempore teſtamenti, ſed die eius legati ce-
dente, inutile hoc eſſet legatum, præſtari non debet [f]: atque ita hoc caſu
ſola emptio ſpectanda eſſet & empti actio, circa quam nihil immutat inu-
tile legatum. Interdum autem rem propriam legat teſtator, & hanc le-
gatario vendit hæres, quo caſu aliquid diſtinctionis eſt ex modo venden-
di & legandi ex conditione emptoris, ſciuerit an ignorauerit rem ſibi le-
gatam: & ex implemento contractus, an vtrinque res adhuc ſit integra, an
vtrinque impletus contractus, an verò ex alia tantùm parte. In modo qui-
dem intereſt legandi, an purè an ſub conditione legata res ſit. Si enim ſub
conditione, non dubium eſt quin aliquamdiu ſuis viribus ſteterit emptio,
ſuſpenſa ſcilicet adhuc conditione legati: nam interim res verè eſt hære-
dis, qui & vendere illam iure poteſt [g], atque ita euidentius in hoc genere
venditionis apparet quaſi quædam euictio rei emptæ, poſtquam aliquãdiu
vires habuit emptio. Qua ratione factum videtur, vt hinc Iuriſcõſultus po
neret rem ſub conditione legatam. Nihilominus alio loco [h] hoc euictioni
comparatur, quòd iure legati obuenerit res emptori: vbi tamẽ nihil diſtin
guitur, purè an ſub cõditione ſit legatum. Vnde etiam quibuſdam placuit, 6
re purè legata idem iuris eſſe, propterea quòd non ſtatim à morte teſtato-
ris verè ſit legatarij antequam legatum agnouerit [i]: Ideoque interim ſicut
obligari [k], ſic & vendi ei poſſe [l], ſiue quòd non ſit adhuc naturaliter & per
traditionem ab hærede factam, quæſitum iure gentium legatario dominiũ,
ſed tantùm artificio iuris ciuilis [m], vt ſic non obtineat hic prohibitio iuris,
ne ſuæ rei ſit emptio [n], quæ nõ niſi in re vera & firma iuris ratione propria,
habet locum. Sed & ſi purè legata ſit res hæredis, quamuis in ea leganda
tantùm penè arbitrij ſit teſtatori, quàm in proprijs ſuis rebus, non tamen
dominium tranſit recta via in legatarium iure ciuili abſque traditione
hæredis [o]: ideoque antequam hæres eam legatario tradit ex cauſa legati,
valere eius rei venditionẽ nemo dubitat, vt nec de venditione rei propriæ
teſtatoris ad diẽ certũ legatæ: nã interim legatarius iure ciuili dominus nõ 7
eſt, cùm ea tranſlatio dominij ſit velut executio quædam legati, quam non
facit

a d. §. quòd ſi rem.
b Pau. Caſt. hic.
c l. fideicõmiſſa. §. ſi rẽ. de lega. 3. l. rem legatam. de adim. legat.
d l. ſi vt certo. §. ſi duobus. commodati.
e l. propria. C. de legat.
f ipſe Pau. Caſtrẽ. ad d. l. propriam.
g l. 3. §. ſia aũt ſub cõditione. C. de lega. & fideicõ.
h in d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum.
i l. j. §. vrũ. ſi quid in frau dem patroni.
k l. ex ſextãte. §. latius. de except. rei iudic. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de captiuis.
l Pau. Caſt. ad d. §. qui ſeruum. in fi.
m Iaſ. ad d. §. qui ſeruũ. & ad l. qui exceptionem. §. ſi part. de cõdict. indeb.
n l. ſuæ rei. de cõtrah. emp.
o l. ſi tibi homo. §. ſi fundũ. l. ſi quis inquilinos. §. j. de lega. j.

faeit lex ante diem à teſtatore præfinitū[a]. In ementis autē ſcientia & ignorantia facti legati, differentia omnino cōſtituenda eſt, ſed non eandē neq; ex eodē capite omnes conſtituunt: quidam[c] enim in eo quod qui ignarus legati emit, nō per hoc legato renūciet, ſicut is qui emit ſciens. Atqui non erat hic vllum tacitæ renūciationis periculū, vbi ſub conditione[d] legatam
8 rem emit legatarius, cùm nō deſint[e] qui volunt, etiam ſi purè legatam rem emat legatarius id ſciens, non tamē renunciare legato, cùm repetat & recuperet pretium[f]. Quòd tamen alij[g] non ſequuntur, propterea quòd qui legatū emit nōdum agnitū, ſed cuius dies ceſsit vt ſtatim poſsit agnoſcere & acceptare, hoc ipſo quod emit apertè intelligatur facere contrariū agnitioni legati, atq; ita tacitè legatū repudiare[h], quod nō poteſt videri feciſſe extraneus emptor cui legatū hoc nō eſt relictū, atq; is repetit pretiū, cū alius habet legatū[i]. Alij[k] aliā differentiā conſtituut in eo quod legatarius qui ipſe emit rem legatā imprudens & ignarus legati, habeat & conſeruet ſibi actionē ex empto ad pretiū, quod nō recuperaret qui ſciens prudenſq; emiſſet[l]. Sed hic prima facie videtur obſtare quod diximus aliū quēlibet ementē, etiā ſi ſciat rē fideicōmiſſo ſubiectā, repetere tamē pretiū[m]. Quare ergo nō & ipſe legatarius, ſi forte is emerit, cur hic duriore erit loco quàm alius quiuis emptor, cùm ſint[n] qui illos cōparēt & ab vno ad alterum argu-
9 mentū ducant: ſed fortè non rectè, nam quando ab hærede emit alius quàm cui legata res eſt, ſpes legati ſuſpēſa adhuc manet alij, videlicet legatario, & vēditur atq; emitur res ea vtrinq; ſpe, quòd cōditio legati deficiet. Quādo verò emit ab hærede ipſe legatarius ſciens legatum, res ipſa ſuadet aliā fieri interpretationē. Cùm enim hic iam inter vendentem & emētem ſtet velut alea legati conditio, & ex vtroq; titulo res haberi non poſsit, nec facilè credendum ſit legatarium renūciare lucratiuo titulo, probabile ſit hæredem vendidiſſe, & exiguo pretio contentum fuiſſe addicere rem legatario, metu euenturæ conditionis, ne ſcilicet tunc ei re carendum ſit pro qua nihil accipiat: emiſſe verò legatarium quòd modico numerato malit in ſecuro eſſe, quàm pendere ex conditione, quæ ſi deficeret omnino rem non haberet, neq; aliter quàm iuſto & æquo pretio emeret: quaſi hoc caſu res legata, vt alia, videatur vendi & emi, & ſuper incerto conditionis quodammodo[o] trāſigi, id quod ex pretij quātitate facilè dinoſci poſſet[p]: quod ſi ita fiat, nō repetet emptor pretiū, etiā ſi cōditio legati euenerit[q]. Vbi aūt emptor ignorat legatū, æquū eſt eū repetere pretiū, qđ extraneus emptor repeteret etiā ſi ſciuiſſet legatū: quia iam legati cogitatione, quæ nulla in eo fuit, nō plus aut min⁹ pretij numerauit ex emptiōe. Et hoc illud eſt quod diximus, diſtinctionē quoq; adhibendā ex modo vēdendi, quāuis ea ferè dependeat ex ſciētia aut ignorātia legati quā legatarius emptor habet. Nouiſſimè diximus referre, an vtrinq; impletus ſit cōtractus, an vtrinq; res adhuc integra, an ex altera tantū parte: nā & hoc facit nō parū ad genus actionis, quo legatarius emptor vtatur, ſic vt interdū duas habeat actiōes, ex empto & ex teſtamēto: interdū alterā ſolā, quod alio loco[r] traditū eſt plenius. Si enī emerit ignorās legatū, ſed illud reſciuerit, re vtrinq; adhuc integra, vtetur actione ex teſtamēto, qua ſeruū ſibi dari obtinebit: actionis aūt ex empto mouēdæ nulla ei occaſio eſt, ſed hærede qui vēdidit agentē ex vendito repellet doli mali exceptione[s], quòd iniquū ſit & bonæ fidei cōtrariū, præter pretiū vēditionis eius rei quā alio iure & titulo gratis ab eo emptor cōſequi debeat: Quòd ſi reſciuerit legatū, pretio p eū ſoluto ſed re nondū tradita, nec vlla ad illā actiōe inſtituta, vtrāq; habebit actionē, & ſimul mouere eas poterit, ex teſtamēto qdē vt homo legat⁹ ei detur, & ex ēpto, vt pretiū

a Iaſ. ad d. §. qui ſeruum. nu. 9. ex l. Sempronius. de vſu lega.
b in hac l. in verbis, imprudens emi.
c Pau. Caſtr. hic ad l. cuž res.
d l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. de lega. 2.
e Bart. ad l. qui Romæ. §. duo fratres. in. 12. quæſt. de verb. oblig.
f l. 3. §. emptor. C. cōia de lega. & fideicommiſſ.
g Raph. Cuma. ad prin. l. ſi à ſubſtituto. de lega. j.
h arg. l. illud. de acq. here. l. Titius. quib. mod. pig. vel hypo. ſol.
i d. l. 3. §. emptor.
k Fulgo. hic.
l arg. l. ſi fundum. C. de euict.
m d. §. emptor.
n Bar. ad d. §. duo fratres.
o l. j. C. de pact.
p Pau. Caſt. hic. glo. Bar. et alij ad l. j. §. j. de ſuperficie. Bar. ad l. patronus. §. j. circa med. de lega. 3.
q arg. d. l. j. C. de pact.
r in d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum.
s in d. §. qui ſeruū. in prin. vſq; ad verſi. quod ſi pretio.

reſtituat hæres, quẽadmodũ reſtitueret, & quod intereſt amplius ſolueret, ſi alius euiciſſet[a]. Si verò id reſciuerit ſoluto pretio & altera actione, vide licet ex empto iã electa, qua cœperat agere emptor ad rẽ ſibi tradendã, poterit adhuc ſuperaddere, alterã ex teſtamento actionẽ, vt res legata detur, nec aliter poterit abſolui hæres, quàm ſi vtriq; actioni fecerit ſatis[b]. Cumulari enim, vt diximus, hæ actiones poſſunt, cũ ad diuerſos fines tendant, vna vt tradatur, altera vt detur res. Imò in hac facti ſpecie nouiſſimè propoſita longè maior eſt earũ diuerſitas, & euidentius elucеſcit, nam ex teſtamẽto agitur ad legatũ dandum, & empti actio prius inſtituta ad rei traditionem, cum adhuc ignoraretur legatũ, mutat in medio litis finẽ, & cognito legato cõuertitur & dirigitur eo finis eius actionis, vt iam nõ rem tradat vt venditor, quã dare debet vt hæres grauatus legato: ſed vt pretiũ rei emptæ reſtituat, cũ iam eo emptionis titulo nõ poſsit aut debeat haberi. Eſt enim hæc actio ex empto bonæ fidei flexibilis facile in omnem ſpeciem æquitatis occurrentis, adeò vt interdum competat ad reſcindendam venditionem[c].

a d. verſic. quòd ſi pretio. vſque ad verſic. quòd ſi iudicio.
b d. verſic. quòd ſi iudicio. vſque fin. §.
c l. ſed Celſus. §. nec conturbari. de contrab. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. & §. ſi qui vinũ. hoc tit.

ALIVD CAP. AVT PRAECEDENTIS APPENDIX.

VT DE EVICTIONE CAVEATVR.

SVMMARIA.

1 *Quocunque tempore requiſitus venditor, debet cauere de euictione, & quidem præciſè.*
2 *Ad factũ quod deſcẽdit ex lege, præciſè cogi poſſumus.*
3 *Aliter cautio petitur in iudicijs bonæ fidei, aliter in stricti iuris iudicijs.*
4 *Cur principali actione ſopita, repeti ea non poſſit ad vſuras, ſicut ad cautionem.*
5 *Si condemnatus aliquis ſit vt rem tradat ex actione empti, nec de venditione apparet qua is actione cautionem de euictione poſtulabit.*
6 *Sententia eſt stricti iuris.*
7 *Res iudicata aut iureiuranda definita, pro veritate accipitur, & aſſumitur inde materia vtilis actionis ex eo cõtractu ſuper quo iudicatũ vel iuratũ eſt.*
8 *Superfluis cautionibus nõ eſt vtendum, neq; quiſquam eis onerandus.*
9 *Ad quæ vtilis ſit cautio de euictione, quæ etiam ſi non promiſſa ſit, debetur.*
10 *Si cautum ſit de euictione, non per hoc ſublata eſt actio ex empto de euictione.*
11 *Subinde vbi ex ſtipulatione de euictione agi non poteſt, ſupereſt tamen actio ex empto.*
12 *In legatis ſi cautio euictionis ſit interpoſita, an ſopiatur actio ex teſtamento.*
13 *In legatis agi poteſt de euictione, antequã res euincatur, nõ itẽ in emptiõe, & q̃ ſit ratio diuerſitatis.*
14 *Sola rei venditæ traditione non eſt ſatiſfactum obligationi venditionis.*

MVLTVM latè[a] hæc materia in iure noſtro ſparſa, ſic commodiſsimè tractari poterit, ſi eam in quinque membra diſtinxerimus. An ſit de euictione cauendum, Quid ea cautio contineat, Quomodo fiat, Quando, & ad quod committatur. Itaque vt ſingula hoc ordine examinemus, cõſtat in primis, quòd venditor non tantum de euictione tenetur nõ promiſſa, verùm etiam quod de euictione debeat expreſſè promittere, actione ex empto in hoc ipſum data, vt de euictione quocunque tempore requiret emptor, ſiue re à multo tempore tradita, ſiue cum eam tradit caueat[b]. 1
Et quidem vt omninò & præciſè caueat[c], quamuis faciendi obligatio eſſe videatur: nam deſcendit ex lege, cui omninò parendum eſt, nec ſuccedit 2
obligatio ad id quod intereſt, vt eo præſtito ſequatur liberatio. Quod autem de euictione teneri venditorem non ſit ſatis, niſi etiam expreſſè caueat, agique cum eo poſsit, vt caueat, hoc efficit & præſtat vis atq; natura ampliſsima actionis ex empto, inflectentis ſeſe ad omnem ſpeciem æquitatis occurrẽtis, ob exuberantem rationẽ bonæ fidei in hoc genere cõtra- 3
ctus frequentiſsimo, vbi alioqui ſi negotium occurrat quod stricti iuris actionẽ pariat, & in quo æquum quoque ſit caueri, non poſſet cautio per ſe peti particulari aliqua ad eã inſtituta actione, ſed vel inſtitueretur, vel repeteretur potius actio principalis ad rẽ quamuis traditã, quaſi tradita & data non ſit, quàm diu deeſt aliquid, per quod poſsit euinci: vt ecce fundum ſtipulãdo promiſit aliquis dare, hũc quamuis tradiderit, imò & ſtipulatoris fece-

a toto tit. de euiction. l. ex empto. §. & ex empto. l. emptorem. §. vlt. de act. empti. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit me ei vendidiſſe. de iureiurã. l. ſtipulatio iſta habere non licere. l. Iulianus. §. qui fundum. l. venditores. l. cum ex cauſa dupla. de verbor. oblig.
b d. l. ex empto. §. & ex empto.
c Fulgoſ. ad l. 2. de euictio. Barth. ad l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſ. de verbor. obligat.

fecerit, nõ tamẽ ſic liberabitur, cũ iure pignoris per hypothecariã actionẽ poſsit auferri[a]. Ad perfectã ergo plenamq; liberationẽ addẽda eſt cautio de euictione, ex qua euictionis caſu occurrẽte agatur[b], ſopita interim quã tum ex natura rei & artificio iuris[c] fieri potuit, prima actione per verã ſolutionẽ. quæ cautio ſi præſtita nõ ſit cũ res daretur, de integro agetur ex ſtipulatione ad rem, non quidem ſimpliciter, vt ea detur, ſed vt de euictione quoq; illius iam datæ caueatur. Idem dicendũ de actione ex teſtamẽto ſui natura ſtricti iuris[d], videlicet quòd cautio hæc nõ p ſe iure actionis veniat, ſed iudicis officio[e], quod imploretur tunc cũ in iudicio legatũ petitur, vel ſi illud ſine iudice ſolutũ ſit, inſtitui poterit actio ex teſtamẽto ad petẽdum legatũ, in hoc tantùm vt de euictione legati iam præſtiti & ſoluti caueatur.

4 At cur, inquies, quod in officio iudicis verſatur nõ potius totum expirat, ſopito illo de quo principaliter lis eſſe poſsit? an ſimiliter dicemus actione principali ſopita, repeti eã ad rẽ aut pecuniam debitã, vt vſuræ quoq; præſtentur? certè id nec in bonæ fidei iudiciis eſt receptũ[f]. Reſponſum[g] eſt, in meris acceſsionibus rerũ, diuerſum à rebus ipſis, veluti vſuris, fructibus, & ſimilibus, aliud obtinere, quàm in cautione euictionis circa ſtipulatiões & legata: euictio enim aduerſus quã proſpicitur huiuſmodi cautione, totã rẽ promiſſam aut legatã cõſeruat, quã nõ aliter intelligitur habere ſtipulator aut legatarius, q̃; ſi tradatur & de euictione quoq; caueatur[h]. Quid er-

5 go ſi condẽnatus aliquis ſit empti actione, vt rẽ tradat & de vẽditione nõ aliter appareat, q̃; per ſententiã quæ trãſiuit in rẽ iudicatã, an conſultũ adhuc victori erit aliquo iuris remedio ad cõſequendã hãc cautionẽ, cum iudicatum de ſola traditione nõ poſsit ad cautionẽ quoq; trahere, nec agere poſſit ex empto, cùm de cõtractu ipſo nõ appareat? Reſpõdet Pau. Caſt.[i] & ſequũtur alij[k], quòd executio quidẽ iudicati nõ poſsit extẽdi ad cautionẽ de

6 qua nõ eſt iudicatũ. Hoc enim nimis eſſet durũ, cùm ſententia ſtricti iuris ſit[l], ſed in vim ſententiæ & rei iudicatæ, quæ pro veritate accipitur inter eos inter quos eſt iudicatum, agi poſſe vtili actione ex empto, non aliter probata emptione quàm per ſententiã, exemplo iuriſiurandi ſuper eo præſtiti, quòd quis ei vendidit rem aureis centũ, nam hic agere poterit vtili ex empto actione, vt ei cætera præſtentur, id eſt, res tradatur, & de euictione

7 caueatur[m]. Neq; hic iam extendimus iuramentũ aut ſentẽtiam vltra terminos proprios, ſed pro veritate id habentes, quod aduerſario deferente iuratur, & à iudice eſt iudicatũ: aſſumimus inde materiam vtilis actionis, quæ directa daretur ex ipſo contractu aut negotio ſuper quo iuratũ vel iudicatum eſt, ſi iterũ ille contractus aut negotium apud iudicem poſsit probari.

8 Sed vrgebis ſuperfluis cautionibus nõ eſſe vtendũ, neq; quẽquam illis onerandũ[n], cautionẽ autẽ hanc ſuperfluã eſſe, cũ & citra illa de euictione ex natura cõtractus teneatur vẽditor[o]. Certè ſi ſuperuacaneam cautionẽ intelligas illam quæ cõmitti non poteſt[p], veriſsimũ eſt quòd ea interponenda nõ ſit, ſed ex abũdanti poteſt interponi ſtipulatio ſuper eo quod etiã non apertè promiſſum deberetur[q]. Sic enim & Pau. Caſtrenſis[r] quærens ad quid fiet iſta promiſsio, cùm etiam ſi facta non eſſet, æquè præſtanda tamen eui

9 ctio eſſet: reſpondit in hoc fieri vt clarior eſſet intentio emptoris agentis. Sed idem Caſtrenſis alio loco[s] aliam addit vtilitatẽ huius cautionis, nempe quòd ſi à venditore caueatur emptori, hic iam poterit actionem ex ſtipulatu cedere ei cui ipſe poſtea vendet. quam actionẽ cùm non cauetur ſibi non quæſitam, cedere alij non poſſet; cuius ceſsionis eodẽ authore alio loco[t] non exiguus eſt fructus, quãdoquidẽ ea facta ſecũdus emptor omiſſo ſuo venditore, litem denunciare poſſet primo venditori. Sed profectò

a l. ſi rẽ meam. de ſolut.
b l. Iulianus. §. qui fundũ. de verb. oblig.
c Pau. Caſtrẽ. ad d. §. qui fundum.
d l. in minorum. in quib. cauſ. in integ. reſti. non eſt neceſſ.
e l. ſi domus. §. de euictione. de lega. j.
f l. 4. C. depoſiti.
g à Pau. Caſtr. ad d. §. de euictione.
h l. etiam. de ſolut.
i ad d. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.
k Alex. & Iaſ. eo. loco.
l l. vnica. C. ſi plures vna ſenten.
m d. §. ſi quis iurauerit.
n l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt legato. nom. nõ caue.
o l. non dubitatur. C. de euiction.
p vt in d. §. diuus. interprete ibi Bart.
q l. ſi pupilli. §. j. in fi. de nego. geſt.
r ad l. emptor ſeruorum. C. de act. empti.
s ad d. l. ex empto. §. & ex empto.
t ad d. l. Iulianus. §. qui fundũ. in fi. de verb. obl.

eundem fructū quamuis non tam expeditum habere ſecūdus emptor poſ-
ſet, ceſſa ſibi à ſuo authore actione empti de euictione. Adde quòd aliquā
do non debetur euictio, & vbi debetur, non vniformiter omni caſu: opti-
mum eſt ergo per cautionem expreſſè interpoſitam tollere omnem ambi-
guitatem, quin etiam hypothecam habet ſaltem generalem omnium bo-
norum venditoris, huiuſmodi cautio ex clauſula generali in nouiſsima par
te (vt ferè fit) omnium inſtrumētorum emptionis & venditionis ſubiecta.
Sed an per cautionem hâc interpoſitam tollatur vetus actio ex empto, ita 10
vt deinceps non ex empto de euictione, ſed ex cautione agatur? Minimè
certè tollitur, nam etiam vbi ex ſtipulatione & cautione interpoſita non
poſſet agi, ſupereſt tamen actio ex empto. Veluti cum emptor ipſe quo- 11
dammodo ſibi euincit[a], vel cum emptor bonam fidem agnoſcens reſtituit
ſine iudice, quo iudicio eſſet amiſſurus: vel ſi compromiſerit in arbitros,
aut litem venditori non denunciauerit[b]. Imò nec in legatis actio ex teſta 12
mento ceſſare videtur[c], quamuis cautio euictionis ſit interpoſita, cum hæc
priorem obligationem non tollat iure nouationis, neq; æquum ſit ſenten-
tiam qua condemnatus eſt hæres cauere, prodeſſe ei[d] & nocere legatario
in amittenda actione ex teſtamento. At Raphael Cuma.[e] quod ad legata
attinet, in alia eſt ſententia, videlicet vt poſt cautionem interpoſitam ſo-
piatur actio ex teſtamento: non quidem iure nouationis, cùm potius con-
firmetur quàm nouetur cauſa teſtamenti huiuſcemodi cautione, ſed iure
ſolutionis eius quod debetur: quod cum perfectè ſolui ac dari cum plena
eius qui accepit ſecuritate non poſſet, accedens cautio aduerſus inciden-
tes caſus euictionis, ſupplet iuris artificio quod naturali ſolutioni deeſt[f].
Additque Raphael Cumanus, quod & hic in empti actione idem eſſet, ſi
per cautionem de euictione plenè poſsit emptori eſſe cōſultum ad omnes
incidentes caſus. Et rectè quidem ſi poſſet, ſed non poteſt: non enim per-
ficit cautio traditionem, quæ ſola in obligatione venditi eſt ex ſe ſemper
ſatis perfecta, & ſemper poteſt incidere caſus, quo per vulgarem cautio-
nem de euictione non eſſet emptori plenè conſultum: veluti ſi emptor rei
alienæ ſuccedat vero domino rei[g], legatorum autem obligatio, quia dan-
tis eſt, ſola traditione non ſoluitur, ſed cautio perficit ex iure ſolutio-
nem, valetque ad omnes caſus qui incidere poſſunt. Vnde colligi po-
teſt diuerſitas inter euictionem præſtandam in legatis, & quæ præſtatur
in venditionibus & emptionibus: in legatis enim omnino neceſſaria eſt
ex iudicis officio cautio, vt ex ſtipulatu ſit actio ad rem legatam, ſi e-
uinci eam contingat, vbi ſcilicet euictionem præſtat hæres, atque ita e-
tiam antequam res euincatur poteſt agi, ſi apparuerit alienam eſſe rem 13
quæ tradita eſt, ex generali legato, ita vt certum ſit non eſſe datam, quia
legatarij non eſt facta[h]: hic verò cautio quidem de euictione peti po-
teſt, etiam antequam res euincatur, ſed non de euictione agi, nec que-
rela vlla moueri poteſt, ex eo quòd appareat rem eſſe alienam quàm
diu non eſt euicta[i]: & tunc quoque cum eſt euicta non ad rem ipſam
agetur, ſicut in legatis iterum legatum petitur, ſed ad id quod inter-
eſt: vt inferius ſuo loco dicetur. Annotantur & aliæ differentiæ[k] eui-
ctionis in legatis rebus, & emptis, quarum vnam non recipimus, vide-
licet, quòd primæ obligationi in legatis, ſola rei præſtatione, quæ tan-
dem aliena inuenitur, non ſit ſatisfactum, niſi etiam hæres cauiſſet de
euictione: ſola verò traditione rei venditæ obligationi venditionis ſit
ſatisfactum. Hoc enim non admiſimus, ſiue ad venditorem reuerſa res ſit, 14
nam & tunc ex empto adhuc agi poſſe diximus, vt præſtet vēditor emptori
quod

a l. cui rei. hoc tit. l. ſi vendideris mihi. l. ſi ei cui vēdidi. verſ. item ſi domino. de euict.
b l. emptorem. in prin. Accurſ. ad l. ſi dictum. §. ſi compromiſerit. de euict. Raph. Cuma. ad d. §. de euictione. et ad l. Ariſto. §. Labeo. de donat.
c Accur. Pau. Caſt & alijs pleriſq; ad d. §. de euictione.
d l. euidenter iniquum. de excep. rei iudic.
e ad d. §. de euictione.
f l. 3. §. ſi iter. hoc tit. de acti. empti. l. quoties. de ſeruit.
g d. l. ſi ei cui vendidi.
h l. vbi autem nō apparet. §. vlt. de verb. oblig.
i l. qui rem. C. de euict.
k à Pau. Caſtr. ad d. §. de euictione.

quod habere tenere ei rem liceat,ſiue ad alium quemcunque res venerit euicta:nam adhuc ex empto agitur cum venditore. Et aliam differentiam non putamus neceſſariam,quam in eo conſtituunt,quod hæres qui legati ſerui nomine ſimpliciter cauit legatario, nõ eſſe fugitiuum ſeruum, vel de euictione,intelligatur cauiſſe ex neceſſitate iuris, atque ita non latius eũ teneri ex cautione,quàm ſi dolo vel culpa eius poſt mortem teſtatoris ſeruus cœperit eſſe fugitiuus, aut euictioni ex alia cauſa obnoxius[a]: ſed ſi talis,fuiſſet apud teſtatorem non teneri hæredem,cui ſufficere poteſt,quòd præſtet ſeruum qualis eſt, ſi in ſpecie ille ipſe legatus eſt[b]: in hoc autem contractu venditori nocere,etiam quod ante venditionem fugitiuus fuerit ſeruus[c],imò hoc ſolum,nõ verò ſi poſtquam tradidit, fugitiuus eſſe cœperit[d],aut alia ex cauſa euictioni obnoxius[e]. Sed non propriè hoc diſcrimen referri poteſt ad ipſas cautiones de euictione,cùm in vtroque genere cautio ex neceſſitate iuris præſtetur, & extendatur, quatenus natura ſubiectæ rei permittit & poſtulat[f].ideoq; hoc quãtulumcũq; eſt diſcrimẽ potius in rebus ipſis eſt,ſuper quibus cautio interponitur,quàm in cautionibus: cùm enim aliæ res ſubiectæ alijs rebus latiorem & extentiorem hã beant naturam & conditionem, quàm aliæ, aut etiam diuerſam naturam, fit ex conſequenti, vt variè quoque accipiantur,& intelligantur cautiones quæ accedunt,& ſuper rebus diuerſis eadem forma interponuntur.

a *gloſ.ad l.ſi legati ſerui nomine.de legat.1. & Paul.Caſtr.ad d.§.de euiction.*
b *l.ſi à ſubſtituto. in fi.de legat.1.*
c *l.ſi ita.de euict.*
d *l.1.C.de edilitijs act.*
e *l.Lucius.de euictionib.*
f *arg.l.1.§.ſi ſub conditione. vt legatorum nomine. l.ſi ſtipulatus.verſic.verùm ſi emptor.de vſur.*

DE QVO SIT CAVENDVM.

SVMMARIA.

1 *Cauendum eſt de euictione, ſecundum ſtilum loci vbi res vendita eſt,non vbi ſita eſt.*
2 *Si cautio de euictione minus continet,quàm ex empto peti poſſet,id ex actione ex empto ſuppleri poteſt,ſi plus id ex ſtipulatione rectè petitur.*
3 *Explicatio cautionis per ſe ſuoſque duntaxat non fieri,quo minus emptori habere tenere liceat.*
4 *Explicatio cautionis, per ſe ſuoſq; non fieri,&c.*
5 *In ſimplici promiſſiõe comprehenditur perſona heredis, ſed non extranei.*
6 *Explicatio cautionis, qua venditor ſtipulatur, ne de euictione teneatur.*
7 *Quantumcunque venditor ſtipulatus ſit,ne de euictione teneatur, ipſe tamen aut heres eius euincere non poteſt, ſi tertius euincat, pretium ſemper reſtituere debet,ſi ſciuerit alienam,etiã in id quod intereſt tenetur.*
8 *Cautio quæ doloſo patrocinaretur, non eſt dicenda cautio,ſed captio.*
9 *Multo liberior eſt quem lex eximit ab euictione, quàm quem eximit conuentio contrahentium.*
10 *Pactum in diuiſione appoſitum, vt quiſque in rebus ſibi addiuiſis ſuſcipiat euentum,planè liberat ab euictione.*
11 *Si pactum ſit,ne in caſu euictionis venditor pretium reſtituat,an valeat.*
12 *Explicatio cautionis: Si venditor pactus ſit, quòd nolit aliqua actione teneri.*
13 *Si ſtipulatus ſit venditor, quòd ex certa cauſa,reſpectu certæ perſonæ aut actionis nolit de euictione teneri.*
14 *Si quis ſolùm vendat ius quod in re habet.*
15 *Nulla cautio quantumlibet amplè concepta, liberat doloſum venditorem.*
16 *Qui vendit tãtùm ius quod habet in re, ſciens ſe nullũ habere, creditor qui vendit pignus quod ſcit ſibi non obligatum,donans tradendo rem quã ſcit non ſuam,tenentur.*
17 *Explicatio cautionis, qua venditor promittit litem in ſe ſuſcipere ſuis ſumptibus.*
18 *Emptor qui non ſeruauit ſumptus quos fecit iure retentionis, re euicta,non poteſt petere a venditore.*
19 *Emptor qui in cauſa euictionis obtinuit, an à venditore ſumptus quos in litem fecit, petere poſſit.*
20 *Dupliciter quis dicitur cauſam defendere.*
21 *Iniuria quæ fit emptori, non debet autorem contingere.*
22 *Vltra duplum euictionis nomine emptor ſtipulari aliquando poteſt.*
23 *In legibus potiſſimum inſpiciendum eſt,quid principaliter quæratur & definiatur.*
24 *Stipulatio tripli aut quadrupli, non nouat actionem ex empto.*
25 *Nõ ſatiſdari debet, ſed repromitti tãtũ de euictiõe.*

DE quo ſit cauendum,aut quid in cautione veniat, partim ex iam dictis haberi poteſt,nimirum, vt promittat venditor emptori rem emptam habere licere[a], non fore vt euincatur,& ſi id fiat,præſtare quanti intereſt[b].Et hic imprimis, ſi de forma cautionis quæras, hoc generaliter,& in vniuerſum dici poteſt,cauendum eſſe ſecundum formam conſuetam[c],
1 non quidem eo loco vbi res quæ venditur ſita eſt, ſed vbi venditio contrahitur[d],de ſimplo quoque,non duplo[e], niſi in ſeruis,& rebus pretioſioribus

a *l.ſtipulatio iſta habere licere.de verbor.obliga.*
b *l.emptorem.§.qui aũt.hoc tit.de act.empt.*
c *l.quòd ſi nolit.§.quia aſſidua.de edilit.edict.*
d *l.ſi fundus.de euiction.*
e *l.ſi in vẽditiõe.de euict.*

ſciat emptorem lædi[a].Nec denique ſerius nunc exhibitio hæc poſtulatur:
nam perperam & non rectè facta venditio ob reliqua tributorum retracta-
ri adhuc poteſt[b]. Et hac de Iuriſconſulti ſententia in hoc reſponſo, & v-
trinque mouentibus rationibus, nunc etiam alia quædam ex eodem reſpon
ſo ſeſe offerunt obiter attingenda, veluti quod qui conducunt de publico
vectigalia, tributa, aliaue iura ſimilia, habent eadem iuris remedia in exi- 7
gendo emolumento, quæ ipſe fiſcus vel reſpublica à qua conduxerunt[c], vt
ſcilicet res bonaque debitoris pignori capiant, diſtrahant, & debitoris
perſonam apprehendi curent[d], locatio enim iuris alicuius habet in ſe vim 8
& effectum ceſsionis eius iuris tempore conductionis durante, ita vt
conductor mox cenſeatur & procurator factus in rem ſuam[e], & ius quo-
dammodo habere in re[f], quod in alijs conductoribns aliarum rerum no
minatim eſſet permittendum & exprimendum[g], quin etiam pœnam non 9
ſoluenti impoſitam hi conductores ſibi exigunt[h], etiam ſi nihil fuerit in
conductione de hoc actum, dummodo non ſit actum, neque conuenerit
in contrarium[i]. Illud quoque non prætereundum, quod is ipſe poſſeſ-
ſor cui res ſic aufertur ob defectum ſolutionis, & publicè diſtrahitur, poſ-
ſit ipſe rurſus illam emere, æquè vt alius quiuis[k], vel alij mandare emen-
dam[l], cùm inuito etiam eo vendi potuerit[m]: quamuis ſint[n] qui dicant, eo
caſu magis eſſe compoſitionem quandam, quàm venditionem aut nouam
emptionem, quod tamen vix videtur, quando publica ſubhaſtatione ve-
teri poſſeſſori tanquam plus offerenti, & vt alij cuilibet addicitur res cer
to pretio: ſic enim vera videtur emptio multis ad eam vocatis, & æquo iu
re inter ſe licitatione certantibus.

a *l. in vendendo. §. ſi cũ ſeruitus. de contrah. empt. l. quæro. hoc tit. de action. empt.*
b *l. 2. C. ſi propter publicas penſitationes. l. 1. & ibi gloſ. ad verb. omni ordine. de fid. inſt. & iure haſtæ fiſcal. lib. 10. l. 1. C. de capiend. & diſtrah.*
c *Bald. hic. & ad l. 3. §. ſi ego. nu. 4. de noui operis nunciat. Paul. Caſt. hic.*
d *l. cum eo. & ibi Bart. ad l. Iuliam peculiatus.*
e *Bald. ad l. ſi ea lege. ſub fin. C. de vſur.*
f *l. 1. de loco publ. fruendo.*
g *Bart. ad d. §. ſi ego.*
h *l. ſi quis ſine. C. de vectigal. & commiß.*
i *Bald. & Salicet. ad d. l. ſi quis ſine.*
k *l. cotem ferro. §. vlt. rem. de publicanis.*
l *l. ſi mandauero tibi. §. it cuius bona mandati.*
m *Bart. ad d. §. eam rem.*
n *Bald. ad l. 3. C. de nautico fœnore.*

VT HABERE REM EMPTAM EMPTORI LICEAT.

SVMMARIA.

1 *Si res vendita & tradita ad emptorem redierit, qua actione à venditore ab eo repetatur.*
2 *Actio ex empto ad omnia vtilis eſt, quæ æquum eſt alteri ab altero præſtari.*
3 *Hæreditate vendita, emptori venditor tradere debet quicquid quandocunque ex ea hæreditate ad ipſum peruenerit, vel dolo eius fit, quo minus perueniat.*
4 *In actione ex empto ratio habetur dominij, quod venditori obuenit poſt venditionem.*
5 *Duobus modis ſuccurritur emptori, ſi venditor rem venditam vendicare velit.*
6 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio.*
7 *Dolus præponderat culpæ.*
8 *Exceptio qua emptor ſe tuetur contra venditorem vendicantem rem venditam, & actio qua contra venditorem qui rem venditam euicit, emptor experitur ad diuerſos fines tendunt, ideoque ſublata exceptione non tollitur actio.*
9 *Sublata aut omiſſa exceptione, compenſationis remanet actio.*
10 *Exceptio compenſationis petitioni ſimilis eſt.*
11 *Etiamſi venditor de euictione non teneretur, ipſe tamen euincere non poſſet.*
12 *Creditor non tenetur de euictione pignoris à ſe venditi, ipſe tamen euincere non poteſt.*
13 *Quibus modis venditor coercetur ab euictione, eiſdem coercetur & hæres eius, & fideiuſſor euictionis.*
14 *Hæres eius qui pro euictione fideiuſſit, exceptione repelli non poteſt, ſi ex ſua perſona euincat.*
15 *Vis obligationis & effectus actionis nonnunquam decreſcit in hærede.*
16 *Qui conſentit venditioni, euincere non poteſt.*
17 *Fideiuſſor ſi pignora emat, potius quàm debitorẽ luat, dolo malo facit.*
18 *Cur hæres fideiuſſoris minus repellatur exceptione ſi euincat, quàm fideiuſſor.*
19 *Is qui cum pluribus alijs pro euictione fideiuſſit, in totum repellitur ab euictione.*
20 *Hæres venditoris ſolum repellitur ab euictione, quatenus ſucceſſit.*
21 *Qui pretij eſt particeps, de euictione tenetur.*
22 *Qui vt procurator vendit, euincere non poteſt.*
23 *Qui vt procurator de euictione promiſit, ſuo nomine de euictione non conuenitur, contra opinionem communem.*
24 *Tutor finito officio non tenetur.*
25 *Procurator ſi non profeſſus eſt procuratorio ſe nomine contrahere, ſuo nomine agit & conuenitur.*
26 *Quomodo verum ſit, procuratorem vendentem teneri ad pretij ſolutionem.*
27 *Eligere poſſumus, vtrum cum exercitore ſeu domino nauis, an cum magiſtro præfecto agere velimus.*
28 *Errans non amittit dominium.*
29 *Procurator qui nomine alterius rem ſuam vendit, euincere eam non poteſt.*
30 *Lis inſtituta cum tutore vel curatore, finito officio, cum eadem inſtantia transfertur in quondam pupillum vel adultum, ſicuti iudicati executio poſt dictam aduerſus eos ſententiam*

31 *Vt maximè procurator ſuo nomine conueniri poſſet, liberari tamen deberet cedendo actionē mandati contrariam aduerſus dominū mandantem.*
32 *Factores, quos vocant, licet ſcripſerint ſe eſſe debitores, ſuo nomine conueniri non poſſunt.*
33 *Qui cum factore abſentis contrahit, ipſum ſuo nomine conuenire poteſt ſecundum Caſt.*
34 *Ex contractibus per procuratorem factis, de quibus inſtrumenta garantigiæ conſcripta ſunt, vel qui confirmati ſunt per voluntariam condemnationē, obligato principaliter domino acquiritur.*
35 *Apparitor qui exequens iudicatū res pignori captas vendit, de euictione non tenetur, ſed debitor.*
36 *Apparitor ſi viliore pretio res vendiderit, item curator bonis datus quomodo teneantur.*

AD euictiones præcipuè hoc caput pertinet, non tamen ad eas ſolas,
verùm etiam ad reſtituendam rem ſemel à venditore emptori tradi-
tá, ſi fortè ab illius poſſeſsione ceciderit emptor, eaque ad venditorem re-
dierit: quamuis enim controuerſum hoc ſit, quomodo res vēdita emptori
ſemel tradita, quæ iterū apud venditorē inuenitur, ab eo petenda ſit, an ſola
in rē actione cū vēditore vt alio quolibet poſſeſſore experiundū ſit, quaſi
obligationi & actioni ex empto prima traditione ſit factum ſatis, ſaltē vſq;
ad iudicialem euictionem (quod pleriq; omnes putant [a].) An verò etiam
actione in perſonā ex empto nō improbabiliter poſterius hoc defendi po
terit? [b] venit enim in hanc actionem ex empto, vt hoc præſtet venditor
quod emptori habere rem liceat [c], non licet autem habere emptori quan-
do poſſeſsionem rei venditæ & ſemel traditæ, caſu aliquo ad ſe abſq; noua
cauſa reuerſam, nō confeſtim reſtituit emptori: igitur & ad hoc erit actio
2 ex empto, omnia comprehendens, & ad omnia vtilis, quæcunq; æquum eſt
alteri ab altero præſtari, etiam ſi dum contraheretur, de illis minimè cogi-
tatum ſit [d]. Et huc pertinet quod Iuriſconſultus dixit [e], ex empto actionē
eſſe, non in hoc tantum, vt venditor vacuam poſſeſsionē tradat (ſemel &
ab initio cum vendidit) cùm multis modis contingere poſsit, vt tradere nō
poſsit (& vt maxime poſſet non ſufficeret tamē) ſed multò latius patet ea
actio, vt ſi quid dolo malo fecerit aut faciat venditor, dolus malus eius æſti
metur: faciet autem dolo malo, ſi reuerſam ad ſe caſu aliquo poſſeſsionem
rei venditæ nolit emptori reſtituere, nec patiatur emptorem habere lice-
re, cùm id præſtare poſsit. Accedit etiā, quòd hæreditate vendita ad hanc
actionē pertineat, vt vēditor emptori reſtituat, nō quidem illud ſolùm qđ
ex rebus hæreditarijs ad eum peruenit anteq̄; vēderet, ſed etiā quòd quan-
3 docunq; poſtea peruenturū eſt, & ſi quid dolo malo faciat, quo minus per
ueniat [f]: quod ergo ibi ſeruatur in diuerſis rebus hæreditarijs ſub hæredita
te vēdita cōprehenſis, cur nō idē quoq; ſeruetur in vna aliqua ſpecie vendi
ta, ſi fortaſsis illa ipſa ſemel tradita, rurſus abſque noua cauſa ad manus ven-
ditoris perueniat, vt ſcilicet actione ex empto iterum tradere cogatur, &
facere vt emptori rem emptam habere liceat. Deniq; ratio habetur in hoc
contractu, atq; adeo in actione ex hoc contractu, qua cogatur contractum
4 implere venditor, eius dominij quod ſuperuenit aut obuenit vēditori poſt
venditionem [g]: quare ergo non æquè ratio haberetur ſuperuenientis po-
ſtea poſſeſsionis? Sed nunc ad vſum huius capitis aduerſus euictiones per
gamus, qui potiſsimum in eo verſatur, vt coerceatur ex hoc capite vendi-
5 tor, idq; dupliciter ſi ipſe fortè vendicare velit quod vendidit, vel ſcilicet
vt eum vēdicantem fortè ratione dominij poſtea quæſiti repellat emptor,
exceptione rei vēditæ & traditæ [h], & ſic rem emptam ſibi conſeruet. Hoc
6 enim generale eſt, quòd quem de euictione tenet actio, eūdem agendi re-
pellat exceptio [i]: vel vt omiſſa hac exceptione, & euictione permiſſa, ſe-
cutaq;, agat ex empto, vel ex ſtipulatione duplæ, aut rem habere licere;
omiſſa inquam vel per incuriam, quod fortè non cogitauerit excipere em-
ptor, vel ſtudioſè & data opera, in hoc ipſum omiſſa ab emptore, vt poſtea
ad id quod intereſt ex empto vel ex ſtipulatione, duplum pretij poſsit pe-

a *cū Accur. ad l. ſi cū fun dom. in glo. vlt. de contrah. empt. & ad Authē. ſacramenta puberū. C. ſi aduer. vendi. Pau. Caſt. ad l. quā pēdentē. hoc tit.*
b *cum Fulgo. ad d. l. ſi cum fundom.*
c *l. ex empto. §. et ex empto. hoc tit. l. habere licere. de euictio. l. ſtipulatio iſta habere licere. de verbor. oblig.*
d *l. vlt. de condict. ob turp. cauſ. l. emptor. §. ſi quis virginem. cum. §. ſeq. hoc tit. l. 2. in fi. C. eodem. de act. empt. cū glo. ibi vlt.*
e *in d. l. ſi cum fundum. verſic. fore.*
f *l. 2. §. non tantū autē. de hered. vel act. vend.*
g *l. ſi quis alienam rem. hoc tit.*
h *l. j. & toto tit. de except. rei vend. & tradit. l. ſi à Titio. de rei vend.*
i *l. vendicantem. de euict.*

tere. Non enim emptori poterit imputari ad culpam, quod à venditore vo
lente vincere paſſus ſit ſe vinci & rem euinci: etſi qua fortè culpa ea eſſet,
nō poſſet tamen allegari à vēditore, cuius dolus præponderat[a], propterea 7
quòd contra bonam fidem & promiſſa, rem à ſe venditam velit ipſe euin-
cere, & impedimentum præſtare quo minus emptori eam rē habere liceat.
Quin etiam exceptionis ab emptore propoſitæ, ſi rationem non habuiſſet
iudex, imò etiam ſi reieciſſet, non quòd non eſſet vendita res, ſed quod iu-
ris errore credidiſſet ex noua cauſa dominij ſuperuenientis, poſſe vendi-
torem quod vendidit reuocare & repetere, æquè adhuc ſalua erit actio[b].
Tendunt enim hæc remedia ad diuerſos fines, exceptio ad rem retinēdam, 8
actio verò ad conſequendum vel duplum pretij, vel quanti emptoris inter-
eſt, rem eius non eſſe factam, ſed ablatam. Atque ita euidentior hic eſt ra-
tio, cur ſublata exceptione maneat ſalua actio, quàm in compenſatione in 9
qua idem ſeruatur[c], & cōpenſatio tantùm petitioni ſimilior eſt, neq; tam
longè diſtat ab ea, ſi vſum & finem vtriuſq; ſpectes. Vſqueadeo autem exu 10
berat vſus huius capitis aduerſus ipſum venditorem, vt etiam ſi de euictio-
ne non teneretur ab alio facta, ipſe tamen euincere non poſſet: veluti cre- 11
ditor periculum euictionis quam fecit alius non præſtat, ferendus tamen 12
non eſſet ſi euincere ipſe vellet ex alia forte antiquiore cauſa debiti & pi-
gnoris quàm ex ea diſtraxit[d].

Hæres venditoris eiſdem modis cohibetur, hoc eſt, tam exceptione[e], 13
quàm actione, necnon fideiuſſor euictionis[f]. Sed hæres fideiuſſoris altero 14
ſolùm modo, videlicet actione de euictione, nō autem exceptione repelli
poterit ipſe, ex ſua perſona & ſuo iure vendicans[g]. Sicut ergo vis obliga 15
tionis & effectus actionis decreſcit interdū in hærede qui laxiore & beni-
gniore iure habetur, quàm is cui ſucceſſit, & ſi cum eo actum fuiſſet, vt ap
paret in hære de tutoris aut curatoris[h]: ita hic quoq; decreſcit & extenua-
tur nonnihil vis fideiuſſoriæ obligationis in hærede fideiuſſoris: non qui-
dem in eo ſiue quoad illud quod directò eſt in obligatione, quæ & hæredē
tenet, ſic vt aduerſus eum de euictione agatur: ſed quoad illud quod ſecun
dario & tacitè ex ipſo actu fideiuſſionis potius, quàm ex vi & poteſtate ob
ligationis illius reſultat & ſequitur, velut inſeparabilis ſequela & comes:
vtputa quòd fideiuſſor non tantùm conſentiat venditioni (quod tamen ſo
lùm ſatis eſſet ne ipſe vendicet[i]) ſed eo amplius fideiubendo, & hoc ipſo 16
quod fideiubet intelligatur aſſeuerare rem fuiſſe vendiroris, ſecurè ab eo
emi potuiſſe, nec futurum vt alius quiſquam eam euinceret: quare cum id
fide ſua eſſe iubeat, profectò non poſſet nō facere aduerſus bonam fidem,
ſi contra nitendo ipſe ſtudeat euincere, qui euictionis eſt fideiuſſor, mul-
toq; euidètius de fide rupta poſſet argui, quàm fideiuſſor, qui pignora ſibi 17
emit potius quàm debitori luat, quem tamen dicimus dolo malo facere[k].
Sed hæc ratio & conſideratio ceſſat omnino in hærede fideiuſſoris, qui ni 18
hil ipſe fecit aut dixit quo videretur quicquam de iure venditoris aſſerere
apud emptorem, quo lubentius & confidentius quis emeret[l], imò nec con
ſentijt quidem venditioni, quam ignoraſſe veriſimiliter poteſt: ſatis eſt er
go quòd eū teneat fideiuſſoria obligatio, quoad illud ad quod directò eſt
contracta: Vnde cum hæc facultas excipiendi aduerſus fideiuſſorem ven-
dicantem non conſurgat, nec enaſcatur directò ex ipſa vi propria obliga-
tionis fideiuſſoriæ, neq; contineatur in eo ad quod directò illa cōtrahitur,
ſed actui fideiuſſionis cohæreat, vt illius ſequela & comes, non videtur
quoad hunc effectum proponendæ exceptionis attinet diſtinguendū, qua
tenus teneat fideiuſſorem ipſa obligatio ad finem & effectum actionis, ſed
ſufficere

a arg. l. item ſi obſtetrix. in ſi. ad leg. Aquil.

b d. l. ſed Celſi exceptio.

c l. quod in diem. §. ſi rationem. de cōpenſat.

d l. & ſi iu. de diſtrac. pig.

e l. cum à matre. C. de rei vendic.

f l. exceptione. C. de euict.

g l. vlt. de euict.

h l. f. C. de hæred. tuto. l. curatoris. & ibi Salicet. in prin. C. de nego. geſt.

i Iaſ. ad l. quoties ab omnibus. in 2. nota. C. de fideicōmiſſ.

k l. f. C. de dolo malo.

l Ioānes fabri. ad d. l. vlt. C. de euict.

ſufficere, quòd aliquo modo fideiuſſerit, verbi gratia, ſi quis fortè fideiuſ-
ſerit de euictione, tertius aut quartus, cum alijs ſat locupletibus, ſic vt a-
ctio inter eum & alios ex epiſtola diui Adriani poſſet diuidi, nihilominus
illum dicemus repelli in totum à rei vendicatione, & non pro tertia tan-
tùm aut quarta parte, ſecundum vires actionis ex fideiuſſione, quamuis in
20 hærede venditoris aliud ſit, qui ſolùm repellitur, quatenus ſucceſsit [a]: nam
ratione repræſentationis repellitur, ideoque non niſi quatenus defuncto
venditori ſucceſsit, illumque repræſentat, & ex hæreditate lucrũ capit [b].
Contra ſeruatur non ſolum in eo qui venditioni rei ſuæ conſenſit [c],
21 pretium non participans (nam qui particeps eſſet pretij, etiam de euictio-
ne teneretur, non ſecus ac ſi ipſe quoque vendidiſſet [d]) verùm etiam in eo
qui vendit vt procurator, & hoc vendens profitetur, ſe procuratorio no
22 mine alterius vendere: nam hic quidem ipſe ſuo proprio iure tunc fortè
23 incognito, cùm ex mandato venderet, non vendicat [e]. de euictione tamé
quam vt procurator alterius promiſit, ipſe ſuo nomine non conuenitur [f],
quod paucioribus placuiſſe, obiter alio loco attigi, quos tamen etiam alij [g]
videbantur ſecuturi, ſi inueniſſent quod reſponderent ad illud Iuriſconſul
ti [h], quo dixit, Titium quamuis quaſi procurator vendidiſſet, obſtrictum
eſſe emptori. Adferunt quoque alij [i] alia, quibus communiorem in cõtra-
rium ſententiam muniant, veluti quod qui vt procurator emit, ipſe tamen
pretium ſoluere compellitur [l], ergo & euictionem ſuſtinere debet, qui vt
procurator vendidit, & de euictione promiſit. Accedit etiam, quòd ſpe-
24 ciali ratione ob neceſsitatem officij ad quod inuitus cogi poteſt tutor, in-
dultum ei ſit, vt officio depoſito, non teneatur [m]: in procuratore ergo qui
mandatum non ſuſcepit, niſi velit, aliud videtur dicendum, quod videlicet
etiam finito officio, & cùm negotia domini gerere ex mandato deſijt, ad-
huc teneatur. denique eſt aliud Vlpiani reſponſum [n], quo euidentiſsimè
deciditur, procuratorem vendentem præſtare euictionem, & ſuo quidem
nomine: nam additur id quod empti iudicio emptori præſtiterit, hoc eum
contrario mandati iudicio conſequuturum ab eo, cuius rem vendidit.
Sed nec illud omittendum, quòd procuratori ementi actio de euictione
ex promiſsione venditoris recta via acquiratur. quam ipſe procurator ce-
dat domino cui emit [o]: cur ergo ex cõtrario quoque & ſimili ratione pro-
curatorem vendentem non teneat, & conſtringat actio de euictione.
Quamuis autem penè temerarium videri poſsit, à communi opinione tot
rationibus fulcita hic recedere, fortè tamen non malè quis dixerit ſolidio-
re ratione fundatam opiuionem Iacobi de Arena, verba enim Pauli Iuriſ-
conſulti [p] decidẽtis, quando procurator qui vendidit fruſtra recuſet onus
obligationis de euictione, tam clara ſunt, vt vix aliud ſignificare videâtur,
quàm ita demum procuratorem vendentẽ ſuo nomine de euictione tene-
ri, ſi ſic ſe obligauerit, hoc enim apertè ſignificant hæc verba: *Fidem ſuam a-
ſtrinxit*. Et rurſus iſta: *Pro domino vinculum obligationis ſuſcepit*. ſi enim gene-
rali & indeterminata promiſſione de euictione quæ ſemper in venditio-
nibus fit, aut certè perinde atque ſi ea facta eſſet obligatur venditor, in-
telligeretur is qui vt procurator vendit, fidem ſuam aſtringere, & pro do
mino vinculum obligationis ſuſcipere, non puto ſic locuturum fuiſſe Iu-
riſconſultum, velut reſtrictiuè: *Procurator qui pro euictiõe, &c.* ſi ſcilicet hoc
generale ius eſſet aduerſus omnes procuratores procuratorio nomine vẽ
dentes, ſiue ipſi fidem ſuam aſtringant, & pro domino ſe dicant obliga-
25 tionem ſuſcipere, ſiue non. Interim tamen non eſt negandum, nec nega-
uit Iacobus de Arena, quin ſi contraxerit is, qui re vera procurator erat, &
mandatum

a d.l. cum à matre. in verbis, pro qua portione. l. 2. C. de euictionib.
b l. ex qua perſona. de reg. iur.
c Iaſon ad d.l. quoties.
d l. quidam ex parte. & ibi Fulgoſ. de euiction.
e l. ſeruum Titij mandati.
f l. procurator qui pro euiction. de procuratorib. à contrario ſenſu.
g à Iacob. de arena. ad l. et qui. C. quod cum eo.
h tit. præcedent. ſub 6. cap. ad l. ſi in emptione. §. vl.
i Paul. Caſt. ad d.l. procurat. qui pro euiction.
l l. cum vendente. C. vbi cauſæ fiſcales.
m l. cum quædã. C. de adminiſtr. tutorum.
n in l. Papinianus. de public. in rem action.
o l. poſſeßio quoque. §. etſi poſſeſſ. de acquir. poſſeſ.
p in d.l. procurator. qui pro euict.

mandatum habebat ab alio contrahendi,ſed id non profeſſus neq; alieno
nomine,tunc ipſum ſuo ſolùm nomine & agere & conueniri ex eo cõtra-
ctu,quia tunc is qui cum eo contraxit,de domino diuinare nõ potuit,nec
illius ſequi fidem,ſed ſolius cõtrahentis. Atq; ita intelligi poſſunt nõnulla
ex illis quæ paulò ante in contrarium ſunt citata , veluti quod Vlpianus ex
Papiniano dixit [a],id quod empti iudicio procurator vendens præſtiterit
emptori,cõſecuturum eũ à domino mandati iudicio,nã quo modo id fiat,
paulò fuſius explicans [b],poteſt enim(inquit Vlpianus)fieri, vt emptori qui
à procuratore vendente emit,res auferatur,per rei vendicationem, inſti-
tuendam ab eo,qui rem vendi mandauerat. Quod emptor per ignorãtiam
non ſit vſus exceptione,hac ſcilicet,rectè ageres,ſi non autor meus, id eſt
procurator tuus, qui mihi vendidit,tua voluntate vendidiſſet,eiq; mãdaſ-
ſes rem vendendam. Quam quidem exceptionẽ alioqui debuiſſet oppo-
nere emptor,ſi de ea ſciuiſſet,& qua oppoſita,potuiſſet dominũ rem ſuam
vendicantem repellere [c]:cùm ergo reſponſum hoc fundetur in ignoran-
tia emptoris,nemo dubitat quin illa omninò ſupina fuiſſet & craſſa,ſi pro-
curator cùm vẽderet,nominaſſet dominũ rei, illiuſq; nomine & mandato
dixiſſet & oſtẽdiſſet ſe vendere:hoc ergo tacuit pcurator, & in eo Accur-
ſius ibi cõſtituit probabilem ignorantiã emptoris,quòd in alieno facto cõ-
ſiſteret,an ſcilicet alius aliquis,vt dominus eam rẽ vendi mãdaſſet,an man
datũ reuocaſſet,nec ne.Sic quoque vbi diximus ementem procuratorem 26
teneri ad pretij ſolutionem [e], præter id quod nonnulli hoc ſpeciale putãt
in eo qui à fiſco emit,veriſimilius quoq; eſt,quòd tẽpore emptionis nõ fue
rit profeſſus ſe emere noĩe procuratorio,nec de mãdato docuerit, ſed tũc
primũ,cùm cõſulit Cæſarẽ:& hic ius per epiſtolã cõſtituit,quod haberi po
teſt ex his verbis: *Quibus mandantibus,ea prædia emiſſe te,& tradidiſſe dicis*.ſci-
licet nunc primum,non aũt cùm emeres, aut ſi tunc fortè dicebas,non ta-
men ſic es admiſſus à fiſco vendente,qui fidem tuã, cùm tecũ cõtraheret,
non domini quẽ nominabas,ſequi volebat,imò potius nullius fidem ſequi,
ſed præſentem ſibi numerari ab emente pecuniam [f].Sic quoq; vbi plerũq;
fit, vt res,locus, tempus non patiatur plenius deliberarĩ conſilium de con-
ditiõe eius cui alienæ rei cura mãdata eſt,vt in magiſtro nauis [g],electio nõ 27
bis ſit,an cũ exercitore & dño nauis qui eũ præfecit,an cũ magiſtro præfe-
cto agere velimus [h].Ad aliud verò Martiani [i] reſpõſum quo firmiſsimè cre
ditur ſuſtineri cõmunis opinio,expeditã reſponſionẽ eſſe putauerim,quòd
ſcilicet eo loco quæratur tãtum de iure euictionis,hoc eſt,an is qui rẽ verè
ſuã ex alterius mãdato vendit vt alienam,poſteaquàm error compertus e-
rit,ius habeat euincendi illam ab emptore,ratione dominij ſui,quod errãs 28
non amiſit [k]:Et ſi hoc ius non habeat,nõ quidẽ ex defectu dominij,ſed ob-
ſtãte ſibi exceptiõe rei vẽditæ & traditæ:quæritur vlterius de mãdato, hoc
eſt,mandati actione vltro citroq; dãda,an ſcilicet cõtrario mãdati iudicio
procurator à dño cõſequatur pretiũ rei ſuæ,quã per errorẽ pro aliena ven
didit,& quanti eius intereſt,ſi pretiũ hoc reſtituerit dño. Si nondũ reſti-
tuit,ſed apud ſe habet ab emptore numeratũ,an domino mandanti contra
procuratorem detur directa actio mandati ad pretiũ:hoc enim propriè eſt
de iure euictionis quærere,ſi quæratur an ius ſit euincendi , cuius experi-
mentũ ſumitur rei vendicatiõe inſtituta contra emptorẽ. Emptor verò cũ
venditore agens ex ſtipulatione de euictione vel actione ex empto poſt
rem euictam,non iam amplius de iure euictionis diſceptat: ſed quia illud
ius aduerſus eum exercuit alius,cui ſucceſſit litis euentus, quærit de reſar
cienda euictionis quam paſſus eſt iactura.Atq; ita illo reſponſo hoc ſolũ 29
proba

a in d.l.Papinian^9.de pub lic.in rem action.

b in eadẽ l. Papinia. verſ. Poteſt enĩ fieri.

c l.1.& toto tit. de except. rei vendit.& tradit.

d in gloſ.verbi vſus.

e in d.l.cum vendente.

f l.ſi procurator. in fin. de iure fiſci.

g l.1.de exercitat.act.

h d.l.1.§.eſt autem nobis electio.de exercit.act.

i in d.l.ſeruum Titij.

k l.ſi procurator de acquir. rer.dom.

probatur,procuratorem alterius nomine vendentem rem ſuam,non euincere quod vendidit.cui non neceſſariò conſequens eſt,ſi euicerit aliud,iã quoque procuratorẽ ſuo nomioe teneri. Porrò quod dictum eſt de ſpeciali &ſingulari fauore,pro eis ioducto qui officium gerunt neceſſarium [a], ita poterit diſſolui,vt maius quiddam illis indultũ dicamus,quàm quod aſſumptum erat,finito officio eos nõ cõueniri,tunc primum inſtituenda a-
30 ctione [b]:nimirum quod & eæ lites quæ durante adhuc officio aduerſus eos inſtitutæ ſunt, & quas cœperunt defendere cum eadem litis inſtantia, transferantur in quondam pupillum vel adultum, ſicut iudicati executio poſt dictam aduerſus eos ſententiam [c]. Quod non ſic ſeruatur in procuratore ad lites qui dominus factus eſt litis conteſtatæ [d], & mortuo demum eo,litis inſtantia transfertur ad dominium [e]. Quod verò nouiſsimè eſt adductum,procuratorem emẽtem habere ſibi obligatum venditorem de euictione,eamque actionem cedere domino cui emit,ſiue is ſciuerit, ſiue ignorauerit [f]:non neceſſario concludit, quòd ſic quoque procurator vendens vt procurator, & hoc ipſum profeſſus, teneatur de euictione ſuo ipſius nomine:nullò enim in eo reſponſo verbũ eſt,quo ſignificetur procuratorem fuiſſe profeſſũ quòd procuratorio noĩe emeret,quod ſi feciſſet,negari nõ poſſet,quin actio ex empto & ex vẽdito daretur dño, & in dominiũ,exemplo ioſtitoriæ actionis [g].Et vt fortè ex Iuris ſubtili rigore,ſicut ab antiquo cõſtitutæ ſunt obligationes ciuiles,&actiones,procurator ipſe coouenìri poſſet,liberari tamen deberet,cedendo actiooem non ſolum mãdati(ſi ab eo impetatur)aduerſus venditorem aut emptorem cum quo contraxit,quod multo clariſsimum eſt [h]:verùm etiam ſi ab eo cõueniatur, cum qoo cootraxit altetius nomine, idipſum apertè profeſſus,
31 actionem huic quoque cedet mandati, contrariam aduerſus dominum mandantem, vt delegatio illius debitoris, cuius fidem alter quoque ſecutus eſt,ſit pro iuſta præſtatione [i].Niſi enim ita dixerimus, res plena periculi eſſet,alterius nomine alteri vel vendere vel emere, ſi ſcilicet ſola oſtenſiooe mandati eius cuius nomine ſe dicit contrahere, & cuius fidem alius præcipuè ſequitur,non eſſet ipſe procurator à vinculo obligationis im-
32 munis. Cui cõſonat,quod Angelus Peruſinus ſcripſit [k],factores, vt vocat, ſiue inſtitores hodiernos,licet mille literis ſcribant,ſe eſſe debitores,non tamen propterea poſſe eos ipſos ſuo nomine cõueniri: quia,inquit,factoris nomine id faciunt, non quòd velint propriam fidem aſtringere [l]. Neq; aliò ſpectat,quod Paul[9] Caſtr[m].cenſuit,oõ habere locũ Angeli ſẽtẽtiam,
33 quando quis contrahit cum inſtitore abſentis,quaſi tunc non ſit veriſimile,eum qui cum tali inſtitore contrahit, reſpicere ad præponentem ſiue mandantem ipſi iocognitum, ſed potius ad inſtitorem ipſum præpoſitum, & quod illius fidem ſequatur. Nam vt illi reſtrictioni demus locũ, quam tamen alij [n] Angeli ſententiam omninò ſequentes non admittunt: ſaltem illa ſua limitatione & exceptione ſatis indicat Caſtrenſis, quòd velit inſpici, cuius contemplatione quis cum alterius procuratore contraxerit, & cuius fidem potiſsimè ſit ſecutus [o]. Quod & alij [p] teſtantur, qui certis diſtinctionibus & regulis totam hanc materiam ſe putant complexos, quando procurator & dominus teneantur ex procuratoris contractu, & quando procurator non teneatur ſuo nomine. Sanè in iudicijs quæ gerit procurator domini nomine,apud omnes in confeſſo eſt,principaliter cõſiderari domioi perſonam,eum obligari,eiq; obligationem acquiri,etiam
34 abſque ceſsione [q]. Et ſimiliter in contractibus, de quibus conſcripta aut confecta ſunt inſtrumenta guarantidiæ,vt vocant, quæ ſecundùm ſtatuta

Italiæ

a l.cum quidã. C. de admiſtrat.tutor.

b l. vlt. in prin. ſi quis cautionib.

c d.l.vlt.in fi.ſi quis cautionib.

d l.procuratoribus. C. de procuratorib.

e l.iam ex contractibus.in fin. de iudicijs.

f d.l.poſſeſſio quoque. §.et ſi poſſeſſio.

g l.Iulianus.§.ſi procurator.de act.empt.

h in l. ſi procuratorem. §.vlt.mandati.

i l.quod debetur.in fin. de peculio. Bart. ad l. procurator.qui pro euictione

k ad l.eundem in fi.princip.de duob.reis.

l l.vlt.de inſtitor.act.

m ad l.1.§.exercitori.in fi. de exercit.act.

n Philip. Decius conſ.cxx. à nu.c. vſque ad finẽ & filij. Philip. Corneus,cõſi. 6.11.vo'u. Marianus Sozinus iunior conſil. 27. in 2.parte.

o arg.l.ſi pupilli.§.in verbis tui contemplatione. & l.liberto.de neg.geſt.

p Bartholom. Sozinus cõſil. 2. 1.volumin. in 3. caſu quinque caſuum quibus procurator cõtrahens nõ tenetur ſuo nomine.

q l. in cauſa. in fin. de procuratorib.

Italiæ ex præcepto notarij velut iudicis præcipientis vtriq; parti vt contra
ctum ſua die impleat, executionem habent paratam [a], vel in contractibus
confirmatis (vt hodie apud nos mos eſt) per condemnationem voluntariã.
In cæteris aũt cõtractibus ſcio quidẽ diſtingui [b], cõtractus vltro citroq; ob-
ligatorios, ab ijs quorũ obligatio ab vna parte cõſiſtit, vt ſcilicet ex illis ſi-
cut obligationem procurator ſibi acquirit, ſic & obligetur ipſe. Ex his ve-
rò vt nõ acquirit obligationem ſibi, ita nec obligetur ipſe. Sed Iuriſconſul
tus ſimilia fecit quæ ipſi diſſimilia faciunt, dixitq; [c] in hoc cõtractu emptio
nis & venditionis domino & in dominũ dari actionem exemplo inſtitoriæ.
Et profecto procuratorem ſummo iuris rigore acquirere ſibi actionem,
quam alij ſcilicet domino cedere debeat, nec poſſit ſibi retinere fructum
eius actionis, exiguam virtutem habet in ſe, vt ob id dicamus quoque eum
ſuo nomine obligari, & de ſuo ſoluere debere, quod nec illi requirunt, ſed
cedendo actionem dicunt procuratorem liberari: ita etiam vt ſi mandati
actionem aduerſus dominum non habeat, tunc ſuo ipſius nomine non te-
neatur ei cum quo contraxit [d]. Quod ſi ita ſit, nihil opus eſt longiore diſpu
tatione: nam ſic in illo conueniet, quod periculum obligationis & actio-
nis ſit domini, non procuratoris, quamuis ei cum quo contraxit actionem
ſi habeat contra dominum cedere debeat, quod eſt facillimum. Si appari- 35
tor exequens mercatum, res debitoris condemnati pignori captas ven-
dat, nullum ei periculum euictionis imminet, ſed debitori qui ea pecunia
eſt liberatus [e], tenebitur tamen apparitor, ſi doloſè rem viliore pretio abie 36
cerit per ſordes aut gratiam, ei in cuius iniuriam & damnũ id fecerit, victo
ri quidem cuius negotium gerit actione negociorum geſtorum [f], victo au
tem qui vel inuitus bonorũ ſuorum diſtractionem patitur, actione de do-
lo [g], curatoris dati bonis eadem conditio eſt [h], vt ſcilicet teneatur & qui-
dem de ſolo dolo [i], nunc creditoribus qui vendi curant, nunc debitori qui
bonorum venditionem patitur, vt vel huic vel illis dolo nocere voluit, em-
toribus autem non teneatur.

a Bart. & Raph. Cuma. ad d. l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio.
b à Bart. ad d. l. procurator qui pro euictione.
c in l. Iulianus. §. ſi procurator. hoc tit. de euict.
d Bart. ad d. l. procurator qui pro euictione.
e l. ſi pignora. in princ. l. ſi plus. §. 5. de euiction. l. ſi ob cauſam. C. eod. tit.
f l. 3. §. ſi executor. de nego. geſt.
g d. l. ſi pignora. verſic. ſed ſi dolo.
h Alberic. ad l. prætor. §. eſt præterea. de bo. auth. iud. poſſid.
i l. de curatore. §. vlt. de cura. bo. dando.

L. CVI RES. DE ACT. EMPTI ET VEND.

SVMMARIA.

1 *Venditor præſtare debet vt emptori rem habere liceat empti titulo.*
2 *Qui rem ſibi ſub conditione legatam ignarus emit, euenient e conditione legati, ex empto repetet pretium.*
3 *Expenſa ratio Iuriſconſulti,* Quia non ex cauſa legati rem habet.
4 *Prout variè concurrunt emptio & legatum, varia datur actio.*
5 *Non perinde eſſe ſi rem legatam teſtator vendat legatario, aut vendat alij tertio.*
6 *Venditio rei purè legatæ, facta ab herede legatario, etiam ſubſiſtit: & quare.*
7 *Quãdo ad certũ diem legatum relictũ eſt, ante diem legatarius iure ciuili non ſit dominus.*
8 *Qui rem purè legatam emit, an renunciet legato.*
9 *Quare qui rem ſub conditione legatam ſciens emit, euenient e conditione non repetit pretium.*

QVOD diximus venditorem præſtare debere vt emptor rem habeat,
ſic intelligitur, vt illam empti titulo, ſiue iure emptionis habeat: nam
ſi illam quidem habeat & nemo auferat, propterea quod habere ei permit- 1
tat ex alia cauſa, non ſic euitabit venditor actionem de euictione, ſi non
ex ſtipulatione duplæ [k], ſaltem ex empto. Vt ecce ſub conditione legata 2
alicui res eſt, is eam pendente adhuc conditione ignarus legati emit ab hæ
rede, qui ex venditionis cauſa rem tradit, euenit deinde conditio legati,
venditor actione ex empto tenebitur refundere pretium, perinde atque ſi
euicta res eſſet, vtpote quam ipſe legatarius idemq; emptor quodammo-
do euiciſſe ſibi intelligitur [l]: non enim ex legati cauſa ex qua habere eum
rem oportet, intelligetur habere quamdiu abeſt ei pretium [m]. Sed tam diu
intelli-

k l. ſi vẽdiderit. l. ſi ei cui vendidi. de euict.
l l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. de lega. 1.
m l. ſi ſeruus. verſic. nec enim habere. de euict.

intelligetur habere vt emptá, ſicut verè habet & ab initio accepit. Si itaq;
velit hæres (vt omnino velle & præſtare debet) quòd emptor rem habeat,
non quidẽ amplius empti, ſed legati titulo, reſtituat, vel ſponte vel actione
ex empto damnatus, pretium, vt ſic iam nõ ſuo ære emptá, ſed ex liberalita
te teſtatoris agnita & impleta per hæredẽ, habere intelligatur donatá ſiue
legatá, præcedẽte emptionis titulo, velut cõmuni vtriuſq; conſenſu ſic re-
ſoluto, & in integrũ reſtitutis omnibus [a], pretio ſcilicet reddito emptori
& re quodámodo reſtituta vẽditori, qui deinde ex noua cauſa legati eá pa
tiatur manere apud legatariũ, id qđ traditione nouæ ex noua cauſa æqui-
pollet [b]. Et hæc eſt vera explicatio rationis hic additæ ab Vlp. cur diceret
3 ex empto pretium peti, cũ cauſa legati ſuperuenerit, *Quia* (inquit) *non ex
cauſa legati rẽ habet*. Quæ ratio ab alijs miſerè laceratur, cũ prima facie videa
tur nõ cõuenire rei propoſitæ: ná ſi nõ ex cauſa legati rem habet, petat er
go ex teſtamento legatũ. Sed nihil videtur ea ratio cõcludere, neq; hoc
euincere, quòd idcirco debeat actio ex empto dari, vt hic tradidit Paulus
Caſt. expreſsè admittẽs, quòd ea ratio melius cõcludat ad actioné ex teſta
mẽto quàm empti. qđ quid eſt aliud, quàm Iuriſcõſulti rationé reprehẽdo
re? præſertim cũ ipſe ſuá tanq; meliorẽ rationẽ ſubſtituat cur detur empti
actio: quòd videlicet emptor idemq; legatarius, eueniẽte legati cõditio-
ne, deſinat habere rem ex cauſa emptionis, & incipiat habere ex cauſa le-
gati antiquiore, quod alio loco [c] apertius pro generali regula tradit: Putat
enim quòd ipſe mutet ſibi cauſam poſsidendi, quod in hac ſpecie fieri poſ-
ſe etiá alij quidam [d] voluerunt, alij [e] negauerunt. Melius fortaſsis dixiſſet
Caſtren. non generaliter, quæcunq; cauſa vetuſtior ſuperueniat quæ ius
tribuat, mutari titulum & cauſam poſsidendi: ſed ſpecialius ſuperuenien-
te iure ex antiquiore cauſa vltimæ voluntatis, quaſi ſimulatque via legati
aperta ſit, iam ſtatim ius ipſum operetur ſuum effectum, & rei legatæ do-
minium ex ea cauſa in legatarium transferat [f], poſthabito eo iure quo ex
alia cauſa res hactenus fuit apud legatarium, cùm ea cauſa reſolui debeat
& reſcindi. Quæ inſpectio non omnino improbabilis eſſet, ſi Iuriſcon-
ſulti ratio affirmatiuè concepta & ſcripta eſſet hoc modo: *Quia iam ex cau
ſa legati rem habet*: quæ negatiua eſt, & ex diametro contraria. Alij au-
tem [g], dum hanc rationem ad eam actionem de qua proponitur ex empto
adaptare ſtudent: ſic diſtorquent & inuertunt verba, vt veriſimile non
ſit Iuriſconſultum ſenſiſſe quod ipſi volunt. Intelligunt enim quaſi ſic
ſcripta eſſet ratio, *Quia rem non habet ex cauſa legati*. Non habet (inquiunt)
ex cauſa emptionis, & hoc contingit ex cauſa legati ſuperueniente, vt
non amplius cenſeatur habere, poſsitve retinere ex cauſa emptionis. Ne-
que conturbari debemus eo quod hic ſolius actionis ex empto fiat men-
tio, alio loco [h] ſolius actionis ex teſtamento, & rurſus alio [i] vtriuſq; actio-
nis: diuerſa enim iura ſunt diuerſis rebus ſcripta, & nihil omnino aduer-
ſantia. Quod vt manifeſtius fiat, ſingulos caſus qui hic occurrere poſ-
ſent obiter referemus. Interdum res primo emitur à non domino, & ſub
ſequitur legatum eidem emptori factum à vero domino, quo caſu vltima
voluntas domini conſummauit effectum legati, nec ex teſtamento aget le
gatarius ad rem quam apud ſe habet, illiusque nunc dominus eſt, ſed ex
4 empto tantùm contra venditorem [k]. Interdum verò legatur res aliena,
eamque ipſam poſtea vel viuo adhuc teſtatore, vel eo defuncto legata-
rius emit à vero domino, & tunc perpetuam firmitatem habet emptio ſe-
mel traditione impleta, & circa actionem ex empto nihil immutat lega-
tum: cuius ratione ſola datur ex teſtamento actio [l], non quidem vt hic

ſ ex em-

[a] l. ab emptore. verſic. nec quicquã intereſt. de pact. pretio ſcilicet reddito emptori & re quodãmodo.
[b] §. interdum. Inſtit. de rerum diuiſ.
[c] ad l. fundo. ad Trebell.
[d] Bar. ad d. §. qui ſeruũ.
[e] Raph. Cuman. ibi. & ad l. 3. ex plurib. de acq. poſ.
[f] l. à Titio. in fi. de furt.
[g] Salic. & Fulgo. hic.
[h] in l. planè vbi transferre. §. quod ſi rẽ. de lega. 1.
[i] in l. huiuſmodi. §. quis ſeruum. de lega. 1.
[k] l. Iulianus. §. ſi fundum. hoc tit.
[l] d. l. planè. §. quod ſi rem. & §. ſi res aliena. Inſtit. de legat.

ex empto ad pretium, ſed ad rem legatam vſq; ad pretium quod abeſt, & ra
tione illius [a] quod aberit ſemper, nam à tertio vero domino qui vēdidit, cū
ipſe legato grauatus non ſit, nō eſt quod legatarius & emptor ſperet recu-
perare. Interdū verò rem legatā emit ipſe legatarius à teſtatore adhuc vi-
uo, quo caſu ſunt qui recurrāt [b] ad eam diſtinctionē, quæ fieri ſolet, cùm te-
ſtator poſt ſcriptum teſtamentum & legatum relictum alij vendit rem, an
ſcilicet id fecerit ex neceſsitate & anguſtia rei familiaris, an nulla neceſ-
ſitate coactus [c], quaſi nihil interſit an poſt conditum teſtamentum teſtator
ipſi legatario vendat, an alij cuicunq;, ſed hoc ſolùm inſpici ex occaſione,
quę impulit ad vendendum, an legatum reuocaſſe intelligatur. Sed hic ſub
ſiſtendum puto, nec auſim huic ſententiæ ſubſcribere: nam quando vendit 5
alij teſtator adhuc patitur ius ſubſiſtere legatū, quod non venit ad caſum à
quo non poſſet incipere, cùm & aliena res legari poſsit, & teſtator qui nō
reuocauit legatum, nō cenſetur voluiſſe eodem tempore rem eſſe duorū,
legatarij & emptoris (quod iure impoſsibile eſt [d].) Nam res aliena legata
deberet per hæredem æquis conditionibus, ab emptore vero domino fa-
cto, redimi ſi poſsit: ita vt legatum hoc caſu migret de ſpecie in ſpeciem.
Scribitur & relinquitur legatum rei propriæ teſtatoris, quò mortuo quia
viuus vendiderat ac tradiderat, debetur vt legatum rei alienæ. At cum te-
ſtator vendit ei ipſi cui legauerat, res videtur veniſſe ad caſum à quo non
poſſet incipere, quia nemini res ſua legari poteſt [e]. Quando autem res vti
liter quidem ab initio legatur tempore teſtamenti, ſed die eius legati ce-
dente, inutile hoc eſſet legatum, præſtari non debet [f]: atque ita hoc caſu
ſola emptio ſpectanda eſſet & empti actio, circa quam nihil immutat inu-
tile legatum. Interdum autem rem propriam legat teſtator, & hanc le-
gatario vendit hæres, quo caſu aliquid diſtinctionis eſt ex modo venden-
di & legandi ex conditione emptoris, ſciuerit an ignorauerit rem ſibi le-
gatam: & ex implemento contractus, an vtrinque res adhuc ſit integra, an
vtrinque impletus contractus, an verò ex alia tantùm parte. In modo qui-
dem intereſt legandi, an purè an ſub conditione legata res ſit. Si enim ſub
conditione, non dubium eſt quin aliquamdiu ſuis viribus ſteterit emptio,
ſuſpenſa ſcilicet adhuc conditione legati: nam interim res verè eſt hære-
dis, qui & vendere illam iure poteſt [g], atque ita euidentius in hoc genere
venditionis apparet quaſi quædam euictio rei emptæ, poſtquam aliquādiu
vires habuit emptio. Qua ratione factum videtur, vt hinc Iuriſcōſultus po
neret rem ſub conditione legatam. Nihilominus alio loco [h] hoc euictioni
comparatur, quòd iure legati obuenerit res emptori: vbi tamē nihil diſtin
guitur, purè an ſub cōditione ſit legatum. Vnde etiam quibuſdam placuit, 6
re purè legata idem iuris eſſe, propterea quòd non ſtatim à morte teſtato-
ris verè ſit legatarij antequam legatum agnouerit [i]: Ideoque interim ſicut
obligari [k], ſic & vendi ei poſſe [l], ſiue quòd non ſit adhuc naturaliter & per
traditionem ab hærede factam, quæſitum iure gentium legatario dominiū,
ſed tantùm artificio iuris ciuilis [m], vt ſic non obtineat hic prohibitio iuris,
ne ſuæ rei ſit emptio [n], quæ nō niſi in re vera & firma iuris ratione propria,
habet locum. Sed & ſi purè legata ſit res hæredis, quamuis in ea leganda
tantùm penè arbitrij ſit teſtatori, quàm in proprijs ſuis rebus, non tamen
dominium tranſit recta via in legatarium iure ciuili abſque traditione
hæredis [o]: ideoque antequam hæres eam legatario tradit ex cauſa legati,
valere eius rei venditionē nemo dubitat, vt nec de venditione rei propriæ
teſtatoris ad diē certū legatæ: nā interim legatarius iure ciuili dominus nō 7
eſt, cùm ea tranſlatio dominij ſit velut executio quædam legati, quam non
facit

a d. §. quòd ſi rem.

b Pan. Caſt. hic.

c l. fideicōmiſſa. §. ſi rē. de lega. 3. l. rem legatam. de adim. legat.

d l. ſi vt certo. §. ſi duobus. commodati.

e l. propria. C. de legat.

f ipſe Pan. Caſtrē. ad d. l. propriam.

g l. 3. §. ſin autē ſub cōditione. C. de lega. & fideicō.

h in d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum.

i l. j. §. verū. ſi quid in fraudem patroni.

k l. ex ſextāte. §. latinę. de excep. rei iudic. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. de captiuis.

l Pan. Caſt. ad d. §. qui ſeruum. in fi.

m Iaſ. ad d. §. qui ſeruū. & ad l. qui exceptionem. §. ſi pars. de cōdict. indeb.

n l. ſuæ rei. de cōtrab. emp.

o l. ſi tibi homo. §. ſi fundū. l. ſi quis inquilinos. §. j. de lega. j.

facit lex ante diem à teſtatore præfinitũ[a]. In ementis autẽ ſcientia & igno
rantia facti legati, differentia omnino cõſtituenda eſt,ſed non eandẽ neq;
ex eodẽ capite omnes conſtituunt: quidam[c] enim in eo quod qui ignarus
legati emit,nõ per hoc legato renũciet,ſicut is qui emit ſciens. Atqui non
erat hic vllum tacitæ renũciationis periculũ, vbi ſub conditione[d] legatam
8 rem emit legatarius, cùm nõ deſint[e] qui volunt, etiam ſi purè legatam rem
emat legatarius id ſciens,non tamẽ renunciare legato, cùm repetat & re-
cuperet pretium[f]. Quòd tamen alij[g] non ſequuntur, propterea quòd qui
legatũ emit nõdum agnitũ, ſed cuius dies ceſsit vt ſtatim poſsit agnoſcere
& acceptare,hoc ipſo quod emit apertè intelligatur facere contrariũ agni
tioni legati,atq; ita tacitè legatũ repudiare[h], quod nõ poteſt videri feciſſe
extraneus emptor cui legatũ hoc nõ eſt relictũ,atq; ita is repetit pretiũ,cũ
alius habet legatũ[i]. Alij[k] aliã differentiã conſtituũt in eo quod legatarius
qui ipſe emit rem legatã imprudens & ignarus legati,habeat & conſeruet
ſibi actionẽ ex empto ad pretiũ, quod nõ recuperaret qui ſciens prudenſq;
emiſſet[l]. Sed hic prima facie videtur obſtare quod diximus aliũ quẽlibet
ementẽ,etiã ſi ſciat rẽ fideicõmiſſo ſubiectã,repetere tamẽ pretiũ[m]. Quare
ergo nõ & ipſe legatarius,ſi forte is emerit,cur hic duriore erit loco quàm
alius quiuis emptor, cùm ſint[n] qui illos cõparẽt & ab vno ad alterum argu
9 mentũ ducant: ſed fortè non rectè,nam quando ab hærede emit alius quàm
cui legata res eſt, ſpes legati ſuſpẽſa adhuc manet alij, videlicet legatario,
& vẽditur atq; emitur res ea vtrinq; ſpe,quòd cõditio legati deficiet. Quã-
do verò emit ab hærede ipſe legatarius ſciens legatum, res ipſa ſuadet aliã
fieri interpretationẽ. Cùm enim hic iam inter vendentem & emẽtem ſtet
velut alea legati conditio,& ex vtroq; titulo res haberi non poſsit, nec fa-
cilè credendum ſit legatarium renũciare lucratiuo titulo,probabile ſit hæ-
redem vendidiſſe, & exiguo pretio contentum fuiſſe addicere rem lega-
tario,metu euenturæ conditionis, ne ſcilicet tunc ei re carendum ſit pro
qua nihil accipiat: emiſſe verò legatarium quòd modico numerato malit
in ſecuro eſſe,quàm pendere ex conditione, quæ ſi deficeret omnino rem
non haberet, neq; aliter quàm iuſto & æquo pretio emeret: quaſi hoc caſu
res legata,vt alia, videatur vendi & emi,& ſuper incerto conditionis quo-
dammodo[o] trãſigi,id quod ex pretij quãtitate facilè dinoſci poſſet[p]: quod
ſi ita fiat,nõ repetet emptor pretiũ,etiã ſi cõditio legati euenerit[q]. Vbi aũt
emptor ignorat legatũ,æquũ eſt eũ repetere pretiũ,q̃d extraneus emptor
repeteret etiã ſi ſciuiſſet legatũ: quia iam legati cogitatione, quæ nulla in
eo fuit,nõ plus aut minꝰ pretij numerauit ex emptiõe. Et hoc illud eſt quod
diximus,diſtinctionẽ quoq; adhibendã ex modo vẽdendi,quãuis ea ferè de
pẽdeat ex ſciẽtia aut ignorãtia legati quã legatarius emptor habet. Nouiſ-
ſimè diximus referre,an vtrinq; impletus ſit cõtractus,an vtrinq; res adhuc
integra,an ex altera tantũ parte: nã & hoc facit nõ parũ ad genus actionis,
quo legatarius emptor vtatur,ſic vt interdũ duas habeat actiões, ex empto
& ex teſtamẽto: interdũ alterã ſolã,quod alio loco[r] traditũ eſt plenius. Si
enĩ emerit ignorãs legatũ,ſed illud reſciuerit,re vtrinq; adhuc integra,vte
tur actione ex teſtamẽto,qua ſeruũ ſibi dari obtinebit: actionis aũt ex em-
pto mouẽdæ nulla ei occaſio eſt, ſed hæredẽ qui vẽdidit agentẽ ex vendito
repellet doli mali exceptione[s], quòd iniquũ ſit & bonæ fidei cõtrariũ, præ
ter pretiũ vẽditionis eius rei quã alio iure & titulo gratis ab eo emptor cõ
ſequi debeat: Quòd ſi reſciuerit legatũ,pretio ꝑ eũ ſoluto ſed re nondũ tra
dita,nec vlla ad illã actiõe inſtituta, vtrãq; habebit actionẽ,& ſimul mouere
eas poterit,ex teſtamẽto q̃dẽ vt homo legatꝰ ei detur, & ex ẽpto, vt pretiũ

a Iaſ. ad d. §. qui ſeruum. nu. 9. ex l. Sempronius. de vſu lega.
b in hac l. in verbis, imprudens emi.
c Pau. Caſtr. hic ad l. cui res.
d l. ſi ita ſcriptum. §. vlt. de lega. 2.
e Bart. ad l. qui Romæ. §. duo fratres. in. 12. quæſt. de verb. oblig.
f l. 3. §. emptor. C. cõia de lega. & fideicommiſſ.
g Raph. Cuma. ad prin. l. ſi à ſubſtituto. de lega. 1.
h arg. l. illud. de acq. hære. l. Titius. quib. mod. pig. vel hypo. ſoll.
i d. l. 3. §. emptor.
k Fulgo. hic.
l arg. l. ſi fundum. C. de euict.
m d. §. emptor.
n Bar. ad d. §. duo fratres.
o l. 1. C. de pact.
p Pau. Caſt. hic. glo. Bar. & alij ad l. 1. §. 1. de ſuperficie. Bar. ad l. patronus. §. 1. circa med. de lega. 3.
q arg. d. l. 1. C. de pact.
r in d. l. huiuſmodi. §. qui ſeruum.
s in d. §. qui ſeruũ. in princ. vſq; ad verſi. quod ſi pretio.

reſtituat hæres, quẽadmodũ reſtitueret, & quod intereſt amplius ſolueret, ſi alius euiciſſet[a]. Si verò id reſciuerit ſoluto pretio & altera actione, vide licet ex empto iã electa, qua cœperat agere emptor ad rẽ ſibi tradendã, poterit adhuc ſuperaddere, alterã ex teſtamento actionẽ, vt res legata detur, nec aliter poterit abſolui hæres, quàm ſi vtriq; actioni fecerit ſatis[b]. Cumulari enim, vt diximus, hæ actiones poſſunt, cũ ad diuerſos fines tendant, vna vt tradatur, altera vt detur res. Imò in hac facti ſpecie nouiſſimè propoſita longè maiqr eſt earũ diuerſitas, & euidentius eluceſcit, nam ex teſtamẽto agitur ad legatũ dandum, & empti actio prius inſtituta ad rei traditionem, cum adhuc ignoraretur legatũ, mutat in medio litis finẽ, & cognito legato cõuertitur & dirigitur eo finis eius actionis, vt iam nõ rem tradat vt venditor, quã dare debet vt hæres grauatus legato: ſed vt pretiũ rei emptæ reſtituat, cũ iam eo emptionis titulo nõ poſſit aut debeat haberi. Eſt enim hæc actio ex empto bonæ fidei flexibilis facile in omnem ſpeciem æquitatis occurrentis, adeò vt interdum competat ad reſcindendam venditionem[c].

a d. verſic. quòd ſi pretio. vſque ad verſic. quòd ſi iudicio.
b d. verſic. quòd ſi iudicio. vſque ſin. §.
c l. ſed Celſus. §. nec conturbari. de contrah. emp. l. ex empto. §. ſi quis virginem. & §. ſi qui vinũ. hoc tit.

ALIVD CAP. AVT PRAECEDENTIS APPENDIX.

VT DE EVICTIONE CAVEATVR.

SVMMARIA.

1 *Quocunque tempore requiſitus venditor, debet cauere de euictione, & quidem præciſè.*
2 *Ad factũ quod deſcẽdit ex lege, præciſè cogi poſſumus.*
3 *Aliter cautio petitur in iudicijs bonæ fidei, aliter in ſtricti iuris iudicijs.*
4 *Cur principali actione ſopita, repeti ea non poſſit ad vſuras, ſicut ad cautionem.*
5 *Si condemnatus aliquis ſit vt rem tradat ex actione empti, nec de venditione apparet qua is actione cautionem de euictione poſtulabat.*
6 *Sententia eſt ſtricti iuris.*
7 *Res iudicata aut iureiurando definita, pro veritate accipitur, & aſſumitur inde materia vtilis actionis ex eo cõtractu ſuper quo iudicatũ vel iuratũ eſt.*
8 *Superfluis cautionibus nõ eſt vtendum, neq; quiſquam eis onerandus.*
9 *Ad quæ vtilis ſit cautio de euictione, quæ etiam ſi non promiſſa ſit, debetur.*
10 *Si cautum ſit de euictione, non per hoc ſublata eſt actio ex empto de euictione.*
11 *Subinde vbi ex ſtipulatione de euictione agi non poteſt, ſupereſt tamen actio ex empto.*
12 *In legatis ſi cautio euictionis ſit interpoſita, an ſopiatur actio ex teſtamento.*
13 *In legatis agi poteſt de euictione, antequã res euincatur, nõ itẽ in emptiõe, & q̃ ſit ratio diuerſitatis.*
14 *Sola rei venditæ traditione non eſt ſatisfactum obligationi venditionis.*

MVLTVM latè[a] hæc materia in iure noſtro ſparſa, ſic commodiſſimè tractari poterit, ſi eam in quinque membra diſtinxerimus. An ſit de euictione cauendum, Quid ea cautio contineat, Quomodo fiat, Quando, & ad quod committatur. Itaque vt ſingula hoc ordine examinemus, cõſtat in primis, quòd venditor non tantum de euictione tenetur nõ promiſſa, verùm etiam quod de euictione debeat expreſſè promittere, actione
ex empto in hoc ipſum data, vt de euictione quocunque tempore requi- 1
ret emptor, ſiue re à multo tempore tradita, ſiue cum eam tradit caueat[b].
Et quidem vt omninò & præciſè caueat[c], quamuis faciendi obligatio eſſe
videatur: nam deſcendit ex lege, cui omninò parendum eſt, nec ſuccedit 2
obligatio ad id quod intereſt, vt eo præſtito ſequatur liberatio. Quod autem de euictione teneri venditorem non ſit ſatis, niſi etiam expreſſè caueat, agique cum eo poſſit, vt caueat, hoc efficit & præſtat vis atq; natura amplißima actionis ex empto, inflectentis ſeſe ad omnem ſpeciem æqui-
tatis occurrẽtis, ob exuberantem rationẽ bonæfidei in hoc genere cõtra- 3
ctus frequentiſſimo, vbi alioqui ſi negotium occurrat quod ſtricti iuris actionẽ pariat, & in quo æquum quoque ſit caueri, non poſſet cautio per ſe peti particulari aliqua ad eã inſtituta actione, ſed vel inſtitueretur, vel repeteretur potius actio principalis ad rẽ quamuis traditã, quaſi tradita & data non ſit, quàm diu deeſt aliquid, per quod poſſit euinci: vt ecce fundum ſtipulãdo promiſit aliquis dare, hũc quamuis tradiderit, imò & ſtipulatoris fece-

a toto tit. de euiction. l. ex empto. §. & ex empto. l. emptorem. §. vlt. de act. empti. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit me ei vendidiſſe. de iureiurã. l. ſtipulatio iſta habere non licere. l. Iulianus. §. qui fundum. l. venditores. l. cum ex cauſa dupla. de verbor. oblig.
b d. l. ex empto. §. & ex empto.
c Fulgoſ. ad l. 2. de euictio. Barth. ad l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſ. de verbor. obligat.

fecerit, nõ tamẽ ſic liberabitur, cũ iure pignoris per hypothecariã actionẽ
poſsit auferri [a]. Ad perfectã ergo plenamq; liberationẽ addẽda eſt cautio
de euictione, ex qua euictionis caſu occurrẽte agatur [b], ſopita interim quã
tum ex natura rei & artificio iuris [c] fieri potuit, prima actione per verã ſo-
lutionẽ. quæ cautio ſi præſtita nõ ſit cũ res daretur, de integro agetur ex ſti
pulatione ad rem, non quidem ſimpliciter, vt ea detur, ſed vt de euictione
quoq; illius iam datæ caueatur. Idem dicendũ de actione ex teſtamẽto ſui
natura ſtricti iuris [d], videlicet quòd cautio hæc nõ p ſe iure actionis veniat,
ſed iudicis officio [e], quod imploretur tunc cũ in iudicio legatũ petitur, vel
ſi illud ſine iudice ſolutũ ſit, inſtitui poterit actio ex teſtamẽto ad petẽdum
legatũ, in hoc tantùm vt de euictione legati iam præſtiti & ſoluti caueatur.
4 At cur, inquies, quod in officio iudicis verſatur nõ potius totum expirat, ſo
pito illo de quo principaliter lis eſſe poſsit? an ſimiliter dicemus actione
principali ſopita, repeti eã ad rẽ aut pecuniam debitã, vt vſuræ quoq; præ-
ſtentur? certè id nec in bonæ fidei iudiciis eſt receptũ [f]. Reſponſum [g] eſt,
in meris acceſsionibus rerũ, diuerſum à rebus ipſis, veluti vſuris, fructibus,
& ſimilibus, aliud obtinere, quàm in cautione euictionis circa ſtipulatiões
& legata: euictio enim aduerſus quã proſpicitur huiuſmodi cautione, totã
rẽ promiſſam aut legatã cõſeruat, quã nõ aliter intelligitur habere ſtipula-
tor aut legatarius, q̃ ſi tradatur & de euictione quoq; caueatur [h]. Quid er-
5 go ſi condẽnatus aliquis ſit empti actione, vt rẽ tradat & de vẽditione nõ ali
ter appareat, q̃; per ſententiã quæ trãſiuit in rẽ iudicatã, an conſultũ adhuc
victori erit aliquo iuris remedio ad cõſequendã hãc cautionẽ, cum iudica-
tum de ſola traditione nõ poſsit ad cautionẽ quoq; trahere, nec agere poſ-
ſit ex empto, cùm de cõtractu ipſo nõ appareat? Reſpõdet Pau. Caſt. [i] & ſe
quũtur alij [k], quòd executio quidẽ iudicati nõ poſsit extẽdi ad cautionẽ de
6 qua nõ eſt iudicatũ. Hoc enim nimis eſſet durũ, cùm ſententia ſtricti iuris
ſit [l], ſed in vim ſententiæ & rei iudicatæ, quæ pro veritate accipitur inter
eos inter quos eſt iudicatum, agi poſſe vtili actione ex empto, non aliter
probata emptione quàm per ſententiã, exemplo iuriſiurandi ſuper eo præ-
ſtiti, quòd quis ei vendidit rem aureis centũ, nam hic agere poterit vtili ex
empto actione, vt ei cætera præſtentur, id eſt, res tradatur, & de euictione
7 caueatur [m]. Neq; hic iam extendimus iuramentũ aut ſentẽtiam vltra termi
nos proprios, ſed pro veritate id habentes, quod aduerſario deferente iura
tur, & à iudice eſt iudicatũ: aſſumimus inde materiam vtilis actionis, quæ
directa daretur ex ipſo contractu aut negotio ſuper quo iuratũ vel iudica-
tum eſt, ſi iterũ ille contractus aut negotium apud iudicem poſsit probari.
8 Sed vrgebis ſuperfluis cautionibus nõ eſſe vtendũ, neq; quẽquam illis one
randũ [n], cautionẽ autẽ hanc ſuperfluã eſſe, cũ & citra illa de euictione ex na
tura cõtractus teneatur vẽditor [o]. Certè ſi ſuperuacaneam cautionẽ intelli
gas illam quæ cõmitti non poteſt [p], veriſsimũ eſt quòd ea interponenda nõ
ſit, ſed ex abũdanti poteſt interponi ſtipulatio ſuper eo quod etiã non aper
tè promiſſum deberetur [q]. Sic enim & Pau. Caſtrenſis [r] quærens ad quid
fiet iſta promiſsio, cùm etiam ſi facta non eſſet, æquè præſtanda tamen eui
9 ctio eſſet: reſpondit in hoc fieri vt clarior eſſet intentio emptoris agentis.
Sed idem Caſtrenſis alio loco [s] aliam addit vtilitatẽ huius cautionis, nem-
pe quòd ſi à venditore caueatur emptori, hic iam poterit actionem ex ſti-
pulatu cedere ei cui ipſe poſtea vendet. quam actionẽ cùm non cauetur ſi
bi non quæſitam, cedere alij non poſſet: cuius ceſsionis eodẽ authore alio
loco [t] non exiguus eſt fructus, quãdoquidẽ ea facta ſecũdus emptor omiſ-
ſo ſuo venditore, litem denunciare poſſet primo venditori. Sed profectò

a l. ſi rẽ meam. de ſolut.
b l. Iulianus. §. qui fundũ. de verb. oblig.
c Pau. Caſtrẽ. ad d. §. qui fundum.
d l. in minorum. in quib. cauſ. in integ. reſtit. non eſt neceſſ.
e l. ſi domus. §. de euictione. de lega. j.
f l. 4. C. depoſiti.
g à Pau. Caſtr. ad d. §. de euictione.
h l. etiam. de ſolut.
i ad d. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.
k Alex. & Iaſ. eo. loco.
l l. vnica. C. ſi plures vna ſentent.
m d. §. ſi quis iurauerit.
n l. hæc ſtipulatio. §. diuus. vt legato. nom. nõ caue.
o l. non dubitatur. C. de euiction.
p vt in d. §. diuus. interprete ibi Bart.
q l. ſi pupilli. §. j. in fi. de nego. geſt.
r ad l. emptor ſeruorum. C. de act. empti.
s ad d. l. ex empto. §. & ex empto.
t ad d. l. Iulianus. §. qui fundũ. in fi. de verb. obl.

eundem fructū quamuis nou tam expeditum habere ſecūdus emptor poſ-
ſet, ceſſa ſibi à ſuo authore actione empti de euictione. Adde quòd aliquā
do non debetur euictio, & vbi debetur, uon vniformiter omni caſu: opti-
mum eſt ergo per cautiouem expreſſè interpoſitam tollere omnem ambi-
guitatem, quin etiam hypothecam habet ſaltem generalem omnium bo-
norum venditoris, huiuſmodi cautio ex clauſula generali in nouiſſima par
te (vt ferè fit) omnium inſtrumētorum emptionis & venditionis ſubiecta.
Sed an per cautionem hác interpoſitam tollatur vetus actio ex empto, ita 10
vt deinceps non ex empto de euictione, ſed ex cautioue agatur? Minimè
certè tollitur, nam etiam vbi ex ſtipulatione & cautione interpoſita non
poſſet agi, ſupereſt tamen actio ex empto. Veluti cum emptor ipſe quo- 11
dammodo ſibi euincit[a], vel cum emptor bonam fidem agnoſcens reſtitnit
ſine iudice, quo iudicio eſſet amiſſurus: vel ſi compromiſerit in arbitros,
aut litem venditori non denunciauerit[b]. Imò nec in legatis actio ex teſta 12
mento ceſſare videtur[c], quamuis cautio euictionis ſit interpoſita, cum hæc
priorem obligationem non tollat iure nouationis, neq; æquum ſit ſenten-
tiam qua condemnatus eſt hæres cauere, prodeſſe ei[d] & nocere legatario
in amittenda actione ex teſtamento. At Raphael Cuma.[e] quod ad legata
attinet, in alia eſt ſententia, videlicet vt poſt cautionem interpoſitam ſo-
piatur actio ex teſtamento: non quidem iure nouationis, cùm potius con-
firmetur quàm nouetur cauſa teſtamenti huiuſcemodi cautione, ſed iure
ſolutionis eius quod debetur: quod cum perfectè ſolui ac dari cum plena
eius qui accepit ſecuritate non poſſet, accedens cautio aduerſus inciden-
tes caſus euictionis, ſupplet iuris artificio quod naturali ſolutioni deeſt[f].
Additque Raphael Cumanus, quod & hic in empti actione idem eſſet, ſi
per cautionem de euictione plenè poſsit emptori eſſe cōſultum ad omnes
incidentes caſus. Et rectè quidem ſi poſſet, ſed non poteſt: non enim per-
ficit cautio traditionem, quæ ſola in obligatione venditi eſt ex ſe ſemper
ſatis perfecta, & ſemper poteſt incidere caſus, quo per vulgarem cautio-
nem de euictione non eſſet emptori plenè conſultum: veluti ſi emptor rei
alienæ ſuccedat vero domino rei[g], legatorum autem obligatio, quia dan-
tis eſt, ſola traditione non ſoluitur, ſed cautio perficit ex iure ſolutio-
nem, valetque ad omnes caſus qui incidere poſſunt. Vnde colligi po-
teſt diuerſitas inter euictionem præſtandam in legatis, & quæ præſtatur
in venditionibus & emptionibus: in legatis enim omnino neceſſaria eſt
ex iudicis officio cautio, vt ex ſtipulatu ſit actio ad rem legatam, ſi e-
uinci eam contingat, vbi ſcilicet euictiouem præſtat hæres, atque ita e-
tiam antequam res euincatur poteſt agi, ſi apparuerit alienam eſſe rem 13
quæ tradita eſt, ex generali legato, ita vt certum ſit uon eſſe datam, quia
legatarij non eſt facta[h]: hic verò cautio quidem de euictione peti po-
teſt, etiam antequam res euincatur, ſed non de euictione agi, nec que-
rela vlla moueri poteſt, ex eo quòd appareat rem eſſe alienam quàm
diu non eſt euicta[i]: & tunc quoque cum eſt euicta non ad rem ipſam
agetur, ſicut in legatis iterum legatum petitur, ſed ad id quod inter-
eſt: vt inferius ſuo loco dicetur. Annotantur & aliæ differentiæ[k] eui-
ctionis in legatis rebus, & emptis, quarum vnam non recipimus, vide-
licet, quòd primæ obligationi in legatis, ſola rei præſtatione, quæ tan-
dem aliena inuenitur, non ſit ſatisfactum, niſi etiam hæres cauiſſet de
euictione: ſola verò traditione rei venditæ obligationi venditionis ſit
ſatisfactum. Hoc enim non admiſimus, ſiue ad venditorem reuerſa res ſit, 14
nam & tunc ex empto adhuc agi poſſe diximus, vt præſtet vēditor emptori
quod

a l. cui rei. hoc tit. l. ſi vendiderit mihi. l. ſi ei cui vēdidi. verſi. item ſi domino. de euict.
b l. emptorem. in prin. Accurſ. ad l. ſi dictum. §. ſi compromiſerp. de euict. Raph. Cuma. ad d. §. de euictione. et ad l. Ariſto. §. Labeo. de donat.
c Accur. Pau. Caſt & alij plerique ad d. §. de euictione.
d l. euidenter iniquum. de excep. rei iudic.
e ad d. §. de euictione.
f l. 3. §. ſi iter. hoc tit. de acti. empti. l. quoties. de ſeruit.
g d. l. ſi ei cui vendidi.
h l. vbi autem nō apparet. §. vlt. de verb. oblig.
i l. qui rem. C. de euict.
k à Pau. Caſtr. ad d. §. de euictione.

quod habere tenere ei rem liceat, ſiue ad alium quemcunque res venerit euicta: nam adhuc ex empto agitur cum venditore. Et aliam differentiam non putamus neceſſariam, quam in eo conſtituunt, quod hæres qui legati ſerui nomine ſimpliciter cauit legatario, nō eſſe fugitiuum ſeruum, vel de euictione, intelligatur cauiſſe ex neceſsitate iuris, atque ita non latius eū teneri ex cautione, quàm ſi dolo vel culpa eius poſt mortem teſtatoris ſeruus cœperit eſſe fugitiuus, aut euictioni ex alia cauſa obnoxius [a]: ſed ſi talis fuiſſet apud teſtatorem non teneri hæredem, cui ſufficere poteſt, quòd præſtet ſeruum qualis eſt, ſi in ſpecie ille ipſe legatus eſt [b]: in hoc autem contractu venditori nocere, etiam quod ante venditionem fugitiuus fuerit ſeruus [c], imò hoc ſolum, nō verò ſi poſtquam tradidit, fugitiuus eſſe cœperit [d], aut alia ex cauſa euictioni obnoxius [e]. Sed non propriè hoc diſcrimen referri poteſt ad ipſas cautiones de euictione, cùm in vtroque genere cautio ex neceſsitate iuris præſtetur, & extendatur, quatenus natura ſubiectæ rei permittit & poſtulat [f]. ideoq; hoc quātulumcūq; eſt diſcrimē potius in rebus ipſis eſt, ſuper quibus cautio interponitur, quàm in cautionibus: cùm enim aliæ res ſubiectæ alijs rebus latiorem & extentiorem habeant naturam & conditionem, quàm aliæ, aut etiam diuerſam naturam, fit ex conſequenti, vt variè quoque accipiantur, & intelligantur cautiones quæ accedunt, & ſuper rebus diuerſis eadem forma interponuntur.

a glos. ad l. ſi legati ſerui nomine. de legat. 1. & Paul. Caſtr. ad d. §. de euiction.
b l. ſi à ſubſtituto. in fi. de legat. 1.
c l. ſi ita. de euict.
d l. 1. C. de ædilitijs act.
e l. Lucius. de euictionib.
f arg. l. 1. §. ſi ſub cōditiōe. vt legatorum nomine. l. ſi ſtipulatus. verſic. verùm ſi emptor. de vſur.

DE QVO SIT CAVENDVM.

SVMMARIA.

1 *Cauendum eſt de euictione, ſecundum ſtilum loci vbi res vendita eſt, non vbi ſita eſt.*
2 *Si cautio de euictione minus continet, quàm ex empto peti poſſet, id ex actione ex empto ſuppleri poteſt, ſi plus id ex ſtipulatione rectè petitur.*
3 *Explicatio cautionis per ſe ſuoſque duntaxat non fieri, quo minus emptori habere tenere liceat.*
4 *Explicatio cautionis, per ſe ſuosq; non fieri, &c.*
5 *In ſimplici promiſſiōe comprehenditur perſona hæredis, ſed non extranei.*
6 *Explicatio cautionis, qua venditor ſtipulatur, ne de euictione teneatur.*
7 *Quantumcunque venditor ſtipulatus ſit, ne de euictione teneatur, ipſe tamen aut heres eius euincere non poteſt, ſi tertius euincat, pretium ſemper reſtituere debet, ſi ſciuerit alienam, etiā in id quod intereſt tenetur.*
8 *Cautio quæ doloſo patrocinaretur, non eſt dicenda cautio, ſed captio.*
9 *Multo liberior eſt quem lex eximit ab euictione, quàm quem eximit conuentio contrahentium.*
10 *Pactum in diuiſione appoſitum, vt quiſque in rebus ſibi addiuiſis ſuſcipiat euentum, planè liberat ab euictione.*
11 *Si pactum ſit, ne in caſu euictionis venditor pretium reſtituat, an valeat.*
12 *Explicatio cautionis: Si venditor pactus ſit, quòd nolit aliqua actione teneri.*
13 *Si ſtipulatus ſit venditor, quòd ex certa cauſa, reſpectu certæ perſonæ aut actionis nolit de euictione teneri.*
14 *Si quis ſolùm vendat ius quod in re habet.*
15 *Nulla cautio quantumlibet amplè concepta, liberat doloſum venditorem.*
16 *Qui vendit tātùm ius quod habet in re, ſciens ſe nullū habere, creditor qui vendit pignus quod ſcit ſibi non obligatum, donans tradendo rem quā ſcit non ſuam, tenentur.*
17 *Explicatio cautionis, qua venditor promittit litem in ſe ſuſcipere ſuis ſumptibus.*
18 *Emptor qui non ſeruauit ſumptus quos fecit iure retentionis, re euicta, non poteſt petere à venditore.*
19 *Emptor qui in cauſa euictionis obtinuit, an à venditore ſumptus quos in litem fecit, petere poſſit.*
20 *Dupliciter quis dicitur cauſam defendere.*
21 *Iniuria quæ fit emptori, non debet autorem contingere.*
22 *Vltra duplum euictionis nomine emptor ſtipulari aliquando poteſt.*
23 *In legibus potiſsimum inſpiciendum eſt, quid principaliter quæratur & definiatur.*
24 *Stipulatio tripli aut quadrupli, non nouat actionem ex empto.*
25 *Nō ſatiſdari debet, ſed repromitti tātū de euictiōe.*

DE quo ſit cauendum, aut quid in cautione veniat, partim ex iam dictis haberi poteſt, nimirum, vt promittat venditor emptori rem emptam habere licere [a], non fore vt euincatur, & ſi id fiat, præſtare quanti intereſt [b]. Et hic imprimis, ſi de forma cautionis quæras, hoc generaliter, & in vniuerſum dici poteſt, cauendum eſſe ſecundum formam conſuetam [c],
1 non quidem eo loco vbi res quæ venditur ſita eſt, ſed vbi venditio contrahitur [d], de ſimplo quoque, non duplo [e], niſi in ſeruis, & rebus pretioſio-

a l. ſtipulatio iſta habere licere. de verbor. oblig.
b l. emptorem. §. qui aūt. hoc tit. de act. empti.
c l. quòd ſi nolit. §. quia aſsidua. de ædilit. edict.
d l. ſi fundus. de euiction.
e l. ſi in vēditiōe. de euict.

 ribus

ribus[a], vbi quis hæc ſpontanea voluntate, non ex officij neceſsitate di-
ſtrahit[b]. Quid ergo ſi plus contineat ſtipulatio & cautio, quàm actione ex 2
empto, nulla interpoſita cautione deberetur? Vtique & illud debebitur,
& cautio quæ non debuit interponi, ſi interpoſita ſit, committetur[c]. ſi non
per errorem, ſed ex conuentione ſit interpoſita[d]. Sed quid, ſi minus in cau
tione ſit, quàm in actione ex empto, an de reliquo videbitur actio remiſſa?
minimè quidem remiſſum quicquam intelligetur, ſi per errorem id factum
ſit, qui conſenſum excludit, ſed ex empto actione conſequetur emptor,
quanto minus ſtipulatus eſt[e]. Quemadmodum ſi nihil ſtipulatus eſſet, ex
empto tamen ageret[f]: vnde formulæ aliquæ cautionum ſeparatim erunt
explicandæ, vt exactius ſingularem vim & poteſtatem agnoſcamus.

FORMVLAE ALIQVOT CAVTIONVM.

Vt ecce ſi ſtipuletur emptor à venditore, per eum ſuoſque duntaxat 3
non fieri, quo minus emptori habere tenere liceat: hic iam ſatis intelli-
gitur actum, ne ex alterius facto, ſiue alio quolibet euincente, venditor
teneatur ad id quod intereſt emptoris: ſed nihil profuerit hæc conuen-
tio, quin eo caſu præſtet reddatque precium[g]. Et ſi ipſe venditor euin-
cat, eiuſve hæres ex dominio fortè ſuperueniente, quod non confeſtim in
emptorem tranſit, iam omne quod intereſt emptoris præſtabitur[h].

Si promiſſum ſit à venditore, per ſe ſuoſque non fieri, quo minus em- 4
ptori habere liceat, non addita tamen dictione excluſiua *duntaxat*:
Hic iam doctorum opinio ſcinditur in contraria. plæriſque placuit[i], quod
in cautione eſt omiſſum (videlicet de euictione quam alius quiuis face-
ret) manere in diſpoſitione iuris communis, atque ita actione ex empto
agi poſſe, non quidem ad pretium tantùm, verùm etiam in id quod em-
ptoris intereſt, quaſi naturæ actionis ex empto nihil deceſſerit per ſtri-
ctiorem formulam cautionis. Alijs[k] verò ea ſententia parum probatur,
hac maximè ratione, quod licet in ſimplici promiſsione contineatur 5
non ſolius promiſsionis, ſed & hæredis ſui perſona[l], nunquam tamen alia
perſona extrinſecus intelligitur comprehendi[m]. Et huius opinioni vt
accedam facit non tam ratio ab eo adducta, quàm Iuriſconſulti verba &
apertiſsima ſententia[n], vbi ſimilis eſt omninò promiſsionis formula abſq;
dictione excluſiua: attamen tertio aliquo euincente, dicit Iulianus poſſe
defendi ex empto teneri venditorem, non in id quod intereſt emptoris,
ſed vt pretium reddat. Ratio autem illa paulò ante adducta, hoc ſolùm vi-
detur concludere, quòd caſus euictionis factæ à tertio alioqui non con-
tineatur in ſtipulatione & promiſsione, quod omninò verum eſt, neque
credendum quod illius contrarium alij ſenſerint, qui apertè diſtinguunt
minus eo caſu eſſe in cautione, quàm ſit in actione ex empto: ſed Iuriſ-
conſultus apertiſsimè loquens addidit, nec ex empto poſſe agi in id quod
emptoris intereſt euincente alio, ſed in pretium tantùm, ita vt voluerit
non tantum non includi factum tertij in ea ſtipulatione, verùm etiam ta-
citè ex mēte & veriſimili coniectura cōtrahentiū ſatis excludi, & hoc actū
videri, ne eo caſu ad id quod intereſt venditor teneatur[o]. Si ſtipuletur vē- 6
ditor, ne de euictione teneatur, verba quidem latius videntur concepta,
quàm in præcedenti formula: at res eſt eadem. nam vt vel ipſe euincat ven
ditor vel hæres eius, & non præſtet quod intereſt emptoris, id nec v- 7
na nec altera formula conuentionis patitur: ad tertij verò factum neu-
tra formula extenditur: nec tamen ab illo liber erit omninò venditor
aut hæres eius, vt dicere poſsit, nihil ad eum pertinere, quid faciat a-
lius, quo euincente, ſaltem pretium reddet[p], imò & omnem vtilitatem,
id eſt,

a *l. emptori prima. in princip. & verſic. quod añs diximus. de euictionib.*
b *l. qui hæres erat famil. Erciſc.*
c *l. ſi dictum. l. ſi plus minuſve. de euictionib. d. l. qui hæres erat. l. cum pater §. pater certum. & ibi Raph. Cuman. de legat. 2.*
d *arg. l. ſed etſi quis. §. ita quæritur. ſi quis caut.*
e *d. l. emptori. §. ſi ſtipul.*
f *gloſ. vlt. ibi. ad d. §. ſi ſtipulan.*
g l. emptorem. §. qui autem & verſic. ſed Iulianus. de actio. empti.
h *l. vendicantem. cũ l. ſeq. de euiction. l. ſi à Titio. de rei vendicat.*
i *Barth. & Paul. Caſtr. ad d. §. qui autem.*
k *Fulgoſ. ad d. §. qui autẽ.*
l *l. ſi pactum. de probat. l. veteris. C. de contrah. & nonnull. ſtip.*
m *l. ſi ita ſtipulat°. de verbor. obligat.*
n *in hoc §. qui autẽ. verſi. ſed Iulian.*
o *arg. l. cum prætor. de iudicijs.*
p *d. §. qui autem. verſic. Idem ait.*

id eſt, quanti emptoris intereſt, ſi ſciuerit alienum, aut alij obligatum eſſe quod venditur[a]: nam ſic eſſet in dolo, aduerſus quem ſtrictior formula cautionis non tam cautio eſt, quàm captio, ideoque venditori hæredique
8 eius nihil ea profuerit[b]. latior eſt ergo vis & poteſtas legis eximentis venditorem ab euictionis onere, quàm conuentionis contrahentium[c].
9 quem enim lex exuit, veluti à quo emptor ſciens prudenſque emit alienum[d], is nec pretium reddet: ſed contrahentium conuentio non liberat venditorem ſcientem à periculo euictionis, ne præſtet quanti intereſt, cùm tamen ſciente emptore nihil referat, an etiam venditor ſciuerit, qui
10 ſcienti emptori non poteſt videri feciſſe dolum. In diuiſione autem[e] appoſitum pactum, vt quiſque in rebus ſibi addiuiſis ſuſcipiat euentum pactum hoc in totum prodeſt, ſic vt nihil prorſus euictionis nomine debeatur: tum quòd illa verba cautionis multum generalia ſint, tum etiam quòd in diuiſione æquè verſetur ſingulorum vtilitas, incertumque ſit, cui ea conuentio magis erit profutura.

11 SI conuenerit ſtrictius, quòd nec pretium reſtituat venditor, bona fides videtur huiuſmodi pactionem non admittere[f], valere tamen eam, verius eſt[g]. remittentibus enim actiones ſuas, non eſt ad illas dandus regreſſus[h]. Et vt iactum retis emere quis poteſt, ſic & hæreditatem ſi qua ſit, vel nomen ſi quid debeatur[i], aut aliam rem quamlibet, dummodo venditor in dolo non ſit, hoc eſt, ſciens non decipiat ignorantem.

12 Si venditor pactus ſit, quòd nolit aliqua actione teneri, verba quidem effuſè generalia ſunt, variè tamen opinantur de vi & efficacia pactionis, ſunt[l] qui arbitrantur euitare, & dolo non comperto in venditore, omninò eum non teneri, nec ad pretium, quaſi omni actione remiſſa[m]: & maximè quidem actione ex empto ad pretium. hæc enim ordinaria eſt, & ſemper in euentum euictionis competit, ita vt vel maximè hæc ſi qua alia videri debeat remiſſa. Sed rectius diſſentiunt alij[n], exiſtimantes quòd vſque adeò bona fides hoc non patiatur, quòd emptor careat re & pretio, vt nominatim exprimi illud in conuentione debeat, quod nec de pretio teneatur, ſed ſit res empta, vt iactus aleæ aut retis.[k] Nam & ipſe Iuriſconſultus[o] hæc verba conuentionis nõ minus generalia, *Nihil euictionis nomine præſtari*, ſic interpretatur, vt non vtilitatem, nec quod intereſt emptoris venditor præſtet, pretium tamen reddat.

13 Si ſtipuletur venditor, quòd ex certa cauſa reſpectu certæ perſonæ aut actionis nolit de euictione teneri, & ex ea ipſa cauſa, vel ab ea perſona quam pacto excluſit, euictio ſequatur, iam nec precium reddi volunt[p].

14 Si quis autem ſolum vendat ius quod in re habet, variè hoc ex perſona venditoris conſideratur. nam creditor ſic vendens ius quod in pignore habet, cenſetur non rem ipſam iure creditoris, ſed ius tantum ſui pignoris vendere[q]. alius verò, qui vel dominus vel vſufructuarius eſſe creditur, vel quid aliud iuris in rem habere, quod tamen non habet, nec ipſe aſſerere voluit, non tenetur de euictione[r].

15 Quæcunque hactenus ad exonerationem venditoris ex formulis cautionum ſunt propoſita, ita demum procedunt, & ſic reſtringenda erunt, ſi non ſit venditor in dolo, quo comperto, nulla formula quantumlibet amplæ ſecuritatis eum liberauerit, quin & pretium, & omnem vtilitatẽ debeat emptori[ſ]: quæ enim formula poteſt eſſe laxior, & venditori in ſpeciem vtilior, quàm ſi ſe vendere dicat tãtum ius ſi quod habeat in re. Et hic tamen ſi ſciat ſe nullum ius habere tenebitur[t]: quin etiam in creditore hoc obtinet, quod licet regulariter de euictione non teneatur, ne pretium quidem reſti-

a hoc §. qui autem. in fin. verſic. niſi fortè ſciens.
b d. l. emptorem. §. denique. & hoc §. qui aũt in fin.
c Paul. Caſtr.
d l. ſi fundum. C. de euict.
e Paul. Caſtr. ad d. §. qui autem. in fin. & l. ſi familiæ. & gloſ. ibi. C. familiæ Erciſcund.
f d. §. qui autem. verſic. neque enim bonæ fidei.
g Alberic. ibi ad finem §. & Paul. Caſtr. in primo trium caſuum quibus venditor nec de ſtio tenetur.
h l. quæritur. §. ſi venditor.
i l. quod ſi in venditione. cum l. ſequent. de hered. vel act. vendit.
k hoc §. qui autem. in fin. & l. hoc autem de here. vel action. vendit.
l Cynus & Salicet. ad l. nõ ignoratur. C. de euictio.
m d. l. quæritur. §. ſi venditor. de edilit. edict.
n Paul. Caſt. & Bald. ad hunc §. qui autem.
o in d. §. qui autem.
p Paul. Caſtr. ad d. §. qui autem. Bald. ad d. l. non ignoratur. ex l. qui libertatis. in princip. & ibi gloſ. de euiction.
q Paul. ad l. 3. ſi cum venerit. de pignor. act.
r Paul. Caſtr. Alex. Iaſ. & alij ad l. ſi ſit. §. 1. de legat. 1.
ſ §. qui autem in fin. l. tenetur. §. vlt. de act. empt.
t l. hoc autẽ. de hered. vel act. vendit.

reſtituere, ſi tamen ſciens ſibi non obligatam rem, vel non eius eſſe qui obligauit, vendiderit, omninò dolum præſtabit[a]: ſic quoque donator de euictione non tenetur illius quod donando tradidit, & tradendo donauit, ſi tamen dolo hoc fecit de aliena re, & in illam rem ſumptus magnos fecerit donatarius, tenebitur[b]. Quamuis ergo aliquo reſpectu diximus fieri pleniorem interpretationem, ac liberiorem eſſe venditorem, ſi lex dicat non teneri eum de euictione, quàm ſi hoc inter eum & emptorem conuenerit: hac tamen in parte venditori non eſt vtilior legis diſpoſitio contrahentium conuentione, cùm vtraque intelligatur dolum venditoris excludere.
Hactenus laxauimus venditoris obligationem laxioribus cautionum formulis: nunc contra magis intendamus & augeamus. Eſt autem exactioris cautionis forma hæc[c], qua venditor non tantũ de euictione promittit, ſed
lite mota emptorem defendere, eam litẽ in ſe ſuſcipere omnibus ſuis ſum- 17
ptibus & expenſis, qua interpoſita, quicunq; ſequatur litis euentus, expenſæ emptori in ſecuro erunt: quando enim ſuccumbit, recuperat & ſuas & aduerſarij expenſas, ſi ad has ſit condemnatus: comprehenduntur enim in eo quod intereſt eius, quãdo autem vincit, & aduerſarium abſoluit, tamen iudex ab expenſis quas vel omnes vel partẽ aliquã earum ob probabilem & iuſtam rationem litigandi compenſat, vel quas aduerſarius quamuis condemnatus nequit refundere, quòd ſoluendo non ſit, eas omnes conſequetur emptor à venditore, quamuis euentus litis docuerit in nulla culpa fuiſſe venditorem, ſed quod verè ſuum, & ſui iuris erat, rectè vendidiſſe: hoc ita ſi ſaltem petierit emptor, quamuis fortè non obtinuerit, aduerſarium condemnari in expenſis litis, quod ſi petere neglexerit, putant æquum[d],
non repetere eum à venditore exemplo ſumptuũ quos in extruendo fecit 18
emptor: illos enim ſi cùm poterat, non ſeruauit ſibi iure retentionis aduerſus dominum vendicantem, non petet à venditore[e]. Sed an ne litis expen-
ſas etiam non promiſſas à venditore emptor repetet? Non videtur, ſi vice- 19
rit[f]: ſic enim apparet, quòd venditor non fuerit in aliqua culpa, & cum nõ poſſit agi de re principali vtpote non euicta, videtur quoque agi non poſſe de ſumptibus litis, quæ iniuſtè emptori mota eſt. Sed ſunt[g] qui aliter opinentur, eo quòd debeat venditor emptorem defendere, & ad rem defendendam conueniri poſſit[h], quod ſi faceret, vtique iam ipſe venditor ſumptum litis de ſuo faceret: ſi ergo non facit quod debet, & deſtitutus ope venditoris ipſe emptor ſe defendat, quare non illius quoque litis ſumptum agnoſcet venditor, eritve melioris conditionis venditor fallens fidem, aut non defendens emptorem vt oportuerat, quàm ſi eum defendiſſet, aget ergo emptor, etiam ſi vicerit, cum venditore ad ſumptus litis, vel ex hoc capite, quòd non defenderit eum venditor, & ſic ſtipulatio rem habere licere committetur ob ſumptus litis, vbi nulla ſequitur ſententia euictionis[i], ſed maluit Fulgoſius[k] adhærere Accurſio, expendens ad hoc id quod de emptore hæreditatis eſt conſtitutum[l], vt rem à poſſeſſoribus ſumptu & periculo ſuo perſequatur. Quòd ſi obijcias, hoc intelligi de ſingulis rebus quæ hæreditariæ credebantur, non tamen ſunt venditæ, neque illis euictis tenetur venditor[m]. Reſpondet ipſe, quòd tametſi res ſingulæ non ſint venditæ, peti tamen ſingulas res ſub nomine hæreditatis, & petitione hæreditatis, eam ob rem propoſita & inſtituta[n]. Et ſic illa actione emptor vincit, quæ propriè ei quæſita eſt virtute emptionis, ad res ſingulas hæreditarias, in quibus quidem magis quàm in nomine hæredis aut hæreditatis cõſiſtit rei emptæ emolumentum, imò nomen hæredis non aſſequitur emptor hæreditatis. Sed hoc fortè nõ magni momenti cuiquam videbitur, quandoquidem

a *l. emptorem. §. denique. verſic. ſententia. hoc tit. de action. empt.*
b *l. Ariſto. §. vlt. de donat.*
c *Paul. Caſtr. ad l. venditores. de verbor. obligat. ex ſpeculat. ad tit. de emptione & venditione.*
d *Paul. Caſt. ad d. l. venditores.*
e *l. idemq́; §. 1. de act. emp.*
f *Accurſ. ad l. 2. C. de euict.*
g *Barth. ad d. l. venditoris. & ad l. 2. C. de euict.*
h *l. ſi plus. §. mota. de euic. l. qui abſentem. de procuratorib.*
i *arg. l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſi quis fortè. de verbor. obligat.*
k *ad d. l. 2. C. de euictïon.*
l *d. l. 2. in princip.*
m *d. l. 2. in poſteriore parte.*
n *l. licet minimam. de petit. heredit.*

quidem ſi ſuccubuiſſet, iam nec rei nomine ageret, quæ ſi hæreditaria nõ
eſt, non includitur in venditione: ſi eſt hæreditaria, nec vincere potuit
emptor, id ſit iniuria iudicis[a]. Adde quod illa ipſa conſtitutio de empto-
re hæreditatis, cauſam deciſionis habet annexam: nimirum, quòd hæredi-
tas ſit vendita, non verò ſingulæ res hæreditariæ: ſubindicat ergo lex, quòd
ſi actio inſtitueretur ad ipſam rem, quæ vendita eſt, iam ſumptum litis cum
periculo litis eſſe coniunctum, vt ſcilicet cuius periculo agitur, nēpe ven-
ditoris, eius quoq; ſumptu agatur. Et hoc quidem omninò verum, ſi ſequa-
tur caſus periculi: id eſt, ſi euincatur res, cuius euictionis periculū debeat
eſſe vēditoris, tunc enim diſpendiū quoq; ſumptuū litis ſuſtinebit, quia ſic
detegitur culpa venditoris, qui alienum vel alij obligatum vēdidit. Sed ſi
vicerit emptor, cur magis teneatur venditor de iniuria aut iniuſta lite, quā
aliquo colore alius in iudicio mouere audet, ipſe quidē dignus vt litis ex-
penſas vincēti emptori reſarciat, quàm de vi expulſionis[b]: præſertim cum
nec de iniuria iudicis teneatur vēditor[c]. Neq; hæ litis expēſæ cõferri me-
rentur cū vſufructu vel ſimili iure in re, quod cū habere ei emptori non li-
cet, minuitur ei aliquid ex iure quod habuit[d], ſed omninò ſunt extra rem,
nec illi quicquam detrahunt. Defenſionis ſubeundæ argumentum nõ mul-
20 tum mouere poteſt: nam defenſio duplex eſt, & vna eius ſpecies per trāſ-
lationē & ſuſceptionem litis in ſe, quæ defenſio ſine ſumptu nõ fieret, ſed
ad hanc non tenetur venditor, nec fortè illam admitteret, qui ab emptore
vendicat. Altera in eo ſolo conſiſtit, vt cauſæ adſit venditor, eamq́; iuuet
inſtrui cõpetentibus allegationibus & probatiõibus ad quā ſolam vēditor
tenetur[e]: ſed lis eſt verè ipſius emptoris, is igitur ſuæ litis faciat ſumptū re-
21 cuperaturus vna cum re ſi ſuccumbat, ſed ſi vicerit, & expenſas fecerit,
quas non reddit victus, iniuria quæ ei facta eſt, non debet autorem cõtin-
gere[f]: facit & hoc ad augēdam obligationē vēditoris, quòd vendēdo pro-
22 mitti poſſit non duplum tantum, ſed aut triplum aut quadruplum pretij[g]:
ſed qui intereſſe etiam conuentum putāt ſubijci moderationi dupli (quod
alterius eſt loci[h]) hoc intelligunt nõ ita quod pro deciſione abſoluta acci-
piatur quaſi ſemper & generaliter quantū lubet, tantum quoq; ſtipulari &
promitti in euentum euictionis poſſit, ſed quod interdū incidere poſſit ca
ſus & inſpectio ſubiectæ materiæ talis eſſe, vt non ſit iniquum emptorem
ſtipulari plus duplo, veluti ſi quis areā ad inædificandū emat, & tātum ad-
huc ſpatij velit accedere, in quo puteū liceat fodere, huius nomine poterit
quadruplū aut amplius ſtipulari, ſi iuſtiſsima ſit ratiò, cur in illo decipi no-
lit, non aliter aream empturus, quàm ſi commoditatem putei habere poſ-
ſit, quo carere tam ei ſit incommodum, vt fortè quadruplum pretij eius lo-
ci perdere de ſuo malit: nihil hic eſt iniquitatis aut auaritioſæ captationis,
ſi maiore vel grauiore promiſsione quàm ſoleat, venditorem obſtrinxerit
ſibi, ex circumſtantia negotij & præuiſa incommoditate cui obuiare ſtu-
duit. de triplo enim & quadruplo, Paulus in ſuo reſponſo[i] obiter tantum
adiecit, non verò principaliter diſpoſuit aut reſpondit, an & quando pro-
23 mitti jlla æquum ſit. Et hoc generale eſt, in legibus inſpiciendū eſſe[k], quid
principaliter quæratur & definiatur, cætera præſupponuntur eſſe idonea
ſecundum ea quæ alijs locis ſuper illis diſponuntur. Sunt autem alia duo
quæ principaliter èo Pauli reſponſo diſponuntur, vnum quod quamuis ſti-
pulatio ſimpli, dupli, aut quadrupli ſit facta, nihilominus actione ex empto
adhuc agi poſſet, eo quòd ſtipulatione non nouetur, vt diximus, actio ex
empto[l], ſicut nec actio pro ſocio[m], idq́; minus dubitationis habere pote-
rat, quando ſtipulatio actioni ex empto eſt conformis, hoc eſt, non egre-
ditur

a l. ſerui venditor. de euictionib.
b l. vlt. C. eod. de act. emp.
c l. ſi per imprudentiam. de euictionib.
d d. §. ſi quis forte.
e l. ſi parentes. C. de euict. Paul. Caſtr. ad l. venditoret. Fulgo. ad l. 1. C. de euiction.
f d. l. ſi per imprudentiam. & l. ſerui venditor. de euictionib.
g l. ſi dictum fuerit. de euiction.
h ad l. vnicam. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt feruntur.
i d. l. ſi dictum.
k l. furioſum. in fin. C. qui teſta. fa. l. 4. de teſta. Iaſ. ad l. ſi pater impuberis. & l. qui duos. de vulga. & pup.
l l. prædia. de act. empt.
m l. ſi quis à ſocio. pro ſocio.

ditur illius terminos, vt quia non vltra duplum eſt promiſſum, ad quod ipſa etiam empti actio, ſi tanti interſit, poteſt aſcendere. Sed ſi incidat caſus, vbi æquum ſit ſingulari aliqua inſpectione promitti triplum vel quadruplum: iam plus eſſet dubitationis, num hoc ſaltem caſu actio ex empto nouetur, vt quæ ſuapte vi & poteſtate non poſsit eo vſque aſcendere: quam dubitationem vt tolleret Paulus, obiter adiunxit de tri- 14
plo quoq; & quadruplo, vt ſcilicet & his promiſsis, adhuc locum diceret relinqui actioni ex empto, & merito, nam tripli aut quadrupli ſtipulatione vſque adeò non impeditur actio ex empto, vt etiam ipſum triplũ aut quadruplum non malè dicas peti poſſe actione ex empto, quatenus ſcilicet ſemper extenditur ad ea quæ ſunt in pactis formãtibus actionẽ[a].
Aliud eſt quod eodem loco Paulus principaliter reſpondit non ſatiſda- 15
te oportere, ſed repromitti tantùm duplum. Quod etiam potuit maiorẽ habere dubitationem, num id verum ſit, promiſſo triplo aut quadruplo, æquè vt promiſſo duplo. non promittitur enim triplum aut quadruplum, niſi ex ſingulari aliqua cauſa multum vrgente & æqua, quæ ſi ſubſit, videretur quoque ſuadere eadem æquitate & ratione ſatiſdandum eſſe, non promittendum tantùm, ob metum ſcilicet maioris periculi & incõmodi.

a *l. pacta conuenta. de contrah. empt.*

QVOMODO DE EVICTIONE CAVENDVM SIT.

SVMMARIA.

1 *Aliquibus caſibus de euictione ſatiſdandum eſt.*
2 *In his regionibus de euictione promittitur cum generali hypotheca omnium bonorum.*
3 *Generale eſt, vt in contractibus omiſſa ſuppleantur ex illis quæ fieri conſueuerunt.*
4 *Quando creditor aliquid aliud in ſolutum accipere cogitur, debitor euictionis fideiuſſorem dare debet, ſi poteſt.*
5 *Si pater vendat rem aduentitiam filijfam. conſultum eſt, vt emptor accipiat fideiuſſorẽ euictionis.*
6 *Quando in limine contractus imminet euictio, ſatiſdandum eſt.*
7 *Poſt litem motam ante ſententiam agi poſſe, vt de euictione ſatiſdetur, falſum eſt, & legibus contrarium.*
8 *Imminente euictione, ſatiſdatio obtinetur non niſi per exceptionem & retentionem pretij.*
9 *Qui vt aduena vendidit, per retentionem pretij cogi poteſt imminente euictione, vt ſatiſdet.*
10 *Emptor qui ſubornauit aduerſarium, vt ſic cogere poſſit venditorem ad ſatiſdandum, repellitur.*
11 *An imminente euictione venditor ſatiſdare debeat de euictione aduerſus illum tantum qui parat euincere, an verò contra quoſcunque.*

MVLTIS locis[b] reſponſum eſt, repromittendum eſſe, non ſatiſdandum: ſed hæc regula aliquas patitur exceptiones. Si conuenerit ſa- 1
tiſdare[c], contractus iſte ex cõuentione legem accipiet, eiq; hoc modo aliquid adijcitur, ſicut contra detrahitur, vbi conuenerit ne cautio duplæ præſtetur[d], alioqui ex rerum qualitate præſtanda[e]. Similiter quãdo conſuetudo inualuit, ſatiſdari non repromitti tantum, ſequenda ea merito erit[f], ſicut huius regionis mos eſt venditores immobilium bonorum 2
de euictione promittere, cum hypotheca generali omnium bonorum. Et hæc quidem exceptio quodammodo pars eſt præcedentis, vbi ſcilicet ſatiſdari conuenit: nam ſecundum ea quæ fieri conſueuerunt, intelliguntur venditor & emptor conueniſſe & contraxiſſe. hoc enim ge- 3
nerale eſt in cõtractibus, omiſſa ſuppleri ex illis quæ fieri conſueuerũt[g].
Cùm pro pecunia debita creditor in ſolutum accipere cogitur aliquid 4
aliud ex bonis debitoris[h], communius creditum eſt[i] euictionis fideiuſſorem dari debere, ſi modo aliquem dare poſsit debitor, neq; iniquũ id videri debet, quòd cum aduerſus creditorem hoc ſit inductum, quod cogatur aliud quàm debeatur accipere in ſolutum, contra iuris regulas[k], aliquid etiam habeat commodi: nimirum, vt de ea ſaltem re quam accepit à debitore nunc ſuas facultates quodammodo prodente, & in ſuſpicionẽ trahente plenius eius ſecuritati prouideatur; talis enim compenſatio commodi

b *l. illud quæritur. l. emptori duplum. l. ſi dictũ. de euictionib. l. 1. §. ſtipulatio duplæ. de prætorijs ſtipulat.*
c *l. ſi dictum. & d. §. ſtipulatio duplæ. & l. ex empto. §. vlt. verſic. idẽ qui non tradentem. hoc tit. de act. empt.*
d *l. pacta conuenta. de cõtrah. empt.*
e *l. emptori priore. de euictione.*
f *gloſ. d. l. illud. de euict. et argu. l. quod ſi nolit. §. quia aſsidua. de edil. edi.*
g *Iaſon ad l. vt liberis. de collat. & latiſsimè dñs præſes, in loco ab vſitat.*
h *vt in §. quod autem. in authen. de fideiuſſor. & in tranſumpta authent. hoc niſi debitor. C. de ſolut.*
i *ab Accurſ. ad d. §. quod authen. Cy. Fulg. Salic. et. ad d. authen. hoc niſi debitor.*
k *l. 2. in fin. §. ſi certũ petat.*

commodi cum incõmodo ſummam in pleriſq; [a] habet æquitatem. Sed &
hoc à nonnullis [b] inter caſus exceptos refertur, ſi pater vendat rem aduen
5 titiam filij familias. Sed rectius placuit alijs [c], conſilij tantùm eſſe quod ibi
dicitur: *Emptori, ſi velit, fideiuſſorem licebit accipere*. Quãdo ſcilicet plenè ſibi
conſultũ vult, nec aliter, quàm fideiuſſore euictiõis dato, emere, non verò
præcepti: quaſi omninò oporteat patrem vendentem ſatiſdare de euictio-
ne, etiam ſi non fuerit conuentum. Et minimè verum eſt, quod alij putant,
euictionem ibi imminere in limine contractus, cùm filius, quàm diu in po
6 teſtate eſt patris, non poſsit agere. Porrò illud indubitatum eſt, ſatiſdan-
dum eſſe, quando in limine contractus imminet euictio: non quòd tunc in
re actionis cum venditore contendat emptor ſibi idoneè ſatiſdari [f], ſed
quòd niſi ſatiſdet venditor, repellatur à petitione pretij, atq; ità ſatiſdare
cogitur, iure exceptionis, & nec illius quidé omninò propriè [g], cùm non
opituletur ad repetitionem ſoluti pretij, ſed tantum obſtet initijs, ne pre-
tiũ emptor ſoluat, quàm diu ſatiſdatũ ei nõ eſt ſuper euictione. Sed cur, in-
quies, deterioris erit conditionis emptor, qui expeditè ex ſua parte cõtra-
ctum impleuit, pretiumq; ſoluit, quàm qui nondum ſoluit, dum venditorẽ
huic ſatiſdare debere dicimus: illi verò minimè. Sunt quibus [h] prima in-
ſpectione hoc videtur iniquum, malintq; dicere etiam emptori qui ſoluit
pretium ſatiſdandum eſſe lite mota: & quod legimus multis locis, non ſa-
tiſdandum, ſed repromittendũ eſſe, reſtringunt locũ habere, ante litẽ mo
tam. Et rurſus quod dictum eſt [i], non agi de euictione, niſi poſt ſentẽtiam,
& re ablata, iterum reſtringunt, non agi niſi vt fideiuſſores dent. Et hoc,
inquit Paulus Caſtrenſis [k], eſt valde ſingulare, ſi eſt verum tamen dubito,
& fortè in contrarium eſt veritas, ſi bene conſideretur. hactenus ille.
7 Nos intrepidè dicamus, nõ eſſe illa vera, ſed apertè multis legib⁹ cõtraria.
Neq; tñ ob id ſequetur, melioris eſſe iuris emptorẽ, qui nondũ pretiũ ſol-
uit, quàm qui ſoluit: ſed potius remediũ hoc ſatiſdationis præſtãdæ tã ſtri
ctè eſſe conſtitutum, ſuiſq; finibus concluſum, vt vni proſit, nõ alteri, ſi-
8 cut vni cõuenit, nõ alteri, illi ſcilicet ſoli, qui adhuc excipere poteſt aduer
ſus actioné vẽditi ad pretiũ de imminente lite, cùm exceptiuè tantũ pro-
ponatur ad retentionem pretij nondum ſoluti, aut partis nondum ſolutæ.
Et par eſt vtriuſq; conditio in eo quod neuter petat ſatiſdari, aut ad hoc
agat, impares verò ſunt in eo quod alter excipiat, alter verò minimè: quia
exceptio ſera eſſet poſt ſolutionem. Simili quoque ratione impugnare
quis poſsit, & iniquitatis arguere reſponſa Iuriſconſultorum [l], quibus æ-
quiſsimè conſtitutis, volunt eum qui reſtituit ſolum alienum, in quo æ-
dificauerat domino, non vſum retentione, non conſecuturum à domino
ſumptus in ædificatione factos, poſsidentem verò adhuc poſſe conſequi
ſumptus bona fide factos à dño vendicãte i nã & hic æquè mirabitur dete-
rioris eſſe iuris & cõditionis eũ, qui confeſtim quod cognouit ſe alienum
poſſediſſe, reſtituit vero domino, quàm qui retinet & poſsidet diutius. Sed
minimè mirandũ id eſt, ſi videat quomodo remedium hoc iuris quo con-
ſequatur ſumptus à vero domino ſoli, ſit cõſtitutum: nimirũ, non ad actio-
nem cum reſtituerit: ſed ad retentioné & exceptionem, dum adhuc poſsi-
det: & ne longius exempla petãtur, occurrit in hac ipſa materia euictiõis,
vbi nocet ei qui retẽtione, cũ potuiſſet, nõ eſt vſus, ita quod ſi poſsideret,
vinci nõ potuiſſet, ſed poſſeſsiõe amiſſa, iã neq̃at vincere, perdat regreſsũ
de euictiõe aduerſus venditorẽ [m]. Cũ itaq; ſatiſdatio nõ petatur, ſed de ea
præſtãda tñ excipiatur aduerſus vẽditorẽ petentẽ pretiũ, verũ dixiſſe mihi
9 videtur, qui voluerũt eũ etiã qui vt aduena vẽdidit, quãuis forũ vbi cõtraxit [n]

a l. enim qui. in prin. ff. de iureiurand.
b ab Accurſ. ad verbũ acquirere. in l. i. C. de bonis maternis. Bald. ibi et Paul. Caſtr. ad. §. ſtipulatio dupla.
c Bart. & Salicet. Paul. Caſtr. & Fulgo. ad d. l. pri. C. de bonis maternis.
d l. i. in fin. C. de annali except.
e l. penult. §. ante pretium ſolutũ. de peric. & com. rei vẽdit. l. ſi poſt perfectam. C. de euict.
f gloſ. ad d. §. ſtipulatio dupla.
g Fulgo. ad d. l. ſi poſt perfectam.
h Io. Andr. in additionib. ad ſpeculatorẽ. tit. de empt. & vend. quem refert Paul. Caſtr. ad d. §. ſtipulatio dupla.
i in l. habere licere. de euiction. in l. qui. C. eod. tit.
k ad d. §. ſtipulatio dupla.
l in l. in area. de condit. indeb. l. idemq;. §. illud. de act. emp. & Paul. de doli except.
m l. ſi rem quam mihi alienam. §. ſi dupla ſtipulatio. & d. l. illud. de euict.
n Cynus & Salicet. ad d. l. ſi poſt perfectam.

non ſortiatur[a], ſi tamen in limine contractus immineat euictio, ſatiſdare debere:non quod ad hoc ibi conueniatur, ſed quia ſi ibi petat pretiũ ab emptore(quo reſpectu nullo fruitur priuilegio fori, ne ipſe actor ſequatur forum rei)excipietur de imminente euictione, vt ſic ſatiſdet, vel pretium non petat; quamuis alij[b] illorum ſententiæ parum tribuere videatur. Ne quis autem putet hac via & ratione facillimum eſſe emptorẽ venditorẽ ſemper ad ſatiſdationem compellere, ſuppoſito aliquo aduerſario, qui ſimulet ſe ſeriò litem mouere emptori, antequam ſoluat pretium, meritò 10 omnibus placuit[c], non eſſe ſatiſdandum emptori, qui data opera in hoc aduerſarium ſibi ſubornauit, vt ſatiſdationem poſſet requirere, imò & cogi eum poſſe ad iuſiurandum, non eſſe aduerſarium ab eo calumniæ cauſa in hoc ſubornatum[d]. Sed hic iam in re controuerſa offert ſe quæſtio, 11 cuius tractatio neceſſaria eſt: An pretio nondum ſoluto, cùm litem ſeriò mouet aliquis emptori, num in hoc ab eo ſubornatus vẽditor ſatiſdare debeat de euictione generaliter, id eſt, aduerſus quoſcunq;, & nõ fore vt vnquam ab aliquo euincatur, an verò aduerſus illum ſolũ qui litem mouit & inſtituit: ſic vt aduerſus periculum illius litis ſufficiat emptorem ſecurum facere, dato euictionis fideiuſſore. Mouit hãc difficultatẽ Accurſius[e], ſed non explicat. Sunt qui putant[f], generaliter ſatiſdandum eſſe, occaſione litis ab vno aliquo ſtatim in limine contractus motæ, quaſi hoc iuſtam tribuat occaſionẽ, ſuſpicandi fore & alios, qui aliquãdo idẽ moliantur, & quòd vẽditor vẽdiderit alienũ, ſicut alio loco[g] apertè reſponſum eſt, ſatiſdandũ eſſe, ſopitis etiã quæſtionibus, quæ motæ fuerant. Fulgoſi[h], in hac quæſtione nutat, in eã tamen partem magis inclinans, quòd non niſi illius euictionis gratia quæ imminere videtur, & aduerſus illam ſatiſdandum ſit, expendens in hoc verba l. C[ij], *Eius euictionis nomine*, & præterea hac ratione, quòd ex natura contractus ſecundũ diſpoſitionem generalẽ legum ſufficiat regulariter repromiſſio ſine fideiuſſore aut pignore: occaſionem verò ſatiſdandi præbet ea lis ſiue controuerſia, quæ iam mouetur emptori, vel præparatur, reſpõdeat ergo effectus ſuæ cauſæ, & ad hanc ſolam litem adaptetur ſatiſdatio, in cæteris ſeruet contractus ſuam propriam vim & naturã, & perinde habeatur, ac ſi nulla controuerſia eſſet vnquam mota. Et quod alio loco[i] ſopitis etiam litibus oportuerit adhuc ſatiſdare, ob id factũ eſſe putat, quòd fideiuſſores euictionis ibi erant dandi ex conuentione ſimplici generali & indefinita, non reſtricta ad certam aliquã cauſam: hic verò citra conuentionẽ ex diſpoſitione legis. Neq; enim id præter exemplum fit, quòd mitius cũ eo agatur, cui incumbit cautio neceſſariò præſtanda, quàm qui libera voluntate ſe illi oneri ſubiecit[k]. Adde quod nec ex toto ceſſauit periculum euictionis, per ea quæ ibi venditor cõfecta reddidit: ſed auertit tantum lites tunc imminentes, id ſolum efficiẽs, vt ſine lite emptor prædia poſsideret, non verò, ne vllã in poſterũ litẽ formidare deberet, vel ab ijs ipſis mulieribus, quarũ alterã iudicio ſuperauerat, & cũ altera tranſegerat. Nã abſolutoria ſentẽtia vẽditoris conuẽti, vt interpretatur Accurſius[l], quaſi dolo deſijſſet poſsidere, non parit ſecuritatem emptori, quin vt eius verus poſſeſſor ipſe cõueniri poſsit, cũ ex diuerſis cauſis cõueniatur[m], imò etſi victus vẽditor, qui dolo fecit, quo minus poſsideret æſtimationẽ litis præſtitiſſet, nondũ hoc cõfirmaret ius eius, & ex conſequenti emptoris aduerſus verum dominum qui vẽdicauit[n]. Quod verò cũ altera aduerſaria vẽditor trãſegerit, quàm parũ hoc faciat emptorẽ ſecurũ, quotidiana experiẽtia docet, cũ trãſactio plerunq; nouæ litis tribuat occaſionẽ, & qui hodie nõ agit, cras contra placita agere poſsit,

a l. hæres abſens. §. 1. de iudicijs.

b Fulgoſ. ibi.

c Barth. Fulgoſ. Salicet. & alij ad d. l. ſi poſt perfectam.

d argum. l. iuſiurandũ. & ad pecunias. §. qui iuſiurandum deſert. de iureiurand.

e in gloſ. 2. ad d. l. poſt perfectam.

f Dynus & eũ refert Paulus Caſtr. ad d. §. ſtipulatio duplæ.

g in l. vlt. §. vlt. de reſcin. vendit.

h ad d. l. penult. ante pretium. de peric. & cõmod. rei vendit.

i in d. l. vlt. §. vlt. de reſcindend. vendit.

k l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. cogan.

l ibi in gloſ. ad verbum ſuperauit.

m l. ſæpè. de re iudicata. & toto tit. C. res inter alios acta.

n l. is qui dolo eum. l. ſeq. de rei vendic.

poſsit [a], & vt ſecuriſsima ſint omnia, expedit tamē etiam pro idoneo debitore habere fideiuſſorem, ad omnes caſus qui poſſent incurrere, atq; ita non fecerat eo loco venditor, id quod conuenerat, neq; aliud aliquid illi quod conuenerat, omninò æquipollens, per quod etiam non ſemper non paſsim & indiſtinctè conditio impletur ad vnguem ſeruanda [b].

a DD. ad l. ſine apud acta. C. de tráſact. Bart. ad l. mulier. de condit. inſtit. & ad l. Muciane. de cōdi. & demonſt.

b l. qui heredi. l. Meuus. de condit. & demonſtr. Gabriel ad l. 3. C. de condit. daſ. & Fab. de hoc quadrup. tractauit.

QVANDO COMMITTATVR STIPVLATIO.

SVMMARIA.

1 Si res euincatur, tria ſunt remedia, actio ex empto, ſtipulatio duplæ, & ſtipulatio rem habere licere.
2 Actio ex empto ſæpè locum habet, cùm non eſt locus actionibus ex ſtipulatione duplæ, vel rem habere licere.
3 Actio ex empto ad alium finem inſtituitur, quàm ſtipulatio duplæ.
4 Quomodo differant ſtipulatio duplæ, & ſtipulatio rem habere licere.
5 Stipulatio habere licere committitur, ſecundum pleroſque, ſimulatque venditor aut heres eius controuerſiam mouere cœperit, ſed ſi alius, non antequam ſententia lata ſit, & executio facta.
6 Stipulatio duplæ committitur ſecūdum pleroſque: nam ſententia lata eſt, ſecundum Fulgoſium, cùm executio facta eſt.
7 Circa commiſsionem iſtarum ſtipulationū quinq; ſunt inſpicienda.
8 Vt iſtæ ſtipulationes committantur, res ipſa debet eſſe euicta, non eius acceſsiones.
9 An parte integrali rei euicta, iſtæ ſtipulationes committantur.
10 Serui parte integrali euicta, quare non committitur ſtipulatio.
11 Vt committatur ſtipulatio, res debet eſſe iudicio euicta.
12 Emptor poteſt agnoſcere bonam fidem, ita vt non contra contendat, expectanda tamen eſt ſententia.
13 Emptor ſi compromiſit, & victus ſit, non committitur ſtipulatio, & an tunc detur actio empti.
14 Exceptio facilius datur quàm actio.
15 Quando per ſtatutum oportet compromittere, eadem hic eſt vis arbitriorum & iudiciorum.
16 Non refert, emptor ſuccubuerit agendo an defendendo, ad hoc vt committatur ſtipulatio.
17 Si emptor qui vendicauit, & victus eſt, à venditore monitus fuit, vt potius Publiciana vteretur, non eſt commiſſa ſtipulatio.
18 Si emptor qui vendicauit, & victus eſt, ſaluam adhuc habet Publicianam, aduerſus omnes, nō eſt commiſſa ſtipulatio.
19 Quamuis emptor poſſeſsionem rei emptæ per Seruianam obtinere poſsit, non eo minus committitur ſtipulatio, rem habere licere.
20 An ſufficiat ne committatur ſtipulatio, emptorē ſupereſſe Publicianam aduerſus poſſeſſorē, quamuis non aduerſus omnes.
21 Aſſerta à Mudæa cōmunis opinio, contra Fulgoſiū.
22 Quomodo committatur ſtipulatio, ſi emptor victus ſit iudicio communi diuidundo.
23 Non nocet præpoſteratio vnius generis iudicij cum alio, ſicut partium vnius iudicij inter ſe.
24 Exceptiones quæ ſunt de apicibus iuris, fideiuſſor poteſt omittere.
25 An agenti communi diuidundo obijci poſſit exceptio præpoſteri ordinis, quod prius nō vēdicauerit.
26 Si ab emptore res ſit ablata, iudicio communi diuidundo inſtituto, ex cauſa pignoris aut hypothecæ, non eſt commiſſa ſtipulatio.
27 An re ab arbitro communi diuidundo alteri adiudicata, data emptori partis ſuæ æſtimatione, tota res dicatur euicta, an pars tantum.
28 Aſſerta à Mudæo communis opinio cōtra Fulgoſiū.
29 Stipulatio habere licere, vt ſtipulatio rem ratam haberi, ſi ſæpius intereſt, ſæpius committitur.
30 Diuiſio ſpecies eſt alienationis, ideoſque minores ad eam prouocare non poſſunt.
31 Si emptor victus ſit Seruiana aut hypothecaria actione, commiſſa eſt ſtipulatio efficaciter, poſtquam res euicta iure creditoris eſt vendita, non ante.
32 Res quamuis ſit obligata pro tanta quantitate, vt non ſit veriſimile illam vnquam redimendā, non per hoc videtur exiſſe patrimoniū debitoris.
33 Pignus inidoneum non liberat debitorem.
34 Si res ſit euicta ſingulari iure reſtitutionis, tenuius agitur, quàm ſi iure communi euicta ſit.
35 Quando donatio incipit à promiſsione, præſtatur euictio.
36 Quomodo agatur, quando res euicta eſt iure ſingulari.
37 Re euicta actione præiudiciali, committitur ſtipulatio.
38 Si per confeſſoriā euincatur vſusfructus rei emptæ, committitur ſtipulatio velut parte euicta.
39 Si confeſſoria agatur ratione ſeruitutis, vel agatur de finibus, non pertinet ad hanc ſtipulationem.
40 In quæſtione finium non agitur de portiōe fundi.
41 Si ex cauſa antecedente venditionem rem habere non liceat, committitur ſtipulatio, ſecus ſi ex cauſa poſt ſequuta.
42 Quod emptori obijcitur, quo minus rem habere liceat, ex perſona emptoris ad venditorem non pertinet.
43 Quid ſpectandum ſit, ſi mixtim ad emptoris & venditoris perſonam pertinet quod obijcitur, quo minus rem habere tenere liceat.
44 Sententia eſt referenda ad acta.
45 Ex cauſa Fulgoſij ſententia, ſi res euincatur cauſa emptoris, non curari an euinci potuiſſet, ex præcedente cauſa venditoris.
46 Si ſecundo emptori euincatur res empta, an primo emptori contra ſuum autorem commiſſa ſit ſtipulatio.
47 Quando primus emptor ſibi aliquid iuris in re vēdita reſeruauit, agere contra ſuum autorem poterit, ſimulatque is qui ab eo emit, fuerit condemnatus.
48 Quando primus emptor nihil ſibi iuris in re vendita reſeruauit, agere non poterit, niſi ipſe illi qui ab eo emit, fuerit condemnatus.
49 Primum emptorem, etiā ſi nihil iuris reſeruauerit, agere poſſe ſimulatq; res ab eo cui ipſe vendidit, fuerit euicta, Fulgoſius ſenſit.
50 Interdum is cui ablata res eſt, de euictione nō agit, nec autor ſuus cum autore ſuo.
51 Si res ab herede empta, legata ſit, & euincatur, agere poteſt de euictione legatarius, ceſsis ſibi ab herede actionibus.

52 *Donatarius ſi ceſſa ſibi ſint omnes actiones, occaſione rei donata competentes, agere ſimiliter de euictione poterit.*
53 *An eo caſu donator cõtra ſuũ autorem agere poſſit.*
54 *Qui tradendo donauit, & donando tradidit, non cogitur cedere actiões: ſecus eſt in herede à quo res aliena quam poßidet, legata eſt.*
55 *Si emptor alij ſic vẽdiderit, vt de euictione non teneatur, & ne de pretio quidem, an re euicta ſecundo emptori cõmittatur ſtipulatio primo emptori.*
56 *Remiſsiones iuris aut actionum ſtricti iuris ſunt, nec extenduntur ab vno ad aliud.*
57 *Improbata à Mudæo opinio Fulgoſij.*
58 *Vt committatur ſtipulatio, denunciatio litis facta debet eſſe venditori.*
59 *Non ſolùm lis ſignificanda eſt vẽditori, ſed interpellandus eſt, vt aſſiſtat liti, & an libellus litis mota ei mitti debeat.*
60 *Etiam ſciẽti venditori denunciatio fieri debet.*
61 *Denunciatio hæc ex cõſuetudine fit per apparitorẽ curia vbi lis mota eſt, & per li erat iudicum.*
62 *Non cõparente vẽditorẽ ad defenſionẽ, fit ex cõſuetudine cõtra eũ abſentẽ euocatio, & ſolennis proteſtatio, qua inſcribitur actis iudiciarijs.*
63 *Cui fieri debeat denunciatio, an domino, an procuratori, pupillo, an tutori, & quibus, ſi pupillus tutores non habeat.*
64 *Ne actiones inciperent ab herede, aut contra heredes, contemplatione tantum ſtipulationum conſtituit antiquitas.*
65 *Caſus vbi ipſe qui euincit, de euictione tenetur.*
66 *Plenius aliquando de euictione agit hæres emptoris, quàm ipſe emptor.*
67 *Si venditor plures relinquat heredes, ſingulis denunciandum eſt.*
68 *Fideiuſſori euictionis denunciandum non eſt.*
69 *Quo tempore denunciatio fieri debet.*
70 *In cauſa appellationis denunciari primum poſſe.*
71 *Quæ pœna ſit emptoris non denunciantis.*
72 *Quid ſi emptor qui non denunciauit cõtra venditorem probare velit rem non potuiſſe euinci.*
73 *Licet cedere emptori liti notoriè iniuſta.*
74 *Quando emptor vero domino ſuccedit, & ſic ſibi quodammodo ſine iudicio euincit, agit ex empto, etiam ſi non denunciauerit.*
75 *Quibus caſibus denunciatio venditori fieri non debeat.*
76 *Litis conſorti nihil denunciandum eſt.*
77 *Emptor vt agere poßit de euictione, cauſa debet eſſe defenſa.*
78 *Culpa faciendi præponderat culpæ omißionis.*
79 *Sufficit cauſam eſſe defenſam, vt emptor agere poßit de euictione, tametſi ab emptore defenſa non ſit.*
80 *Quouſque cauſa debeat eſſe defenſa, & an ſufficiat emptorem tempore ferendæ ſententiæ ſolum non adfuiſſe, vt non committatur ſtipulatio.*
81 *Si euictio prouenerit culpa aut dolo iudicis, eius periculum ad venditorem non pertinet.*
82 *Tres exceptiones à prædicta regula.*
83 *Cur victus emptor per iniuriam iudicis præſente venditore regreſſum habeat.*
84 *Si fideiuſſor ſua culpa iniuſtè damnatus eſt, regreſſum non habet contra principalem.*
85 *An emptor ſua culpa iniuſtè à iudice damnatus, regreſſum habeat contra venditorem.*
86 *Si emptor ſciens prudenſque peremptoriam exceptionem omiſerit, non habet regreſſum contra venditorem.*
87 *Si ab iniuſta ſententia emptor non appellauerit, regreſſum non habet contra venditorem.*

QVANDO committatur ſtipulatio: Multiplicem inſpectionem id habet, & proinde operæpretium videtur in primis recitare & paucis differẽtiarũ notis diſtinguere ea iuris remedia, quæ hic circa vnã eandẽq; rem concurrunt. Sunt autẽ tria hæc, Actio ex empto, Stipulatio duplæ, & 1
Stipulatio rem habere licere. Et actionem quidẽ empti differre ab actionibus quæ ex ſtipulationibus illis oriuntur, indubitatum eſt: duarũ autem ſtipulationum differentiæ quæ ſolent cõſtitui, nõ omnibus placent: recenſeamus ea quæ magis obtinent. Actio igitur ex empto diſtat à cæteris, 2
quod prius & citius, frequentius quoque ſiue generalius & pluribus caſibus detur, & alio fine inſtituitur. Prius quidẽ, quia & ante rem euictã datur, ſi vẽditor in dolo ſit [a], cùm reliquæ actiones ex ſtipulatione non dentur, antequam euictionis ſententia lata ſit, & ne tunc quidem adhuc agetur ex hac ſtipulatione *rem habere licere*, antequam res euicta ſit per victorẽ ablata & abducta [b], frequentius datur: nã multis caſibus ex empto agitur, vbi ex ſtipulatione agi non poſſet, non ſolùm quia nulla ſtipulatio interpoſita eſt, ſed & tacens de euictione tenetur [c], verùm etiã vbi eſt interpoſita, ſed ipſe ſibi emptor quodãmodo euincit rẽ ſine iudicio, aliunde à vero domino nactus dominium rei emptæ quam venditor vendiderat alienã [d]. Et interdũ etiam euictio fit illarum rerũ ad quas nõ pertinet duplæ ſtipulatio, vtputa partis dimidiæ, tertiæ aut quartæ ſerui empti [e]. Idẽ etiam dicendum, ſi aliarũ rerum emptarũ nõ vera aliqua pars integralis, aut quæ partis effectũ & naturã teneat, vt vſusfruct', ſed mera acceſsio euincatur [f], vel partus aut fœtus [g], vel ſeruitus aliqua, ad quæ tamen omnia extenditur actio ex empto [h]: Quod diſcrimen nobis facit odioſa quodammodo, ſaltem ſtricta natura ſtipulatiõis duplæ, aut habere licere, cõcepta ſub cõditione

a *l. 4. in princip. l. ſeruus quem. §. vlt. hoc tit. de act. empt.*
b *l. habere licere. de euict.*
c *l. quidam ex coheredib. de euiction.*
d *l. ſi vendideris mihi. l. ſi ei cui vendidi. in princi. & §. itẽ ſi domino. l. non tamen. de euiction. l. cui res. hoc tit. de act. empt.*
e *l. ſi dictum. §. in ſtipulat. de euict.*
f *l. emptorem. §. ſi quis rẽ. de action. empt.*
g *l. ſi pregnans. l. vacca. de euict.*
h *l. venditor hominis. l. ex fundus. de euict. l. non quocunque. §. Iulianus. de legat. 1.*

tione vel inexiſtẽte tacita conditione, quæ eueniſſe debet, antequam ex
ſtipulatu agatur, & rem quam verbis apertis complexa eſt ſtipulatio, non
excedit, ac deniq; in dubio ſit interpretatio eius cõtra ſtipulatorẽ [a]. Actio
verò ex empto bonæ fidei eſt, & latiſsimè patet flexibilis in omnẽ ſpeciem
3 occurrentis æquitatis. Quòd alio fine inſtituatur actio ex empto clariſsi-
mum eſt, quia ſemper ad pretium, etſi quid pluris interſit [b], quod ex cir-
cumſtantijs rerum & facti ſæpè variatur: ſtipulatio verò duplæ certos ſem
per terminos habet, nec inſpicimus, interſit emptoris, aut non, aut quanti
interſit vltra pretium numeratum, vt ex ſequenti particula huius capitis
4 clarius apparebit, cùm dicemus, ad quid committatur ſtipulatio. Stipu-
lationum autem duarum quas diximus, præter eam differentiam quæ ſu-
mitur ex fine actionum, quòd ſcilicet hæc ſtipulatio habere licere cõmit-
tatur ad id quod intereſt, ſicut empti actio: duæ adhuc aliæ conſtitui ſolẽt,
pertinentes ad id quod nũc agimus, vna differẽtia, quòd ſtipulatio habere
5 licere cõmittatur, ſimulatq; controuerſiam mouere cœperit ipſe vẽditor,
aut hæres eius qui promiſerat habere licere [c], non expectata ſententia e-
uictionis, quæ tamen, imò & illius executio expectãda eſſet, antequam ſti
6 pulatio cõmitteretur, ſi cõtrouerſiã moueret alius [d]: ſed duplæ ſtipulatio,
non habito diſcrimine, quis controuerſiam faciat, an ipſe venditor eiuſ-
ve hæres, an alius quilibet, tunc demum cõmittitur, cùm res eſt euicta, &
ſentẽtia lata [e]. Altera verò differentia cõſtituitur, quòd ſtipulatio duplæ
cõmittatur mox lata ſententia euictionis, executione illius non expecta-
ta, ſed ſtipulatio habere licere, tunc primùm cùm abducta aut ablata res
eſt: & placuerunt hæ differentiæ præſertim prior illa multis [f]. Sed eſt [g]
cui nec vna nec altera placet, magiſq; exiſtimat vim eandẽ in vtraq; eſſe,
& eandem quoq; ineſſe conditionem, videlicet, ſi rem euinci & auferri
contingat. Quod verò Iuriſconſultus dixit [h], de controuerſia mota, illud
quidem occaſionem dedit prioris differentiæ, ſed non ſatis iuſtam [i]: nam
alij intelligunt de controuerſia mota cum effectu, ſic vt euicta etiam &
ablata res ſit, vel aliquid ex iure rei diminutum & detractũ [k]: nihil aũt de-
trahitur aut decedit ſola inſtitutiõe litis, neq; ob ipſam inſtantiã litis, qua
pendente, poſſeſsio & ſingula iura ſuo loco manent, ſed exitus litis decla
rat, an aliquid decedet, aut diminuetur. Alterã verò differentiã apertis le-
gibus [l] putat repugnare, quæ ad ſtipulationem quoque duplæ committen
dam, requirunt rem abeſſe emptori, ex cauſa euictionis. His nunc in ge-
nere cognitis, reliquum eſt, vt paucis complectamur, quæ hæc materia
7 committendarum ſtipulationũ habet præcipua. Quintuplex aũt hic qua-
drat inſpectio circa res quæ euincuntur: genera iudiciorũ & lites quibus
euincuntur, cauſas ob quas euincuntur, perſonas quibus per euictionem
auferuntur, & deniq; quid hæ circa litem motam aut ſuper ea fecerint.
8 Primò quidẽ rẽ ipſam quæ vendita eſt, euinci debere, nõ verò ſolã eius ac-
ceſsionẽ iã diximus [m]: imò fuerũt [n], quibus videbatur, parte rei integrali e-
uicta, nõ agi ex ſtipulatiõe, ſed ex empto tm̃, ꝓpterea quòd ſtipulatio ha-
9 beat cõditionẽ, cuius effectus ſecundũ iura nõ ſcinditur [o]: ſed pleriq; oẽs
hodie aliter opinãtur, & meritò, cũ apertè I.C. dicat [p], duplæ ſtipulationẽ
præſtari euicta tm̃ parte, cõditio aũt q̃ ſtipulatiõi ineſt, vel dicetur [q] ineſſe
diſtributiuè, hoc eſt, ſic vt nõ reſpiciat ſolùm totã rem, ſed & quãlibet eius
partẽ integralẽ, & quatenus euincitur ſtipulatio cõmittatur, veluti ſi pro
parte hæres ex ſtipulatu ꝓ parte agat [r], vel quod parte euicta, verũ ſit dice
re, quòd rẽ emptã emptori habere nõ liceat, de cuius nõ iure tantũ, ſed &
ſubſtantia aliquid decedit, & res ipſa minuitur [ſ], atque ita in proprijs

a l. habere licere. §. in ſtipulation. de verb. oblig.
b l. ſi in venditione. in fin. de euict.
c l. ſtipulatio iſta, habere licere. verſic. ſed quaten⁹. & verſic. ſi quis fortè. de verbor. obligat.
d d. l. habere licere. de euiction.
e l. vendicantem. in fin. cũ l. ſequent. de euiction.
f Accurſ. ad d. l. habere licere. & ibi Alberic. & Salicet. Bart. ad d. §. ſi quis fortè. Alberic. ad l. euictus. de euiction.
g Fulgoſ. ad l. habere licere.
h in d. verſic. ſi quis fortè.
i Fulgoſ. loco iã allegato, et ipſe Iaſ. ad fin. d. l. ſtipulatio iſta.
k d. verſic. ſi quis fortè.
l l. euicta re. prima. §. duplæ ſtipulatio. l. ſi ſeruus venditus. in fi. de euict.
m ex l. emptorem. §. ſi quis rem. hoc tit.
n vt in gl. d. l. 1. de euict.
o l. cum fundus. de condit. & depoſit.
p in l. ex mille. de euictio.
q cũ Bart. ad l. 2. de euict. ex l. Stichũ qui meus erit. de lega. 1. & l. ſi debitor. §. veriſimile. de cõtrah. empt.
r l. 2. de euiction.
ſ d. l. ſtipulatio iſta. verſi. ſi quis fortè.

ſuis terminis verificetur cõditio ſtipulationis [a], ſerui tamẽ empti ſola par-
te nõ iudicio de cõmuni diuidundo [b]: ſed rei vendicationis euicta, non cõ- 10
mittitur ſtipulatio, niſi ea latius fuerit concepta, etiam de parte [c], ſiue ob
humanæ naturæ dignitatem, ſiue quod etiam, ſi pars euincatur, quoad ali-
quos, tamen iuris effectu perinde eſt atq; ſi non eſſet euicta, atque adhuc
totum ſeruum haberet ſolus emptor [d], veluti quod ex re eius acquirit [e], &
quod nominatim ei vel eius iuſſu ſtipulatur [f], integrũ hoc ei ſoli acquirat.

Porrò quod ad genera iudiciorum attinet, illud imprimis conſtat, quòd 11
aliquo iudicio [g] res debeat euinci, vt ſtipulatio committatur, non autẽ ci-
tra iudicialem diſceptationem [h], ab emptore vero domino reſtitui. Quod
ſi iam quæras, num liceat emptori bonam fidem agnoſcere, equidem non
repugno, ſi manifeſtũ fuerit ius actoris [i], ita tamen vt tunc ſolum non de-
beat defendere, id eſt, cõtra niti & iudicio cõtẽdere, & cõtra cõſcientiam 12
id quod verũ eſſe ſciat inficiari: ſententia tamen expectanda eſt [k], quæ etiã
ſuper notorijs fertur, veluti in confeſſum ſe certum quid debere [l], ſicut ex-
pectatur vbi lis conteſtata eſt defenſaq;, & res empta interit adhuc dubio
litis euentu [m]. Sed etſi emptor compromiſerit, & aduerſus eum pronũciet 13
arbiter, cuius ſententiæ parendo rem aduerſario reſtituerit, nõ aget ex ſti-
pulatu, imò nulla de euictione actio ei dabitur [n], adeò vt nec empti actio-
nem ei dari quidam [o] putauerit, quamuis hanc [p] alij velint eſſe conceſſam,
exemplo ſcilicet eius quod alio loco [q] Celſum reſpondiſſe aduerſus Ner-
uæ ſententiam refert Pomponius: ſed profectò in ſpecie multum diſsimili:
nam ille reſpondit exceptionem dari emptori, qui poſtquam cognouit ſe
à non domino rem emiſſe, eandem à vero domino comparauit, nec prio-
ri venditori pretium adhuc ſoluit, nos hic de actione quærimus. conſtat
autem exceptionem facilius dari, quàm actionẽ: poteſt ergo videri, quod 14
emptor in ſe ſuſceperit aleam & euentum ſententiæ arbitralis, quando ci-
tra conſenſum venditoris, & nulla neceſsitate cogente, cum aduerſario de
cauſa in arbitrũ cõpromittit: vt obijci ei poſsit, quòd ipſe ſibi cauſam præ-
ſtiterit, quo minus habere tenere rem liceat, non verò vẽditor, ad quẽ ſi li-
tis aduerſum exitum pertinere voluiſſet, debuiſſet de re empta agere, vel
eam defendere iudicio quod redditur in inuitum [r]. Et profectò, ea ratio
quæ in Iuriſconſulti reſponſo eſt aſſcripta [ſ], cur vbi ex compromiſſo vin-
citur emptor, non teneatur vẽditor, æquè videtur militare aduerſus actio-
nem ex empto, atq; ex ſtipulatu. Si tamen per ſtatutum aut alio modo o- 15
porteat compromittere & arbitros eligere, iam eandem vim eſſe [t] volũt ar-
bitriorum & iudiciorũ. Non refert an in eo iudicio cuius emptor aduer- 16
ſum ſenſit exitum, actor fuerit, an reus: æquè enim committitur ſtipu-
latio, & illius quoque litis quam mouet emptor ipſe agẽs de re aut iure rei
emptæ, periculũ ad vẽditorẽ pertinet, ſi nõ vincat emptor [u], æquè vt ſi ipſe
reus vincatur, & ſiue petitori emptor ſit dãnatus, ſiue poſſeſſor ab eo ab-
ſolutus [x]: niſi fortè ſua ſponte aut culpa emptor à poſſeſsione ceciderit,
quam ſi retinuiſſet, defendi aduerſus alium quemlibet potuiſſet, ſed alio
iam poſsidente, non poteſt vtiliter petere [y]: tunc enim vel ipſo iure pro-
miſſor duplæ tutus erit, vel certè doli mali exceptione tueri ſe poterit [z].
At inquies, venditor non tenetur emptorem facere dominum rei vendi-
tæ, ergo quamuis agendo non vincat emptor, eo quòd ſe & autorem
ſuum nequiuerit probare dominum, non tenebitur venditor, neque com-
mittetur ſtipulatio: alioqui ſi hanc dicas commiſſam, aſſeris in effectu,
quòd dominium rei venditæ in emptorem transferre debuerit [a]. Mo-
uit hoc Accurſium, vt diceret [b], poſſeſſorem ab emptore conuentum eſſe
abſolu-

a arg. l. ſi quis cum totũ. de except. rei iud. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. verſi. ſicut è contrario. de reb. dubijs.
b l. ſi mancipium. §. 1. de euiction.
c l. ſi dictum. §. in ſtipulat. de euiction.
d Bart. ibi. ad d. §. in ſtipulatione.
e §. de his autem ſeruis. Inſtit. per quas perſon.
f §. ſeruus cõmunis ſtipulãt. Inſtit. de ſtip. ſeruor.
g l. nõ tamen. l. habere licere. de euiction.
h l. ſi cum quæſtio. C. eod. tit. de euiction. l. vtique. de rei vendicat.
i l. emptorem. in princip. hoc tit. de act. empti.
k d. l. emptorem. in princi. in verbo condemnatum. & l. atqui natura. §. cũ me abſente. de neg. geſt.
l l. Iulianus. de cõfeſſis.
m d. l. vtique.
n d. l. ſi dictum. §. ſi cõpromiſero.
o Fulg. ibi. ff. de euictio.
p Accur. ibi in glo. vbi alleg. & alij DD.
q in l. ſi rem quã mihi alienam. de euiction.
r l. inter ſtipulantem. §. ſi Stichum. de verb. oblig.
ſ in d. §. ſi compromiſero. in verbis, nulla enim neceſſitate cogente.
t Fulg. ad d. §. ſi cõpromiſero.
u l. qui abſentẽ. in fin. & ibi Paul. Caſtr. cũ alijs. de procurator.
x l. euicta re. §. 1. de euiction.
y vt in l. ſiue autem. §. ſi duob. de publ. in rẽ act.
z l. ſi rem quã mihi alienã. §. ſi duplæ ſtipulatio. de euiction.
a contra l. ſi ita diſtrahatur. §. qui vendidit. de contrah. empt.
b ad verbum abſolutus. in d. l. euicta re. §. 1.

abſolutum, non ex eo ſolo quod actor non probaſſet rem quam vendicabat eſſe ſuam, ſed quod ex abundanti ipſe poſſeſſor conuentus probaſſet ſuam eſſe poſſeſsionem, id eſt, ſe eſſe dominum rei quam emptor petebat, & ſe ſuum poſsidere: Quo caſu minus mirum eſt cõmitti ſtipulationem, cùm ſic poſſeſſor in effectu contra vendicet & obtinere poſsit, vt non tantùm abſoluatur ab impetitione emptoris, verùm etiam vt ipſemet in contraria concluſione obtineat, & ipſe declaretur dominus rei. Sed hæc interpretatio nimiũ reſtringit verba Iuriſconſulti, qui de poſſeſſore ab emptore conuento & abſoluto generaliter eſt locutus. Abſolutionis autem vſus longè frequentior eſt & vſitatior ex cõmuni iuris regula, quòd actore non probante ſe dominum eſſe rei quam vendicat, poſſeſsio ſuo loco maneat[a], quàm quòd ipſe poſſeſſor in ſe onus probationis ſui proprij iuris ſuſcipiat[b], aut quod contra vendicet & ſe ipſe declarari dominum petat, quamuis ita interdum contingere poſsit, & duplex ſit forma ſententiæ pro poſſeſſore ferendæ: ſicut & duplex eſt forma iuriſiurandi, quod deferente petitore ſubit poſſeſſor[c]. Malim ergo dicere[d], quòd venditor quidẽ non teneatur dominũ facere emptorem, ſi tamen emptoris interſit, & is aliquid præiudicij ferat ex eo quòd dominus factus non ſit: vt quia vendicans rem à poſſeſſore, nequit probare ſe dominum & authorem ſuum fuiſſe dominum, ita vt eo iudicio vincere non poſsit, iam eo nomine teneri venditorẽ quanti emptoris intereſt rem fuiſſe venditoris[e], & conſequenter ſuam eſſe factam[f], atque ita cõmitti ſtipulationem, ſi tantùm abſolutus ſit poſſeſſor ab emptore, & nihil aliud de iure poſſeſſoris declaratum. Sed hoc ita

17 ſi non emptorem vendicare volentem admonuerit vẽditor vt leuiore potius iudicio experiretur, & quo expeditius poſſet vincere[g], nempe vt publicianam potius eligeret, & vtilem rei vendicationem de fundo vectigali propoſitam[h]. Sed etſi non admonuiſſet venditor emptorem, huic tamen publiciana actio verè adhuc ſupereſſet poſtquam fruſtra vendicaſſet, nondum cõmiſſa diceretur ſtipulatio: quãuis ab emptore inſtituta rei vendica

18 tione abſolutus eſſet poſſeſſor, maximè ſi publiciana quæ adhuc ſalua eſt, vtilis ei eſſe poſsit aduerſus omnes: atque adeò etiam aduerſus verum dominum, ſi ad hunc fortè redierit poſſeſsio. Veluti ſi nõ alia fuerit cauſa cur rei vendicatione nihil obtineret emptor, quàm quòd res domini voluntate vendita, contra eius voluntatẽ tradita ſit emptori[i], ſic enim non tranſijt in emptorem dominium[k]. Attamen quia domini voluntate res fuit diſtracta, ſic vt incumberet ei neceſsitas traditionis, prætor emptorem præ domino vero tuebitur, ſiue ipſe poſsideat, ſiue petat rem à ſe emptam[l]. Sed ſi publiciana quæ ſupereſt non eſſet emptori aduerſus quoſcunq; vtilis, vi ſum eſt Fulgoſio[m], non poſſe eum remitti ad publicianam, qui in rei vendicatione ſuccubuit, ſi non ab initio admonuiſſet eum venditor, vt illa potius quàm directa vendicatione experiretur, ac tunc ſimulatq; poſſeſſor iudicio rei vendicationis ab emptore eſt abſolutus, commiſſam eſſe ſtipulationem, quaſi iam per ſententiam conſtet emptorem non eſſe dominum, atq; ita non poſſe publiciana iuuari aduerſus quoſcunq; poſſeſſores. Quæ ſententia ſi ſuis rationibus inſtruatur, videri poterit nõ improbabilis, cùm poſsit emptor venditori objicere: quid eſt quod me qui vendicaui fruſtra remittas ad aliud genus iudicij, cuius vt fortè aliquis ſit vſus aduerſus aliquos, atq; etiam aduerſus illum qui nunc poſsidet, certum tamen eſt valere mihi non poſſe aduerſus omnes, ad quos poſſeſsio rei aliquãdo perueniret, cur ex lite in litem conijcis, da & demonſtra firmum præſidium aduerſus quoſcunq; valiturum, & adhuc ſequar quo voles & vocas. Huc ſpectat

a l. vlt. C. de rei vendic. §. cõmodũ. Inſtit. de interd.
b vt in l. circa. verſi. ſi quis aũt fiducia. de probatio.
c l. ſed & ſi poſſeſſori. de iureiur.
d cum Fulgoſ. ad d. l. emi-cta re. §. j.
e l. venditor hominis, in prin. de euict.
f l. ſeruum quem. §. ſi ſciẽs. de act. empti.
g l. ſi cũ venditor. de euict.
h vt in tit. ſi ager vectig. vel emphiteut. petatur.
i l. minor. §. ſi ſeruus. de euict.
k §. per traditionem. verſi. nihil enim tam naturale. Inſtit. de rer. diuiſ.
l l. Papinian⁹ ubi ait ſi prohibeat. de public. in rem act. & d. §. ſi ſeruus.
m ad d. §. ſi ſeruus. nu. 8.

& iuſtiorem excuſationem emptoris facit, quòd quamuis ſeruiana actione
quæ & ipſa in rem eſt, poſsit emptor vincere, ad hanc tamen nō eſt à ven- 19
ditore remittendus [a]: nimirum ob id quòd in illa nihil ſit firmi & perpe-
tui præſidij, ſed nudam tantùm poſſeſsionem per illam aduocet ad ſe cre-
ditor, quam ſoluta pecunia quæ debetur, ſtatim debitori relaxet illique
reſtituat. Ex aduerſo tamen, & quòd neglecta Fulgoſij diſtinctione re- 20
mitti poſsit emptor, qui in rei vendicatione non obtinuit, ad quamcunque
publicianam, ſi ea adhuc ſalua ſit contra poſſeſſorem rei venditæ, allega-
ri pro venditore poſſet: ſatis eſſe, ſi vel hunc qui nunc rem tenet & poſ-
ſidet vincere poſsit, & ab eo auferre poſſeſsionem, & ſic efficere vt rem
emptam habere tenere ei liceat, vt tantiſper dum illud poteſt facere non
committatur ſtipulatio, qui enim poteſt facere vt poſsit, is vtique poſſe
videtur. Si ergo poteſt rem emptam habere & tenere quam emit à non
poſsidente, non eſt quod venditorem inquietet, ſi ſuo iure vti ipſe negli-
gat: dicet enim venditor, cura rem tantùm præſentem, & eum qui nunc
poſsidet ſuperare contende. Quòd ſi deinde vbi rem nactus eris ſuperue-
nerit alius etiam verus olim dominus qui vendicet, illum fortè vſucapio-
nis iure repelles, ſi longa poſſeſsione tibi cauſam dominij confirmaue-
ris vel acquiſiueris exceptionem, quæ & venditori prodeſſe debet, & im-
pedire iure poteſt ne ſtipulatio aduerſus eum committatur [b]: vt interim
hoc taceam quod fortè in noua lite quam poſtea intendet alius, nouæ quo
que & liquidiores probationes poſſent occurrere, & nullum ſit periculū
ne res inter alios iudicata, tunc quoque emptori obſtet. Neque verū eſt
quod ex aduerſo aſſumitur, ſi abſoluatur tantùm poſſeſſor ab emptore, per
hoc conſtare quòd emptor non ſit dominus, ſed hoc tantùm non conſta-
re quòd emptor dominus ſit: quòd ſi iudici probatū fuiſſet, viciſſet rei ven
dicatione, & vt demus conſtare quòd non ſit emptor dominus, non ſtatim
tamen conſequens erit ſtipulationē eſſe cōmiſſam, ſed neceſſaria eſt eui-
ctio. Poſſeſsio quoq; quam per publicianā actionē aduocat ad ſe emptor,
non eſt limitata neq; adſtricta certis legibus reſtituendi, ſicut ea quæ per
actionem ſeruianam obtinetur quoad luatur pignus, ſed ſui natura eſt &
remanere poteſt perpetua, ſi nemo deinde alius potentiore iure euincat.
Emptor ergo qui poteſt illū qui nūc poſsidet publiciana actione vincere,
id facere curet, & nemo fortè vnq̄; alius poſsidenti mouebit actionē, aut
ſerius eā inſtituet, itaq; curet interim frui cōmodo poſſeſsionis ſi poſsit,
cùm rē emerit nō poſſeſſam à vēditore, & nondū ſit abſciſſa ſpes eā rem ha
bendi & tenēdi [c]. Abiectæ poſſeſsionis culpa, quæ retēta feciſſet emptorē
potiorē, efficit vt ei nō dicatur cōmiſſa ſtipulatio [d]: cur ergo nō idem face
ret culpa nō acquiſitæ poſſeſsionis, quam poſsit emptor acquirere, & effi-
cere vt rem emptam habere & tenere ei liceat? Quamuis ergo ſpecioſa 21
ſit Fulgoſij diſtinctio, & aliquid rationis habere videatur, putauerim ta-
men hic tutiſsimū eſſe (quod nec ipſe diffitetur) cōmuniora ſequi, & à ven
ditore emptorem, qui rem apud tertium conſtitutā emit, vel ſemel traditā
à vēditore non ſponte nec culpa ſua amiſit, ſic vt nunc non poſsideat ne-
que etiam venditor, remitti poſſe ad publicianam contra eum qui nunc
poſsidet: quamuis rei vendicatione ſemel fruſtra ſit expertus.

Deſcendendo nunc ſpecialius ad aliqua genera iudiciorum quæ in hac
materia ſingularem inſpectionem merentur, non video à quo commodius
ſumam exordium quàm à iudicio duplici ſiue mixto, in quo vterque actor
& vterque reus quodammodo cenſeri poteſt [e] de communi diuidundo [f].
Itaque ſi emptor nulla communionis alicuius à venditore mentione facta 22
illiusq;

[a] d. l. ſi cū vēditor. verſ. nō idē in ſeruiana. de euict.

[b] l. qui alienam rem vendidit. de euict.

[c] arg. l. euictus. de euict.

[d] l. ſi rem quam mihi alienam. §. ſi dupla. de euict.

[e] l. in tribus. de iudicijs. §. quędā. Inſtit. de act.

[f] l. ſi mācipiū. §. ſi cōmuni diuidundo. de euict.

illiusq; ignarus ſeruum emerit, velut ſibi proprium habiturus, nõ verò partem tantùm quam ſolam in eo habebat venditor[a], de communi diuidundo fuerit conuentus & ſuccubuerit, nõ tantùm in eo quòd illi iudicio verè eſſet locus: vt quia ſeruus verè cõmunis erat, idq; negante emptore probauerit aduerſarius: verùm etiam in eo ſit victus emptor, quòd cum diuidi ſeruus nõ poſſet, ſed adiudicatione eſſet opus[b], hanc ſibi fieri obtinuit aduerſarius pretio partis alienæ refuſo. Hic iam ex duplæ ſtipulatione actionem habet emptor velut euicto ſeruo, ſic vt eum habere non liceat & ne partẽ quidem eius, quod dum fit iudicio & ſententia iudicis, non intereſt quo genere iudicij, petitorij an diuiſorij iudicij ſit euictus. At quomodo, inquies, id fit, vt in hoc iudicio diuiſionis probetur ab eo qui ad diuiſionem procurauit rem eſſe cõmunem, quòd antequam illi iudicio locus eſſe poſſet, præſupponere oportuit: ita vt ſi ex aduerſo negaretur, iam rei vendicationis iudicio pro parte ſerui[c] fuiſſet agendũ, & non à diuiſorio iudicio inchoandum: cùm prouocato ad diuiſionẽ, iure competat exceptio præpoſteri ordinis iudiciorum, & ne rei vendicationi præiudicium fiat[d]. Verùm quia ſi ea exceptio omittatur, rectè ſuo tramite procedit iudiciũ quod poſterius eſſe debebat, quãuis obiecta exceptione euitari aut verius differri potuiſ-
23 ſet: neque nocet præpoſteratio vnius generis iudicij cum alio, ſicut partiũ vnius iudicij inter ſe[e]. Tradidit hic Accurſius[f] eam exceptionẽ potuiſſe ab emptore omitti, velut non concernentem merita cauſæ principalis il-
24 liusq; iuſtitiam, & quæ de apicibus eſt iuris, quales exceptiones etiam fide iuſſor conuentus poteſt omittere[g]. Sed eſt alius[h] qui putat in ſingulari iu-
25 dicio rei vendicationis, & diuiſionis eiuſdem rei, exceptionem talem præpoſteri ordinis verè non competere, quamuis in iudicijs petitionis hæreditatis & familiæ erciſcundæ competat[i], ne illorum ordo turbetur aut confundatur, propter grauitatem cẽtumuiralis iudicij petitionis hæreditatis[k], cui meritò non debet per minorem litem fieri præiudicium[l], quæ grauitas & excellentia iudicij vnius præ alio, ceſſat in ſingularibus iudicijs: ita vt ſi prouocatus ad diuiſionem negauerit cõmunionem, ipſe iudex de cõmuni diuidundo aditus cognoſcat num res cõmunis ſit: ſicut in iudicio familiæ erciſcundæ, quando is qui negatur cohæres ſuam partem pòſſidet[m]. Et ſanè vix alia exceptio competit quæ diuiſioni omnino obſtet, illamq; ſemper impediat, quàm quòd res communis non ſit: quam quidẽ ſi is qui in ius vocatus eſt diuiſionis gratia, fateatur ſibi cũ actore cõmunem, nulla ratione inuitum diutius in cõmunione poterit retinere[n]. Sed & hoc in conſiderationem veniat, num dici rectè poſſit, hæc verba, *quia probauit eum communem eſſe*, in reſponſo Pomponij eſſe addita reſtrictionis gratia, & ad ſignificandum, quòd iudicium de communi diuidundo proprietatis gratia & do-
26 minij fuerit inſtitutum, non verò pignoris aut hypothecæ gratia: quamuis & creditor qui à debitore partem prædij cõmunis habet obligatam à domino alterius partis, vel à creditore aliam partem obligatam habente, ad hoc iudicium prouocari poſſit, & ipſe quoque prouocare[o]. Sed eo caſu non mox per adiudicationem, imò nec ſi ablata res ſit per creditorem, qui licitando aduerſarium ſuperauit, cõmiſſa cenſebitur ſtipulatio, quia non perpetuo iure euicta res eſt, neq; omnino abſciſa ſpes eſt recuperandi eam etiam totã, ſoluto ſcilicet debito pro quo res erat obligata[p], & alterius par-
27 tis pretio quod numerauit creditor virtute adiudicationis obtentæ[q]. Sed vna hic ſupereſt dubitatio & quidem grauis, An emtori totum hic ſeruum dices euictum, an potius partẽ ſolam, eam ſcilicet quæ in ſeruo empto fuit aliena: ſuæ enim partis emptor & quæ fuerat verè venditoris habet æſtimationem

a vt in l. Iulianus. §. idem Celſus. hoc tit. de acti. empti.
b *l. ad officium. C. de communi diuidundo.*
c *l. quæ de tota. de rei vendicat.*
d *Accur. & Alberic. hic. l. 2. & ibi Pau. Caſt. de cõmuni diuidundo ex l. j. famil. erciſcun.*
e *Bart. ad l. prolatam in princ. C. de ſentẽt.*
f *in glo. prima.*
g *l. ſi fideiuſſor. §. quædã. mandati.*
h *Fulgo. hic.*
i *d. l. j. famil. erciſcun.*
k *l. vlt. C. de petit. hæred.*
l *l. per minorẽ. de iudicijs.*
m *l. j. in fi. famil. erciſcun.*
n *l. in hoc iudicium. §. ſi cõueniat. de cõmu. diuid. l. vlt. C. eod. tit.*
o *à l. cõmuni diuidũdo. §. ſi debitor. de cõmu. diui. l. ſi probatũ. C. eod. tit.*
p *l. euictus. hoc tit.*
q *d. §. ſi debitor.*

tionem ſurrogatá ab arbitro de cõmuni diuidundo in locum rei ſiue partis ſuæ, quare parté ſuam retinuiſſe cenſetur emptor, ſicut è diuerſo cùm æſtimatio ei abeſt quæ alij fuit danda, res ipſa abeſſe cenſetur [a]. Et in hanc partem inclinans Fulgoſ. addit rationé qua deducit ad abſurdum, quod vt putat ſequeretur, ſi hic totum ſeruum diceremus euictum: Fac, inquit, primo euictam eſſe iudicio rei vendicationis partem dimidiam, nó committetur ſtipulatio niſi pro ea parte [b], at tunc deinde agi iudicio de cõmuni diuidundo, totamq; rem adiudicari aduerſario: Num hic dicemus rurſus ſtipulationem cõmitti pro altera quoq; parte? Hoc certè pro duro habet, fortè ob id quòd vbi venditor diſpendiũ prioris iudicij quo pars vẽdicata & euicta eſt reſarcijt emptori, tunc deinde periculum quod ex diuiſione obuenire poteſt, ſic vt fortè re tota ei carendum aliquádo ſit, æquum ſit eſſe ſolius emptoris: cuius etiam cõmodum erit ſi obtinere poſsit rem totam ſibi adiudicari meliore conditione & minore pretio quàm ipſe prius emerat. Itaq; ſi hic iam iudicium de cõmuni diuidundo, quod ſubſequitur prius iudicium rei vendicationis partis indiuiſæ, non faciat vt & altera pars cenſeatur euicta, nulla quoq; ratio eſſe videtur, cur iudiciũ de cõmuni diuidundo quod ſolùm à principio inſtituitur, & in quo incidenter probatur cõmunio, ſic vt vi & poteſtate ſua includat etiam vẽdicationem partis: cur inquam hic iam diceremus vno iudicio vim duorũ habente euinci totam rem, & ſeparatis iudicijs ordine congruo inſtitutis non euinci niſi partem. Sed his nõ obſtantibus probabilius cum alijs [c] contrarium dixeris, totam ſcilicet rem cenſeri euictam ratione partis alienæ, ſic vt vna medietas quæ euincitur quia aliena erat, trahat ad ſe alteram, dum commodè nequeunt ſeparari [d]. Et huc ſpectat quod hic agatur de vendito ſeruo, cuius nomine non committitur ſtipulatio ſimpliciter concepta, ſi illius tantùm pars euincatur, nõ totus ſeruus [e]. Similiter & illud quòd hic adiudicatio alij facta efficiat euictionem: adiudicatioauté non ſolius partis eſt, ſed totius ſerui, igitur totus cenſetur euictus. Nec ex eo quòd partis æſtimationé habeat emptor, cenſeri debebit adhuc partem habere cùm emerit totum ſeruum, ignarus cõmunionis & partis alienæ, atque ita neſciuit cum emeret id poſſe ſubſequi, vt loco rei ſiue partis eius haberet pretium & æſtimationem, ideoque non tá benignè cũ vẽditore eſt agendũ, vt debeat emptor pro parte rei parte pretij & æſtimatione eſſe contentus [f], quaſi adeſſe res ei cenſeatur cuius pretium habet: quamuis e diuerſo abeſſe cenſeatur res cuius abeſt pretium & æſtimatio [g], & iuris æquitas non patitur vt hic contrariorum contraria ſit ratio: ſed eo inflectit horum omnium inſpectionem, quod deterius inuenitur eſſe vẽditori & grauius, à quo emptor læſus eſt & deceptus. Nec immeritò dicimus quòd hic vẽditor emptori velut toto ſeruo euicto teneatur, cùm ipſe potuerit, lite ab emptore ſibi denunciata, intercedere, & licitatione cum aduerſario certare [h], ac efficere vt totus ſeruus maneret emptoris. Quod ſi non fecerit ſed licitatione ſe & emptorem vinci ſit paſſus, improuidè multum fecit, non ſatis cogitans ad periculum duplæ quam emptori ſtipulando promiſit, & erit quod ſibi imputet vẽditor: neq; hic aliquam iniuſtitiæ ſpeciem fouemus, cùm totius ſerui nomine velut euicti, agere permittimus emptori ſuæ partis pretium habenti, quod definiuit arbiter vel aduerſarius licitatione ſuperans, cùm hic ſuæ partis pretium debeat in diminutionem duplæ imputare [i]. Deniq; ſi cum ſeparatim aguntur duo illa iudicia rei vendicationis & de cõmuni diuidundo, priore victus emptor cum venditore pactus ſit, aut ex circumſtantia negotij inter eum & venditorem acti, ſuper euictione pactus intelligi poſſet, aut tranſegiſſe

a l. ſi ſeruus venditus. §. j. de euict.

b l. j. de euict.

c Accurſ. hic ad verbum, ex dupla. & Alberico.

d arg. d. l. communi diuidũdo. §. ſi debitor. in verbo, quia hæc pars beneficio alterius rem de communi diuidundo.

e l. ſi dictum. §. in ſtipulatione duplæ. de euict.

f Pau. Caſt. ad d. l. Iulianus. §. idem Celſus.

g d. l. ſi ſeruus venditus. de euict.

h d. l. ad officium. ſub §. verſi. ad licitationem.

i Accur. hic ad dicta verba, ex dupla.

egiſſe non de pretio tantùm, ſed de omni eo quod ipſius intererat aut in-
tereſſe poterat non fuiſſe partē aliquam pro indiuiſo euictam, ſic vt in æſti
matione eius quod intereſt incluſerit, nō hoc ſolùm quod euicta parte ca
rendum ei ſit, verùm etiam pro altera parte quam retinet, incōmoda & ſe-
quelas cōmunionis: non mirum erit ſi non rurſus cōmittatur ſtipulatio, ob
adiudicationē alteri factā iudicio de cōmuni diuidundo. Sic enim emptor
cōtentus pretio euictæ partis à vēdito recepto, cū omni eo quod intereſt,
videri poſſet quoad reliqua in emptione alterius ſolius partis iam ſubſti-
tiſſe, & ſubſiſtere eum voluiſſe, non ſecus quàm ſi ab initio cōmunionis nō
ignarus illam ſolam partē quam retinuit emiſſet. Sin verò id actum nō ſit,
nihil eſſe videtur quod impediat duplici cauſæ euictionis duplicem quoq;
reſpondere effectum, ſicut ſi quis primo vnam medietatē pro indiuiſo, ac
deinde alius aliam euiciſſet: nam ſtipulatio hæc exemplo ſtipulationis, rē
29 ratā haberi [a], ob id quod particulariter ſæpius intereſſe poteſt, ſæpius quo
que committi poteſt [b]. Neque hinc ſequitur quicquam quod iniuſti ſpe-
ciem referat: quandoquidem tam id quod ratione prioris medietatis eui-
ctæ, à venditore, quàm quod ratione adiudicationis pro altera parte à ſo-
cio recepit, emptori imputetur in diminutionem duplæ; ipſaq; adiudicatio
fecit, vt quē fundum etiam euicta parte pro indiuiſo emptor adhuc habuit
ſuum, quamuis nō proprium [c]: & quidem totum ſuū, ita vt nulla illius pars
quamlibet exigua, omnino eſſet aliena, illum nunc ſuum nō habet nec pro
minima parte. Meritò ergo adiudicatio cenſebitur multum adijcere ad e-
uictionem prioris partis vendicatæ, vt ſic meritò aucta cauſa augeatur ef-
30 fectus. Diuiſio enim, præſertim ſi habeat adiudicationē, ſpecies eſt aliena-
tionis fundi, ita vt ob id minoribus ſit interdictum ad illam prouocare [d].

Seruiana actione vincere poſſe emptorem, & ſic facere vt rem emptam
habeat atq; teneat, diximus non eſſe ſatis ad impediendum ne cōmittatur
31 ſtipulatio [e]. Cæterùm emptorē vinci ſeruiana aut hypothecaria actione, ſa
tis eſt vt ei cōmiſſa dicatur ſtipulatio [f]: Non enim euictio de qua agat em-
ptor reſtricta eſt ad vnū aliqđ iudicij genus, ſed perinde eſt quo id fiat in-
dicio, dummodo ſic fiat vt ſpes habēdi abſciſſa ſit [g]: quod non erit dicendū
fieri ſimulatq; ſententia ſeruianæ aut hypothecariæ actionis eſt lata (quā-
uis tunc ſtatim cōmitti ſtipulationem duplæ nonnulli tradant [h]) Imò nec
tunc quidem cùm in vim iudicati res emptori ablata eſt per creditorē, om
nino efficax erit ſtipulatio, quamdiu ſoluto debito ꝓ quo res eſt obligata,
ſpes eſt recuperandæ poſſeſsionis: itaq; ſi ea recuperata, & poſtquam pi-
gnus luerit, venditor conueniri cœperit ab emptore de euictione, doli ex-
ceptione tutus erit venditor. Fundamentum enim actionis emptoris in
eo conſtitui debet, quòd rem emptam ei habere non liceat, atqui iam licet
iure pignoris diſſoluto. Quin etiam ſi pendente iudicio inter emptorē &
venditorem hic pignus luat nondum à creditore diſtractum, hoc quoque
ſuffecerit ad abſolutionem obluendam, cùm ſic cauſa agendi ceſſet, & ad
non cauſam reducatur. Sed ſi iam res obligata per ſeruianā actionem fue-
rit euicta, ablata, & iure creditoris vendita, (quæ vēditio irretractabilis eſt,
quamuis poſtea debiti ſolutio offeratur [i]) tunc validè & omnino efficaci-
ter commiſſa eſt ſtipulatio, ſic vt reſolui poſtea non poſſet [k]. Addit alium
adhuc caſum Fulgoſius, ſi res fuerit obligata pro debito tantæ quantitatis,
quòd non ſit vnquam veriſimiliter expectanda luitio, quaſi hoc pignus vi-
32 deatur ab initio alienatū ſine ſpe recuperandi [l]. Sed hoc neq; in ſe verum
eſt, quòd videlicet res ſic obligata cenſeatur exijſſe patrimonio debitoris
priuſquam redacta ſit in proprium patrimonium creditoris, quod non eſt
putandum

a *l. ſi procurator. rem ratā haberi.*
b *l. ex empto. §. vlt. de act. empt. l. euicta re. prima. §. ſi ſeruus. de euict.*
c *l. pupillus. §. vlt. de verbor. ſignif.*
d *l. inter omnes minores. C. de præd. & alijs rebus minor.*
e *l. ſi cū vēditor. de euict.*
f d. l. ſi mancipiū. §. duplæ ſtipulatio.
g l. euictus. de euict.
h *Albericus hic.*
i *l. ſi ceſſante. l. ſi prius §. C. de diſtract. pignor.*
k *l. habere licere. in ſi. de euict.*
l *l. qui habebat. de lega. 3. DD. late ad l. ſi res obligata. de lega. 3.*

putandum fieri ſola vi & poteſtate obligationis, ſed potius iure dominij im
petrato cùm non inuenitur emptor[a], vt alio loco latè probauimus[b]: & vt
maximè verum eſſet, huic tamen loco non ſatis cõueniret. Cùm enim hæc
doli exceptio, de qua Iuriſconſultus locutus eſt, oriatur ex re ipſa; hoc eſt,
ex luitione & diſſolutione pignoris, negari nõ poteſt quin ſi ea fiat pigno
ris vſq; ad verũ valorem, aut etiam in plus obligati, quin, inquam, æquè iam
emptori habere tenere illud licebit: atq; ſi in modicã quantitatẽ obligatũ
fuiſſet, & ſit facilior eius luitio. nam cùm pignus inidoneum non liberet 33
debitorem[c], remanet perſonalis obligatio omnino diſſoluenda, quo facto
liberatur pignus. Sed & ſi in modicam quantitatem, & longè infra verum
valorem obligatum ſit pignus, quàm diu tamen non eſt facta luitio, quam-
uis ea & facilior ſit & veriſimilior, commiſſa tamen erit ſtipulatio, ita vt
non obſtet exceptio antequam verè luitio facta ſit: non ergo ex eo quod
veriſimiliter expectetur, ſed ex eo quod factum erit ius exceptionis huius
erit metiendum.

Sed nec illud refert, an ex iure communi & actione per ſe valida atque 34
efficaci euicta res ſit, an ſingulari iure reſtitutionis in integrum, ſiue hanc
mereatur beneficio ætatis minor[d], ſiue ex iuſta cauſa maior[e]. Tenuius ta-
men iam datur & exercetur actio de euictione, quàm ſi ex iure cõmuni res
eſſet euicta quæ fuit aliena, cùm hic euincatur quæ fuit propria venditoris:
quod vt notius fiat, conſtituemus reſtitui in integrum minorem qui ven-
didit, non quidem aduerſus primum tantùm emptorem cui ipſe vendidit
nunc non poſsidentem, ſed aduerſus ſecundum quoq; emptorem. Quàm
diu enim res adhuc eſt apud eum qui ab ipſo minore emerat, expeditam
rationem habet reſtitutio in integrum, ſcilicet, vt minor pretium reddat,
& rem venditam recipiat[f], niſi emptor minorem dolo induxerit, vt ſic ſit
dignus qui pretio careat[g]. Sed quando emptor rurſus alij vendidit, non
tam expedita eſt quæſtio, quatenus ille cum priore emptore eodemque
venditore & ſuo authore agat de euictione ſic facta iure ſingulari, cùm di
cere author is poſsit non ſe vendidiſſe alienum, ſed proprium: & ſingula-
re minoris ætatis beneficium non debere trahi ad ſuum diſpendium, præ-
ſertim ſi ſecundus emptor non fuerit ignarus à minore annis eandem rem
primum eſſe emptam. Et placuit ſecundum hunc emptorem, quia titulum
habet oneroſum, habere quoq; regreſſum aduerſus ſuum authorem qui à
minore emerat, quem regreſſum non haberet qui liberalis donationis ti-
tulo ab eo qui à minore emerat accepiſſet[h], etiam ſi à promiſsione ince-
piſſet donatio, in qua alioqui dicitur[i] euictionem præſtari. Sed quamuis 35
rationes nunc dictæ non ſufficiant ad hoc vt eum qui à minore emerat pe-
riculo euictionis liberent, multum tamen ex æquitate valent ad moderan
dam & mitigandam actionem euictionis: quæ quatenus præſtetur, non ſa-
tis inter omnes conuenire videtur. Creditum communius eſt[k] ſolam ex 36
empto actionem ad pretium, etſi quid amplius interſit, competere: non
verò ad duplum, etiam ſi duplæ ſtipulatio interceſsiſſet[l], quaſi æquum ſit
hoc caſu quo venditio non eſt facta à non domino, neq; euictio ſit ex iu-
re communi, ſic attenuari & minui actionem de euictione, vt ſtipulatio-
ne neglecta, ſola ex empto actio detur. Eſt autem alius[m] qui in contra-
riam partem expendit quod hic nominatim de ſtipulatione dicatur[n], quæ
quidem ſtipulatio in hac materia ferè intelligitur duplæ, de qua inſcripta
rubrica eſt. Sed tandem condeſcendere videtur & ipſe in priorẽ ſenten-
tiam, vel hac maximè ratione, quòd actio de euictione hic detur ſecundo
emptori, etiã ſi ſciuerit minorẽ eum fuiſſe qui primo diſtraxerat, non ergo
in du-

a *vt in tit. C. de iure dom. impetran.*
b *ad §. ſed & ſi rem ſuã. Inſtit. de legat.*
c *l. creditor qui non idoneum. ſi certum peta.*
d l. minor. 25. annis. de euiction. *l. in cauſa. ſ. §. interdũ. cum. ll. ſeq. de minorib.*
e *d. l. ſi cum venditor. §. ſi is qui reip. cauſa. de euic.*
f *l. quod ſi minor. §. pen. de minor. l. vnica. C. de reputat. quæ fiunt in iudi. in integ. reſti.*
g *l. qui res. 6. huic applicatur. de ſolut.*
h *d. l. qui res. §. diuerſum. & ibi Paul. Caſt. in prin. de ſolutio.*
i *ad l. Ariſto. §. vlt. de donatio.*
k *Accurſio hic in glo. verbo, reſtitui.*
l *Salicetus hic.*
m *Fulgo. hic.*
n *in verbis, vtilem ſtipulationem dari.*

in duplum, ſed in ſimplum tantùm [a]: quòd ſi id ignoraſſet, iam quidem æquius videri poſſet ſecundum formá conceptæ ſtipulationis agere eum in duplum, moderandæ tamen actionis ad ſimplum eandé eſſe rationé, nimirũ æquitaté ipſam, quæ hic ſola actioné de euictione vbi aliàs videretur deficere non tam reſtituit, vtpote antea nunquam natá aut cõpetentem, quá inſtituit [b] ad ſolius damni euitationé, non verò ad duplum ex ſtipulatione, in quo plerunq; lucrũ ſecundi emptoris verſari contingit cum diſpendio primi emptoris, qui non vltra pretium à minore recuperat [c]: quod etiá immediatè ab ipſo minore ſecũdus emptor recuperat, cõuentus actione vtili ex reſtitutione in integrũ, ſi primus emptor ſoluẽdo nõ eſt [d]. Sed illius hic meminiſſe oportet, quòd ſcientia eius ſolius quod à minore primũ res vendita ſit, nõ arguat ſubeſſe malam fidé emptoris, cùm nõ ſtatim quicunq; minor eſt, ſi ritè vendiderit, læſus ſit, & ex conſequẽti mereatur reſtitutioné: nihil ergo illius ſolius ſcientia hic mutat ex re, quãdo emptor dolo caret. Nec eſt omnino hic caſus vẽditionis factæ à minore, cõparandus vẽditioni rei ſubiectæ reſtitutioni ex cauſa fideicõmiſsi [e], hæc enim apparẽtiore periculo euictionis ſubijcitur ex iure cõmuni & volũtate defuncti teſtatoris, qua vẽditio à minore facta ex beneficio ſingulari perſonæ, quæ iure ſingulari in integrũ poteſt reſtitui, quod anteq; factũ ſit & reſtitutio impetrata nõ eſt in cõſideratione [f]. Quòd ſi cõparatio illorũ caſuũ omni ex parte eſſet æqua & iuſta, ſequeretur quòd per beneficium reſtitutionis in integrũ euicta re, nõ ſolùm nõ daretur actio in duplum ex ſtipulatione, ſed nec ex empto vltra pretiũ, in id qđ intereſt: ad quod tamé omnino actio videtur competere, vt ſcilicet hic inſpiciamus nõ tantùm formá verborũ & conditioné ſtipulationis, ſed & cauſam ſtipulãdi vulgatioré & frequentioré. Verbis enim inſpectis, ſtipulationi videretur locus, cum habere tenere ré non liceat, ad quá recuperandam reſtituitur in integrũ venditor: cauſa verò & occaſio ſtipulandi vt plurimũ ea eſt & ea fuiſſe creditur, quòd emptor dubitauerit nũ fortè res eſſet aliena aut alij obligata, ita vt aduerſus illud voluerit ſibi proſpicere: quod periculum cum hic nullum ſit, placuit moderari actioné, vt non ex ſtipulatu detur in duplum cùm cauſa ſtipulandi deſit, ſed ſola ex empto actio, quæ datur emptori etiam nulla ſtipulatione facta, atque ita poterit ſuſtineri ſententia Accurſij.

37 Pertinet etiam huc actio præiudicialis de ſtatu, vtputa homine vendito
vt ſeruo, ſi is ipſe euincat ſe in libertaté [g], dicens ſe liberũ fuiſſe, iam tunc
cum traderetur: vel ſi actione ex teſtamento petat libertatem, impleta ſcilicet
cõditione ſub qua manumitti aut liber eſſe iuſſus eſt, quæ tamé cauſa
nõ eſt verè præiudicialis, qualis eſt ea ſola quæ eſt ſuper ſtatu præſenti [h].
38 Confeſſoriam quoq; actioné huc dices pertinere, ſi ea inſtituatur de vſufructu
rei ſic venditæ, quaſi pleno iure fuiſſet venditoris [i], & augetur velut
39 parte euicta [k], ita vt etiam pro bonitate fructuũ fiat æſtimatio [l]. Sed ſi confeſſoria
actio inſtituatur ratione ſeruitutis prædialis, veluti itineris, actus
viæ huc non pertinebit, nec faciet cenſeri euictá eſſe rem partémue eius [m]:
ſed id erit referendum ad actionem ſolam quanti minoris [n]. Sed lis finalis
ad venditorem dicitur non pertinere, neque ipſius eſſe periculo: & merito,
quia iudicio finium regundorum, neque fundus neque locus aliquis, id
eſt, portio fundi vel minima euincitur, ſed fines tantùm vicinorũ prædio-[o]
40 rum reguntur, nimirũ in vnius vel alterius agrũ inflexi aut reiecti [p]. Fines
autem à loco, id eſt, portione fundi [q] apertiſsimè diſtinguũtur, & finale iurgium
ab eo quod eſt locorum [r], vſqueadeo vt ſi inter vicinos ſimul duplex
moueatur quæſtio: ex vna ſcilicet parte ſuper loco & portione fundi con-

- a arg. l. vlt. §. emptor. C. cõmu. de legat. & fideic.
- b Fulgo. hic in prin. arg. l. ſi mulier. §. vlt. quod metus cauſa. & l. ſi quis ſtipulatus ſit in annos. Fulgoſ. ex quib. cau. maio.
- c d. l. quod ſi minor. §. pen.
- d glo. ad l. ſed vbi reſtitutio. de minorib. & Alberic. ad l. in cauſa. §. vlt. eod. tit. arg. l. qui ſolidũ. §. j. de lega. 2. & l. 3. C. quod metus cauſa.
- e vt in d. §. emptor.
- f l. ergo. §. j. de fideicõmiſ. liberta.
- g l. qui à pupillo. l. qui alienum. §. ſi heres. l. qui libertates. de euictio.
- h glo. vlt. in fi. l. mixta. C. de lib. cauſa. ex l. nõ diſtinguemus. §. de liberali cauſa. in verbis, & ex fideicommiſſis. de receptis arbit.
- i l. in vẽdendo. in princ. de contrah. emptio.
- k l. 4. de vſufructu.
- l l. ſed ſi quid poſtea. §. ſi vſuſfructus euincatur. l. fundus. de euict.
- m d. l. pen. de euict.
- n d. §. ſi vſuſfructus. & l. quoties. de Aedili. edict.
- o in l. ſi fines. C. de euict.
- p l. quinq; pedũ. & ad ea Alcia. C. finium regund.
- q l. locus. de verb. ſigni.
- r In d. l. quinq; pedum. & l. 3. C. finium regund.

tendente vieino ingredi fines agri ſui vieini, id quod fit rei vẽdicatione,
ex alia verò parte prouocetur ad iudicium finium regundorum, quod eſt
de ſolis finibus, & non de notabili aliqua portione fundi, prius ſit deciden
da quæſtio ſuper poſſeſsiõe [a], id eſt, iure proprietatis [b] eius portionis fun-
di, quæ vendicatur tanquam præiudicialis, reſpectu iudicij finium, & tunc
deinde agrimenſor ad loca finium regundorum cauſa ire iubeatur.

a d. l. 3.
b l. interdum. de verbor. ſignific.

Cvm recenſuerimus pleraq; genera iudiciorum, quæ huc cum nota
aliqua diuerſitatis pertinere videbantur: nunc non incõgruo ordine poſ-
ſemus ſubiungere quæ habeant cõmunia: ſed quia illorum gratia ſpecia-
lem particulam huius capitis fecimus, & in eo conſtituimus, quo modo ſe
emptor circa litem quam intendit, vel quæ ei intenditur, habere debeat,
viſum eſt tria illa quæ generaliter ad iudicia pertinent (videlicet ſi nõ de-
fendat litem emptor, ſi eam venditori non denunciet, et ſi iudicis iniuria
prægrauetur) in eum locum ſeruare, ac nunc ſubijcere illud: An & quan-
tum interſit inter cauſas euictionis aliáſve quaſlibet, ob quas emptori rem
emptam habere tenere non licet. Qua de re hoc in genere haberi poteſt, 41
quòd ex cauſa antecedẽte venditionẽ [c], nõ quæ poſt ſecuta eſt factum eſſe
debeat, vt vel agẽdo nõ obtineat emptor [d], vel vt defenſio litis nõ ſatis ei
ſuccedat, quin res euincatur. Quod eſt & in alijs cauſis, ob quas rem em-
ptá habere nõ licet conſiderandũ, antecedant ne an ſequantur vẽditionẽ,
ita vt ſi poſtea fugere ceperit ſeruus [e], vel ſi eũ manumiſerit emptor [f], vel
is citra manumiſsionẽ emptore in legẽ emptionis peccãte, ad libertatem
vltro peruenerit [g]. Aut ſi deceſſerit fato humanæ ſortis [h], ante litem conte
ſtatam [i]: aut ſi res quælibet vendita & tradita publicetur [k], vel denique pro
derelicta ab emptore habeatur [l]: horum quidem omnium & ſimiliũ, quæ
non ex antecedente tempore cauſam præbent, vt emptori habere & te-
nere non liceat, periculum non eſt venditoris: vt nec illud eum grauat,
quòd in iudicio quolibet emptori obijcitur, ſiue agẽti per formam exce- 42
ptionis, ſiue defendenti in modũ replicationis ex perſona ipſius empto-
ris, ſed id tantum quod obijcitur ex perſona venditoris, vel ex cauſa ven-
ditionem antecedente [m]. Etſi mixtim quædam ex venditoris, alia quoque
ex emptoris perſona obijciantur, inſpiciendum erit, quam cauſam iudex 43
in iudicando ſecutus ſit [n], quod ex eo poterit dinoſci, an æquè vtramque
exceptionem aut replicationem is qui cõueniebatur ab emptore, & ad-
uerſus illum agebat, proſequutus ſit, an fortè alteram in progreſſu iudicij
omiſerit proſequi, & an vtramque, an alteram tantum probauerit: nam
ſententia eſt referenda ad acta iudicij, & ſic vtranq; æquè probauit, & v- 44
traq; æquè poterat vel ſola ad victoriam aduerſario ſufficere, & ſic vtráq;
iudex in iudicando ſit ſecutus, hic iam non deerunt rationes & probabi-
les inſpectiones, quæ in diuerſa trahant: nam cur non æquè de euictione
ageret emptor, cui vt videtur, nocere non debet, quòd ius inutile à ven-
ditore quæſitum, fecerit ipſe quoq; inutile, vel adhuc inutilius, hoc enim
verè non aliud erat, quàm inanem actionem remittere [o]: conſummata eſt
enim venditoris culpa, qui rem ſic vendidit, vt retinere eam emptor iu-
re non poſsit, quod perſpiciens, exceptionem ipſe ſuo quoque facto ad-
uerſario addidit, à quo etiam aliàs ſuperari poterat. Aliud tamen cenſuit
alius [p], ea maximè ratione, quòd ſi emptor ſuo facto perdat & amittat rẽ 45
emptá, etiá verè alienã, & quæ aliàs euinci potuiſſet, hoc ei obſit, ne de e-
uictiõe agat, vt ſi ſeruũ emptũ & verè alienũ, de facto manumiſerit, & ſic
ſua volũtate perdiderit anteq; euinceretur [q]. Et ſi quis fortè Fulgoſio ob-
ieciſſet, non deperdi hic ab emptore ſua voluntate rem, antequam ea ex
antece-

c l. 1. verſ. author eſt. C. de peric. & com. rei vend.
d l. hoc iure. cum l. ſeq. de euict.
e l. 3. de euict. l. 1. C. de edilit. act.
f l. ſi ſeruum cuius nomine. de euict.
g l. ſi mancipiũ. in princip. de euictionib.
h l. ſi ſeruus. de euict. l. ſi quis ſeruũ vendi. C. eod.
i l. vtique. de rei vendica.
k l. Lucius. de euict.
l l. vlt. de euict.
m l. hoe iure. l. ſed etſi ex vtriuſq;. de euict.
n d. l. ſed etſi ex vtriuſq;.
o arg. l. quamuis. §. Marcellus. ad Velleianum.
p Fulg. ad d. l. hoc iure.
q l. ſi ſeruum cuius nomine. de euiction.

antecedente etiam cauſa ex perſona vēditoris ortum habente euincatur, ſed ſimul vtramq; exceptionem obijci, & vno tempore vnoque iudicio ex vtraq; euinci: reſpondiſſet vt opinor quòd emptor ſua voluntate nō nunc primum perdat rem emptam, cùm exceptio ex eius perſona in conflictu iudiciali obijcitur, & ex ea ſentētia obtinetur, ſed quòd iam olim cenſeatur perdidiſſe, cùm primū naſceretur & daretur aduerſario materia exceptionis nouæ, libera emptoris voluntate: nec obſtare quòd & illam præceſſerit antiquior cauſa euictionis ex perſona venditoris: hoc enim non inſpicitur, neque aliud illa efficit, quàm quòd res verè fuerit aliena, & futuræ euictioni obnoxia. Sed hoc non ſufficit ad actionem emptori dandam, niſi & euicta res ſit[a], aut venditor fuerit in dolo[b].

46 Proximum nunc erit videre quod ad perſonas attinet, an ſi vni euincatur & auferatur res empta, veluti ſecundo emptori, per hoc etiam alij, puta primo emptori contra ſuum authorem ſtipulatio committatur. Quod triplicem recipit diſtinctionem; Interdum enim ſi res euincatur & auferatur illi qui ab emptore cauſam habet, confeſtim agere poterit emptor aduerſus ſuum authorē, velut ſibi quoq; ſtipulatione cōmiſſa: Interdum non ſtatim, ſed tunc demū cùm & ipſe euictionis nomine erit cōdemnatus illi, qui in eadē re ab eo cauſam habet: & fit interdū vt neque ille cui ablata res
47 eſt agat eum emptore à quo ipſe accepit, neq; hic cum authore ſuo. Exemplum primi membri ſtatim occurrit ex reſpōſo Pompo.[c] quo dixit: Quod ſi pro euictione fundi quem emit mulier ſatis accepiſſet, & eundem fundū in dotem dediſſet, deinde aliquis eum à marito per iudiciū abſtuliſſet, ſtatim poſſe mulierē agere euictionis nomine. Et meritò quidem, cùm & ipſa euictionem pati credatur ob id quòd eum in dotē habere deſijt[d], amiſitq; ius præſens, quod erat perduraturū, ſi euictio ſecuta non eſſet. Quo exemplo idem fore tradunt[e], quando primus emptor in re empta, alijque cui euincitur conceſſa, reſeruauerat ſibi aliquid iuris, vtputa directum dominium, ſi conceſſerit in feudum vel emphyteuſim: ſcilicet ſi ſic fiat euictio per alium à beneficiario vel emphyteuta, vt is qui euincit non ſit ipſe directum dominium agniturus. Secundi membri exemplum conſtituitur[f], vbi emptor vendidit alij, nihil ſibi reſeruans iuris in ea re, quod & ipſi eadem
48 euictione videri poſſet ablatum: tunc enim non ſimul atque à poſſeſſore euicta res erit, agere poſſe eius authorem cum authore ſuo: ſed ita demum ſi ipſe condemnatus fuerit illi qui ab eo immediatè cauſam
49 habet, & euictionem eſt paſſus[g]. Sed & hic aliud viſum eſt Fulgoſio[h], qui putat ſufficere quòd primus emptor idemque venditor ei cui propter euictionem iam rem habere non licet, ſit obligatus[i]. Nec obſtare quod alio loco dictum[k] eſt, *Et deinde ob hoc fuero condemnatus*. Quia ibi dicit ita in facto contigiſſe, quòd condemnatio ſubſecuta eſſet, non autem ſignificari quòd ea fuerit neceſſaria antequam de euictione is agere poſſet. Accedit etiam, quòd ibi res empta ac rurſus vendita non euincebatur ſecundo emptori, nam primus emptor idemque venditor nondum illi tradiderat: atque ita ille non poſſidens non potuit rei vendicatione conueniri[l], neque ab eo res euinci: ſed euincebatur primo emptori, qui cùm fortè ante euictionem alij vendidiſſet, ob hoc fuit illi condemnatus ex primo capite actionis ex empto, quod iam euictum ſibi non poſſet tradere illi cui vlterius vendiderat. Non mirum ergo quod commiſſa ſit ſtipulatio ei qui ipſemet euictionem eſt paſſus (quod vel ſolùm ad eam rē ſufficere poterat) & eo amplius quoq; cōdemnatus illi cui

a l. habere licere. de euict. l. qui rem. C. eod. tit.
b l. 4. l. ſeruus qui. §. vlt. hoc tit. de act. empti.
c in l. ſi pro re pupilli. §. ſi pro euictione. de euict.
d l. quæuis in bonis. de iure dot.
e Bar. et alij ad d. §. ſi pro euictione.
f à Bar. ibi. id eſt, ad. §. ſi pro euictione.
g arg. l. ſi ſeruū emero. l. ſi ſeruum. verſi. vnde Iulianus. & verſi. cum igitur. de euict.
h ad d. §. ſi pro euictione.
i d. l. ſi pro re pupilli. in prin. cum l. ſeq. & l. minor. §. ſi ſeruus. verſi. alias autem. de euict.
k in d. l. ſi ſeruum emero.
l l. vnica. C. de alienatione iudic. cauſa.

vendiderat, ob id quod tradere ei nō poſſet, id quod ex abūdanti additur, quo euidentius monſtretur quanti eius intereſſet, nō quod ad actionē ex ſtipulatione duplæ, vel rem habere licere eſſet neceſſariū. Atq; ita ſuſtulit in effectu Fulgoſ. totū hoc ſecundū membrū iam factæ diſtinctionis ex vſu forenſi, & fortè nō malè: nam vt dominus cenſetur tradere quod eius voluntate tradit alius[a], & emptori traditū cenſetur quod eius voluntate & nomine traditur alij[b], ita quoq; cenſeri poteſt quòd euenerit conditio ſtipulationis habere licere, nimirum quod emptori habere tenere non liceat, dum id non licet ei quem ipſe voluit habere, & cui eo nomine quod non habeat ipſe obligatus eſt, præſertim ſi denunciatio litis omnibus (vt oportet[c]) ordine facta ſit quorum intererat: hoc eſt, non ſolùm à poſſeſſore ſuo authori, ſed ab illo quoque vlterius authori ſuo. Tertij 50
membri exemplum eſt, cùm emptor rem emptá alij donauit & donando tradidit, tunc enim ſi donatario per euictionem res auferatur, ceſſat omnis de euictione actio, quæ nec donatario dari poteſt cōtra donatorem[d]: neque contra venditorē emptori cuius non intereſt eam rem eſſe euictá, vt quá ipſe ſua voluntate habere deſijt ante euictionem, ob quam non eſt etiam alij obligatus[e]. At, inquies, agit legatarius de euictione cui res ab hærede empta legata eſt, qui tamen & ipſe habet titulum lucratiuum, & cui hæres regulariter de euictione non tenetur[f], quare ergo non & donatarius aget vt conſeruet donationis beneficium, ne id infringat ille qui rei à ſe venditæ & ab emptore donatæ recepit pretium: nam cur ille in lucro verſetur ob hoc quòd emptor rei emptæ & iam ſuæ moderator & arbiter[g], alij eam donauerit, non liberandus periculo euictionis ſi vendidiſſet: quid enim ad primum venditorem attinet, quid vlterius emptor de re empta & tradita ſoluto pretio conſtituat? nam etiam ſi donatario euincatur, verum erit quòd non liceat emptori habere, dum habere non licet illi quem ipſe ex liberalitate ſua habere voluit. Scio equidem quid reſponderi poſſet, videlicet, nec legatarium a- 51
gere niſi ceſſæ ei fuerint actiones ab hærede, vel hypothecam habeat pro legato in bonis hæredis[h], fortè teſtamento defuncti conſtitutam[i], ſic vt cedere actionē legatario pro legati cōſeruatione debeat. Et idem etiá in 52
donatario ſeruari, ſi & huic ceſſæ ſint à donatore eodemq; emptore omnes actiones quas in re empta & donata, vel ad eam rem, vel denique occaſione qualibet illius, ipſe emptor & donator habet aut habere poſſet. Habet autem ſaltem in potentia actionem ex empto vel ex ſtipulatione, ſi ea facta ſit, quæ quamuis conditionalis ſit & ſpes tantùm debitum iri, eam tamen ſpem vt in hæredem ſuum ſtipulator tranſmittit[k], ſic & cedere alij poteſt[l], & legem donationi ac liberalitati ſuæ dicere quam velit[m]. De quo minimè dubitandum puto, quin eo caſu de euictione agat donatarius contra authorem, id eſt, venditorem donatoris[n]: quin etiam ipſum donatorem eo caſu & cum de euictione promiſit donatario, age- 53
re poſſe crediderim, quamuis iudicium ſuū ſuper eo ſuſpendat Fulgo.[o] eo quòd nō tam euictio id faciat quo minus emptori rē habere tenere liceat, quàm præcedens donatio. Sed cùm in donatione nō eſt huiuſmodi ceſſio actionum facta, iam inter legata & donationes hoc intereſſe volunt, quòd cui res verè aliena eſt legata, ſi illam poſſideat hæres, debeat ſaltem trade- 54
re quod facere poteſt[p], atq; ita etiam cedere actionē & ius omne quod ad rem vel in rē habet aut habiturus ſit, quod non cogitur facere is qui tradendo donauit, & donando tradidit[q], quaſi in hoc plenius interpretandæ ſint

volunta-

a §. vēdita. verſi. nihil aūt intereſt. Inſt. de rer. diui.
b l. qui mihi donatū. verſi. nam & ſi. de donat.
c Anz. ad. §. actiank. Inſti. de act. ex glo. ad verbū, agere. l. ſi pro re pupilli. §. j. de euict.
d l. Ariſto. §. vlt. de dona.
e Bart. ad d. §. ſi pro euictione.
f l. ſi à ſubſtituto. §. vlt. de lega. j.
g l. in re mandata. C. mandati.
h d. l. ſi hæres quam à Titio emi.
i l. non eſt mirum. de pig. act.
k §. ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig.
l glo. l. ſi minoris. ad verbū, prouocātes. & ibi Alberi. de admin. & peric. tut. l. nomina. l. multū. de her. vel act. vend.
m l. legem. C. de pact. & C. de donat.
n Bar. ad. fi. d. §. ſi pro euictione. Pau. Caſt. ad d. l. Iulianus. §. qui fundū. de verb. oblig.
o ad fi. d. §. ſi pro euictiōe. & d. l. ſi res quam à Titio emi.
p glo. vlt. in fi. ad l. cū alienā rem. C. de legat.
q arg. d. l. Iulianum. §. qui fundum. in fi.

55 voluntates defunctorum. Sed etſi emptor alij ſic vendiderit vt de euictione non teneatur, & ne de pretio quidem, an re euicta ſecundo emptori committatur ſtipulatio emptori primo, quærit & indeciſum relinquit Accurſius [a], Fulgoſius autem magis magiſque controuerſum faciens, obſcurius quoque fecit, & inter cætera videtur diſtinguere, an traditio emptori ſecundo facta ſit, an venditio tantùm ante euictionem, ſic vt nunc nequeat euictũ tradere: hoc enim poſteriore caſu videtur admittere, cõmitti ſtipulationem emptori primo cõtra ſuum authoré, quaſi verè eius interſit, vtputa liberati tantùm ab euictione, & ſic à poſteriore capite actionis ex empto cõpetẽtis, re ſemel tradita & poſtea euicta: nõ verò à priore capite actionis, ne ſcilicet tradat, quod cũ nõ ſit ei remiſſum, neq; id facere poſsit
56 ob euictioné, rectè eũ acturũ cum ſuo authore: remiſsiones enim iuris aut actionũ ſtricti iuris eſſe dicũtur, ſic vt de vno genere rerũ aut actionũ factæ, nõ trahãtur ad alia iura, res, aut actiones [b]. Sed hãc diſtinctioné quãuis
57 acutã & ſubtilé ſequi dubitauerim, propterea quòd cũ cõuenerit inter primũ emptoré eundemq; vẽditoré & alium ab eo ementé, vt nõ ſolùm non teneatur de euictione, ſed nec de pretio, conſtat cõuentioné eã non aliter valere, quàm ſi ſecundus emptor ré emat vt aleã dubiã, aut iactũ rhetis [c]: eoq; caſu videtur mox omne periculũ etiã euictionis quæ fiat vẽditori, eidemq; emptori primo antequam tradat eſſe ſecundi emptoris, & quod illud in ſe ſuſceperit, ſi ſcilicet ab ignaro quòd res aliena eſſet, & ſic dolo caréte, emerit ré nondum litigioſam, & actione qua tandé euincitur nõdum inſtituta.

Supereſt nunc huius capitis poſtremus articulus, qui in tribus verſatur, quòd videlicet oporteat emptorem denunciare litem venditori, & nihilominus ſiue is compareat ſiue non, debeat iudicio rem defendere. Et ſi ſuccumbat vel non vincat, id factum eſſe iure potius cauſæ per ſe malæ & ini-
58 quæ, quàm per imperitiam aut imprudentiam iudicis. In primis autem denunciationé fieri multis locis præcipitur [d], ne ſcilicet videatur emptor ſuccubuiſſe, ob id quod non ſatis inſtructus eſſet de iure ſui authoris, & quòd inſtructus plenius à vẽditore ſi litem ei denunciaſſet, vincere potuiſſet [e]. Porrò, quod de forma denunciationis dubitatũ eſt, an ſignificare tantùm litem venditori ſufficiat [f], an verò etiam interpellare vt cauſæ adſit & de-
59 fenſioni aſsiſtat. Communius creditum eſt [g] interpellationem hanc requiri ad defendendam litem (ita enim pluribus locis dicitur [h]) vſqueadeo vt vel in ipſa denunciatione inſtruendum eſſe venditorem putent ab emptore de genere motæ litis, miſſo etiam exemplo libelli conuentionalis ab aduerſario editi, quod nonnulli neceſſarium, alij tutius eſſe exiſtimant.
60 Hoc ſanè apud oẽs ferè in confeſſo eſt, quòd ſcienti etiam venditori lis ſit denuncianda [i], cùm denunciatio non in hoc tantùm fiat venditori vt ſciat litem eſſe motam, ſed vt illam defendat. Sunt tamen [k] qui ſic diſtinguant, vt non ſit ſatis venditorem ſcire litem eſſe motam, ſi id reſciuerit ab alio quàm emptore, vel per quem emptor id eum ſcire voluit. Si verò ab his reſciuerit id eſſe ſatis, quaſi ea inſinuatio litis, quam venditori facit vel fieri curat emptor, habeat in ſe tacitam quandam commonitionem defenſionis: quandoquidem non alio fine veriſimiliter credi poſsit denunciationem litis ab his eſſe factam [l]. Sed de his non multum curandum eſt, cùm vſus iudiciorum vbiq; ferè inualuerit, denunciationem hanc fieri per
61 apparitorem aliquem eius curiæ, & ſæpè quidem per literas iudicum corã quibus lis inſtituta eſt, quæ huiuſcemodi interpellationem ſuſcipiendæ de-
62 fenſionis ferè continent: & nõ comparente venditore ad defenſioné litis, euocatio fit cõtra eum abſenté, & ſolennis proteſtatio quæ actis iudiciarijs

a ad d.l. ſi ſeruum emero. in glo. verbi cõdẽnatus.

b arg. l. ſi domus. de ſerui. vrba. præd.

c l. emptorem. §. qui aut. in fi. hoc tit.

d In l. ſi fundi vẽditi. §. ſi cũ poſſet. l. ſi rem quã. §. vlt. de euictio. l. emptor fundi. in princ. C. eo. tit. l. j. C. de peric. & cõmod. rei vend.

e d. §. ſi cum poſſit. In verbis, parum inſtructus.

f vt in l. ſi cum quæſtio. in verbis, ſi authorẽ tuũ certiorẽ feciſti. C. de euict.

g Bar. ad l. j. C. de peri. & cõmod. rei vendit. & ad l. non ſolùm. §. nolle. de oper. noui nunciat.

h in l. ſi plus. §. mota. de euict. in l. ſi parentes. C. eod. tit. & in d. c. vlt. de empt. & vendi. glo. vlt. ad clemẽti. cauſam. de elect. Bart. locis prealleg. Bal. & Salic. ad l. emptor. C. eod.

i Salic. & alij ad d. l. emptor. C. de euict.

k Bal. ad l. j. de peric. & commo. rei vend.

l Ant. de Burgos ad c. vl. de empt. & vend.

inſcribitur. Fit autem hæc denunciatio ei ipſi qui vendidit, ita vt ſi vendi- 63
derit ſeruus ei, non domino niſi mortuo ſeruo fiat denunciatio[a]. Procu-
ratori quoque denunciare ſufficit[b], vel domino præſente (quod perinde
eſt atq; ſi ipſi domino denũciaretur[c]) vel eo abſente vt inueniri non poſ-
ſit, tunc enim ad locum domicilij denunciare ſufficeret[d]. Et ſi ſe ſubtrahe
ret venditor ne denunciatio ei fiat, poſſet abſq; denunciatione in eum agi
re euicta & ablata[e]. Mortuo venditore denunciandum eſt hæredi, etiam
ſi hic adhuc pupillus ſit, & abſente tutore[f], dummodo doli capax ſit: nam
ſi infans eſſet vel non proximus pubertati, ita vt nõ intelligeret quod agi-
tur, cenſeretur & ipſe abeſſe: & tutore nondum dato, denuncianda lis eſ-
ſet proximioribus cognatis, affinibus, & alijs de quibus veriſimile ſit quòd
eum vellent defendere, vel curare vt dentur tutores qui[g] defendant. Fit
etiam interdum vt hæredi denuncietur lis, quæ adhuc viuo venditori non
potuiſſet denunciari, vbicunq; ſcilicet res ita poſtulat, quòd non niſi mor
tuo venditore euictio fieri poſsit: veluti ſi quis ſeruum poſt mortem ſuam
liberum eſſe iuſſum (cuius interim ipſe dominus eſt) vendat, qui vendi-
tori ſuperſtes ipſe euincat ſe in libertatem, hic enim actio de euictione
naſcitur emptori conditionis empti ſerui ignaro, contra hæredem ven-
ditoris, quæ viuo adhuc venditore cõpetere non potuiſſet, cùm euictio ex
ea cauſa eo viuo fieri nequiuiſſet[h]. Neq; enim id in vniuerſum reſpuebat 64
antiquitas, quòd actiones inciperent ab hærede aut contra hæredes[i], ſed
contemplatione ſtipulationum id fieri non admiſerunt[k]: hoc eſt, ſtipula-
tiones ea forma concipi, vt differretur obligatio aut actio in tempora hæ-
redum ſtipulatoris aut promiſſoris. Occurrit alius ſuperiori ſimilis ca-
ſus[l], in quo non contra hæredem tantùm competit actio, verùm etiam ea 65
actione is ipſe tenetur qui euicit: Vt ecce inſtituit aliquis filium ſuum im-
puberem, ei ſubſtituit pupillariter ſeruum, hic vẽditur à pupillo eiúſve tu-
toribus, moritur adhuc impubes filius, ei fit hæres ſeruus, & liber, ipſe qui
dem euincit ſe in libertatem, & de euictione ipſe tenetur vt hæres vendi-
toris, quo adhuc viuo euictio fieri non potuiſſet, & ex conſequenti nec ſti
pulatio cõmitti. E diuerſo autem fit interdum vt plenior actio de euictio- 66
ne cõpetat hæredi emptoris, quàm ipſi emptori[m], vtputa ſeruus poſt mor-
tem illius qui eum emit, à non domino inſtitutus eſt hæres: hic iam ſi ipſi
emptori euincatur, is non niſi de ſeruo aget, cuius ſolius ratione eius in-
tereſt. Hæres verò eius etiam de æſtimatione hæreditatis aget, vtpote ſic
delatæ, cùm euincitur ab hærede emptoris, quæ deferri ei non potuit em-
ptore adhuc viuo. Sed nec hoc ignorandum erit, quòd ſi venditor plu- 67
res relinquat hæredes, omnibus illis & ſingulis denunciandum eſſe[n]: fi-
deiuſſori autem euictionis denunciandum non eſt[o]. 68

Quando autẽ ſit denunciandũ ſiue qua parte litis, variè reſponſum legi
tur alicubi, quòd antequam iudicium accipiatur[p], quòd quamuis de eo ſit
ſcriptũ qui titulum habet lucratiuum, cõmunis tamen vſus forenſis hoc in 69
vniuerſum etiam amplectitur. Alio verò loco[q], quòd venditori quolibet
tempore denunciari poſsit, nec præfinitum eſſe in ea re certũ aliquod tem
pus, dum tamen non prope ipſam condemnationem id fiat, vt ſcilicet ad-
huc integra ſit venditori defenſio ſi quam nouam velit facere: quod adeo
verum eſt, vt vel in cauſa appellationis denunciari primum poſſe tradide- 70
rit Accurſius[r], & alij ſequuntur[s], præſertim cum hodie in cauſa appella-
tionis non allegata, allegari: & non probata, probare liceat[t].

Quæ pœna ſit emptoris non denũciantis, etiam variè reſpõſum legitur, 71
Vno loco[u], quòd non agat ex ſtipulatu: alio loco[x], quòd nec ex empto,
nec

---

a l.minor.§.ſi ſeruus.verſic.denũciare. de euict.
b l.ſi dictum. §.ſi præſentem.de euict.
c arg.l.ſi procuratori præſentis. de verb. oblig.
d Bar.Salic.Fulgo. ad l.ſi adeo. de euict.
e l.ſi permutationis. in fi. C.eod.
f ead.l.ſi dictũ. §.pupillo.
g arg.l.hæc autẽ. ex quib. cauſ. in poſſeſ.eatur.
h l.ſi per imprudentiam. §.j.de euict.
i l.pœnales.ad leg.Falcid.
k l.vnica.C.vt act.ab hæred.vel cõtra hær. incip.
l l.qui à pupillo. de euict.
m d.l.ſi per imprudentiã.§.j.verſi. nõ mirum autẽ.
n l.ſi rem quæ apud te eſſet.§.ſi ei.de euict.l.cum ex cauſa. de verb.oblig.
o l.auctore laudato. C. de euict.
p l.qui concubinã.§.ſi hæres.de lega.3.
q in l.ſi rem quam mihi. §. quolibet tempore. de euict.
r ibi ſub ſi.glo.ſ.
s Albericus ibi.
t l.per hanc. C. de tempor. appell.
u l.ſi fundo. §.ſi cum poſſit. de euict.
x l.emptor.C.de euict.

nec contra venditorem, nec contra fideiuſſorem euictionis, quaſi denũ-
ciatione omiſſa omnem actionem amittat emptor, ſi vẽditori dolum impu
tare non poſsit. Et hoc quidem æquum eſt, vt non ſufficiat emptori ſentẽ-
tia, quæ ex lite venditori non denunciata eſt ſecuta. Sed quid, ſi velit ipſe
probare aduerſus venditorem iuſto iudicio rem eſſe euictam, & quòd vẽ-
72 ditor denunciatam ſibi litem nequiuiſſet defendere, quin condẽnatio ſe-
queretur, adhuc putauit Bart.[a] actionẽ emptori negari. Sunt tamen alij [b],
qui contra ſentiunt, actionẽ ſaltẽ ex empto supereſſe emptori ad id quod
intereſt, ſi probet non iudicatum tantũ, ſed vero & iuſto iudicio contra
ſe iudicatum, cùm liceat emptori agnoſcere bonam fidem, & cedere liti
73 notoriè iniuſtæ [c]; quæ vna eſt limitatio ſiue exceptio à regula denuncia-
tionis faciendæ, ſicut vbi quis ſine iudicio ipſe quodammodo euincit ſibi,
74 ſuccedens verò domino, vel alio titulo rem acquirẽs quam emerat [d], iam
enim hic non eſt lis quæ denuncietur venditori, & de euictione tamen
ex empto agitur. Sunt & aliæ exceptiones à dicta regula, quas dum non-
nulli ſtudent facere & enumerare plurimas, addunt multas, de quibus du-
bitari meritò poſsit, veluti quod de emptore minore dicunt [e], quaſi is re
ipſa venditorem, qui euictionis eſt debitor, vt cæteros ſuos debitores, in
mora conſtituat, quæ tamen ratio à re ſubiecta multum aliena eſt & re-
mota, & quod de iureiurando venditoris obligationi adiecto quidam di-
xerunt, & alij meritò improbarunt [f]. Receptæ autem exceptiones hæ
75 ſunt: Quando impediuit venditor, & ſe ſubtraxit, ne ad eum notitia litis
perueniat [g], quando pacto remiſſa eſt neceſsitas denunciandi [h], & quan-
do ſimul ad iudicium euocantur venditor & emptor, vt quia ille partẽ ali-
quam indiuiſi prædij vendidit, quod vendicatur totum, euocato vtroque
poſſeſſore, ſuæ partis defendendæ gratia, vel cùm vltro comparet vendi-
tor ad defenſionem cauſæ: nam litis conſorti nihil denunciare oportet [i],
76 quamuis ſcienti tantum, & non ad litem præſenti, denunciandum eſſe
dixerimus.

Secundò requiri diximus, quòd emptor litem defendat, ne vel opti-
77 ma non vllo cauſa tuente pereat, & propter abſentiam magis quàm quòd
malam cauſam habuerit, videatur res euicta [k], idq; neceſſarium eſt, etiam
ſi denunciauerit venditori litem, & is ad defenſionem non compareat, ita
vt culpam emptoris non defendentis, non purget neque minuat contu-
macia venditoris euocati, & non aſsiſtentis emptori in re defendenda, ſi-
ue quod in pari cauſa negligẽ melior ſit conditio tenentis aut poſsiden
tis, & qui partes rei ſuſtinet, is autem eſſet venditor de euictione con-
78 uentus ab emptore [l]: ſiue quòd emptor ſit in culpa faciendi, quæ præpon-
derat culpæ omiſsionis [m]. Sed hæc poſterior ratio difficulter ſuſtineri
poſſe videtur, aut dici, quòd non vtriuſque culpa ſit vniformis ex omiſſa
defenſione, niſi fortè dicas [n], quod maior eſt mora emptoris conuenti, &
cum quo erat fundatum, vel neceſſariò fundandum iudicium, ſi ſcilicet
hic emptor cauſam quam debet defendere deſerat, quàm mora vendito-
ris, cuius perſona in iudicio non fuit vnquam [o], & qui non citatur præci-
ſè, quaſi omninò debeat comparere, & pro emptore interuenire, ſed de-
nunciatur tantum ei lis cum incitatione ſiue exhortatione, vt defendat ſi
velit, & intelligat ſuo periculo cauſam agi, ne poſsit in poſterũ obijcere
emptori, quòd cum aduerſario colluſerit, aut non rectè ab eo cauſa defen
79 ſa ſit. ſufficit autem ab aliquo cauſam eſſe defenſam, et ſi non ab empto-
re, ſaltem ab eo cui ius ſit defendendi [p]: verbi gratia, litis aduerſus pupillũ
agitandæ duplex ratio aut forma eſt, vel vt in ius vocetur ipſe pupillus qui
ſe de-

a ad l. Ariſto. §. Labeo, poſt mediũ. verſic. in venditione verb. de donation.
b Raph Cuma. tit. ſub fin. & ad l. huiuſmo 1. §. qui ſeruum. de legat. 1. Fulg. ad l. emptorem. hoc tit.
c d. l. emptorem. in princ.
d l. cui res. hoc tit. l. ſi ei cui. de euiction.
e imponitur Baldo, ad l. 1. de peri. ul. & commod. rei vendita.
f videatur Alexander, ad l. nõ ſolum. §. morte. de operis noui nunciat.
g l. ſi ideo. in fin. de euict.
h l. Herennius. eod. tit.
i Salicetus et Fulgo. ad l. ſi dictum. §. ſi præſentem. de euiction.
k l. ſi ideo. de euict. facit. l. qui repudiantis. §. vlt. l. Papinian. §. meminiſſe. de inoffic. teſta.
l l. ſi ſeruum. §. vſque. de verb. oblig. Alberic. ad l. ſi per imprudentiam. hoc tit. Fulg. ad l. ſi ideo.
m Alberic. loco proximè alle gat.
n cum Baldo. ad l. 1. C. de peric. & commo. rei ven. in vlt. oppoſitione.
o arg. l. 1. in fin. C. de ſent. & interlocut. omnium indic.
p d. l. ſi ideo. verſ. quid ergo.

ſe defendat authore tutore, vel vt euocetur ſolus tutor pupilli nomine [a].
Si ergo priore modo cepta lis, peragatur poſteriore modo, & ex vna via
defenſionis deflectat ad alteram tutor (quod Iuriſconſultus videtur innue
re [b] fieri poſſe) dicetur vtique cauſa defenſa. Quouſq; autem debeat eſ-
ſe cauſa defenſa, & quando defuiſſe emptorem oporteat vt ob eius abſen- 10
tiam non committatur ſtipulatio, difficilius dixeris, nam iure quidem Ca-
nonico [c] deſignatur apertè hoc tempus, ſi abfuerit tempore promulgan-
dæ ſententiæ. Sed ſunt [d] quibus hoc durum videtur, quòd ſi emptor cau-
ſam neceſſarijs defenſionibus, teſtimonijs, & omnis generis probationi-
bus quas inuenire potuit, bene inſtruxerit, ac deinde abſit in termino fe-
rendæ ſententiæ, & cùm iam vel abſens poſsit vincere iure melioris cau-
ſæ, ob id ſolùm perdat regreſſum ex cauſa euictionis aduerſus venditorē,
præſertim ſi non ſit in ea vera contumacia, de qua intelligi poteſt locus il-
le iuris canonici, neq; excluſus vt videtur à beneficio appellationis: nam
quamuis ſit conſtitutum quòd contumax non audiatur appellans [e], illius
tamen ratio alio loco [f] adducta hic ceſſat, nimirum ea, quòd ſi legitimè e-
uocatus veniſſet & cauſam defendiſſet, potuiſſet edictum rumpere: iam
enim citatus venit, reſpondit, & cauſam vt optimè potuit defenſionibus
congruis inſtruxit: itaq; non mereri eum tam grauem pœnam, vt ab om-
ni actione cadat aduerſus venditorem mouenda, cùm etiam iure noſtro
nihil de tempore ſententiæ ferendæ dicatur: ſed ita, *Si iudicio emptor non
adfuit* [g], *Si alius adfuit, Si cauſam egit, Si acta cauſa eſt* [h]. Itaque hoc diligen-
tius & penitius expendendum relinquam: Sed ſententia Gabrielis eſt
quòd non perdat regreſſum.

Supereſt nūc tertius & vltimus articulus huius capitis, videlicet, quòd
vt non debet euictio ob quam agit emptor prouenisse ex eius cōtumacia, 11
ita quoque nec per errorem, imprudentiam, iniuriam, ſordes aut gratiam
iudicis [i]. Hoc enim ad venditoris periculum non magis ſanè pertineret,
quàm ſi emptione perfecta & impleta, tertius aliquis emptorem violenta
manu è poſſeſsione deturbaret & deijceret [k], vel ſi caſus aliquis repenti-
nus & fortuitus ſuperueniat, qui rem emptam auferret emptori, vel inuti-
lem faceret [l]. Sed hic referuntur tres exceptiones à regula quam iam fe- 12
cimus, vna quidem omnino indubitata: Si ipſe venditor per iudicis iniu-
riam vel imperitiam, (vt quia credit aduerſus iura [m], ſuperueniens vendi-
tori dominium rei quam vendidit cum nondum eſſet dominus, ei ipſi ad
firmam rei vendicationem, & non emptori ad exceptionem prodeſſe) e-
uincat improbè rem à ſe diſtractam [n]: nam vt meritò emptor eam iudicis
ſententiam culpet, venditori tamen laudare neceſſe eſt, vt ex qua lucrum
ipſe ſentit [o], ita vt non poſsit improbè cauſare ſecundum ſe iudicatum eſ-
ſe per gratiā [p]. Secunda exceptio non tam per ſe dubia eſt, quàm ratio il-
lius, eo quòd non inueniatur adſcripta: Vt ecce Imperator Alexander re-
citans hanc facti ſpeciem, vbi non regreditur aduerſus venditorē emptor
per iniuriam iudicis victus, addidit [q], *Abſente authore vel fideiuſſore*, non qui
dem fruſtra (vt pluſquam veriſimile eſt, & intellexit facilè Accurſius [r]) ſed
reſtrictionis cauſa, ita vt ſi præſente venditore vel fideiuſſore eius eſſet iu
dicatum, iam regreſſum habere poſſet emptor aduerſus eum qui tempore
ſententiæ aderat: ſed de ratione quæritur. Accurſius eo retulit, quòd quan 13
do venditor ipſe præſens eſt appellare poſsit, non enim aliud conuincit
reſponſum [s] Martiani in hoc ab eo citatum, quàm quod poſsit appellare.
At hoc nō ſatis eſt niſi inſuper addas [t], quòd meritò appellare deberet ipſe
potius, quàm emptor, ac quòd non imputetur emptori ad culpā ſi ipſe non
appellet,

a l. j. §. ſuffi. ll. de admin. tutor.
b in d. verſi. quid ergo.
c in c. vlt. de emp. et vēd.
d Fulgoſ. ad d. l. ſi l. ite.
e l. & poſt edictum. §. vlt. de iudicijs.
f l. ex conſenſu. §. vlt. de appell.
g in l. emptor. verſ. ſed et ſi iudicio. C. de euict.
h in d. l. ſi ideo. verſi. quid ergo.
i l. ſi per imprudentiā. in pr. ff. de euict. l. emptor. §. ſed etſi. C. eod. tit.
k l. vlt. C. de act. empti.
l Bar. ad l. exceptione. de fideiuſſ.
m l. ſi à Titio. de rei vēdic. l. ſi quis alienā rem. hoc tit. & toto tit. de except. rei vend. & trad.
n l. vendicantē. cum l. ſeq. de euict.
o arg. l. cum in fundo. §. quòd ſi mulier. in fi. de iure dot.
p l. ſi ſeruum plurium. §. j. verſi. quid ergo. de lega. primo.
q in d. l. emptor. in fi.
r in glo. vlt. ibi.
s in l. à ſententia. de appell. st.
t cū Fulgo. ad d. l. emptor.

appellet, cùm videt non appellare venditorem, quem credere poteſt melius de meritis cauſæ inſtructum eſſe, & quodammodo agnoſcere ſilentio ſuo iuſtitiam ſententiæ: quando autem abſente autore contra emptorem iudicatur, debet ipſe vel appellare, vel venditori appellationē integram ſeruare, & denunciare in tempore, vt ipſe appellet, ſi velit, & grauamen ineſſe ſententiæ putet[a], quaſi tantundem operetur ea denunciatio latæ ſententiæ, quantum præſentia venditoris cum iudicaretur: de qua tamen comparatione meritò dubites, eo quòd longè alia videatur eſſe illorum ratio: nam cùm præſens eſt venditor, hoc eſt, ſe liti iungit, tunc & ipſi fit iniuria à iudice, ſi qua ea fit in condemnatione emptoris: quando verò nuſquam apparuit venditor, etiam ſi lis ei denunciata ſit ab emptore, poteſt probabiliter ignorare iudex, an re vera alium quàm emptorem ea lis concernat, & ſtudio dataque opera per ſordes aut gratiam, iniuriam facere, ſoli vt credit emptori: cur ergo quod in ſolius emptoris iniuriam à iudice perperam iudicatum eſt, non curabit ipſemet emptor reparari, aut cur eam ſollicitudinem imponet venditori, denunciato tantum ei litis exitu. Et fortè hac in parte fideiuſſori[b], qui gratuitum impendit debitori officium (vnde hodie principalis debitor prius eſt excutiendus) non rectè compares emptorem qui ſuum agit negotium, & in ſua ipſius perſona litem principaliter ſuſtinet, vt iam dicetur.

Tertia exceptio ſiue reſtrictio regulæ incertior eſt, & multum controuerſa, nimirum hæc: ſi emptor ſua culpa iniuſtæ damnationis cauſam
84 præbuit, ea enim reſtrictio de fideiuſſore ſolo, reſpectu principalis debitoris legitur ſcripta[c], videlicet æquius eſſe iniuriā quā fideiuſſor ſua culpa à iudice paſſus eſt, penes eum manere, quàm transferri ad debitorem principalem, qui re vera nihil debeat, ſi damnatio ſit iniuſta: cuius tamen cauſam ſi non præbuit fideiuſſor, videtur regreſſum habere aduerſus
85 debitorem. An igitur ea reſtrictio ad emptorem quoque reſpectu venditoris poſſit transferri, Accurſius aut ipſe variat, aut variantes ſententias recitat. eſt enim[d], vbi nec in fideiuſſore eam reſtrictionem videatur admittere, ſed ſuo more ſupplendam putauit dictionem maximè; vt ſcilicet tunc maximè non transferatur iniuſta damnatio fideiuſſoris ad debitorem, quando ipſemet fideiuſſor illius cauſam præbuit, non verò quòd Iuriſconſultus velit nos ſemper remittere ad eam inquiſitionem & diſtinctionem, vter in culpa ſit damnationis iniquæ, an debitor, an fideiuſſor, an ipſe fortè iudex ob iuris imperitiam: ſed alijs pleriſque locis[e] reſtrictionem illam recipit, non in fideiuſſore tantùm, ſed & in emptore, pro quo ſtare videtur, quòd Iuriſconſultus[f] conſeruare volens emptori qui ſuccubuit, vbi pro iuſtitia cauſæ, ſi exceptionem verè competentem obiecisset, vincere poterat actionem de euictione, hoc ipſum pro ratione adſerat, quòd in culpa non fuerit emptor non obijciens exceptionem quam ignorauit competere, ſubindicans aliud eſſe, ſi exceptione quam ſciuit vel ſcire debuit competere omiſerit, exceptionem, inquam, peremptoriam: nam dilatoriam iudicij, & quæ ex apicibus iuris eſt, poteſt omittere[g]. Sed ſunt alij[h], qui emptorem quem principaliter proprio eius nomine cauſa concernit, diſtinguant à fideiuſſore, & à procuratore, quos non principaliter cauſa reſpicit, ideoq; in his meritò diſtingui, an in culpa ſint malè defenſæ litis alienæ nec ne[i], quod in emptore non ſit diſtinguendum: cùm ſiue is ſua culpa, ſiue iudicis iniuria, damnationem re vera iniuſtam in ſua cauſa ſuſtinuerit, ſuum

a arg. l. 8. ſi procuratorem. §. ſi ignorans. verſic. ſed etſi teſtator mandati. & ibi latè Salicet. Fulgoſ. ad hanc l. ſi per imprudentiam.

b ſecundum dictum §. ſi ignorantes.

c in l. exceptiōe. ff. de fideiuſſor.

d in d. l. exceptione. in princ. gloſ.

e in gloſ. 1. l. 2. in princip. de hered. vel act. vend. & ad l. ſeruus venditor. de euict. ad l. Papinian. de publ. in rem actione.

f in d. l. Papinianus.

g l. ſi fideiuſſor mandati. l. ſi mancipium. §. 1. & ibi gloſ. de euict.

h Bartho. ad d. l. exceptiōe. & ibi Paul. Caſtr. Simon ad d. l. emptor. Ioā. Imo. ad c. vlt. de emp. & ven.

i l. etiā. C. mandati. d. l. ſi procuratori. §. ſi ignorantes. & d. l. exceptione.

ſuum quoque debeat meritò eſſe periculum, non venditoris. Et ab hac parte ſtat reſponſum Gaij[a], iuncta Accurſ. interpretatione[b], cui ſatis viſum eſt ad hoc vt deſinat venditor de euictione teneri, id eſt, periculum euictionis ſuſtinere, quod vſucapione rei emptæ, vel longi temporis præſcriptione tutus ſit, nihil omninò diſtinguens, qualis exitus ſequatur litis forſitan ei mouendæ, vincat, an vincatur: nam obiecta illa exceptione, euinci res non poterit, niſi, inquit Accurſius, per iniuriam iudicis, de qua non tenetur venditor. Quo etiam ſpectat non inelegans dilemma Pauli[c], quo demonſtrauit venditorem ſerui cum peculio nihil emptori præſtare, ſi euincatur vicarius ſeruus: vel enim, inquit, is non fuit in peculio, & ſic non acceſſit rei venditæ, vel ſi fuit in peculio, iniuriam à iudice emptor paſſus eſt, de qua non tenetur venditor: in alio autem illo Vlpiani reſponſo[d], quod pro contraria ſententia adductum eſt, non ſolùm non fuit in culpa emptor, neque illud ſolum eſt, quo ei reſeruatur regreſſus de euictione contra venditorem, ſed eo amplius ipſe venditor, eius autor, fuit in culpa, nimirum procurator, qui tametſi rem venderet alterius, & domini mandato, non tamen hoc expreſſit, neque emptori declarauit, qui ſi id cognitum habuiſſet, dominum vendicantem facillimè hac exceptione repuliſſet, quòd eius mandato res eſſet vendita, & à procuratore eius qui vendidit etiam tradita[e]. Quin etiam amplius voluit Bartholus[f], reſtrictionem illam, ſi in culpa ſit emptor iniuſtæ damnationis, nòn ſatis conuenire rei ſubiectæ de imprudentia & imperitia iudicis, ad quam non pertinet vlla litigantium culpa, ſed potius iniuſti ſuffragatoris, qui indignum, & iuris imperitum ad iudicandi munus promouit. Paulus Caſtrenſis[g] tamen etiam huc retulit culpam emptoris, ſi videlicet, cùm ſciret imperitum eſſe iudicem, non adduxerit bonum aduocatum, à quo inſtrueretur bene cauſa eius, quaſi ſic inſtruatur & ipſe iudex, de quo ne quid grauius dicatur, equidem dubito an litigantiũ ſit inquirere in mores & peritiam aut imperitiã iudicis publica autoritate dati & conſtituti; hoc tamen non negauerim, quin ſi em- 86
ptor ſciens prudenſque omiſerit peremptoriam exceptionem (quod in fideiuſſore ad dolũ malum relatum legimus[h]) iam regreſſum omninò non habeat de euictione ad venditorem, ob ſententiam iniuſtam quidem, ſi ſpectes merita cauſæ, & verum ius litigatoris, ſed iuſtam, ſi acta cauſæ ſpectes. Nam illius iniuſtitiæ ipſe emptor ſibi cauſa eſt. Idem quoque ſi appellationem à ſententia iniuſta emptor interponere omiſerit, abſente venditore, condemnatus: quamuis enim omiſſio appellationis 87
poſt ſententiam non ſit cauſa iniuſtæ ſententiæ, quæ præcedit[i], negari tamen non poteſt, quin ſit cauſa, cur per talem ſententiam re vera iniuſtam, res ſit & permaneat euicta, quòd videlicet emptor paſſus ſit tranſire illam in rem iudicatam, quæ appellatione in tempore interpoſita poterat reſcindi, & ſic tandem res non euinci.

a In l. qui alienã. in prin. de euict. iuncta Accurſ. interpretatione.
b in gloſ. 2 ad ver. teneri.
c in l. ſerui venditor. de euiction.
d in d. l. Papinian. de publ. in rem action.
e toto tit. de except. rei vend. & trad.
f ad hanc l. ſi per imprudentiam. verſi. Quomodo enim emptor.
g ad d. l. exceptione. In princip.
h in l. ſi fideiuſſor. in princip. verſic. & ſi quidem ſciens.
i Paul. Caſt. ad d. l. exceptione.

AD QVID COMMITTATVR STIPVLATIO, quæ ſuper euictione interponitur.

SVMMARIA.

1 *Quando ſimpliciter dicitur agi de euictione, intelligitur actione ex empto, niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.*

2 *Quando de euictione agitur actione ex empto ad pretium numeratum agitur, & ſi quid fortè amplius actoris intereſt.*

3 *Actionis ex empto in hac materia tria ſunt capita.*

4 *Pretij conuenti hic in actione ex empto ratio habetur, non verò veræ æſtimationis, quæ ſi ſuperet pretium conuentum, non nomine pretij ſed vtilitatis, in hanc actionem venit.*
5. *Etiam ſi æſtimatio tempore euictionis decreuerit infra pretium conuentum, totum tamen petitur.*
6 *Vtilitas creſcentis æſtimationis in hanc actionem non venit vltra duplum.*
7 *Totum pretium conuentum in hanc actionem venit, etiam ſi duplum veræ æſtimationis excedat.*
8 *Emptor de euictione agens, nec eandem rem, nec aliam æqualis æſtimationis petere poteſt.*
9 *An venditor liberetur reſtitutione rei quæ euicta eſt.*
10 *Fideiuſſor euictionis ſimilem rem præſtando longo interuallo poſtquam emptor ſibi aliter proſpexit, non liberatur.*
11 *Rationes diuerſitatis alij alias ponunt inter fideiuſſorem euictionis & venditorem, cur hic ſimilem rem præſtando non liberetur, ille liberetur.*
12 *Alia diuerſitas in propoſita, obſeruata à Budæo, inter venditorem & fideiuſſorem euictionis.*
13 *In materia euictiõis ſimplum intelligitur pretium ipſum conuentũ, cui tantundẽ adijcitur per ſtipulationem duplæ.*
14 *Id quod intereſt hic variat, peti tamen non poteſt vltra duplũ, ſiue ſemel, ſiue ſæpius pro eo agatur.*
15 *Explicata verba Neratij §. vlt. l. ex empto. de actiõ. empt.*
16 *An mutus teneatur non tradens, an nõ ſatiſdans.*
17 *An non ſatiſdans ſtatim condemnandus ſit, quantum aliquando intererit.*
18 *Ad quid agatur contra non ſatiſdantẽ de dupla.*
19 *Obligationes quæ ex lege veniunt, præciſe implendæ ſunt.*
20 *Legatum ſub conditione, ſi heres tabulas teſtamenti exhibere nõ velit, peti poteſt tunquam purũ.*
21 *Quando cautio præſtanda eſt danda pecunia, vbi dies venit, non cautio, ſed pecunia petitur.*
22 *Non ſatiſdans de dupla ſtatim condemnatur, perinde atque ſi res euicta eſſet, ſed non cogitur ſoluere antequam euenerit euictio.*
23 *An ex autoritate iudicis emptor induci poſſit in poſſeſſionem rei vẽditæ, ſi venditor qui tenebatur ſatiſdare per fideiuſſores vel pignora, non ſic ſatiſdet.*
24 *Quomodo intelligendum ſit, in iudicium non deducta futura.*
25 *Interpretatio verborum l. ex empto. §. vlt. hoc tit.* Deducto eo quod præſtitum eſt, litem æſtimari.
26 *Omiſſio eius quod quis intelligit ſe facere debere, dolum in ſe habet.*
27 *Qui dolo noluit ſatiſdare, nõ poterit deducere quod antea ob particulares cauſas præſtitit: ſecus ſi ſine dolo.*
28 *Interpretatio l. ex mille. ff. de euictio.*
29 *Si ex fundo centum iugerum venditor decem vendat eis nõ deſignatis, & conſtituat ſe nomine emptoris ea poſſidere, an emptor quicquã poſſideat.*
30 *Quod poſſideri nequit, euinci nequit.*
31 *Euicta fundi parte, eius ratio initur inſpecta quantitate totius fundi cum venderetur, non cùm pars euinceretur.*
32 *Quamuis prædiũ euictum ſit aluuione ante euictionem diminutum, non ob id minuitur euictionis obligatio.*
33 *Non augetur quantitas euictionis, ſi res fiat ante euictionem melior aut maior.*
34 *Si vendo alicui iugerum vnum, quod in maiore fundo habeo cum alio commune, & trado, dimidietatis tantùm dominium translatum eſt.*
35 *Quamuis in ſtipulatione duplæ inuariabiliter fiat relatio ad tempus contractus, non ita in actione ex empto.*
36 *An, ſi valor rei euictæ decreuerit actiõe ex empto, totum pretium conuentum peti poſſit.*
37 *Interpretatio verborũ :* Si minor eſſe cœperit, *damnum emptoris erit. in l. euicta re. 2. de euictio.*
38 *In actione ex empto nõ venit id quod omninò extrinſecus intereſt.*
39 *Seruo euicto quid veniat in rationem eius quod intereſt.*
40 *Quomodo partus ancillæ in euictione ratio habeatur.*
41 *Quomodo hereditatis à ſeruo aditæ vel adeundæ,*
42 *An qui ſeruum bona fide poſſidet, iubere eũ adire hereditatem.*
43 *Si ſeruus ante euictionem manumiſſus ſit, quomodo teneatur venditor.*
44 *Qui prædium magno emptum parua penſione in emphyteuſim dedit, eo euicto, totum pretium conuentum conſequitur.*
45 *Qui ius habet patronatus, non cenſetur habere ius æſtimabile, ſed qui perdit ius patronatus, cẽſetur ius æſtimabile perdere, ſecundum Caſtr. & Curt.*
46 *Seruo manumiſſo euicto, iuris patronatus ratio nõ habetur.*
47 *Sumptus in erudiendo ſeruo facti, poſt euictionem, emptori ſunt reſtituendi, & quomodo eos ſumptus emptor conſequatur.*
48 *In huiuſmodi ſumptibus refundendis, venditor nõ eſt grauandus vltra duplum.*
49 *Dictio,* forte, *quando in ratione legum ponitur, indicat rationem non eſſe præciſam.*
50 *An eorum nomine quæ quæri poterant per ſeruũ, puta hereditates, ſeruo euicto, venditor vltra duplum teneri non debeat.*
51 *Caroli Molinæi hac de re ſententia.*
52 *Prædictam moderationem dupli meretur tantùm, qui ſeruũ alienũ bona fide vẽdidit, ſecus qui dolo.*
53 *Etiam in eo genere contractus, in quo euictio regulariter non debetur, puta in donatione, dolus facit vt donator ad omnes ſumptus teneatur in re donata à donatario factos.*
54 *Qui ex delicto tenentur, non habent beneficiũ moderationis dupli.*
55 *Dolus ex caſu certo facit incertum, & facit aliud eſſe obiectum.*
56 *Alia interpretatio eius, qui ſcit ſe ſeruũ alienum vendere omni modo teneri.*
57 *Improbata opinio Alciati.*

VICINA eſt multũ materia huius capitis illi quá referemus ad vltimũ quoq; caput actionis empti: nam in vtraq; præſtatur quod intereſt. ſed hic quãti intereſt rẽ traditã & aliquamdiu ab emptore aut alio eius voluntatem poſſeſſam non euinci, neque ei auferri: illic verò quanti intereſt emptoris à venditore contractum impleri, & ſic rem venditam tradi, quod diſcrimen quàm fieri poterit accuratiſsimum ſeruabimus in reſponſis Iuriſconſultorum huc aut alio quo magis oporteat referendis.

vera æſtimatio rei plurimum interim decreuerit, ſiue caſu quodã & fatali decreméto,ſiue etiã incuria & culpa emptoris,dũ hic re ſua ſe credit vti, vel etiã abuti:cuius ipſe moderator eſt & arbiter:neq; enim ea diminutio æſtimationis rei quicquam minuit ex læſione emptoris, quæ tẽpore contractus verè ſuberat,cùm vẽditor vẽderet alienũ vel alij obligatũ:quamuis nũc primũ per euictionẽ hoc detegatur, & in lucem veniat: vtilitas verò
6 creſcẽtis æſtimatiõis nõ tota in hanc actionẽ venit,neq; immodicè: quia non vltra duplum[a], & ratio diuerſitatis eſt euidens, quòd ſcilicet nihil ſit cur iuſta ratione quis velit aut poſsit moderari id quod principaliter debetur,& in obligatione eſt,ſic vt minus debito accipiat creditor, hoc aũt eſt pretiũ conuentũ,quamuis id quod amplius intereſt acceſſoriè, ſiue in lucro,ſiue in damno conſiſtat,moderationem illam iuſtam acceperit: cui
7 conſequens eſt venire hic pretium,quantumcunq; illud ſit,etiam ſi duplũ iuſtæ æſtimationis exceſſerit,ita vt venditio inſtante ad hoc emptore potuiſſet reſcindi[b],& hoc recta ratio ſuadet: qua enim fronte venditor qui pluris quàm oportuerat vẽdidit,nunc de euictione cõuentus poſſet cõtra factũ propriũ dãnare exceſſum pretij,quod ipſe cõſtituit & exegit:an emptorẽ culpabit eius læſionis nõie,quã ei ipſe intulit,& ex illa commodum percepit[c].certè non ſolùm non declinabit ſic rectè actionẽ euictiõis venditor,ſed ſe ſua ipſius allegatione magis coarguet,quod & ante euictionẽ ſecutam emptor à contractu recedere potuiſſet.Et ex diuerſo,ſi minimo emerit emptor,nec creuerit æſtimatio à tempore emptionis,aliáve ratiõe eius interiit,nõ vltra pretiũ conuentũ repetet:ne nunc conqueratur eſſe modicum quo ab initio rem emit,& retinuiſſet, euictione non ſequuta.

a l. vnica. C. de ſentẽt. quæ pro eo quod intereſt ferentur. & ibi Frãc. Curt. iunior. nu. 49. & ſequ.

b ex l. 2. C. de reſcindenda vendit.

c contra l. cùm in fundo. §. quod ſi mulier. de iure dotium.

Nec eſt quod hic obturbet aliquis,debuiſſe nos cõſtituere ſcopũ actionis ex empto de euictione in re ipſa vendita,euicta & ablata,quæ ſola eſt cauſa agendi de euictiõe,quamuis enim ea ſit occaſio & cauſa agẽdi,quòd rẽ emptã emptori nũc nõ liceat habere,nõ tamẽ ob id neceſſariò ſequitur,
8 agi ad rem ipſam,quod etiã hic ſuperuacuũ & inutile eſſet:nã cũ acquiſitã ſemel rẽ emptã nõ potuerit emptor retinere ſeſe defendẽdo, multò minus nunc eam deperditã rurſus cõſequi poſſet agendo: ſed nec aliam ſimilem rem,& æqualis æſtimationis petet à venditore emptor[d], quæ nullo modo ei debetur,& in paucissimis[e] receptũ eſt hoc genus agẽdi, vt ſi nõ idipſum quod debetur,ſaltem aliud in eo genere æquè bonũ & nobis cõmodiũ pe-
9 tamus.Sed an oblatione & reſtitutione rei quæ euicta eſt liberetur ſaltem vẽditor,quamuis eam rem petere non poſsit emptor,nõ abſq; difficultate ob varias doctorũ ſententias & opiniones, dixeris: in eo tamen conueniunt omnes,quòd ſi alius quàm venditor eiuſve hæres, vtputa is ipſe qui euicit, & abduxit, poſtea liberaliter offerat rem, ſemel commiſſa ſtipulatio per hoc non reſoluatur[f]. Sed nec de fideiuſſore euictionis dubitare oportet, de quo apertè reſpondit Sceuola[g], quòd ſi condemnatus id prædium quod euictum eſt, & omnia quæ iuri empti continentur præſtare paratus ſit, emptorem ex cauſa iudicati agentem exceptione doli mali ſubmouere poſsit, & iudicem æſtimaturum, vt pro damnis emptori ſatisfiat: quæ doli exceptio in quo verſetur, facilè apparebit, ſi ſic eam explices: egiſti emptor, quòd rem venditam tibi habere non liceat, & quod contra me qui id mea fide receperam fore vt habere liceret iudicatum eſt, nunc vrges, & iudicati actione exequi curas: cæterùm ego nunc volo efficere, non tantùm vt confeſtim habeas, & habere tibi rem liceat, verùm etiam omne damnum, ſi quod amplius pertuleris, volo refundere, quod iam nõ potes bona fide recuſare, atq; permittere vt

d Andr. Tiraquell. de retract. §. 31. in gloſ. vnica. ſub num. 3.

e in l. Qui autem. §. ſi quis cõſtituerit. in verbis. vel aliam perſonã æquè idoneam. & ibi Paul. Caſtr. de conſtit. pecu.

f l. habere licere. in fin. de euiction.

g in l. fideiuſſor euictionis. de doli mali & metus exceptione.

vel ſic me liberem, præſtita re ipſa loco pretij eius. De ipſo autem venditore putant plerique omnes, Papinianũ aliud reſpõdiſſe, quòd dixerit [a]: *emptori poſt euictionem ſerui quem dominus abducit, venditor eundem ſeruum poſt tempus offerendo, quo minus præſtet quod emptoris intereſt, non rectè defenditur.* cuius tamen verba rectè expenſa, non videntur diuerſum in vẽditore decidere ab eo, quod Sceuola de fideiuſſore eius dixit: neq; enim is fideiuſſorẽ omnino liberat ſola præſtatione aut reſtitutione rei euictæ, niſi etiam cætera præſtare paratus ſit, quæ iure empti continentur, hoc eſt, niſi & damna emptoris reparet, ſic vt tantum pretij loco, non etiam eius quod amplius intereſt permittat rem tradere. Tantundem autem videtur & Papinianus venditori conceſsiſſe, de quo hoc tantùm dixit, quòd rem euictam offerendo, non rectè defendatur, quo minus præſtet quod emptoris intereſt, quod intelligo de eo quod adhuc vltra rei reſtitutionẽ loco pretij intereſt, neq; etiam omnem prorſus reſtitutionem rei reiecit quocunque tempore loco pretij factam, ſed illam tantùm, quæ offertur poſt tempus, hoc eſt, longiore aliquo interuallo, & cùm iam aliam ſimilem rem ſibi comparauit emptor, qui non niſi vna eius generis indiget, ſicut alio loco [b], de locatore & conductore dictũ eſt, quòd ſera ſit patiẽtia fruendi quæ colono offertur eo tẽpore quo frui (alijs rebus illigatus) nõ poteſt, quo caſu nec fideiuſſori videretur ſuccurſum doli exceptione aduerſus emptorẽ, qui nõ dolo, ſed ex 10
bona fide pro neceſsitate rei familiaris recuſat eã rem quam ſemel iudicio amiſit, & de alia ſibi neceſſaria aliunde prouidit recipere, niſi fortè inter damna quæ ei à fideiuſſore reſarcienda ſunt, hoc quoq; ſupputetur quanto minoris alterã earum rerũ ſit diſtracturus. Quod verò nõnulli [c] inter venditorẽ & fideiuſſorẽ euictionis differentiã cõſtituentes pro ratiõe diuerſitatis illud adferunt, fideiuſſori tãquam alieno morbo laborãti merito plenius 11
eſſe ſuccurrendum, ſubſiſtere vtcunque poſſet, ſi hic de mora purganda ageretur [d]. At hæc res non propriè pertinet ad tractatum illum purgandæ moræ ante vel poſt litem conteſtatam [e], vt etiam alij ferè omnes alijs rationibus demonſtrare conantur, qui tamen inter venditorem & fideiuſſorem eius diſcrimen ponunt: Barth [f]. quidem ita, quòd hæc ſit debiti ſolutio quam fideiuſſor facit, dum rem venditam emptori præſtat, ideoque meritò abſolui eum debere, qui quod debet ſoluit. Atqui non rem venditam & euictam debet fideiuſſor, ſed pretium rei, vt modò diximus, & quod amplius intereſt, & id quidem fatentur ipſe Bartholus & Angelus Peruſius [g]: ſed dicunt pecuniam deberi reſpectu rei venditæ & euictæ, & hinc fieri, quòd res loco pretij eius ſolui poſsit [h], præſertim cùm (vt ait Angelus) res ipſa reſtituta eandem vtilitatem præbeat emptori, quam præberet illius pretium aut æſtimatio in pecunia numerata. Sed vtriuſq; opinione improbata, ſuam ſuppoſuit Ioannes Imolenſis [i] hanc: Quòd in illo reſponſo, quo poſt litem conteſtatam non admittitur moræ purgatio, tranſitus quidam ſiue mutatio ſit obligationis de re in rem, puta, quòd ab initio contracta obligatio faciendi, tranſeat poſt moram in obligationem dandi, hic verò, ſimulatq; contrahitur obligatio efficax, eam contrahi ad pretium, & ad id quod intereſt: tunc ſcilicet, cùm per euictionem purgatur conditio ſub qua obligatio eſt cõtracta, ita vt tandem omnes cõſentiant, quod quia rem venditam & euictam non debet venditor, neq; fideiuſſor eius, nulla quoq; mora eius rei ſoluendæ dici poſsit commiſſa aut contracta: vbi enim nulla eſt petitio, nulla mora eſſe poteſt [k]: illæſæ ergò ſtant regulæ purgãdæ moræ, ad quas hæc res nõ pertinet: ſed illa ſola regula lædi videtur, quæ dictat aliud pro alio creditori nolẽti nõ ſolui [l]: quod hic eò facilius toleratur, quod

a *in l. emptori poſt. de euictionib. nouo modo interpretatur.*

b *in l. ſi in lege. §. colonus locati.*

c *Iaſ. ad l. ſi inſulam. de verbor. oblig.*

d *arg. l. ſancimus. C. de fideiuſſor. & quæ notantur ad l. & ſi poſt tres. ſi quis cautionib.*

e *vt in l. ſi inſulam. de verbor. obligat.*

f *ad d. l. ſi inſulã. ſub nu. 14. in tertia oppoſitione ſecunda partis principalis de d. l. fideiuſſor euictionis. ad eandem l. ſi inſulam. colum. 9. ſub num. 11.*

g *ad eandem l. ſi inſulam. colum. 9. ſub num. 11*

h *l. ſi verò. §. vlt. ſoluto matrimon.*

i *ad eandem l. inſulam. colum. antepenult. verſ. fallit. 2. in l. fideiuſſor. ſed ipſemet fallitur.*

k *l. ſi pupillus. de verbor. obligat.*

l *l. 2. §. 1. ſi certum petat.*

quod non tantùm reſpectu rei debeatur pecunia, verùm etiá quodámodo in ſubſidiũ loco rei emptæ, quá nũc euictá emptor habere & diutius retinere nequiuit. Et quamuis nonnulli [a] inter venditorem & fideiuſſoré, ex iam dictis Sceuolæ & Papiniani reſponſis nihil intereſſe putent, quod pertineat ad hanc facultatem offerendi rem loco pretij, perpendite tamen dili-
12 gentius, num hoc interſit, quod Papinianus dum venditori permittit (ſi ſatis in tempore id faciat) rem loco pretij offerre, nõ addat eum actione ex empto, aliave de euictione eſſe condemnatum: ſed hoc tantum ait, quòd res ſit euicta & ablata: ita videlicet, vt aduerſus vendicantem aut hypothecaria aliáve actione agentem emptor ſuccubuerit: non autem, quòd eo amplius etiam venditor ab emptore ſit victus alio iudicio poſt euictioné, de reſarciendis ſcilicet emptori damnis euictionis, ſed potius quod inter eos nunc primum hæc lis moueatur, in qua poſsit venditor rem ipſam (ſi bonis conditionibus ab eo qui euicit redimere poſsit) emptori rurſus offerri loco pretij. Sed ſi in hac quoque actione iudicatum eſſet contra venditorem, & hic condemnatus non ſolùm ad pretium rei, verùm etiam ad id quod fortè pluris intereſt, non videtur quod in tertio iudicio videlicet iudicati, aut in factũ actione, ex re iudicata adhuc ſuccurri venditori poſſet, offerenti rem loco pretij cũ cæteris dãnis euictionis [b], quamuis fideiuſſori de euictione cõdemnato ſit adhuc eo modo ſubuentũ [c]: in qua quidem diſparitate aliqua adhuc paritas & rationis conformitas ſubeſſe videbitur diligentius rem totam inſpicienti, nimirum quod vtrique, tam venditori quàm fideiuſſori, ſi rem referat & reſtituat loco pretij, ſuccurratur poſt peractum primum iudiciũ, quod cum eo, vel ſaltem eo euocato peragendum erat, & peractum eſt: hoc autem reſpectu vẽditoris eſt, iudicium rei vendicationis, hypothecariæ actionis, aut alterius cuiuslibet quo res emptori aufertur: nam illius iudicij denunciatio fit venditori ab emptore, vt defenſioni adſit: ſed quoad fideiuſſorem non poteſt hoc dici aut conſtitui primum iudiciũ, vt qui illo nõ ipſe conuenitur, neque illud ei neceſſario denunciatur [d]. Sed primum quoad eũ iudicium illud eſt, quòd poſt euictionem directo aduerſus eum ipſum ſuper eo quod intereſt vel ex duplæ ſtipulatione mouetur & inſtituitur.

13 Ex his itaq; iá ſatis definitũ habemus, quidnam illud ſit quod hic ſimplũ conſtituitur, nimirum pretium conuentum certũ ſemper & definitũ, quod neq; creſcat neq; decreſcat, quamuis æſtimatio rei loco & tẽpore varier, & in eo ſimplo verſatur proprius ſcopus & inuariabilis finis actionis ex empto in vna parte, cui tantundẽ ab initio certa cõuentione ex ſtipulatiõe duplæ eſt adiectum, vbi ea ſtipulatio facta eſt, quæ omni ex parte cõtinet
14 certum: ſed in actione empti id quod vltra pretiũ intereſt, plurimũ variat: nam interdum hoc nihil eſt, interdum aliquid, ſed non æquiualens pretio, & interdum etiam longè ſupra pretium intereſt, quamuis non totum hoc peti poſſet, ſed ita reſtrictè, vt duplum pretij non excedatur, ſiue ſimul & ſemel ad totum hoc quod intereſt rem non eſſe euictam agatur, ſiue ſæpius & particulariter, quod exẽplo erit clarius. Venditur prædiũ aliquod mille aureis, euincitur primũ aliqua ſeruitus prædialis, hoc eſt, vel ea quam dictũ erat deberi prædio empto, nõ poteſt ꝓbari nec iudicio obtineri, vel noua & inopinata ſeruitus à qua liberũ credebatur prædiũ euincitur & obtinetur à vicino: laudatus venditor ſoluit eo nomine ducẽtos aureos, mox iure quoq; hypothecæ obligatũ prædiũ inuenitur, & per aliũ euincitur pro ducentis aureis, tandẽ verò euincitur totum prædiũ, quod cõpertum eſt alienum fuiſſe, & à non domino venditũ: hic iam emptor quamuis duplũ à

[a] Inter quos eſt Molineus, & alij neoterici.
[b] arg. l. item veniunt. §. ct ſi diximus. de petit. hered.
[c] l. fideiuſſor. in verb. euictionis nomine condẽnat.
[d] l. auctore laudato. C. de euict.

venditore ſit ſtipulatus,non conſequetur tamen ex hac poſtrema euictiōe
totius rei duo milia aureorū,ſed nec mille ſupra pretiū actione ex empto,
quamuis verè tanti interſit ei, ſed dabit venditor tātum mille ſexingentos
aureos, detractis ſcilicet quadringētis, quos prius ob particulares euictio-
nes ſoluerat,ne omnibus condemnationibus in vnum collectis conſequa-
tur emptor amplius dupla pretij quo emit[a]. Et hoc eſt quod Neratius 15
reſpondit[b], *Propter hæc omnia*, id eſt, inopinata rei venditæ vitia forte varia,
vtputa, quòd ſeruus venditus ſit fugitiuus, furtiſq́; noxiſq́; nō ſolutus, quod
eius nomine non caueatur, & quod alienus ſit, *ſatis eſſe quod plurimum eſt
præſtari*: nimirū duplū conuēti pretij, quod nō licet excedere[d]. & *Vt ſequen
tibus actionibus*, ſcilicet ratione euictionis totius rei venditæ, quod ea cōpe
riatur eſſe aliena, quæ actio ſequi poteſt alias particulares actiōes, ob ſin-
gula particularia vitia rei venditæ: ſed non è diuerſo poſt vniuerſalem to
tius rei euictionē mouentur quæſtiones particulares[e]. *deducto eo quod præ-
ſtitum eſt*, ob particularia ſcilicet rei vitia, illiuſve onera incognita, & non
expreſſa emptori cū emeret: *lis æſtimetur*, quando aliàs abſq; tali deductio-
ne omnib[us] & ſingulis ſimul ſupputatis, quæ in condēnationē deducta ſunt,
excederetur duplū, & aliàs minimè: nā in eū ſolum finem ſit hæc deductio,
ne quid tale contingat, & litis æſtimatio duplū excedat, his conſequens
eſt quod *Si quid horum non præſtetur*, id eſt, ſi quid ex his omnibus ſit, quod
ſolum deſideretur vt non rectè à venditore factum: *Cùm cætera facta ſint*,
id eſt, reliqua omnia, vt oportuit impleta, *nullo deducto condemnationem fa-
ciendam*, non mirum id eſt, quandoquidem nihil eſt aliud quo minuatur il-
lius vnici defectus, condemnatio & exactio. Quid ergo, ſi præter rei tra-
ditionem ſtabilem firmamq́ue, ſic vt emptori habere tenere liceat, ad- 16
huc aliquid aliud ſit, quod fortè neglectum tantum poſſet inferre diſpen-
dij, quantum illud, non tradi rem venditam, vel eam tradi quidē, ſed poſtea
euinci, quomodo hæc æſtimabimus, & ſimul componemus? Verbi gratia,
cōuenit quod vēditor ſatiſdaret euictionis noīe, hic ſi non ſatiſdet, tantum
id poſſet inferre damni emptori, quàm ſi non tradat, vel tradita res euinca
tur, ſi videlicet venditor tenuis rei ſit, & ſine ſatiſdatione non ſoluendo.
Quid hic iam in condemnatione erit, ob non præſtitam ſatiſdationē, cùm
initio neſciat emptor, quantum damni omiſſa ſatiſdatio rei allatura ſit:
Reſpondit[f] ſed obſcurius Neratius: *Non tradentem quanti intereſt cōdemna-
ri, ſatis autem non dantem quanti plurimum autorem periclitari oportet*. quibus
verbis ſignificare videtur, durius agi cum non ſatiſdante, nempe quanti plu
rimi, quàm cum non tradente, qui ſolùm condemnatur quanti intereſt:
ſed ſi in alteram partem expendas, de non tradente dictum eſt, eum
condemnari (quod præſentē condemnationem & exactionem ſignificat) hac
ex parte is erit duriore loco, quàm non ſatiſdans, quem dixit tantum
periclitari quanti plurimi emptoris intereſſe aliquando poterit ob nō præ-
ſtitam ſatiſdationem. Ita videlicet, vt nihil adhuc certi, ob id exigat à ven
ditore emptor, ſed in ſuſpenſo res tota maneat, ac ſolùm periclitetur ven
ditor de eo refundendo, quod fortè aliquādo inuenietur emptoris inter-
eſſe vel interfuiſſe, ob defectum ſatiſdationis, quum adhuc ſit incer-
tum, an vnquam re vera aliquid diſpendij adferet emptori, omiſſa hæc
ſatiſdatio, & quantum illud eſſe continget. Nam eſt incertum, an
res tota euincetur, an pars eius, an vſuſfructus, an ſeruitus aliqua.
Vnde cùm metus futuri periculi minor ſit re, & præſenti exactione totius
illius quod emptoris intereſt ex eo capite quòd res non tradatur, dici
facilè poteſt, non ſatiſdantem mitius teneri, quàm non tradentem.

a *l. cum fundus vti optimus. in fin. de euict.*
b in l. ex empto. §. vl. de act. emp.
c *d. l. cum fundus. in fi. de euict. & l. Titius. in fin. hoc tit.*
d *l. emptorem. §. Caßius. hoc tit.*
e *l. emptorē §. Caßius. hoc tit.*
f *eo. vlt. §. l. ex empto.*

Cæterùm

Cæterùm an debeat non ſatiſdans venditor nunc condemnari, vt ſoluat
tunc cùm intererit, & quanti intererit emptoris, hic quidem [a] ita ſubindi-
cari videtur, & alio loco [b] apertius reſponſum eſt: Si dupla non promitte-
retur, & eo nomine ageretur, dupli condẽnandus eſt reus, ſi inquam, pro-
mitteretur, vbi conuẽtum erat eam promitti, vel vbi ex legis diſpoſitiõe [c]
debuit promitti: nõ verò vbi non debuit vẽditor cauere de dupla [d], ad qua-
rum venditionũ, in quibus de dupla cauetur differentiã, aliæ ſunt ſimpla-
riæ dictæ [e], ex qua autẽ cauſa hic agatur, nõ poteſt eſſe incertum, quia id
Paulus ſuo iſto reſponſo ſatis expreſsit, agi videlicet eo nomine, id eſt, ea
18 de cauſa, quòd dupla non promittatur. Sed ad quid agatur, nõ æquè eſt ex-
peditũ: nam obſcurũ putant eſſe illud quod addit, dupli cõdemnandũ eſſe
reũ: ſi enim ſubintelligas (*cauere*) ita vt condẽnetur duplã ꝓmittere, & hoc
facere quod promiſit, illud quidem veriſsimũ eſt, adeò vt omnimodo ſuo
19 præciſè id facere cõpellatur, cùm ex lege obligatio aſcendat [f]: ſed durior
eſt interpretatio, quòd verbis legis nõ ſat cõſentanea ſit. Si verò intelligas
condẽnari eũ in duplũ, applaudit verbis interpretatio, ſed re inſpecta ma-
nifeſtè videtur impugnare omnẽ æquitatẽ: cur enim ſi non caueat nunc vẽ-
ditor de dupla in euentũ euictiõis, ante hanc ſecutã cõdemnabitur dupli:
quandoquidem ſi cauiſſet, non eueniret vnquam cõditio, vt vel ſimplũ vel
minimũ quid præſtaret aut ſolueret: profectò vt Cicero dixit [g], magnã eſſe
ſtultitiã timoris, idipſum quod vitaueris ita cauere, vt cum vitare fortaſsis
potueris, vltro accerſas & attrahas, ita quoq; meritò hic dici poſſet, mag-
nã eſſe ſtultitiã contumaciæ venditoris nõ cauẽtis de duplo, cùm idipſum
quod ſubterfugit ne promittat, nunquam fortè ſoluiſſet ꝓmiſſum, vtpote
non eueniente cõditione promiſsionis, quæ aſſcripta eſt de euictiõe, nũc
verò dum id promittere nõ vult, ſtatim velut certũ diſpẽdiũ vltro ſibi ac-
cerſit & attrahit. Sed ſunt [h], qui hoc pro abſurdo nõ habẽt, quando per ve-
ram cõtumaciam & dolũ dupla nõ promittitur, quod tũc ſtatim ſoluere il-
lã condẽnetur, exẽplo ſcilicet illius quod de tabulis teſtamẽti eſt ſcriptũ [i],
20 ſi per contumaciã nõ exhibeantur, in quibus ſub cõditione legatũ eſt, hoc
æſtimari quaſi purũ & conditione exiſtẽte, ita vt ſtatim ſoluere oporteat,
nec debeat legatarius cauere reſtituturũ ſe, ſi legati cõditio defecerit, eò
quòd nõ tam legatũ præſtetur, quàm pœna cõtumaciæ ab eo qui nõ exhi-
bet. Sed nõ omninò iuſta videtur hæc cõparatio, propterea quòd ſpeciali
fauore vltimarũ voluntatũ, quas publicè expedit ad effectũ perducere [k], de
exhibẽdis earũ tabulis edicto ſpecialiter propoſito cautũ ſit, nõ verò ſic de
promiſsiõe aut cautione duplæ. Eſt alius [l] cui ſub diſtinctiõe quadã vtraq;
interpretatio placet, prior quidẽ, vt ſolùm condẽnetur cauere, cũ agitur
de re nondũ euicta, poſterior, ſi agatur cũ iã euicta eſt, reſpiciẽs veriſimi-
liter ad illud quod dici ſolet [m], vbi cautio aliqua præſtãda eſſet dãdæ pecu-
niæ, ſi iã dies illius ſoluẽdæ venerit, nõ cautionem, ſed ipſam pecuniã peti.
21 Sed quia verba Pauli expendunt, quod agatur hic de re nondum euicta,
ex capite promiſsionis non factæ, & nihilominus condemnari reum
dupli, alia potius via tentanda videtur, qua nunc ſtatim condẽnetur qui-
22 dẽ venditor dupli, at non ſoluere nunc ſtatim, ſed tunc primùm, cùm eue-
nerit euictio, cuius cõditionẽ in ſe habuiſſet ꝓmiſsio, ſi illã facere vẽditor
voluiſſet, atq; ita nõ plus cõtineat ſentẽtia quàm actio, quæ refertur ad ꝓ-
miſsionẽ, eritq; in effectu hæc Pauli ſententia, quod quia vẽditor ſe ſua ꝓ-
miſsiõe noluit aſtringere ad ſoluendũ duplũ in euentũ euictiõis, & longũ
eſſet condẽnatum ad hoc ſolum, vt caueat atq; promittat, compellere ca-
ptis pignoribus, aut alijs iuris remedijs, vt id faciat: cùm nec ſic fortè

a *in d. §. vlt. l. ex empto.*
b *in l. 2. de euict.*
c *in l. emptori. 2. eodẽ tit. de euict.*
d *in l. ſi donãte. de donat. inter virum & vxorem.*
e *in l. ſi tamen ſine culpa. in fin. de edilit. edicto.*
f *Barth. & Fulgo. hic.*
g *ex iſto, penult. ad Brutũ.*
h *Barth. hic. Fulgo. & alij nonnulli, & pleriq; alij.*
i *in l. locum. §. cõdẽnatio. de tab. exhib.*
k *l. vel negare. quemadmodum teſtamen. aperiant.*
l *Salicet. hic.*
m *ex l. hoc ſenatuſconſulto. §. primo. de vſufruc. earum rerum quæ vſu cõſumuntur. & l. ſi quis accepto tulerit. l. ſi mulier ei cui nuptura. de cond. ob cauſ. datorum. & Fulgo. ad l. emptoris primã. de euictio.*

parere vellet,inuenta eſt paratior & expeditior via, vt abſque vlla cir-
cuitione iudex condemnet eum in id quod ſe facturum vel daturum de-
buiſſet promittere: condemnet,inquam nunc , ſoluere aut facere tunc,
cùm virtute promiſsionis,ſi hanc emittere voluiſſet, facere aut ſoluere
debuiſſet, ita vt emptori ſeruiat condemnatio loco promiſsionis quam
venditor emittere noluit,atque ita habebit emptor contumaciam vendi-
toris, nō cauentis, aut promittentis inſigni emolumēto cōpenſatam & e-
mendatā:nam eueniente cōditione,habebit rei iudicatæ executionē. Sed
hoc verum & cōmodum eſſe videtur,quòd condēnaretur nunc in duplū,
quod exigetur eueniente conditione euictionis, eo caſu quo ſimpliciter
debuit repromittere,vel cauere nuda ſtipulatione,in quo caſu videtur e-
tiā loqui.d.l.2.de euict.Sed ſi per fideiuſſores vel pignora debuiſſet ſatiſ-
dare,quid vtilitatis hic adferet cōdemnatio iſta,ſi vēditor labatur faculta-
tibus,an ne hic præſtaret cogi vēditorem ad ſatiſdationem,vel poſsint ne
res venditoris emptori eo caſu iure hypothecæ vel pignoris obligari au- 23
toritate iudicis,& per ſententiam, quemadmodum ſi re tradita emptor
non ſoluat pretium, & nihil aliud habeat præter rem emptam, venditor,
tanquam quilibet creditor, poterit mitti in poſſeſsionem rei à ſe venditæ,
an ne ſic hic autoritate iudicis poſsint obligari ad l.1. C. de act.empti.

a l.non quemadmodum. de iudicijs.

Neque hic obijcias,in iudicium non deduci futura [a]: quia id quidem ſic 24
verum eſt,vt non ſic deducatur in iudicium, quaſi ſtatim præſens illius
exactio fieret,ſed hic nunc ſubeſt alia cauſa, & qnidem præſens agendi
ex empto,non ad illud quod in futurum deberi fortè continget,ſed ad il-
lud quod nunc debetur,ita vt non ex futura obligatiōe de euictione aga-
tur,ſed ex præſenti obligatione iam contracta ſuper promiſsione nunc fa
cienda nomine euictionis, quam fortè continget fieri: cuiuſmodi ſunt &

b in l.quod in diem.verſi. ſi autem non venerit. de petit. hered. l. in l. Aquilia ſi delictum. ad l. Aquiliam. l. quidam tabularū.de furt. & ad l.locū.§.cōdemnatio.de tab. exhib.

c in d.l.ex empto.§.vlt. hoc tit.

alia in iure noſtro exempla [b], in quibus ex cauſa præſenti agitur occaſio-
ne eius quod aliquādo in obligatione erit:Non eſt quod adhuc inſtes, vo
luiſſe Nerat^{us} in hoc ad quod agitur ob omiſſam ſatiſdationem ſtatim etiā
præſtari & exigi,eo quod dixerit [c]:*Deducto eo quod præſtitū eſt, litē æſtimari.* 25
Nam vt dixi eo loco,non de ſolo venditore non ſatiſdante locutus eſt,
ſed etiam de eo qui ſeruum vendidit fugitiuum,furtis noxiſq; non ſolutū,
ita vt ſi quid fortè propter hæc aut ſimilia, aut vnum aliquod ex illis præ-
ſtitū quicquam fuerit,(vt ſanè plærunq; ex illis cauſis eſt præſens exactio,
nēpe ſemper ob id quod fugitiuus ſit ſeruus,& quod nō ſolutus noxis tunc

e l.4.in princip.hoc tit.

f Barth.Paul.Caſtr.& Fulgoſ. ad d.l.ex empto.§. vlt.

f arg.l.1.§.ſi heres præcepto.ad Trebellian.

cùm ſciens id venditor tacuit [e],vel quando particulare aliquod damnum
ob non factam ſatiſdationem emptor ſtatim incurrit, vtputa quod abſque
illa vendere cōmodè non potuit,vbi aliàs præ manibus erat bona venden
di occaſio [f])his,inquam, & ſimilibus caſibus ſi quid fuerit præſtitū ex par-
ticulari aliqua cauſa,minore tamen,quàm ſi res tota iure dominij eſſet e-
uicta & ablata,hoc deducetur ex æſtimatione litis facienda ſuper euictione
totius rei: non autē voluit Neratius,quod ſemper & vbiq; aliquid in præ-
ſenti ob hæc & ſimilia præſtetur,ſed cū præſtatur,aut præſtitum eſt, tunc

g Bart.Fulg. ad d.l.2.de euiction.

h l.dolus.mandati.l.dolo. ad l.Falcid.

deduci:Vnde non erit neceſſe confugere ad diſtinctionem aliorū [g]:quod
ſi dolo nō caueat,aut nō ſatiſdet venditor,ſtatim duplum ab eo exigatur:
ſi verò id facere omittat,abſque dolo,condemnetur quidem,ſed non ſta-
tim exigatur.Nam præter id quod ſatiſdatio ferè non omittatur abſq; do-
lo,cùm ipſa omiſsio eius quod quis intelligit ſe facere debere,dolū quen-
dam in ſe habeat,præſertim ſi etiā iudicio conuentus deneget, non etiam 26
æquū videtur,ſtatim duplū exigi à nō ſatiſdante, quod fortè, quantumuis
promiſſum nō deberetur vnquam,caſu ſcilicet euictiōis nō eueniēte. Ne

tamen

tamen quis putet tam benignè cum eo agi qui vera quadam cōtumacia & dolo contra quàm, id eſt, aliter quàm ipſe promiſerit non ſatiſdat, quam 27 cum eo qui id omittit, nōn ex vera contumacia neq; dolo, ſed quòd ſucceſſerit in ius venditoris, qui ſatiſdationem dicitur promiſiſſe. Hoc inter eſſe fatebimur, quòd doloſus ob non factam duplæ promiſsionem aut ſatiſdationem condemnatus, non deducet euictione ſecuta, id quod antea ob particulares cauſas præſtitit: non doloſus verò illa deducet, beneficiū enim deductionis prius ſolutorum inuentum eſt, ne duplum excedatur [a]: quod ſanè contra doloſum ea moderatione legis ex æquitate inuenta indignum, poteſt excedi [b].

a d.l. cum fundus. in fi. de euict.
b l. idemq;. verſi. in omnibus tamen. hoc tit.

Porrò quod diximus ſtipulationem duplæ omnia certa & bene definita habere, ſcopum ſcilicet immutabilem quem petat, & quo ſemper referatur nimirum duplum pretij conuenti, vel portionis pretij quæ reſpondeat euictæ parti, referēdo omnia, hoc ad tēpus cōtractus, tam firma & ſtabili relatione, vt ex nulla alia cauſa extrinſecus accedente illud variet aut 58 mutetur. Latè hoc Papinianus docet ſingulari quodam reſponſo [c] in hoc potiſsimum edito, quo demonſtret neque deluuionis decremento, neque alluuionis incremento, imò nec illorum circa vnū idemq; prædium concurſu mutari hæc poſſe, & ſexies facti ſpeciem variat, ne vllum eius rei articulum relinquat intactum. Principio enim proponit & per totam ferè hanc legem propoſitū ſibi ſeruat empta eſſe mille iugera prædij, fortè decies mille aureis, & illius aliquam partem indiuiſam eſſe alienā & euictioni obnoxiam, ſed antequam ea euincatur, aliquam eius agri partem vel deluuione deceſsiſſe, vel alluuione acceſsiſſe, vel etiam vtrumq; in diuerſis eius fundi regionibus & partibus contigiſſe. Et hæc omnia miſcet variè: Primo ſic, vt quartam partem illius prædij, videlicet. 250. iugera, indiuiſam conſtituat alienam, quintam. 200. ſcilicet iugera, auferri deluuione, reſidui (hoc eſt. 800. iugerum) euinci quartam, quæ quinta fuit totius empti prædij. Quæritur hic iam quota ex parte cōmittatur ſtipulatio duplæ, pro quarta ne, quæ verè euincitur è prædio empto, eo ſtatu & conditione qua tunc eſt cum cōtingit euictio, an potius pro quinta inſpecto initio emptionis? Quod antequam decidatur videamus cur in facti ſpecie tam diſertè quædam addita ſint, veluti hoc in primis, quòd euictio hic fiat è reſiduo quod non abſtulit diluuio præcedens euictionem [d]. Et indubiè ratio hæc eſt, quòd ſi inuerſo ordine præceſsiſſet euictio deluuionem, non ducenta tantùm iugera, ſed ducentaquinquaginta fuiſſent euicta ex integro fundo: tot enim erant verè aliena, nunc autem ducenta quæ prius deluuione perierunt, deceſſerunt vtrique, emptori maioris partis domino, & alij quem ignorabat partem vllam in prædio vendito habere pro rata. Neque etiam hoc caſu probabilis ratio dubitandi eſſet, qualis nunc eſt vbi plus euinci videtur (nempe quarta totius prædij quale illud nunc eſt) & minus repeti ex ſtipulatione duplæ, dum ſola quinta pars pretij totius fundi illiúſue duplum repetitur. Rurſus hanc partem quæ aliena eſt conſtituit Papinianus nondum ab alia diuiſam, vt & hoc dubitationē augeat, aut potius quæſtioni locum faciat: Diuiſarum enim partium vtramcunq; diluuio abſumpſerit minueritue, eius ſolius periculum erit qui illius partis erat dominus, etſi cōmitteretur poſtea per euictionem ſecutam ſtipulatio, vt quia aliena pars ſalua permanſit, tota illa iactura reſarcienda eſſet à venditore emptori, cùm nullam eius partis partem vēditor habuerit: & fac illam ſolam partem diuiſam fuiſſe alienā, quæ inundatione perijt, extra omne periculum euictionis erit venditor, dum reliquæ partis euictio nō ſit metuenda, quia

c l. ex mille. de euictio.
d in princip. huius legis, in verbo, ſi poſtea.

tota ea emptoris eſt, & quæ fuit aliena diluuione eſt aſſumpta antequam iudicio euinceretur, quod vẽditori prodeſſe debet [a] ſi bona fide vẽdidit [b].

Porrò illud adhuc dubium hic relinquitur, quomodo ducenta iugera ex mille venditis ſint euicta, an ſub nomine & appellatione quotæ, hoc eſt, vt quarta pars prædij empti de eo quod illius adhuc eſt reſiduum, an verò nõ habita relatione ad totum fundum, ſed ſolius numeri iugerum quæ aliena fuerunt, non inſpecto eo quotam portionem, conſtituant totius prædij tertiam quartam an quintam. Sunt [c] quibus poſterius hoc placet, & alij [d] quibus prius. Et ne otioſa aut vana putetur, velut de ſolo nomine quæſtio & diſtinctio, hoc in rebus ipſis intereſt quod Albericus & qui eum ſequũtur illum qui euicit ducenta iugera, conſtituat ſola illa ab initio habuiſſe, & poſt deluuionem adhuc conſeruaſſe integra: nimirum ob id, quòd cum nõ habuerit ea velut quintam partem totius prædij, deluuio præcedens nihil ei abſtulit pro rata aut pro quinta portione, atque ita nihil eſſe mirandum quod ducentis iugeribus quæ ſola habebat euictis, ſolùm cõmittatur ſtipulatio pro quinta parte, cùm nec plus ex integro adhuc fundo nulla eius parte decrementum paſſo euincere potuiſſet: at qui partem in fundo indiuiſo ſub nomine quotæ quantulacunq; ea ſit, veluti forte. 20ᵃ. 40ᵃ. 100ᵃ. præcedens deluuio damnum ei intuliſſe dicetur pro rata, & eadem proportione reſiduum prædij eius permaneat, ita vt iure & ſub appellatione quartæ partis euincantur. 200. iugera, vbi ſi ante deluuionem rei vendicatio fuiſſet inſtituta, euicta fuiſſent. 250. Et ſanè hæc ſpectãt ad antiquam illam quæſtionem [e] de poſſeſſione, an ſi ex fundo centum iugerum vendam alicui in genere decem aut viginti non aliter deſignata, & conſtituam me emptoris nomine poſſidere illa, an inquam natura rei permittat vt hic emptor quicquam poſſidere dicatur. Sunt [f] qui negent propter loci & rei incertitudinem (quia experientia rerũ hoc docet) quòd ſi ex latiſsimo fundo, maximè quantitate eius non expreſſa, quis donet alicui decem iugera, nulla fundi parte deſignata, is cui donatur non ſic poſsit applicare animum ad aliquam fundi partem quam ſe tenere & poſsidere putet, quemadmodum facilè poſſet ſi ei donaretur & habere ac tenere ſe ſciret, animoq; ſubijceret centeſimam, milleſimam, aut aliam quamlibet ſimilem fundi partem: hanc enim haberet per totum fundum. Alijs diuerſa placuit ſententia [g], quaſi ex dinumeratione iugerũ quæ venduntur aut donantur, neceſſariò intelligatur quota pars fundi alienata ſit, facta tantùm relatione & facili comparatione cuilibet obuia partis numeratæ ad quantitatem totius prædij, veluti hic cum dixit Papinianus ex mille iugeribus ducenta: quæ quidem ſi ſola, vt Albericus putat, is qui euicit ea habuiſſet, non multum ad rem faceret an ex mille, an ex quingentis iugeribus ducenta euiciſſet. Sed his nunc immorari nolim, contentus obiter monuiſſe, propterea quod aliquam habeat ea quæſtio vetus, cum his noſtris nunc propoſitis affinitatem. Nimirum ob id quod rei vendicatio per quam fit euictio iure dominij præſuppo nat poſſeſsionem partis prædij euictæ emptori auferri: quod autem poſsideri nequit per euictionem quoque ne auferatur in commune eſt. Nunc 30
ad deciſionem propoſitæ quæſtionis eundum eſt, quæ hæc eſt: Quòd pro 31
parte quinta non quarta præſtabitur euictio, inſpecta ſcilicet proportione eius partis quæ verè euincitur, cùm eo integro quod eſt ab initio emptum, non verò comparatione facta ad illud reſiduum prædij vnde eſt euictum. Neq; conturbari debemus, quòd qui euicit ſecundum communiorem interpretationem reuera quartæ partis eſt dominus, ducentaq; iugera iure quartæ partis euicerit, plus euicturus ſi adhuc integro illo fundo mille iugerum

[a] arg. l. ſi ſeruus venditus deceſſerit. in princip. de euictio.
[b] l. 4. in prin. l. ſeruus quē. §. vlt. hoc tit. de act. emp.
[c] Albericus hic.
[d] Fulgo. hic.
[e] DD. ad l. 3. §. incertam. de acquir. poſſeſs.
[f] Bar. & Caſt. ad d. §. incertã. quod nouiſsimè ſequitur Franc. Suãnetus 3. lib. rerũ quotidia. cap. 21. qui latiſsimè hoc diſputat.
[g] Iaſon eo loco, qui alios recitat.

gerum partis ſuæ vendicationem inſtituiſſet, & quòd non videatur venditori iniuria fieri, ſi quis dicat pro quarta parte ſtipulationẽ committi, cum verè quarta pars aliena fuerit: nam ad hæc omnia eſt expedita reſponſio, quod hic non debeat inſpici titulus, aut quid quantumq; iuris verè habuerit is qui euicit, ſed euentus euictionis, quantum ſcilicet hæc è re empta emptori abſtulerit [a]. Quid enim ſi totius prædij dominus euincere tantùm partem, cuius fortè ſolius ſe putabat dominũ, an diceremus cõmitti ſtipulationem totam, an pro parte quæ verè eſt euicta: non enim ſtatim grauat venditorem quicquid euinci poteſt, ſed quod eſt euictum [b]. Accedit ad hæc, quòd ſi ad reſiduum ſolum diluuione non ſublatum lubeat facere cõparationem eius quod euincitur, & inſpicere quotam id conſtituat illius partem, euenturum eſt vt tantũdem præſtet venditor euictionis nomine, ſiue ducenta, ſiue centum, ſiue quinquaginta tantùm iugera ex mille venditis fuerint aliena & euicta, ſi ſcilicet tantùm diluuione deceſſerit, quòd ea quæ nunc dixi iugera reſidui quartam conficiant: vt ſi quadringenta tantùm iugera vel ducenta reſidua ſint, quod planè abſurdum eſt, & id facilè euitaueris, ſi non ad reſiduum tantùm, ſed ad id quod ab initio eſt emptum euictæ partis comparationẽ feceris, tunc enim iis caſibus quos nouiſsimè recenſui, dices pro decima vel viceſima parte ſtipulationem commiſſam. At inquies ſic fiet, vt illius quod diluuione perijt rationem habeas quaſi adhuc exiſtat, dum cedit in numerum iugerum emptorum ad quæ fiat comparatio. Et hoc quidem fatemur, neque mirum videri debet quòd ratio ſic ineatur quoad venditorem illiúsq; reſpectu, aliàs enim præſupponeremus id quod diluuione poſt venditionem imò & traditionem rei perijt, venditori perijſſe, ſi ſcilicet eo reſpectu euicta quinta parte totius empti prædij, obligaretur euictionis nomine de quarta quaſi hæc eſſet euicta, eo quòd reſidui verè quarta ſit, cùm tamẽ damnum illud debeat eſſe emptoris [c], vel ſolius ex Alberici ſentẽtia quam diximus, vel eius quidem pro maiore parte, ſed & alterius qui quartæ partis totius prædij erat dominus pro rata: de quo quamuis nihil adiecerit Papinianus, quòd is quoq; damni eſſet particeps, non poteſt ex eo confirmari Alberici ſententia, cùm Papinianus cõtentus fuerit de emptore dixiſſe quòd ipſius eſſet damnũ, ad differentiam & excluſionem venditoris, nõ verò illius cui cum emptore prædium erat cõmune, relinquẽs hoc notiſsimũ, quòd cõmunio indiuiſi prædij cõmunia quoq; pericula habeat. Atq; ita expeditè applicari poterit deciſioni huic ratio Iuriſconſulti hæc, *Nam quod perijt damnum emptoris eſt*. Secundò proponit Papinianus [d], totum hunc fundum flumine primum eſſe diminutum, ac deinde quicquid erat reliquum, hoc totum euictũ eſſe: quo caſu dubitatur quatenus cõmittatur ſtipulatio, an in totũ, an pro ſolo reſiduo quod non eſt flumine diminutum. Et quidem in poſteriorem hanc partem trahere videtur deciſio præcedentis quæſtionis, non enim videtur hic verè euinci totus fundus qui erat emptus, ſed illius ſola pars à damno diluuionis ſalua. Quamuis ergo inſpecto iure euincentis videretur euinci totus fundus (nam totus erat alienus) euentus tamen euictionis (quẽ magis ſpe-
32 ctandum eſſe diximus) in ſola parte verſatur. Atqui aliter viſum eſt Papiniano non minui euictionis obligationem, quanquam prædium euictum prius eſſet diluuione diminutum: Idque commonſtrat duabus rationibus, priore deſumpta ex comparatione deteriorationis fundi & diminutionis eius detractione partis [e]: Quamuis enim emptor ſua incuria fundum aut ſeruum fecerit deteriorem qui poſtea euincatur totus, obligatio euictionis ex ſtipulatione duplæ nequaquam diminuitur, nec id obijcere poterit

venditor

a *ſ. habere licere. de euict.*

b *l. qui rẽ emit. C. de euict.*

c *l. neceſſario. de peric. & cõmo. rei vend. ſ. cum autem. Inſtitu. de empt. & vendit.*

d *in. ſ. ſi totus fundus.*

e *hic in verbis, ſi non magis quàm rem.*

venditor emptori, qui ſe in ſuo credidit facere quod lubebat, quo non purgatur nec excuſatur illud qualequale vitium aut verè defectus venditoris qui alienum vendidit: ſi ergo hoc verum eſt vbi per culpam emptoris accidit damnum, ſequitur à fortiori, quòd ſi nõ culpa emptoris ſed caſu aliquo acciderit, illud quoque non minuat obligationem venditoris. At inquies non iuſta eſt hæc comparatio accidentis ſiue qualitatis rei cum ſubſtantia eius, certè optima ea eſt quantum ad rem præſentẽ pertinet: neutro enim modo (hoc eſt, neque ſi deterior neque ſi minor fiat fundus) alia res erit, ſed idem omnino fundus [a], & vtroq; modo minuitur rei vẽditæ æſtimatio quã in materia euictionis plerunq; inſpicimus. Poſterior ratio eſt ab oppoſitis [b] ſiue oppoſitorum eadem diſciplina, ſi enim vel caſu vel arte & induſtria emptoris res fieret melior, nõ augeretur quantitas obligationis ex ſtipulatione duplæ de euictione [c], neq; ergo diminuetur ſi quid forte decedat. Ratio autem diuerſitatis inter hunc caſum & præcedentem, quam non ſatis attigit Accurſ. [d] & in qua inuenienda laborant doctores, hæc erit expeditiſsima, quòd non vt totus fundus manet vnus idemq;, detracta etiã parte [e], vt ſic meritò dici poſsit illud & quidẽ integrũ euinci quod fuit alienum, ita & pars euicta eadẽ eſt cũ parte quæ verè fuit aliena, euicitur enim quinta & fuit quarta aliena: nam ſi quã particulam parti addas aut adimas, non manet eadem pars, ſed confeſtim fit alia vel maior, vel minor, cùm illius alia ſit proportio ad fundum totum. Et re penitius inſpecta conforme inuenietur vtroq; caſu ius eſſe non difforme, vt meritò non ſit ratio diuerſitatis quærenda, inſpecto videlicet illo ſolo quod propter euictionem habere non licet [f], ad illud enim conformi ratione vtroque caſu committitur ſtipulatio, ſed hoc in primo caſu huius legis eſt quinta pars fundi empti, minor quidem quàm quæ fuit verè aliena, nempe quarta, hic verò totus fundus fuit alienus & euincitur quoque totus, ſic vt totum non liceat habere ob euictionẽ, & in totum verificetur conditio ſtipulationis duplæ, neutro quoq; caſu vel iuuat venditorẽ vel nocet ei diluuio: non enim ipſa eſt quæ in primo caſu releuat venditorem, vt nõ vltra quintã cõmittatur ſtipulatio, ſed potius in cauſa eſt moderata euictio ſolius quintæ partis, quæ ſola propter euictionẽ abeſt, & quam ſi ſolam euiciſſet quartæ partis domi nus ex integro fundo diluuionem nulla eius parte paſſo, nõ amplius quàm pro quinta euicta, fuiſſet commiſſa ſtipulatio. Rurſus in ſecundo hoc caſu vera cauſa quæ in totum committi facit ſtipulationem nocetq; vẽditori non diluuio eſt, ſed vera totius fundi euictio. Tertiò proponitur vbi alluuione maior factus eſt fundus poſt traditionem [g], vt quia ducenta adiecta ſunt fundo cuius quinta pars fuit aliena, euincuntur ducenta quadraginta iugera ex toto ſic aucto, remanent. 960. qua ex parte iam committatur ſtipulatio ſecundum priora videretur committi pro quinta, eo quòd quinta pars empti prædij ſit euicta non inſpecto augmento, ſicut diximus [h] non inſpici diminutionem: ſi enim partis detractio non facit alium fundum, ergo nec adiectio partis [i]. Et id quidem verũ eſt & ita à Papiniano reſponſum, perinde quintã partem præſtari, ac ſi ducenta de ſolis mille iugeribus venditis fuiſſent euicta, tum quia nõ augetur quãtitas euictionis ſi res fiat melior (vt hic quia maior fit) tum etiã quòd alluuionis periculum non præſtet 33
venditor: hoc eſt euictio quatenus ea reſpicit partem quæ alluuione accreuit non eſt periculo venditoris, cuius nec commodo cedit [k], nec in modum prædij venditi ad menſuram [l]: reſpicit autem euictio proportionabiliter partem quæ accreuit, & veterem formam atque quantitatem prædij venditi & empti, vt ſcilicet inſpiciatur quartam partem totius aucti

[a] d.l. proponebatur. de iudicijs. & Fulgo. hic.
[b] in verſi. nã et è cõtrario.
[c] l. bonitatis. cum. l. ſeq. de euictio.
[d] in glo. ad verbum, damnum. hic in iſta lege.
[e] d.l. proponebatur.
[f] l. ſi ſeruus venditus. de euictio.
[g] in. §. quod ſi modo terra integro.
[h] ex. §. ſi totus.
[i] d.l. proponebatur.
[k] l. id quod. de peric. & commod. rei vend.
[l] l. Iulianus. §. ſi Titius. hoc tit.

aucti corporis fundi, ſolum hoc augmentum conſtituat, & pro ea parte ſiue proportione cenſeatur id quod euictum eſt vtrinque ablatum, ſiue vtrique deceſsiſſe. Verbi gratia: Quia hic mille iugeribus ducenta addita, totius illius aucti corporis fundi ſextam partem conſtituunt, hic fit vt ducenta quadraginta iugera quæ euictione ablata ſunt, pro ſexta parte (videlicet quadraginta iugeribus) videantur ablata ex augmento quod nō ſoli emptori, ſed & euincenti proportionabiliter accreuerat, & pro reliquis quinque ſextis partibus (quæ ſunt ducenta) ex veteris formæ & quantitatis prædio mille iugerū cuius conſtituunt quintam: vnde ſi ex toto fundo ſic aucto euincerētur trecenta iugera, hic iam rurſus eo inſpecto quod ducenta quæ accreuerunt faciant ſextam partē totius aucti corporis, imputabimus ex trecentis euictis ſextam, id eſt, quinquaginta iugera illi augmēto, & reliqua ducenta quinquaginta dicemus euinci ex veteri forma & quantitate prædij empti mille iugerum cuius faciunt quartam, atq; ita pro quarta parte committi ſtipulationem: quòd ſi alluuio addidiſſet ducenta quinquaginta, quæ quarta pars eſt venditi & plus quàm ſexta aucti corporis, & euincerentur ex toto ſic aucto ducenta iugera, eadem ratio ſecundum præmiſſa eſſet ineunda. Ex quibus iam facile erit diſſoluere, ſi quis fortè obijciat videri iniquum in hac tertia ſpecie facti emptorem habere adhuc ſaluam totam ferè quantitatem emptam, ita vt quadraginta tantùm iugera deſint quæ empti prædij conſtituunt viceſimamquintam partem, & agi tamen de euictione pro quinta, cùm æquius videri poterat quod ex toto aucto corpore debuiſſent euinci quingenta iugera antequam pro quinta parte de euictione potuiſſet agi, ſic enim ſeruaſſet ſibi emptor tantùm octingenta, quæ faciunt quatuor quintas partes mille iugerum emptorum, vnaque ſola portio quinta inueniretur emptori abeſſe ob euictionem: nam certè hæc obiectio habet inſpectionem & ſupputationem, qua nimium ſeparatur id quod alluuione accreuit ab eo quod præfuit, & cui accreuit quaſi incrementum hoc per ſe nouum faceret prædium[a]. Et præterea omne periculum euictionis primum & ante omnia refert ad ſolum incrementū, quaſi quamdiu illud duret & ad quantitatem euictam ſufficere poſsit ex eo ſolo & nihil ex priore fundo cenſeatur euictum, quod à recta ratione eſt alienum: Origo enim iuris euincentis conſiſtit in parte prædij venditi & empti, quæ & ipſa pars ad commodū euincentis æquè vt pars emptoris pro portionabiliter alluuione creuit. Quartò proponitur quæſtio de caſu mixto decrementi & incrementi, vt ecce prædij mille iugerum venditi[b] quinta pars aliena eſt, deluuio ademit, & poſtea alluuio addit ducenta, euincuntur deinde ducenta, hic iam prima facie occurrit vt dicamus ſtipulationem committi pro quinta, quæ verè eſt aliena & iudicio euicta, ſiue ſpectes initium contractùs ſiue tempus euictionis, cùm vtroq; tempore ſit eadem fundi quantitas, neq; hic videatur habenda ratio decrementi, cùm tantundem reſtituerit alluuio, imò videtur quòd meliore iure dicere poſſit emptor ſe non contentum quinta, ſed iure deberi euictionem pro quarta, cùm quarta reſidui poſt deluuionem verè euincatur, & alluuionis incrementum ſibi iure gentium ceſſerit, non titulo empti[c]. Reſpondet tamen Papinianus ſtipulationem hic neque pro quarta neque quinta mille iugerum committi, ſed perinde eſſe ac ſi de octingentis poſt deluuionem reſiduis, non inſpecta alluuione ſola, centum ſexaginta fuiſſent euicta, æſtimandumq; quantam hæc partem faciant fundi primū empti, nimirum paulò plus quàm ſextam, ſolū enim inſpicitur quid quantūcunq; euincatur de eo quod fuit venditum & traditum, cùm poſtea accedens augmētum non

ſit ven-

[a] contra l.adeo.§.j.de acquir.rer.dom.& l.ſi ergo.§.idē ait. verſi.quod tamē per alluuionem.de publi.in rem act.

[b] hac.l.in.§.quæſitum.

[c] l.Iulianus.§.ſi Titius.& ibi diximus.de act.emp.

ſit venditum: ex ducentis igitur euictis, oportebit quintam partem (videlicet quinquaginta iugera) referre ad alluuionem, ita vt ſola centumſexaginta cenſeantur euicta ex fundo vendito. Et vt facti ſpecies hæc ex præcedenti mixta eſt, ita quoq; deciſio eius permiſtim ex præcedeñ deſumitur, veluti quòd non committatur ſtipulatio pro rata illius quod euincitur ex eo quod adiecerat alluuio, id habetur ex tertio caſu: quòd verò reſiduũ ſcilicet centumſexaginta, non debeat referri ad fundum reſiduum poſt diluuionem, puta ad octingenta quorum quintam facerent partem, ſed ad totum fundum à principio emptum: hoc ex deciſione ad primam facti ſpeciẽ allata ſatis colligitur. Quinto loco propoſita ſpecies [a] ab omnibus præcedentibus eo variat, quòd hactenus alienam eſſe & euinci dixerimus partẽ indiuiſam, quo factum eſt vt pro numero ſiue modo iugerum euictorũ & venditorum, ratio committendæ ſtipulationis inita ſit, hic verò iam conſtituit pro diuiſo partem aliquam fundi alienam eſſe & euictam, ita vt hic iam meritò non tam numerentur iugera (quorũ alia alijs & in alia fundi regione meliora eſſe poſſunt) quàm inſpiciatur bonitas partis euictæ, quæ fuit tempore venditionis [b], cuius nō potuit haberi reſpectus in præcedentibus, eo quod permixtum & confuſum eſſet in qualibet fundi regione ex parte emptoris dominium, cum dominio eius per quẽ obtenta eſt euictio, ſic vt non poſſet intelligi vnius pars melior quàm alterius, niſi quod maior eſſet, ſicut vbi modus deeſt nō poteſt conſiderari bonitas [c]. Sexto & vltimo loco adducta facti ſpecies [d] magis adhuc à cæteris omnibus receſsit, hic enim qui partem aliquam in fundo vendito habet pro indiuiſo, videlicet vnum iugerum, decem, viginti, aut plura, non euincit eam vt in præcedentibus, ſed alij vendit & tradit totum hoc quod ſolum habet in fundo communi, & fortè is emptor poſtea euincit, de quo tamẽn nihil hic dicitur, ſed tantùm de traditione partis indiuiſæ & tranſlatione dominij: tradit igitur vel inducendo emptorem in totum fundum, cuius aliquot iugera ſua ſe dicat illi cedere, quod fieri poteſt etiam ſi non in vacuam poſſeſſionem eum inducat [e], vel tradendo literas vel documenta ſui iuris [f]. Dubitari hic iam poſsit, an totum ſiue totius illius quod ſic vendidit & tradidit dominium tranſtulerit, & deciditur quòd non totius illius, ſed medietatis tantùm indiuiſæ dominium eſt tranſlatum, non ſecus quàm ſi locum certum in eo fundo ad quantitatem vnius iugeri, aut fundum qui ſolum erat vnius iugeri, ſibi cum alio pro indiuiſo communem tradidiſſet: licet enim hic iam euidentius appareat non niſi pro parte dominium eſſe tranſlatum (quia in ſingulis fundi partibus quamlibet exiguis eadem eſt cõmunis proportio quæ in toto fundo communi [g]) eadem tamen ratio eſt etiam in ſuperiore caſu, quia quod ſolum ibi habuit venditor fortè vnum iugerum, non habuit tamen ſolus, imò nihil omnino & ne tantillam quidem partem quam poſſet tigillo tegere habuit ſolus, vt nec habebit ante diuiſionem. 34

Sed hanc tam firmam & inuariabilem relationem ad tempus contractus, qualem diximus ſemper fieri in actione ex ſtipulatione duplæ, non licebit facere in actione ex empto, quæ potius reſpicit hoc tempus quo res euincitur: ita tamen vt re penitius inſpecta dici poſsit etiam in hac actione cõſiderari tempus contractus. Nam ſi emptor prætendat tanti ſua intereſſe vt diſpiciendum ſit num locus eſſe debeat moderationi legum, ne excedatur duplum, ea ratio ineunda erit inſpecto pretio formali & cõuento tempore contractus, ita vt vtriuſq; temporis ſit aliqua inſpectio: Si enim quæras quid veniat in hanc actionem ex empto de euictione, Reſpondebo id venire quod intereſt tempore euictionis: ſi verò quæras quatenus illud 35

veniat,

a l. ſi. §. cæterùm. Molinæus etiã interpretatus hũc. §.

b l. bonitatis. cum. l. ſeq. l. qui fundum. de euict.

c l. 4. §. ſi miner. hoc tit. de act. empti.

d in. §. qui vnum iugerum.

e l. ſi fundum. & ibi glo. de fundo dot.

f l. 3. C. de donatio.

g l. ſi conſenſit. §. vlt. quib. mod. pig. vel hypot. ſolu. quam hic citat pertinaciſsimè Alberi. & l. 3. §. poſt diuiſionem. qui poti. in pigno.

veniat, dicam ita venire ne excedatur duplum pretij conuenti tempore
contractus. Quin etiam dubitari poſſet num ſat firmus & ſtabilis ſit actio-
36 nis ex empto ſcopus, re euicta ad pretium conuentum, dubitationem e-
nim facit quod legitur apud Paulum [a] euicta re competere actionem,
non ad pretium tantùm recipiendum, ſed ad id quod intereſt: ex quo per
37 contrarium infert, quòd *Si minor eſſe cœperit, damnum emptoris erit*. quaſi
dicat, quòd ſi valor rei decreuerit infra pretium conuentum non hoc
totum, ſed ſolùm quanti nunc res eſt cum euincitur repeti poſsit, vt
apertius, ſubdubitans tamen & hoc indeciſum relinquens, reſpondit Sa-
licetus [b]. Sed verior eſt ſententia, quod ſaltem ad pretium conuen-
tum ſemper firma & ſtabilis eſt actio ex empto, etiam ſi valor rei de-
creuerit. Et quod paulò antè allegatum eſt, damnum emptoris eſſe ſi res
minor eſſe cœperit, referemus non ad pretium conuentum, ſed ad in-
ſtabilem variationem illius quod vltra pretium interdum nihil aut pa-
rum, interdum plurimum intereſt: quaſi dicas in actione ex empto de e-
uictione non inſpici quanti plurimi res poſt emptionem aliquando fuit,
ſi poſtea & ante euictionem tanti eſſe deſierit, quaſi illius maioris valo-
ris in præteritum ratione poſsit emptor nunc æſtimare quanti ſua interſit
rem non eſſe euictam, quemadmodum potuiſſet, ſi tunc cum plurimi erat
fuiſſet euicta: ſed quoad hoc nocebit emptori quòd res nunc minor eſ-
ſe cœperit, non verò quoad illud ne repetat vniuerſum pretium conuen-
tum & numeratum.

Antequam autem legũ moderationem aduerſus exceſſum dupli (cuius
nunc mentio incidit) aggrediar, prius eſt vt adhuc aliqua de eo quod in-
tereſt explicem, & maximè quo modo intereſſe emptoris debeat. Et qui-
dem cùm ex priore capite actionis ex empto, vt res tradatur aut quanti
38 intereſt præſtetur, non veniat id quod omnino extra rem intereſt non cir
ca eam, ita vt rei in contractum deductæ nõ ſit connexum [c]: profectò nec
in poſteriore eius actionis capite recipi poterit quod longè petitum eſt
& omnino extrinſecus intereſt, veluti quod euictis prædijs non habens
iam familia ſeruorum emptoris in quo ſe exerceat, torpeat otio animus,
coinquinetur & declinet ad vitia, ſicut ſi vendito & non tradito frumen-
to conquereretur quòd familia interijſſet fame. Itaque cùm nulla ferè
res in commercio noſtro ſit cui tam multa & varia circumſtant, quam
ſeruis per quos hæreditates & legata acquirimus, & quæcunque illi ex
re noſtra vel operis eorum, aliáue ratione quæſiuerint, & hos quoque
ſummo libertatis præmio donare poſsimus, vt iam deinceps non ſic per
eos acquiramus, ſed libertos habeamus quos habuimus ſeruos, iuriſque
patronatus multa ſint commoda, & inter cætera ſucceſsio in bonis libert-
39 ti: videndum erit num hæc & ſimilia veniant in conſiderationem, quan-
do ſeruis euictis de eo quod intereſt quæritur. Et diſertè reſpondit Vl-
pianus [d], quòd venditor hominis emptori præſtare debeat quanti eius
intereſt illum fuiſſe venditoris, & ex conſequenti titulo emptionis fa-
ctum eſſe emptoris: quod ſi ita eſſet, imprimis partus ancillæ venditæ
etiam eſſet emptoris, cuius quidem ſi dominus non ſit, quantumuis bo-
næ fidei poſſeſſor ſit, eſſe non poſsit, propterea quod in fructu nõ ſit [e]. Sed
40 hic ſicut ancillæ quam bona fide emit, ſic & partus eius apud eum editi ha-
bet quaſi dominium, & illius ratione publicianã actionem [f]. meritò ergo
partus ancillæ, ſi euincatur, ad id quod intereſt pertinebit [g]. At quomodo
inquies euincitur partus, & non ancilla ex qua natus eſt? Certè non dixit
Vlpianus ſeparatim euinci, fieriq; poteſt vt vnà cũ ancilla euincatur, cum

y qua &

a l. ſi euicta re. 2. de euict.

b *ad l. Titius. hoc tit. penul. poſt prin. verſi. ideo di cebam ſemel. &c.*

c *l. ſi ſterilis. §. cum per vſ duorem. de act. empti.*

d l. venditor hominis. de euict.

e *§. in pecudum. Inſtit. de rerum diuiſ.*

f *l. ſi ego. §. ſi partus ancillæ. de publi. in rem act.*

g *hac l. venditor hominis. verſic. quare ſine partus.*

qua & venditũ eſſe ſubindicat Accurſius [a], quod tamen neceſſarium non
eſt vt in actionem ex empto partus veniat, ea enim actio non continetur
tam ſtrictis regulis quàm actio ex ſtipulatione duplæ [b]: nihilominus ſi ita
contingat vt ſeparatim ſolius partus non empti, ſed ex empta ancilla nati
fiat euictio, fortè quòd ancilla ex qua editus eſt ante litis inſtitutionem de
ceſſerit [c], adhuc actioni ex empto de euictione erit locus, ſed ita ne du-
plum pretij quo ancilla eſt empta excedat æſtimatio partus etiam pretio-
ſiſſimi, quia non principaliter hic venit in iudicium, ſed tanquam pars
eius quod intereſt non fuiſſe ancillam quæ empta eſt alienam. Idem quo-
que iuris erit de hæreditate quam ſeruus à non domino venditus iuſſu em-
ptoris (cuius contemplatione non fuit inſtitutus [d]) adierit, hæc enim ſi e- 41
uincatur vel per verum dominũ ſerui qui ipſum ſeruum euincat & deinde
adire iubeat, vel ſeruo mortuo, & cum iam amplius iubere is non poſsit,
vel cum iubenti domino pertinaciter reſiſtit, & adire non vult, ſi ſola e-
uincatur hæreditas per legitimum hæredem teſtatoris, velut caduca nunc
facta cauſa teſtamenti ex quo hæreditas non poteſt adiri [e], eius hæredita-
tis in actione ex empto habebitur ratio. At quomodo inquies iubere po-
tuit emptor non dominus ſed bonæ fidei poſſeſſor, vt ſeruus adiret hæ-
reditatem [f]? In promptu eſt quod retorquendo hic reſpondeas, quo mi-
nus hoc potuit, eo facilius ab eo euinci & auferri hæreditatem. Alio ta-
men loco [g] putauit Accurſius bonæ fidei quoque poſſeſſorem & non do- 42
minum ſolum poſſe iubere vt ſeruus hæreditatem adeat, quando titulo ali-
quo iuſto ſeruum emptum poſsidet, vt hic quia emit, quod nonnulli [h] ſe-
quuntur, reſtringentes quod de alieno ſeruo eſt dictum ad eum qui ſine
titulo illum poſsidet. Sed id non puto verum, nam quod Iuriſconſultus
dixit [i] obueniſſe poſſeſſori ſerui per ſeruum hæreditates & legata, id di-
xit de eo poſſeſſore qui pendente iudicio vendicationis vſucapionem cõ-
pleuit, atque ita dominus eſt factus ſerui, vt nihil ſit mirandum quòd iu-
bere potuerit dominus: nam reſponſum illud cohæret alij præcedenti [k],
quo id agitur pendente iudicio vendicationis ſerui non interrumpi vſuca-
pionem. Quid ſi ſeruum emptor antequàm euictio inſtitueretur manu- 43
miſerit? Reſponſum eſt [l], nihil ex ſtipulatione duplæ eum conſequi: non
enim euenit conditio ſtipulationis, cùm non impediat euictio quo minus
ei habere ſeruum liceat, quem ipſe ſua voluntate ante perdiderit [m]. Sed ſi
venditor non ignorauerit ſe alienum vendere, ita vt etiam ante euictioné
cum eo agi poſſet [n], tenebitur ex empto eo nomine quòd libertum habere
non liceat [o], atq; ita non liceat emptori conſtituere de ſeruo empto quod
ipſe velit: tenebitur, inquam, ad pretium ſerui empti, nam is ordinarius
eſt eius actionis finis vt diximus. An autem hic amplius quicquam debeat
venditor, hoc ſcilicet quod emptoris intereſt, quia cõmodis iuris patro-
natus ei carendum erit dubitabilius eſt. Cùm enim dicat Iuriſconſultus
hoc nomine agi quòd libertũ non habeat emptor, videtur includere quic-
quid eo nomine emptori aberit, quod proximè ex iure patronatus potuiſ-
ſet aſſequi, vt liberti obſequia & hæreditatem. Ex aduerſo tamen vrget,
quòd vbi ex cauſa fideicommiſſus ſeruus emptus perducitur ad liberta-
tem, ſiue à primo & vero hærede iuſſo manumittere, ſiue ab emptore ſi
hunc patronum malit ſeruus (cuius apud eum electio eſt?) hæc ſpecies
quædam eſt veræ euictionis in libertatem [q]: non aliud tamen reſpon-
ſum eſt [r], quàm ex empto dari actionem, & quidem ad pretium repeten-
dum [s]: imò ad hoc ſolùm vt Caſtrenſis cenſuit [t], transferens hoc ad eum 44
qui prædium magno emptum, concedit alij in emphyteuſim quotannis
accipiens

a hic in glo verbi, partus.
b l. ſi pragnãs. de euict.
c l. ſi ſeruus. eod. tit.
d arg. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. in ſi. de vulga. & pupilla.
e Accurſ. hic & diſtinct. Fulgo.
f contra l. ſi quis mihi bona ſide. in princ. de acq. hered.
g ad l. præterea. de rei vẽdica. in ſi. glo. magna.
h Ang. ad d. l. præterea. Franc. Areti. ad princ. d. l. ſi quis mihi.
i in d. l. præterea. in prin.
k l. ſi poſt acceptum, de rei vendic.
l in l. ſi ſeruũ cuius nomine. de euict.
m arg. d. l. ſi ſeruus venditus. eod. tit.
n l. ſeruus quẽ. §. ſi ſciens. hoc tit. de act. empti.
o l. ſed hoc nomine. de euict.
p l. generaliter. §. quoties autẽ. cũ ſeq. de fideicom. libert.
q l. qui libertatis. de euict.
r in ſi. d. l. ſed hoc noſtra.
s l. Titius cũ decederet. in verſi. cum emptor pretiũ. ho: tit. de act. empti.
t ad ſi. d. l. Titius. Inſtit. de ſucceſſ. libert. §. ſed noſtra conſtitutio.

accipiens in recognitionem dominij duos tantùm nummos, euicto ſcilicet fundo recuperaturum eum totum pretium emptionis, quamuis minimum ei quotannis abſit, ſicut hic pretium totum empti ſerui repetitur, cũ non liceat eum habere libertum, quæ tamen res non multum fortè diſpendij erat illatura, cùm non deberetur ſucceſsio patrono quãdo libertus minor eſt centenario, & alijs quibuſdam caſibus, quo ſpectat & illud ius patronatus æſtimari non poſſe [a]. Et hoc eſt quo non parũ torquentur alij [b], qui & hæreditatem liberti, & reliqua iuris patronatus commoda hic in æſtimationem eius quod intereſt venire putant ſi ex empto de euictione agatur. & alij aliter antinomiam conciliant, nouiſsimè verò Franciſcus Curtius iunior [c], credens ſe præ cæteris aliquid inueniſſe, in illud incidit quod ante eum dixerat Paulus Caſtrenſis [d], quòd videlicet is qui
45 ius habet patronatus, non cenſeatur habere ius aliquod æſtimabile, ſed qui perdit illud videri eum perdere ius æſtimabile & in actionibus conſiderabile, ſi cauſam habeat oneroſam vt hic in ſeruo empto: addit rationem, quòd ſpes ſucceſsionis liberti non faciat patronum locupletiorem. Sed in homine vendito reſpectu emptoris, ius hæreditatis conſequendæ ſi cui pereat conſiderari vt particulam eius quod intereſt [f]. Quod verum quidem eſt, ſi ſeruus venditus fuerit ab alio ſcriptus hæres, cuius hæreditatem acquirat domino: ſed ſucceſsio in eius ipſius manumiſsi hæreditatem, quæ multis modis vt non debeatur fieri poteſt, non eſt eo viuo conſiderabilis aut æſtimabilis. Itaque diſpiciamus cum ius patronatus æſtimari non poſsit, cum totum illud extra cauſam relinqui
46 poſsit, & dici quòd ad pretium tantùm empti ſerui agatur de euictione, cùm ſeruitutis commoda emptor ſua voluntate perdiderit, & iuris patronatus commoda, quæ habere maluit, æſtimari nequeant: Et cur hoc non poſsit expeditiſsimè ſic dici, cùm ſerui empti à non domino, & de facto manumiſsi, euictio non poſsit contingere, niſi is qui euincat probet eſſe ſuum mancipium vel ſibi obligatum, ita vt delegatur ipſa euictione error manumiſsionis, reducto illo homine empto ex ſpecie quadam & vmbra libertatis quæ affuerat, in ſeruitutem priſtinam. Atque ita re vera euincitur ſeruus non verò libertus, vt ſeruitutis tantùm iura non commoda patronatus æſtimemus: quòd ſi iſte tantùm ſe in libertatem euincat, hoc ipſo detegitur quòd debita, non liberaliter data ei ſit libertas, quodque non rectè vt ſeruus ſit diſtractus qui ſtatu liber erat [g]: neque alia veniet æſtimatio in actionem de euictione, quàm ſeruitutis, imò nulla veniet ſi emptorem eligat habere patronum [h]: non enim hic deſijt emptor hominem quem emit habere poſſe, nam habet, ſed alio genere, videlicet libertum qualem ipſe ſua voluntate fecit: vel ſi non ſua voluntate, repetit pretium vbi ex fideicommiſſo debeatur libertas. Con-
47 currit & alia hic circa ſeruos emptos quæſtio de eo quod intereſt, non ex eo quod emptor per ſeruũ, ſi hunc retinere potuiſſet non euictũ, conſequi poterat: ſed ex eo qđ iam verè ei abeſt & de ſuo erogauit fortè in erudiendo & inſtruendo puero empto [i], cuius in prima ætate aut nullæ aut exiguæ ſunt operæ [k]. Et meritò quidẽ hi ſumptus reſtituẽdi ſunt emptori, vel ab eo qui euincet ſeruũ emptũ in ſeruitutẽ quòd ipſe ſit illius dominus, vel à venditore, ſi ipſe ſeruus emptus euincat ſe in libertatẽ [l]. Priore enim caſu, cũ ſit alius quàm venditor qui ſumptũ illũ reddat, ipſe ſcilicet dominus eum euincẽs, & cui doli mali obſtat exceptio, ſi eũ ſumptũ non reddat, ſicut domino vẽdicanti areã à non domino venditã in qua emptor ædificauerit [m], ſi hac exceptione ad retentionẽ nõ vtatur emptor adhuc poſsidens, eſt quod ei à ven-

a l. naturalis. in ſi. de præſcript. verb. l. planè. 2. §. vlt. cum. l. ſeq. de lega. j.
b Bart. Fulgoſ. Iaſ. ad d. l. naturalis.
c ad ſi. d. l. naturalis.
d in d. l. Titius. paulò poſt prin. nu. 2.
e l. j. §. ſi impuberi. de collatio. bono.
f l. venditor hominis. de euictio.
g ad l. qui libertatibus. de euictio.
h d. l. Titius. in ſi.
i d. l. Titius. §. de ſumptibus verò.
k l. ſi infantis. de vſufru.
l l. idq;. §. j. verſ. quod & in ſeruo. hoc tit. de actio. empti.
m §. certè. Inſtit. de rer. diuiſ. l. Paulus. de doli mali except. l. ſi in area. de condict. indeb.

ei à venditore imputetur, ſi fortè ab eo velit ſumptus conſequi quos à vendicante poterat, ſi non neglexiſſet, conſeruare. Poſteriore verò caſu cùm ipſe homo emptus euincitur in libertatem, nulla eſt emptori permiſſa retentio, nulla doli data exceptio aduerſus hominem liberum, vt is ipſe reddat ſuæ inſtructionis pretium, quo non eſt factus pretioſior [a], cùm liberum corpus non recipiat æſtimationem [b], nec is in dolo aliquo ſit, ſi ſimulatque detecta eſt libertas nolit diutius ſeruitutem pati, quam hactenus errore ſtatus ſui, aut iniquitate poſſeſſoris perpeſſus eſt: itaque cùm non ſit æquum emptorem eum ſumptum perdere, vtique à venditore debebit ei refundi. Sed hic iam moderatione opus eſt [c], ne venditor qui me- 48
diocrium fortè eſt facultatum vltra duplum ſubeat non cogitatum periculum, quod ſanè eſſet iniquum, non tunc ſolùm cùm facultates eius id non patiuntur (licet ad has inter cætera argumenta æquitatis habita ſit ratio & hic & alijs locis [d]) verùm etiam vbi id facilè ferrent reſarciri totum, vt ſcilicet lex ſit generalis huiuſcemodi moderationis, & in vniuerſum omnibus venditoribus ſcripta, quod ſatis indicat dictio, *fortè* [e]: 49
quæ cum in ratione legum ponitur, ſignificat illam non eſſe cauſam, neque ſic præciſam vt à defectu illius liceat colligere legis diſpoſitionem ceſſare [f]: Et certè fundamentum huius moderationis hic generalius eſt ex generaliore conſideratione æquitatis, ob frequentiam contractuum huius generis aſsiduam & quotidianã comparationẽ ſeruorum aliarumq; rerum quæ nobis neceſſariæ ſunt [g], à quo deterrerentur homines & auocarentur, ſi iuſtus eorum error quo commercio ſe proprias ſuas res credunt diſtrahere, quas & ipſi fortè paulò antè bona fide emerunt, tam graue ſecum traheret diſpendium, vt euictione ſecuta, vltra reſtitutionem pretij tenerentur adhuc refundere omne quod intereſt, quantumcunque illud fuerit, quod ſubinde creſceret in immenſum, vel ex qualitate ſola & conditione emptoris plurimum eſſet variabile, nunc grauius, nunc moderatius, prout alij alijs res emptas diligentius excolunt & ſumptuoſius inſtruunt: quare iuſtum viſum eſt hanc rem totam ad aliquam æqualitatem reducere, ne quod intereſt duplum hic excedat, quod ex æquitate à Iuriſconſultis reſponſum erat [h], antequam à Iuſtiniano id lege generali præſcriberetur [i]. At inquies, ſicut obligatus eſt venditor vt præſtet habere licere hominem quem vendidit, ita vt ea quæ per eum acquiri potuerunt præſtare debet emptori vt habeat [k], totum autem hominem venditum debet, igitur & alia illa integra debebit: ea autem ſæpè quadruplum aut decuplum excedunt pretij empti ſerui, velut hæreditates & legata, quæ in actionem hanc venire integra apertiſsimè videtur reſponſum [l], præſertim cùm ius emptori ad ea integra vel in ijs integris fuerit quæſitum, puta ius quaſi dominij & publicianæ actionis [m], quod euictione eis perit. Torſit hoc ab antiquo & hodie torquet plurimos, nam inde ſunt natæ diſtinctiones hæreditatis delatæ, nondum delatæ: aditæ, non aditæ: in 50
hac materia euictionis, & ex conſequenti inextricabiles penè quæſtiones: an hoc intereſſe quod in hæreditate omiſſa vel amiſſa conſtituimus, intra rem emptam ſit, extra eam, an circa illam: ſeruum inquam emptum, per quem hæreditas acquiri poterat, & cuius quærendæ occaſio ſeruum comitaretur ad quemcunque dominum tranſire illum contingeret. Sed nouiſsimè quidam [n], amputatis ambagibus, cenſuit illa quoq; omnia huic moderationi ſubeſſe, nec vltra duplum pretij ſerui deberi, quaſi non aliud 51
voluerit illo ſuo de euictione reſponſo Vlpianus [o], quàm quòd ea quæ per ſeruum emptum acquiri potuerunt, non tam remota ſint ab ipſo ſeruo empto

a arg. l. in fundo. de rei vendicatio.
b l. liber homo. 2. ad legem Aquil.
c d. l. Titius. verſi. planè ſi in tantum. cum l. ſeq.
d in l. in fundo. de rei vendic. in l. ſi ſeruus. de pig. actio.
e in prin. l. cũ fortè. hoc tit.
f §. ſancimus. in verbo, fortè. in authent. de hered. & falcid. c. iuuenis. de ſponſal.
g arg. l. iuſto. de vſucapio.
h hic & in l. cum fundus. de euict.
i in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt feruntur.
k l. vẽditor hominis. de euict.
l in l. Iulianus. §. ſi quid ſeruo diſtracto. hoc tit. quã citat ad hoc Fulgoſ. ad d. l. vẽditor hominis.
m l. ſi ego. §. partus. de pub. in rem act.
n Molinæus.
o in d. l. vẽditor hominis.

empto, neque tam externa aut longè petita, quin meritò eorum quoque conſideratio haberi debeat in ratione eius quod intereſt emptoris non euinci ſeruum, neque tam impertinentia eſſe ſi de his conqueratur emptor ea ſibi abeſſe, quàm ſi diceret ob non traditum frumentum ſua intereſſe quod interijſſet familia fame[a]: Atque ita hoc ſolùm ibi deciſum & reſponſum eſſe iſtiuſmodi emolumenta quæ per ſeruum emptum acquiri poterant, venire in hanc actionem. quatenus verò veniant, id ex alijs legibus eſſe petendum, nimirum illis quibus generaliter ſtatutum eſt ne duplum excedatur. quod etiam ſubindicari videtur illo reſponſo Vlp.[b] quo ea omnia refert ad id quod intereſt: hoc autē illud eſt quod moderationem propriè accipit, non verò pretium conuentum. Et eſt quod ex aduerſo obiectis reſpondeas, quòd enim emptori re vera abſit, quantum in illis integris eſt emolumenti, hoc parum ad rem facere videtur: nam & ſumptus in erudiendo puero facti, verè emptori abſunt, quos de ſuo erogauit: attamen non niſi cum hoc moderamine repetit ne duplum excedatur. Et quod venditor conuentus ex primo capite huius actionis ex empto, debeat quæcunque per ſeruum emptum poſt emptionem quæſiuit, integrè reſtituere vnà cum ſeruo empto emptori[c]. Hoc aliam rationem habet, quandoquidem totum hoc penes ſe habet quæſitum per ſeruum alij debitum, & in ea parte plenior eſt actio ex empto prioris capitis, in hoc competens vt res tradatur, vel quod intereſt præſtetur, quàm ex poſteriore capite cùm re tradita & deinde euicta agitur, vt ex ſequentibus apparebit[d]. Sed hæc moderatio rurſus alio indiget moderamine, nempe quod
52 eam mereatur is tantùm venditor qui bona fide quod ſuum putauit vendidit: qui verò id fecit ſciens alienum, is omni modo teneri debebit[e], hoc eſt, ad omne damnum quantumcunque illud ſit, etiam ſi longè exceſſerit duplum[f]: qui enim ſciens id facit in dolo eſt, & in eo celando more improbato verſatur[g], doloſus autem beneficio eius moderationis eſt indignus[h]. Cùm enim faciat dolus, vt in eo genere contra-
53 ctus, videlicet donationis, ex quo regulariter non debetur euictio, hac tamen ſecuta refundi debeant omnes ſumptus per donatarium in re donata facti[i], quantò magis faciet vt in hoc genere contractus, ex quo omnino debetur euictio etiam non promiſſa, plenius debeatur, quàm ſi venditor in dolo non fuiſſet, nimirum vt nunc omne quod verè intereſt circa rem emptam refundat emptori, quantumcunque illud ſit:
54 ſicut & ijs qui ex delicto tenentur præcluſum eſt hoc beneficium moderationis, & vniuerſum quod intereſt præſtant[k]: inter delicta autem eſt & dolus[l], & facit (vt quidam exiſtimant) ex caſu certo incertum, dum facit aliud eſſe obiectum eius quod intereſt, quàm alioqui regu-
55 lariter, dolo non interueniente, conſtitueretur: tunc enim cauſa eius quod intereſt reſultaret vel ex mora tradentis, vel ex euictione rei traditæ, quæ referuntur ad rem & pretium quæ certam & definitam naturam ac quantitatem habent, ſed interueniente dolo etiam ante moram, etſi nunquam fortè ſecutura euictio eſſet, agi poteſt[m], & quicquid damni contrahit emptor occaſione emptionis quod modò circa rem emptam verſetur: ad hoc præſumitur dolus venditoris quodammodo fuiſſe deſtinatus ab initio, ſic vt nunc euentus præcedenti conſilio fraudis re-
56 ſpondeat[n]. Eſt & alia interpretatio[o] illius quod dictum eſt eum qui ſe ſcit vendere alienum, teneri omni modo, videlicet teneri eum emptori de ſumptibus in re empta factis, ſiue hic emptor poſſidens ſiue non poſſidens iudicio ſuperatus ſit, & cùm poſſidens victus eſt, ſiue exceptione

a d.l.ſi ſterilis.§.cum per venditionem.
b d.l.venditor hominis.
c d.l.Iulianus.§.ſi quid diſtracto.
d ad d.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.
e hac.l.Idq; in omnibus tamen his caſibus.
f Falco.hic.
g l.j.in fi.l.4.in prin.l.Iulianus.§.idem Iulianus dolum.l.ſeruus quē.§.ſi ſciens.in verbis, quia tamē dolo malo.hoc tit.
h d.l.Iulianus.paulò poſt prin.verſ.ſi verò ſciens.
i l.Ariſto.§.vlt.in verbo, ſumpt⁹ magnos.de dona.
k l.interdicto.de vi & vi arma.l.ſi quis vxori.l.ſi ſeruus qui ſurreptus eſt.de furt.l.ait.l.quãtū is bona.l.inde Neratius.ad legem Aquil.
l glo.l.j.ad verbum, crimine.de fideiuſſ.& hæred.tutor.
m d.l.4.in princ.& d.l.ſeruus quem.§.ſi ſciens.
n d.l.Iulianus.verſi.ſi verò ſciens reticuit.
o Accurſij hic & Alcia.de eo quod intereſt capite incipiente.

contra vendicantem ſeruum retinendo fuerit vſus,ſiue ea non ſit vſus,quæ interpretatio per ſe quoque vera eſt:nam omiſsio exceptionis,non niſi ad culpam emptoris poteſt referri,cui culpæ dolus venditoris præpõderat [a]. Sed quod neget Alciatus priorem interpretationem,quam diximus,ſcientem teneri vltra duplum,hoc rationem habere non putauerim.

a Litem ſi obſtetrix.in fin. ad l.Aquiliam.

VLTIMVM CAPVT ACTIONIS EX EMPTO, Vt quod intereſt venditor præſtet.

SVMMARIA.

1 *An non tradere liberum ſit emptori, ſi malit quod intereſt præſtare.*
2 *Traditio ad quam tenetur venditor,media eſt inter obligationes dandi & faciendi.*
3 *Aliquando vẽditor nec tradere tenetur nec præſtare quod intereſt,ſed tantùm ad rem perſequẽdam actiones ſuas cedere.*
4 *Sententia debet eſſe conformis petitioni.*
5 *Illud quod intereſt in obligationem, actionem, condemnationem, & condemnationis taxationẽ, veluti in ſubſidium venit, ſi res non tradatur.*
6 *Pretium conuentum, valor rei, & id quod intereſt diſtincta ſunt.*
7 *Intereſſe ſemper extra rem eſt,extrinſeca ſcilicet rei vtilitas.*
8 *Diuiſio eius quod intereſt.*
9 *An id quod intereſt aliquando excedatur à pretio cõuento,ſic quod emptor minus conſequatur quàm pretium quod prærogauit.*
10 *Seruitute empta,ſi ea mihi cõſtitui non poßit(quod fundus meus à me interim euictus ſit, vel caſmate perierit)an nihilominus pretium ſoluere debeam.*
11 *Venditor tenetur de celata ſeruitute rei venditæ debita,ſi per non vſum eam emptor amiſerit.*
12 *Venditor etiam ſi ſciat rem vẽditam eſſe alienam, tradere tamen tenetur.*
13 *Nihil refert,culpa an caſu fortuito capere non poſſit emptor.*
14 *Emptor ad pretium obligatur in genere,ideo caſu fortuito non liberatur.*
15 *Rei quæ nunquam fuit,quomodo æſtimetur.*
16 *Pecunia cæteras res æſtimat, ipſa verò non æſtimatur.*
17 *Explicata verba Celſi:* Incertum huius rei æſtimandum. *in l.ſi tactus.hoc tit.*
18 *Venditor ſi rem habet, cogitur omnino tradere.*
19 *Definitio eius quod intereſt.*
20 *Interpretatio §.*cum per venditorem.*in l.ſi ſteriles,hoc tit.*
21 *Significatio verborum:* Si oppareot neque ſoluere neque dore.
22 *Improbata regula Accurſij,lucra non attendi, ſed damna.*
23 *Ex ſola mora non conſiderari id quod extrinſecus intereſt.*
24 *Cur in nummis diuerſum receptum ſit.*
25 *Hæreditas per ſeruum acquirẽda non eſt, intereſſe extrinſecum.*
26 *Aliquando etiam rationem haberi eius quod extrinſecus intereſt.*
27 *Aeſtimatio quanti plurimi præſens, & æſtimatio quanti plurimi res aliquando fuit, quomodo differant.*
28 *Si res empta non tradatur,præſtari debet æſtimatio quanti plurimi res nunc eſt, etiam ſi excedat duplum pretij conuenti. At ſi euicta ſit ea nõ præſtatur vltra duplum pretij conuenti,& quæ ſit ratio diuerſitatis.*
29 *Rei euictæ æſtimatio ſi multum decreuerit, nunquam tamen minus pretio numerato recuperat emptor.*
30 *Improbata à Modæo Lorioti ſententia.*

DE eo quod intereſt,quatenus id verſatur in ſecundo capite actionis
ex empto de euictione,ſatis abundè diximus: nunc de illo erit dicen
dum,quatenus verſatur in priore eiuſdem actionis capite,ſi res vendita nõ
tradatur [b]. An ergo non tradere liberum erit venditori, ſi malit quod in- 1
tereſt præſtare. Anceps eſt hæc quæſtio,& in qua ab antiquo variatum eſt.
Martinus enim cenſuit omninò tradere debere,ſi modò facultatem rei tra
dendæ habeat, præſtetq́ue in eo emptor, quod ſibi tradi velit. Bulgarus
verò liberari venditorem,ſi quod intereſt præſtet, etiam cùm rem præ-
ſtare poſſet: hunc Ioannes & Azo ſecuti ſunt,ſed à Bartholi tempore cœ
pit à plæriſque [c] præferri opinio Martini, tanquam æquior, ſecundum
quam traditio quæ ex hoc genere contractus venit, vt non eſt meri facti,
ſicut ea ad quam agitur ex ſtipulatione rem tradi [d]:ſed mixtam cauſam bo
norum continet [e], ita etiam mixtam habebit naturam, & quodammodo
mediam inter obligationes dandi & faciendi [f],hoc habens cum illis com- 2
mune, quod aliquo caſu omninò tradere oporteat, ſicut & dare eum qui
id promiſit [g]:ſed non ſemper,neque tam præciſè & abſolutè: quoniã non
debet vt tradat aliunde ſibi comparare,ſi penes ſe non habeat, & hoc eſt
quod cum obligationibus faciendis habet commune, quòd ſcilicet præ-
ſtan-

b l.prima. in prin. hoc tit. l.ſi traditor.C.eod.

c Salicet.Fulg. Paul.Caſt. hic Cyno & alijs. ad d. l.ſi traditio & eſt ipſa veritas.

d l.ſtipulationes non diuiduntur.in princip.l.ſi rẽ tradi de verb.oblig.

e l.in cõuentionalib.§.vlt. eod.tit.de verb.oblig.

f Paul.Caſt.hic ſub num. 5.& 8.

g l.vbi autem.§.vlt. de verb. obligat.

ſtando quod intereſt, tunc liberetur. Eſt etiam vbi neutrum horum debet venditor, neq; ſcilicet tradere rẽ, neq; ſtatim præſtare quod intereſt, ſed
3 tantum non impedire, ne ad emptorem poſſeſsio perueniat, & ad rẽ perſe quendam actiones ſuas cedere aut præſtare, quando videlicet nec dolo, nec culpa ſua venditor rem amiſit [a]: vel vbi poſſeſſor rei vendicatione victus intulit domino æſtimationem litis [b]. Porrò vt hic dixit Iuriſconſultus, *in id quod intereſt agi*, ſic alio loco [c] dixit, *venditorem in id quod intereſt condemnari*: ſed alio rurſus loco dictum eſt [d], *in cõdemnationis taxationẽ deduci, quanti intereſt*: quo quidem ſignificari videtur, neque ad id quod intereſt agi, neq; illud in condemnationem deduci: quæ duo connexa ſunt, & neceſ-
4 ſariò cohærentia, cùm debeat ſententia petitioni eſſe conformis [e]. Sed traditione rei emptæ petita, & ad illam condemnatione facta, quæ etiam propriè in obligatione eſt, ſi nequeat venditor præſtare rem, tunc in taxationem ſiue æſtimationem illius quomodo ſatisfiat emptori de eo quod venit principaliter in obligationem, actionem, & condemnationem, deducitur illud quod intereſt emptoris: & in quo conſiſtit, velut altera & ſubſidiaria obligatio venditoris, cùm ſit æſtimatio quædam rei promiſſæ, ſicut id quod intereſt, æſtimatio eſt promiſsi facti [f]: & hac ratione ſi totum iudi-
5 cium ſpectes ab exordio ad finem vſque, & exitum ſiue executionem, rectè dici poteſt, ad id quod intereſt agi, in illud venditorem condemnari, deniq; hoc in taxationem condemnationis factæ deduci, non quidem ſimpliciter & abſolutè, ſed velut in ſubſidium, ſi res non tradatur. Iſtud autem intereſſe interdum egreditur & excedit pretium conuentum & formale,
6 quo contracta eſt venditio, ſi pluris, inquit Vlpianus, intereſt, quàm res valeat, vel empta eſt [g], quibus verbis ſubindicatur primum differentia pretij, quo res empta eſt à vera æſtimatione & valore, & illorum duorum ab eo quod intereſt, in ipſo enim pretio non ineſt quicquam ex eo quod intereſt: ſed ſi verè pluris valeat res quàm empta eſt, in eo exceſſu cõſiſtit vtilitas rei, ſiue augmentum vtilitatis [h]: ſed non eſt referendum hoc ad verum intereſſe: nam æſtimatio vera rei, ipſa quodammodo res eſt [i]: intereſſe
7 autem ſemper extra rem eſt, & extrinſeca quædam vtilitas diſtincta à re ab æſtimatione eius & pretio quo venit [k], & propria atq; vera diuiſione diui-
8 ditur ſic, quòd aut in lucro ceſſante conſiſtat, aut in contracto damno [l]: alia verò, ſed magis accidentali diuiſione, quòd aliud conſiſtat circa rem velut proximè ex ea enatum, aliud omninò extra rem longè ab ea ſeparatum atq;
9 remotum [m], de quo mox plura. Sed an aliquando id quod intereſt excedatur à pretio, ita vt minus interſit, quàm ſit in pretio conuento, & an tunc etiam actio ex empto infra pretium conuentum conſiſtat, ſi agatur vel ad illud repetendum, cùm fortè prærogatum eſſet, vel ad remittendum, cùm fortè emptori ſcrupuloſiori non ſufficiat exceptio qua vtatur tunc, cùm ipſe ex vendito conuenietur, ſed vult nunc liberari, cùm venditor non tradit. Contingere enim poteſt, vt vel non interſit emptoris tradi, vel vt non tanti interſit, quòd id pretio æquiualeat, veluti ſi aliunde ſimilem rem qualem emerat, nactus ſit donatam, aut legatam, vel in venditione ſic læſus ſit, vt præſtet illam nõ adimpleri. Et quidẽ, cùm de eo quod intereſt ſic vbiq; [n] mentio fiat, vt veniat in augmentum obligationis & actionis: non verò ad diminutionem, & quaſi interdum ex illo ad creditoris commodum decreſcat ſiue minuatur obligatio, videtur omninò, quòd nunquam hæc actio ad id quod intereſt infra pretium (fortè prærogatum) conſiſtat, ne contingat, quòd venditor qui rem non tradit, etiam pretium fortè prærogatum retineat, eiuſve aliquam partem, hoc prætexens, quòd non tanti emptoris

 interſit,

a l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. de contrah. empt. l. ſi ea res. hoc tit.
b l. eius rei nomine, cum l. ſequent. de rei vendica.
c in l. voluntate. quib. m. o. pig. vel hypo. ſolu.
d in d. l. ſi traditio.
e l. vt fundus. de communi diuidundo. l. vlt. C. de fideicommiſſ. libertat.
f l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſ. in fin. de verb. obligat.
g in princip. huius legis. verſi. hoc autem.
h l. emptorem. §. qui autẽ. hoc tit.
i l. inter hæc verba. de verbor. ſignific.
k l. quod ſi nulla. cũ l. ſeq. de hære. vel act. vend.
l l. ſi commiſſa rem ratam habere.
m l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. hoc tit.
n in hac l. prima. l. Titius cùm decederet. verſ. de ſumpt. verò. hoc tit. & in d. l. quod ſi nulla. cũ ſeq. de hæred. vel act. vend.

interſit,quo ſolo dato liberari eum oporteat:eſt o enim hoc,ex illo tamen lucrari non debet venditor,qui ex ſua parte contractum non implet dolo aut culpa, quæ in hunc contractum veniat[a]. Quod ſi verò caſu id fiat, vt non tradat citra dolum & culpam:ſiquidem perijt res vendita,æquũ eſt non amittere eum & rem & pretium[b]:Ideoq; emptori perierit, & venditor ex ſua parte impleuiſſe contractum cenſebitur[c]. Si verò non perijt res,ſed eam adhuc ſaluam habeat venditor,iniquum ſanè videretur,quòd adhuc pretium petere poſsit,atque ita ſimul vtrunq; habere & rem & pretium, etiam ſi ex capite emptoris id fiat, vt is rem emptam non accipiat, quam alioqui venditor tradere paratus ſit. Et huc reduci poterit pulchra quæſtio,ſi vendita mihi ſit ſeruitus ad fundum verè quidem meum, ſed qui caſmate perierit,antequam ea ſeruitus conſtitueretur,vel ad fundũ quem meum eſſe putaui,cùm non eſſet,& quem alius antequam ſeruitus conſtitueretur à me euicit,aliásve apparuit meum non eſſe,an nihilominus pretium ſoluere debeam venditori parato ſeruitutẽ conſtituere, ſi queam recipere,quod non poſſum,cùm fundum vicinum non habeam, cui potius quàm mihi conſtituenda eſſet[d]: multum ſanè anceps eſt hæc quæſtio, quam ſi aduerſus me emptorem definias, videberis apertam iniquitatem fouere, vt qui venditori ſimul & rem venditam(id eſt,prædium ſuum liberum)& pretium concedis,quaſi in vtroque par ſit iniquitas, venditorẽ ſcilicet rem & pretium amittere,aut ſimul rem & pretium retinere.Si contra venditorem nihil aut parum abeſſe videbitur,quin lædas communes in hoc contractu regulas,quæ periculum rei venditæ volunt eſſe emptoris[e], ita vt meritò videatur id meo periculo eſſe & damno,quod mihi ſeruitus quam emi,nequeat tradi & conſtitui,vt qui fundum iam non amplius habeam,vel non habeo meum,vt illi ſeruitutem poſsim imponere aut acquirere,quia nec communi fundo ab vno dominorum acquiritur[f]. Sed et alia hic eſt conſideratio pro venditore, quòd non propriè intereat ipſa res vendita,vtpote quæ non fuit vnquam in rerum natura: ſed potius impediatur illius origo & principium, ne naſcatur aut introducatur, cùm non ſubeſt materia,neque fundus cui acquiratur,quod tamen non fit dolo aut culpa venditoris:non enim ille hoc egit,ne ea conſtitueretur,aut introduceretur: ideoq; non æquum videtur teneri eum[g].Et quamuis non deſint qui pro[h] emptore reſpondeant,eorum tamen ſententiam ſequi dubitauerim,propterea quod apertiſsimè à Iuriſconſulto reſponſum legam[i]: *Si tibi iter vendidero,ita demum autorem me laudare poteris* (ſi videlicet alius ſeruitutis quæſtionem moueat, vtputa fortè is cui poſt venditam ſeruitutem fundus quo iure quaque conditione eſſet, venditus eſt) *Si tuus fuerit fundus, cui acquirere ſeruitutem volueris*. Et mox ſequitur ratio: *Iniquum eſt enim teneri me, ſi propter hoc acquirere ſeruitutem non poteris, quia dominus vicini fundi non fueris*. Ecce hic Iuriſconſultus non putat iniquum, quòd venditor ſeruitutis pretium retineat, & fundus tamen maneat à vendita ſeruitute liber, quando defectus procedit ex parte emptoris, quo minus ei ſeruitus conſtituatur, & ſic res vendita tradatur. Sed hoc potius pro iniquo habet, quòd emptor ad venditorem velit regredi paratum conſtituere ſeruitutem quam vendidit, illamque in ſuo fundo pati, & quam etiam conſtituit quantum in eo fuit ſuum ipſius fundum, de quo conuenerat ſeruitute grauando, cùm per ipſum emptorem ſtet, quo minus exitum habere poſsit emptio. Oportuit enim eum ſollicitum eſſe, vt ex ſua parte nihil deeſſet, quò minus ſeruitutem quam ſolam emebat, ſeparatim recta via acquireret, quamuis

a *l. contractus quidam. de reg. iuris.*

b *Accurſ. ad l. ſi vno. §. item cum quidam locati.*

c *l. cum emptor. in fin. de reſcind. vendit.*

d *l. qui aliena. §. vlt. de nego. geſt. l. 1. communia prædio. §. Ideo alij. Inſt. de ſeru. ruſt. & vrb. præd.*

e *l. neceſſario. de peric. & com. rei vendita.*

f *l. proprium. Communia prædior.*

g *arg. l. nec emptio. verſic. ſed ſi id egerit. de contrah. empt.*

h *Molinæus de eo quod intereſt. num. 23.*

i in l. tenetur. §. ſi tibi iter vendidero. hoc tit.

uis cùm emit ſibi fundum & ſeruitutem, hoc eſt, fundum aliquem tan-
quam dominantem,& cui debeatur ſeruitus, ſic vt vtriuſque ſit vna vendi
tio,tota ſollicitudo incumbat venditori,non de fundo tantùm, vt is ſcili-
cet eius ſit,ſed & de ſeruitute,vt illa quoque vendito fundo debeatur,quã
dixit deberi [a].Imò etiam ſi non meminiſſet venditor ſeruitutis, nec ab ea
11 fundum cõmendaſſet,illa tamen vendito fuñdo verè competijſſet, cuius
rei ignarus emptor non vtendo ſeruitutem amiſiſſet,æquè teneretur ven
ditor [b]:quod ſi hæc ita ſeruentur in poſteriore capite actionis ex empto,
quod ad euictionem pertinet,&de quo locutus videtur Pomponius [c],cùm
de laudando autore dixerit,quare non idem dicemus, ſi ex priore agatur
capite,de ſeruitute ſcilicet vendita,quæ nondum conſtituta eſt,nec quaſi
tradita,iam primum tradenda,illiuſq; vſu permittendo [d]:Niſi fortè hic di-
cas,quod ex priore capite ſtatim & directè agatur aduerſus venditorem,
qui ſi ipſe fundum cuius ſeruitutem vendidit, adhuc teneat poſsideatq;,
ita vt tradere emptori,& patientiam vtendi ſeruitute empta præſtare ei
poſsit [e], cenſeatur eſſe in dolo,ſi id non faciat,nec patiatur, ſaltē quàm diu
emptor quoq; fundum cui ſeruitutem cõparauit,adhuc tenet & poſsidet,
ſic vt interim ſeruitute vti poſsit,quamuis fortè non rectè conſtituta, eo
quòd alienus eſſet fundus,quod non poteſt bona fide emptori venditor,
vt videtur,obijcere,aut hæres eius,cùm fortè eueniet,vt nũquam illud re-
petat dominus,ſed vſucapione ſuum faciat, is qui empta ſeruitute melius
ius fundi facere voluit,confirmatoque dominio fundi,confirmare etiam
12 ſeruitutem:quemadmodum venditor rem venditam tenens,ſic vt tradere
eam poſsit,non audiretur,ſi ab illo ſe excuſet,quòd iam cognouerit eſſe
alienam: iure enim petet emptor, ſi velit vt poſſeſsionem tradat, & ipſe
expectet iudicium,ſi quod inſtituere velit alius, ita vt eo caſu vẽditor om
ninò tradere debeat,vt Paulus Caſtrenſis definit [f],aduerſus Baldũ [g]. Sed
ſi ab alio quopiam moueatur cõtrouerſia ſeruitutis, qui vſum illius pati no
luit,& qui venditori nõ niſi in rem ſingularem, hoc eſt, in fundum illum
ferendæ ſeruituti deſtinatum ſucceſſerit,ſic vt perſonalis actio ex empto
eum non teneat,nec ei obijci poſsit,quòd fruſtra negatoria actione ten-
tet infringere vſum ſeruitutis,cuius nomine ipſe de euictione teneatur [h]
(quo ſolo caſu autor ſiue venditor laudaretur, & minimè ſi ipſe cõtrouer-
ſiam emptori faceret)nihil eſſe videtur, quod venditori iam imputetur,aut
quod ad eum regredi ſperet emptor,ex ſecundo huius actionis capite,de
euictione,ſi eum alius de ſeruitute contendens vincat,non ex defectu iu
ris venditoris,ſed ipſius met emptoris:Non enim oportuit venditorẽ ſer-
uitutis retinere ſemper fundum ſeruientem, quo facilius ipſo poſsidente
emptor per eum fundum,aut in eo fruatur ſeruitute empta, ſed quo iure,
quaq; conditione is fundus eſſet, vendere potuit alij,qui non æquè id pati
velit aut debeat. Offert & aliud hic ſe meritò inſpiciendum,num idem ſit
quoad emptoris ius, ſi caſmate fundus eius pereat, etſi non pereat quidē,
ſed ſit alienus:Nam prius illud nihil omninò in ſe habet, quod vel ad mi-
nimam notam leuiſsimæ culpæ imputari poſsit emptori.Poſterius verò a-
liquid quodammodo culpæ habet, quod videlicet ipſe emptor non ſatis
circunſpectè comparauerit rem à non domino. Atqui ex aduerſo vrget,
quòd ad venditoris obligationem & actionem aduerſus eum dandam non
13 inſpiciamus,quid vel culpa ſua, vel caſu fortuito non poſsit capere em-
ptor:ſed potius, quid per dolum vel culpam nequeat præſtare venditor.
14 Emptor verò ad pretium obligatur in genere, ideoque nec caſu fortuito
poteſt liberari [i]: habet ergo hæc quæſtio ſic vtrinq; diſcuſſa varias inſpe-
ctiones,

a eodem lo: §.ſi tibi iter. verſic.ſed ſi & fundum.
b l.in vendendo. verſic.ſi cum ſeruitus. de cõtrah. empt.
c in hoc §.ſi tibi iter.
d d.l.1. in fin. de ſeruitut. ruſt.præd.
e d.l.1. in fin. de ſeruitut. ruſt.præd.
f ad l.1.huius tit. ſub nu.8
g ad l.cõtractus. C. de fide inſtrument.
h l.venditor. ff. de euictio.
i l.incendium. C.ſi certum petat.

ctiones,quas ſummatim attingere volui,quo facilius bene diſpectis ſingulis,veram eius deciſionem excogitare liceat,& inuenire.

Sed quid,inquies,æſtimabitur,quantique intereſſe ſua dicet emptor, ſi 15
res quæ empta erat,nunquam in rerum natura appareat:vt ecce ſic eſt ampliatum cõmerciorum ius, vt vendi & emi poſsit captus piſcium vel auium[a]. Quid ergo ſi iactum retis emero, & iactare rete piſcator nolit? Reſpondet Celſus[b]: *incertum huius rei æſtimandum eſſe*. Atqui incertos nos æque relinquit & dubios,quidnam illud ſit.Nam quomodo quod per ſe eſt incertum,æſtimatione certa definies? Legimus alio loco[c], quòd ſi nulla res ſit de qua actum videatur,veluti hæreditate vendita,ſi nulla ſit hæreditas,neq; ad venditorem,neq; ad alium pertinens,fortè quod adhuc viuat is cuius hæreditas vendita ſit[d],pretium dumtaxat,& ſi quid in eam rem ab emptore impenſum eſt à venditore conſequatur. An ergo & hic ſolum pretium fortè prærogatum repetetur? Et hoc quidem voluit Iacobus Butrigarius: ſed damnant paſsim omnes[e], propterea quòd pretium venditoris debeat eſſe certum[f],atque ita veriſimile non ſit, *incerti* nomine Celſum hic intellexiſſe pretium ſemper certiſsimum.Cui accedit,quòd non dixiſ-
ſet pretium certa pecuniæ quantitate definitum conuentumq; vllo modo 16
æſtimari: pecunia enim cæteras res æſtimat, ipſa verò non æſtimatur[g]. 17
Aliud eſt ergo incertum quod æſtimari Celſus voluit,diligentique lectori ſatis deſignatũ:Incertũ(inquit)huius rei,id eſt,ipſius iactus retis,intelligens æſtimari incertam hanc rem emptam,nempe iactum piſcium incertum,quemadmodũ alio loco legimus[h],*conditione incertum*;id eſt,ipſa conditio incerta.Iactus ergo retis æſtimabitur, ſic vt diſpiciatur, quoniam veriſimiliter captum fuiſſet, ſi rete iactare piſcator voluiſſet, idque ex ſucceſſu aliorum piſcatorum,eo loco & tempore. Sed hic iam obturbabis,quòd tametſi fortè illud incertius non ſit,quàm vt aliquo modo æſtimetur, remotius tamen eſſe à re,quàm vt in hanc actionem veniat[i],in quam hoc tantùm venire dicimus,quod circa rem intereſt. Plures autem ſunt piſcatorum ictus,quàm fœlices piſcationes, & alijs alter fortuna blanditur, vt non liceat ex vnius ſucceſſu metiri, quæ aliorum fuiſſent commoda.Sed hæc incertitudo tum demum obſtare poſſet, ſi ex illa quis vellet venire id quod intereſt,in acceſsionem ſiue in augmentum obligationis principaliter ad aliud contractæ,& actionis ad aliud natæ:cùm verò ſuper illo ipſo quod incertum eſſe dicitur directo principaliter, & vt ſic dicam, materialiter contrahitur,ita ſcilicet vt illud ipſum incertum deducatur in contractum velut æſtimabile, imò & æſtimatum eo precio quo eſt emptum,qua fronte venditor emptori ex empto agenti obijceret incertitudinem rei,quam vterque animo ſuo tam certam ſubiecit, vt certo pretio alter venderet,alter emeret. Quod ſi rete piſcator iecerit, ſeu quod extraxerit piſcium,reddere ſiue tradere emptori noluerit, iam quidem certior erit æſtimatio rei per ſe certæ, extractorum ſcilicet piſcium, quorum æſtimatio emptori debebitur. At inquies,an liberum hic facimus retis venditori quod vendidit & extraxit non reddere neque tradere, præſertim cùm negari non poſsit, quin illius ſit dñs fact' indubitato iure gentium,habeatque facultatem rei tradendæ.Mouit hoc ſanè Alciatum[k], vt alijs latis variè ſentientium opinionibus,ipſe diceret ſe non dubitare,quin hoc Celſi reſponſo probetur apertè,quòd venditor, etiam ſi dominus ſit, non debeat dare. Quod equidem veriſsimum credo,ſi intelligat non obligari eum, vt det,id eſt,dominium transferat,in quo non conſiſtit finis aut ſcopus huius contractus,cuius vbique eadem eſt natura,& idem finis,ſiue venditor

a *l. nec emptio. verſic. aliquando tamen & ſine re. de contrah. empt.*
b *in l. ſi iactum. hoc tit.*
c *in l. quod ſi nulla. de hered. vel act. vendita.*
d *l. 1. de hered. vel action. vend.*
e *Alberic. Salicet. Fulg. hic.*
f *§. pretium autem. Inſtit. de empt. & vend.*
g *l. ſi ita fideiuſſorem. de fideiuſſorib.*
h *in primis verbis. l. 1. C. de pact.*
i *arg. l. quemadmodũ. §. plant. ad l. Aquiliam.*
k *ad l. vnicam, in annota. ad verba certam quantitatem. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt feruntur.*

ditor rei dominus ſit,ſiue non ſit, nimirum in eo tantum, vt rem tradat[a]: quamuis ſequela eius rei non ſemper eadem ſit, ſed nunc in aſſecutione dominij,nunc verò in iure vſucapionis tantum quærenda. Sed ſi intelli-
18 gat Alciatus,quòd nec tradere quidem rem debeat: quo videtur ſpectare iſtud reſponſum Celſi,aut ſaltem æquè ad hoc vt ad illud quod dare nõ debeat,ſed quod præſtando æſtimationem, ſiue id quod intereſt, prout ipſe elegerit ſuo arbitrio liberetur, omninò non putauerim illud eſſe verum, aut hoc Celſi reſponſo probari: inſpiciendum enim eſt, quid hic ex profeſſo tractet Celſus,& certè non hoc, an omninò tradere debeat venditor,nec ne,ſed cùm rem non tradit,ſiue quia non poteſt,ſiue quia nõ vult: nec tamen inſtat aut vrget emptor,vt omninò tradat,ſed æſtimatione eſt contentus,quid inquam tunc in æſtimationem veniat: fruſtra enim diſputas quid ſit æſtimandum in hac actione,niſi præſupponas ad æſtimationem eſſe veniendum,& rem ipſam quæ vendita eſt,non præſtari:quo præſuppoſito,iam quærit & diſtinguit Celſus,quidnam in æſtimationem veniat: Sicut alio loco [b]hæreditate vendita,cùm ea non præſtatur, ad æſtimationem eundum eſt,diſtinguitur an omninò nulla ſit hæreditas,an ſit quidem aliqua,ſed quæ ad venditorem non pertineat.

Vt autem proprius cognoſcamus quale hoc eſſe debeat, & quomodo intereſſe quod in hanc actionem veniat, repetenda erit paucis definitio Pauli[c],qui mea intereſſe dixit,*quantum mihi abeſt,quantumq́; lucrari potui*. & videndum eſt,num omnia quæ ſub generali illa deſcriptiõe quoquo modo continentur,in hanc etiam actionẽ veniant,ſiue lucra,ſiue damna. Quod
20 ipſe Paulus plenius & diſtinctius tradens [d],ita ait: *Cùm per venditorem ſteterit,quo minus rem tradat:omnis vtilitas emptoris in æſtimationem venit*. Ecce hactenus ſatis hoc conuenit cũ ſua generali eius quod intereſt deſcriptione,ſed mox adijcitur:*Quæ modo circa rem conſiſtit*: quæ verba reſtrictionis cauſa eſſe addita,nemo opinor negauerit,qui ad ſequentia ſatis reſpicit[e], quæ dicũt non venire ad id quòd à re ſunt remotiora,& longius petita. Valeat ergo interpretatio Nicolai de Matur.antiqui interpretis,quam nõ niſi alijs recitantibus cognoui,quorum aliqui [f] illam etiam improbant: alij [g] multum probant,vt ſingularem & veram:ille autem cenſuit Paulum id voluiſſe,quòd omnis vtilitas,id eſt,æſtimatio quantacunque rei emptæ,quæ modò,id eſt,hoc nunc temporis articulo, quo ex empto res petitur verè adeſt,veniat in hanc actionem, etiam ante moram venditoris, qui ſtetit quidem aliquamdiu poſt contractam venditionẽ, quod nõ tradiderit rem, non tamen per hoc conſtitutus fuit in vera mora, vtpote tardius agente & petente emptore,à quo non eſt interpellatus,neq; à die inſcripto contractui, quamuis ignorare non potuerit,quin oportuerit eum dare,id eſt, quin obligatio eſſet nata contractaque vt daret,ſic vt verbũ (oportuit) ad obligationem ſolam,non verò ad moram ex ea contractam referatur. Et meritò quidem venire præſentem rei emptæ æſtimationem, . nunc eſt cùm ea petitur,etiam ſi plurimum creuerit à tempore vẽditionis, nã hanc petens in defectum rei quæ non traditur,non aliud petit quàm quod emit, & quod ei hodie tantam vtilitatem adferret,ſi hodie traderetur, quamuis ſi medio tempore à contracta emptione aliquando pluris fuiſſet,eaq́; æſtimatio decreuiſſet,illius præteritæ ratio non haberetur, non intercedente venditoris mora[h].Sed quamuis in ſe verum ſit & indubitatum, præſentem æſtimationem rei quanti nunc plurimi eſt, ſemper & indiſtinctè venire in hanc actionem: hac tamen interpretatione non ſatis expenditur vera vis reſtrictionis ſignificatæ illis verbis:*Quæ modo circa rem conſiſtit*. Voluit enim

a *l.ſi ita diſtrahatur.* [illegible] *vendidit.de cõtrah.* [illegible]

b *in l.quod ſi nulla. de hæredit. vel act. vendit.*

c *in l.ſi commiſſa. rem ratam haberi.*

d in l.ſi ſterilis. §. cum venditorẽ. hoc tit.

e *in verſic. neq; enim ſic potuit.*

f *Fulgo.hic.*

g *Albaric.hic.*

h *l.3.§.ſi per venditorem vini.hoc tit.*

enim Paulus non tempus diſtinguere, quo circa rem conſiſteret, ſed generalius id quod intereſt circa rem diſtinguere ab eo quod quali quali ratione, ſed longius petita, intereſſe videtur, ita ſcilicet, vt in æſtimationé veniat omnis vtilitas emptoris, dummodo ea circa rem conſiſtat. Vim quoq; magnam facit hæc interpretatio primis verbis huius §: *Cùm per venditoré ſteterit*, ſic interpretatis contra rationem recti ſermonis: Si venditor ſteterit aut ſubſtiterit, quibus à Paulo ſignificatá eſſe morá véditoris nemo dubitat[a]. Et multo quidem apertius quàm his verbis: *Si appareat neque ſoluere, neq; dare*: quæ & ipſa tamen interpretationem hanc habent, ſi appareat in mora ſoluendi aut dandi eſſe[b], quando ſcilicet præcedit obligatio in illius ipſius perſona, ad quem ea verba referuntur: quamuis aliud ſit, ſi ad alium referantur, & de alterius obligatione & ſolutione intelligātur[c]: ac deniq; nimium reſtringitur eã interpretatione vſus verus reſpõſi huius Pauli, qui latiùs merito patere debet, & magis aut ſaltẽ æquè verſari circa ea quæ non veniunt in hanc actionem, quàm quæ veniunt: neq; etiã minus mirum eſt, cur Accurſius ex hoc Pauli reſponſo hanc regulam collegerit[d]: *Lucra non attendi, ſed damna*, cùm damni hic vnicum ſit exemplum, & tale quidem, vt hic decidatur, illud non venire in æſtimationem: lucri verò ſunt hic duo exempla, vtputa ſi potuit emptor negotiari, & ſi hodie res empta pluris ſit, quorum prius dicit in æſtimationem non venire, ſed poſterius. Admittendo igitur venditorem in mora tradendi fuiſſe, videamus an æquè in arctum cogere oporteat hanc definitionem Pauli: an verò amplius quicquam in obligationem aut iudicium venire dicemus, quàm præcedens interpretatio velit. Et quidẽ pleriq; omnes ne ſic putãt venire vnquam quod extra ré intereſt, ſic intelligẽtes hoc Pauli reſpõſum, vt ea ſola vtilitas dicatur circa rem conſiſtere, quæ intra eam, ſiue in ea eſt, aut fuit aliquando, ſic vt nõ ſola æſtimatio quanti plurimi quæ modo eſt, ſed & ea quæ aliquando fuit à tempore venditionis poſt morã contractã huc ſpectet, & ea ſit in qua ſuperat hæc interpretatio priorẽ, nihil tamẽ externũ venire in augmẽtum eius quod intereſt, ſiue quod in corporibus quorũ vera æſtimatio loco & tẽpore creſcit, & rurſus decreſcit, nunquam ex ſola mora cõſideretur, quod extrinſecus intereſt, ſed ſola æſtimatione quanti plurimi conueniat credi tores eſſe contẽtos[e], ac quod in nummis ſolis quorũ interna æſtimatio nõ creſcit, veniat conſideratio illius quod extrinſecus intereſt[f]: Siue quod rationi non conueniat, tãtam inter cõtrahẽtes eſſe inæqualitatem, vt venditor qui ex mora emptoris non niſi vſuras pretij intra legitimum modũ earum lucrari poteſt[g], ſubeat ex ſua mora maius periculum[h], eorũ ſcilicet omnium, quæ conqueri poſſet emptor ſua extrinſecus intereſſe, quòd res empta non ſit ei in tempore tradita, nunc lucrum quod facere potuiſſet, nunc verò damnum quod ex eo ſe incidiſſe dicat prætexens magniq; æſtimans, & nihil interdum præter vanas cauſationes adferens. Sed eſt & hæc interpretatio aliqua ex parte ſtrictior, quàm rei ſubiectæ conueniat, & verba patiantur: quis enim credat tam imperitum dicendi fuiſſe Paulũ, vt ſi eam ſolam vtilitatem voluiſſet in æſtimationem venire, quæ intra rem eſt, eã omnem venire dixiſſet, quæ circa ré eſt. An non vnicuiq; notiſsimũ eſt, latius hoc patere circa rem eſſe, quàm intra eam: quamuis enim æſtimatio quanti plurimi poſsit quodammodo dici intra rem vel eſſe vel aliquãdo fuiſſe, fœtus in pecore, partus quoq; portio viſcerũ matris ancillæ, hæreditas tamen ad quam vocatus eſt ſeruus, quæ deperijt, & acquiſitã non eſt, nõ tantùm emptori, ſed nec vlli alij, in æſtimationem venit[i], nunquam tamen in ſeruo fuit, neque ei coniunctior, quàm quòd facultas acquirẽdæ

Margin line numbers, in page order: 21 (at "Si appareat neque ſoluere"), 22 (at "Lucra non"), 23 (at "quod extrinſecus"), 24 (at "Siue quod ra-"), 25 (at "hæreditas").

a l. quod à te. in fin. ſi certum petatur.

b l. ſi duo. §. ais prætor. cũ ſequẽt. de cõſtit. pecu.

c Paul. Caſtr. ad d. §. ais prætor. ex l. fideiuſſor obligari. §. vlt. de fideiuſſorib.

d In princ. gloſ. u.

e Franc. Curt. Iunior. ad l. vnic. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.

f l. nummis. de in litem iurando. l. liber homo. 2. §. vlt. de verbor. obliga.

g l. vlt. de peric. & comm. rei vendita.

h Alciat. ad l. cum prætor. in ſin. de verb. ſignif.

i l. venditor hominis. de euiction.

per ſeruum hæreditatis, eum comitaretur ad quemcunque tranſiret dominum, quod potius eſt circa rem eſſe, & eam quocunque ierit comitari, quàm intra rem eſſe, ita vt circa ſeruum emptum & proximè illum concernere dicantur omnia emolumenta quæ per ſeruos noſtros nobis acquiruntur, ſiue ex operis, ſiue alterius beneficio, vt hæreditates & legata, quæ ſi ad emptum ſeruum referantur, verè ſunt externa: verum ergo antithetum illius quod hic dixit, *circa rem*, non illud conſtituendum eſt, *extra rem*: ſed potius quod remotum ſeparatumque nimium eſt à re, cuius duo ſunt hoc loco exempla, vnum quidem lucri, quod potuit emptor, ex vino empto negotiari & lucrari, alioqui fortè non ſolitus negotiari, neque in hoc empto vino vt negotiaretur [a], vel ſi conſueuerit negotiari, ſi non fuerit tamen præſens & omninò veriſimilis occaſio lucri. Alterum damni, vtputa ſi ob id quod frumentum non ſit traditum, dicat familiam ſeruorum fame necatam: hæc enim, & ſi qua ſint ſimilia, aut non ſunt veriſimilia [b], aut non ſatis coniuncta rei, neque ex veris & propinquis eius cauſis ortum habentia. Eſt & natura rei emptæ inſpicienda: vinum enim, triticum, & ſimilia de genere rerum fungibilium propius accedunt ad conditionem nummorum, in quibus non eſt affectio, ſi valorem ſpectes: ſic enim & harum rerum, ſi deſint quæ ab aliquo dandæ erant, non tam probabilis affectio eſt, cùm facilè aliunde ſimilis generis & æquè bonæ comparari poſsint, atque ita longè minus in his cadit affectio alicuius iuſti intereſſe, quàm in equis, ædibus, agris, & ſimilibus rebus, vt ex ſenſu com-
26 muni apparet. Non putauerim tamen quòd abſolutè, præciſè, & perpetua prohibitione id effectum ſit hoc reſponſo Pauli, ne vnquam habeatur ratio eius quod extrinſecus intereſt, quamuis vt plurimum & regulariter haberi non debeat: interdum enim ex veris & propinquis cauſis, ſi non propriè ipſius rèi emptæ, & ſaltem ipſius contractus illiuſque legibus & conuentionibus perſonarum, rerum, locorum, temporum circumſtantijs venire poteſt quod intereſt extrinſecus, hoc eſt, extra rem emptam, ſed non extra rem ſubiectam: nempe contractum ipſum, quem cum eius circunſtantijs totum ſignificare voluit Paulus rei nomine, cùm hic diceret, *circa rem*. verbi gratia: inter mercatores contracta eſt tritici venditio & emptio, ſic vt certo die & loco, puta in tali portu, certa illius quantitas tradi deberet, præuiſis vt vtrique contrahentium bene cognitis cauſis, cur emptor eo die & loco tradi ſibi mercem vellet, eumque damnum paſſurum, vel non facturum lucrum, quod alioqui veriſimiliter feciſſet: nemo, opinor, hic dubitauerit, illius quod ſic emptoris intereſt, haberi rationem, maximè in hoc iudicio empti, quod bonæfidei eſt, cùm ex illis & ſimilibus, etiam ſtricti iuris actiones fiant arbitrariæ [c]. Et vt Alciato reſpondeamus, de inæqualitate conditionis contrahentium, quam cenſuit [d] non admittendam, dicimus eam ſaltem inæqualitatem admitti debere, quam res ipſæ vtrinque in obligationem deductæ continent, & pro natura earum expoſtulant. Pecuniæ autem acceſsio, quam vſuram dicimus, ſed non omnem, neque ſemper prohibitam, certos accepit ex Iuſtiniani præſcripto [e] fines, & paulò laxiores mercatoribus, quod eorum pluris ferè intereſſet, pecuniam verò debet emptor: ſed rei emptæ quam venditor debet, natura, qualitas, & vera æſtimatio magis vbique variat, & nunc pluris, nunc minoris verè intereſt eam tradi: vnde & hæc diſparitas in obligationibus contrahentium hic neceſſariò admittenda eſt, quòd emptor ſemper dare debeat,

a Iaſon ad l. 3. in fi. de eo quod certo loco.
b Fulgoſ. hic.
c eod. tit. de eo quod certo loco.
d ad d. l. cum prætor. in fi.
e l. eos. §. 1. C. de vſuris.

& in genere obligatus ſit, vẽditor plerunq; tantum tradere, vt cum certa
ſpecies empta eſt, & ex quorundam ſententia etiã genus, ſic quoq; maxima
eſt diſparitas in obligatione artificis locantis vas, & conducentis ab eo:
hic enim ſi non ſoluat in tempore mercedem conductionis, præſtabit
moderatas vſuras, ille verò, ſi vinum vitio vaſis effluxerit, omne damnum
reſarciet[a]: ſed his maturè dimiſsis, explicemus nunc reliqua. *Pretium*,
inquit Paulus, *tritici, non ſeruorum fame necatorum, conſequitur*. hic ſtatim
obijcies. in pretio aucto lucrum eſt, in altero damnum, an ergo minor
habebitur ratio damni quàm lucri? vrges quidem nonnihil, ſi genera
tantùm compares, veluti damnum cum lucro, ſed vbi ad ſpecialiora de-
ſcenderis, vtrique ſuam qualitatem tribuens, nihil promoues, damnum
enim hoc longè petitum, & à re eſt remotiſsimum, lucrum circa rem
eſt, imò quodammodo in ipſa re, vera enim eius æſtimatio eſt, quare mi-
rum videri non debet, lucri interni habere rationem, & non damni
omninò externi. Sequitur: *Nec enim maior fit obligatio*: quod additum pu
tatur, vt occurratur tacitæ obiectioni, obligationem vltra fines ſuos,
quibus eſt ab exordio concluſa, augeri non debere, præſertim cùm tar
dius agit creditor, veluti hic emptor, cui potius mora ſua deberet eſſe
nociua: maior autem fieri videbitur obligatio, ſi admiſerimus in hoc
iudicio rationem haberi æſtimationis quanti plurimi nunc res eſt, lon-
gè forte maioris, quàm cùm contraheretur venditio & emptio. Reſpon-
det Paulus, quòd non fiat maior obligatio, quamuis creſcat. Sed quid
hoc, inquies, ænigmatis eſt? an aliud eſt obligationem maiorem fieri,
quàm eam creſcere? Sunt qui contendant[b], hæc referri ad diuerſa, hoc
eſt, non maiorem fieri obligationem, quamuis creſcat æſtimatio rei
deductæ in obligationem: atque ita hic retinendum eſſe verbum illud
æſtimatio, in hoc reſponſo Pauli: *Quamuis æſtimatio creſcat, Si vinum, &c.*
tanquam bene conſentaneum primis verbis huius §: *Omnis vtilitas in æ-
ſtimationem venit*. Alij[c] reijciendum putarunt, & in Pandectis Floren-
tinis non eſt additum, quo ſublato, erit hæc ſententia: Quod obliga-
tio non fit maior, ſi rem ſpectes principaliter debitam, ſiue quod non
fiat maior re, quamuis creſcat vna cum re creſcente, quæ in obligatio-
nem eſt deducta, hoc eſt, non plus vini petit emptor, quàm emerit,
quamuis iam hoc ipſum eiuſdem menſuræ qua eſt emptum, creuerit, fa-
ctùmve ſit æſtimationis maioris: & hodie verè tanti res ſit, quanta eſt
eius vera æſtimatio[d] ſeparata & diuerſa ab eo quod intereſt[e]: ſicut cùm
quis puerum vendiderit, quem non tradit, antequam adoleuerit, non
ob id obligatio maior eſt facta re debita, idem enim homo eſt[f], ſed cre-
ſcit cum re empta creſcente, eo quòd maiores & vtiliores ſint operæ a-
doleſcentis aut viri, quàm infantis & pueri[g]. Deinde autem præſentem
æſtimationem quæ modò eſt, cùm res petitur, meritò venire in hanc a-
ctionem, quantacunque ea ſit, eleganti dilemmate probat Paulus: ſiue e-
nim datum eſſet vinũ, hoc haberet emptor, hoc, inquam, id eſt, cõmodum
auctæ æſtimationis haberet, ſiue habere poſſet, ſi illud adhuc apud ſe ſer-
uaſſet, vel ſi, vt ſuæ rei moderator eſt & arbiter, tantundem de alio ſuo
vino conſeruaſſet, dum iſtud inſumeret: Siue non eſſet datum, quia ſal-
tem hodie dandum erit, & ſic hodie percipietur vtilitas auctæ æſtima-
tionis eius quod olim datum oportuit. Ex his iam apparere poterit, quid 17
diuerſum, quid item commune habeant æſtimatio quanti plurimi præ-
ſens, quæ modo eſt cùm agitur, & æſtimatio quanti plurimi aliquando
res fuit poſt contractam venditionem: ſed nunc cum agitur minor eſſe
cœpit,

a l. ſed addeſt. §. 1. locati.

b Molinæus in tract. de eo quod intereſt. vbi hunc §. explicat.

c Holoander & Lorietus. de eo quod intereſt. anno. 64.

d l. inter hæc verba. de verbor. ſignificat.

e l. hæc verba. de verb. ſig.

f l. proponebatur. in fin. de iudicijs.

g l. ſi infantis. de vſufruct. l. in itiando. §. infans. de furtis.

cœpit: prior enim illa venit, etiam abſque debitoris mora in actionem,& quantacunque ea fuerit: hæc verò poſterior non abſque mora, vt diximus, aut culpa debitoris, & præterea ſubeſt moderamini, ne duplum excedatur[a]: hoc verò habent commune, quod vtraque pertineat magis ad primum caput huius actionis, ſi res non tradatur, quàm ad poſterius caput euictione ſequuta: ex eo enim emptor non rem petit, circa quam hæc conſiderentur, ſed pretium repetit, & præterea quanti intereſt, ita tamen,vt duplum non excedat. Sed cur, inquies, moderatius tenetur venditor, & cum eo mitius agitur re quam vendidit euicta ablataque emptori,
28 quàm ſi rem nunquam tradiderit, hunc enim ſubijcimus periculo quanti plurimi nunc res eſt, ſine vlla moderatione, etiam ſi præſens æſtimatio duplum excedat aut triplum, & illi ſuccurrimus, cùm temporis ſucceſſu æſtimatio rei creuit, ne vltra pretium conuentum reddat amplius quàm tantundem, nec excedatur duplum, attamẽ nunc emptori decedit tota rei emptæ æſtimatio, etſi hactenus diſtuliſſet venditor tradere nunc pro priore huius actionis capite teneretur vel rem præſtare, vel quanti nunc res eſt: & ne quis fruſtra nos putet rationem inquirere diuerſitatis, vbi nulla eſt diuerſitas, & paradoxicum hoc ac ſtatim explodendum quod eſt propoſitum, videlicet ſi euictio ſequatur, non teneri venditorem ad valorem quanti plurimi nunc res eſt cùm euincitur, ſi duplum conuenti pretij excedat, non abs re fuerit illud ipſum imprimis bene confirmare, & tum deinde rationem diuerſitatis inquirere. Et profectò, quod diximus in actionem empti ex priore capite venire æſtimationem quanti plurimi modo res eſt, hic apertiſsimè reſpondit Paulus, & docuimus exemplo empti pueri, qui traditur adoleſcens aut iam vir, cùm actio perpetua ſit, de altero verò illo rectè putant quidam[b] reſponſum ſatis eſſe in fortioribus terminis, cùm nec ſumptus quidem vniuerſos in erudiendo puero empto factos permiſit Iuriſconſultus repeti à venditore, ſed ſub eodem moderamine dupli[c]. Ratio autem diuerſitatis eſt, quòd ex priore capite actionis empti petatur res, & in defectum traditionis illius vera rei emptæ æſtimatio, quæ non aliud eſt quàm debetur, & nulla illius particula tranſit aut ſpectat ad id quod intereſt[d]: nulla autem poſſet eſſe iuſta moderatio rei emptæ, ac principaliter debitæ, illiúſve iuſtæ ac veræ æſtimationis: nam qua ratione aut quo colore coget emptorem venditor, vt minus petat aut accipiat quàm re vera ei debeatur iure obligationis & actionis: euictione autem ſequuta, actio empti ex ſecundo capite non habet pro ſcopo aut fine repetitionem rei emptæ, iam euictæ, iam ablatæ, ſed competit ad repetendum pretium, & ſi quid amplius intereſt, hoc venit acceſſoriè, ita vt conſideretur vtilitas illa multum auctæ æſtimationis, tanquam pars eius quod intereſt, & ſub nomine vtilitatis acceſſoriæ, non vt particula rei principaliter debitæ: hoc autem quod intereſt, illud eſt quod propriè moderamen accepit à lege, ne duplum excedatur. Accedit, quod interim dum paulatim augetur valor rei emptæ, non tantùm non eſt venditor in vlla mora, vt qui tradidit rem, & quidem bona fide, eam quam putauit ſuam, ſed etiam periculum rei ſuſtinuit emptor: ideoque & lucrum, quàm diu ſibi retinet rem, quæ ſi euincatur, iam & lucri & auctæ æſtimationis rei habebitur quidem aliqua ratio, vt vltra pretium veniat ſub moderamine du-
29 pli, etſi deterior ſit facta res, non habebitur ratio decrementi, vt nunquam minus pretio numerato recuperet emptor euictionem paſſus. Nõ eſt ergo

a *cum Bulgaro. Accurſ. ad l. vnicã. C. de ſentẽ. quæ pro eo quod intereſt ſeruntur.*

b *Franciſ. Curtiu: Iunior. ad d. l. vnicam. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

c *l. Titius cum decederet. ß. de ſumptib. cum l. ſeq. ho. tit.*

d *d. l. hæc verba. de verb. ſignificat.*

mala aut iniqua conditio veoditoris, vt cui ex augmeoto valoris augetur quod eius intereſt vltra pretium, ſed iotra duplū, & ex decremeoto, nihil prorſus minuitur è pretio: oam noo euincitur res, quin elucefcat quodam modo aliqua ſemper velut culpa venditoris qui veodidit vel alienum, vel alij obligatum: qua ratione meritò ad id quod vltra pretium intereſt tenebitur: ſed quod diminuta ſit res, aut eius æſtimatio, vel iniuria temporum, vel etiam facto emptoris, dum hic ſe putat ſua re pro arbitrio ſuo vti, in eo nulla eſt culpa emptoris, & ſic contrariorum non eſt hic cootraria ratio. Et ſanè frequens commercium hominum in iſto genere cōtractuum ex æquitate non tantum admittit, ſed neceſſario poſtulat, vt & veoditori, qui bona fide vendidit quod ſuum putauit, quodque fortaſsis paulò ante ſimili fide emerat, vel ex ſucceſsione, aut legatum donatumve acceperat, hactenus ſuccurratur, ne vltra duplum pretium conueniatur, aut periclitetur: aliquis enim modus ſtatueodus erat, ne in immenſum creſceret obligatio, præſertim cùm ſumptus io re empta factos poſsit emptor conſeruare à domino qui vendicat & euincit: totumq; iſtud genus cootractuum retulit Iuſtinianus [a] ad prius membrum ſuæ diſtinctionis, nimirum ad caſus qui certam habent quantitatem & naturam, & in quibus quod intereſt nunquam excedit duplum: veluti (inquit) *in venditionibus, locationibus, &c.* vt fixius cogitandum putem, an erit ſequen- 30
dum quod quidam [b] in venditionibus adhuc diſtinxit, ſic vt ſi venditor dominus eſſet, referendam diceret venditionem ad contractus certos, ſi non eſſet dominus, ad incertos: nam ſic ſemper ad incertos caſus pertineret, quandocunque euictio ſecuta eſſet, quæ demonſtrat ipſo euentu & exitu litis, quòd venditor non fuit dominus, vel quòd non habuerit rem liberam, qualem tamen vendidit: nam ſi verè & eius fuiſſet, & libera, euinci non potuiſſet, niſi vel per incuriam emptoris non vtentis ſuis defenſionibus, vel per iniuriam iudicis, quæ non ſpectant ad periculum venditoris. Quòd ſi vt hoc effugias, velis hanc diſtinctionem ſolùm pertinere ad prius caput actionis ex empto, ſi res non tradatur, iam euidentior apparebit ioiquitas, ſi mitius dicas teneri, & non vltra duplum, eum qui in maiore defectu & contumacia eſt, ea ſcilicet, quod cùm potuiſſet rem noo tradere tantum, ſed & dare, id tamen oon fecit, & ſolum vſque ad duplum tenetur, quàm ſi id facere firmo & ſtabili iure non potuiſſet, vtputa oon dominus: hic enim, ſecundum hanc diſtinctionem, caſus eſſet incertus, & immenſam habere poſſet obligationem.

a in d.l. vnica. verſ. ſancimus itaq;. C. de ſent. quæ pro eo quod int.

b Loriotus. de eo quod intereſt. axio. 34.25.

L. SI QVIS SERVVM. HOC TITVLO.
L. ſi ancillam. C. eodem.

SVMMARIA.

1 *Ex ſolo titulo emptionis eccleſiæ acquiritur dñium.*
2 *Pactio ſuper hereditate quando valeat.*
3 *An ſeruo antequam tradatur à vēditore manumiſſo, emptori præſtandum ſit, quod libertum ipſe non habeat.*
4 *Viuentis non eſt hereditas.*

VNA adhuc ſupereſt ſpecies, in qua quidnam imputandum ſit in id quod intereſt, non exigua dubitatio eſt, & inter veteres quoq; Iuriſconſultos fuiſſe videtur, vtputa ſi quis ſeruum cum peculio (quod alias ſemper exceptum intelligitur in venditione [a]) vendiderit nō eccleſiæ, aut alijs, quibus ex ſolo titulo emptioois acquiri dominium poteſt [b]: adhuc poteſt eum ſeruū, vtpote ſuū, quamuis alij ex contractu debitum [c], non ex vltima volūtate [d] manumittere [e], tenebitur tamē emptori nō de ſeruo tantū vendito,

a l. 3. de eduſtio.
b Accurſ. ad d. l. ſi ancillā. ex l. vlt. C. de ſacroſan. eccleſ.
c l. eum qui. de manumiſ.
d l. gñaliter. qui et à quib.
e l. qui tibi hereditatem. de his qui à non dño.

vendito, verùm etiam de eo quod fuit in peculio, licet ſtricta iuris ratione peculij nunc nomen amiſerit [a]: non enim extinguitur manumiſsione obligatio contractus duorum voluntate ſubnixa, quamuis extingueretur legatum [b]: quod ſolius teſtatoris voluntate ſubſiſtit, quo viuo nullã habet obligationẽ. Sed an eo amplius vẽditor emptori teneatur de hæreditate quoq; venditi ſerui nunc liberti, quæ ad venditorem patronum perueniet, Iulian' ſic putauit, vſq; adeò, vt diceret ſtatim cauendũ eſſe à venditore emptori, quicquid ex hæreditate liberti ad eum peruenerit, ſe reſtituturum emptori, ſequitur Accurſius [c], & pleriq; omnes [d], qui hac occaſiõe inquirũt, quid

2 cautio ſuper hæreditate valere poſsit, multis [e] locis improbata. Et reſpondent hic ſuſtineri, propterea quòd non principaliter neq; directò hæc pactio fiat ſuper hæreditate, an ſcilicet & cui ea deferatur, & obueniat, quis cui ſuccedat, aut non ſuccedat, ſed in conſequentiam præcedentis contractus emptionis, vbi inter ea ex quibus metimur quanti emptoris interſit etiam hæreditas annumerari poteſt, ſuper ea fieri cautionem, qua ſi vnquam obueniat vẽditori ſucceſsio, & cum iure obuenerit (quod totum iuris diſpoſitioni [f] relinquitur) promittat illã reddere emptori, cui indebitè præripuit occaſionem illius hæreditatis ſibi quærendæ: nam ſi venditum ſeruum tradidiſſet emptori, ipſe eum manumittere potuiſſet, & ſic ſi-

3 bi ius ſucceſsionis quærere in bonis ſui liberti. Solus autem Fulgoſius hic de hæreditate illa liberti tacet, nec eam annumerat in æſtimatione eius quod intereſt, & alio loco [g] in ſpecie non abſimili, vbi etiam de hæreditate quæritur, apertiſsimè dixit, non venire eam in æſtimationem eius quod intereſt, non ipſe ſolus, ſed & alij quidam [h] ex ijs qui hic volunt hæreditatis rationem haberi: & quod magis mirum eſt, præcipuum eorum fundamentum, quo negant ibi hæreditatis rationem haberi, deſumunt ex ſententia & regula Marcelli hic tradita [i], qui ea demum voluit, venditorem ſerui præſtare emptori quæ haberet, ſi homo manumiſſus non eſſet: hæreditatem autem pupilli ſeruus ei pupillariter ſubſtitutus, non habuiſſet, neque quæſiſſet, ſi ſeruus permanſiſſet: habet verò, quia liber & hæres ei factus eſt, virtute pupillaris ſubſtitutionis, ideoque non venire illam hæreditatem ad commodum emptoris, in cumulum eorum, ex quibus eius intereſt. Sed iam videamus, num eadem regula ad hæreditatem quoque liberti, de qua quærimus, applicari commodè poſsit: & certè ſi hic ſeruus non eſſet manumiſſus, nulla omninò eſſet eius hæreditas, nec vlla bona habere poſſet [k], quorum aliquem ſibi ſucceſſorem habere poſſet, & obijci emptori hanc hæreditatẽ petenti poterit: ſeruum emiſti, ſeruitia ergo, commoda, & emolumenta à ſeruo expectare potuiſti, & quod ex illis deeſt, in æſtimationem, & in empti actionem deducere: ſed nihil ex hac hæreditate, nihil quoq; ex illis quæ ſibi acquirit liber factus: illa enim non acquiſiſſes tibi, etiam ſi tradidiſſem, teq; dominum feciſſem, niſi tuus eſſe deſijſſet, & ſui iuris eſſe cœpiſſet ac liber. Huc etiam ſpectat quòd vbi ſuper ipſa manumiſsione facienda directò contrahitur ſiue conuenit inter aliquos [l] (id quod proximius ad libertatem & hæreditatem liberti quærendam pertinet) & condemnatio fit ad id quod intereſt mea, ſeruum meum habere, quem manumiſi, te non manumittente tuum, quem ego manumitti deſiderabam, non deducitur neque detrahitur ex eo quod mea intereſt, quòd iam ſaltem libertum habeam, quem ſeruum habueram: atque ita illius hæreditatem ſperare poſsim [m]: quia, inquit Iuriſconſultus, hoc æſtimari non poteſt: prius eſt autem libertum habere, quàm liberto ſuccedere: Si ergo non poteſt æſtimari prius, nec poterit

a l.1.§.merito. quando actio de peculio eſt annalis

b l.1.de peculio legato.

c hic in gloſ.2.& vlt.

d Odofred', Alberic. Bart. Bald. Salicet. Paul. Caſtrenſis hic.

e l.pactũ quod dotale.l.fi. C.de pact.l.hæreditas.C. de pact.conuent.

f toto tit. de bonis libert. & Inſt.de ſucceſſ.libert.

g ad l. qui à pupillo. de euictio.

h Alberic.& Salicet.

i in verſic.Marcell' notat.

k l.paterfamilias.de verb. ſignificat.

l in l. naturalis. de praeſcript. verb.in princ.

m d. l.naturalis.in fine.

quod poſterius eſt. Denique in actione legis Aquiliæ, vbi veriſimile non
eſt, benignius cum reo delinquenti agi, quàm hic cum venditore ex con-
tractu obligato, non conſideratur neq; in æſtimationem venit hæreditas
quam non occiſo ſeruo non haberet dominus[a]. At inquies, apertiſsimè
alijs locis[b] eſt deciſum, haberi in hac actione rationem illius quod liber-
tum habere non liceat, verum quidem ſi libertum habere non liceat qua-
lem tu emptor ipſe feciſti, aut te rectè & tuo iure facere putaſti, cùm ma-
numitteres, quod non ſucceſsit, quia erat alienus à non domino tibi ven-
ditus, & eo ipſo caſu adhuc non niſi pretium repetis. At hic venditor ipſe
manumiſit, cùm adhuc dominus eſſet, fieriq́ue poteſt, vt à venditore ma-
numiſſus, & illius libertus conſtitutus multo plura acquirat, eiq́; adijcian
tur in gratiam patroni ſui, quàm ſi à te emptore manumiſſus, tuusq́; liber-
tus eſſet. Si enim non multum intereſſet, cuius quis eſſet libertus, non eſ-
ſet conceſſa[c] ſtatulibero vendito, pendente adhuc conditione ſuæ liber-
tatis, vbi ea euenerit electio, cuius libertus fieri malit, an venditoris, an
emptoris. Et quod legimus[d], hæreditatis rationem haberi in actione em-
pti ſerui, id verum quidem eſt, vt & ſcriptum eſt de hæreditate quæ ſer-
uo ex alterius teſtamento, & per ſeruum domino, cuius iuſſu illam adiit,
acquireretur: ſed non eſt alio loco ſcriptum de ipſiuſmet ſerui iam liberi
facti hæreditate, quam ipſe alij relinquat moriens, quàm hoc ſolo loco,
quo dubitatur, an Marcellus Iuliani ſententiam improbet. Et his quidem
rationibus defendi fortè poſſet aduerſus Accurſiū & cæteros, quòd Mar
cellus Iuliani ſentētiam notet, reprehendēdo in eo, quod de hæreditate li
berti dixerat, non verò vt ille putat, addendo tantum: ita enim intelligunt,
vt quod Iulianus generalius quàm par erat dixerat haberi rationem in
actione empti eorum quæ poſtea ſeruus acquiret: Marcellus ſic di-
ſtinguendo limitet & reſtringat, vt verum quidem id ſit de eo quod ac-
quirit ſeruus in ſeruitute apud venditorem permanens poſt venditio-
nem: ſed non de illo quod non acquiſiſſet, ſi manumiſſus non eſſet,
quæ diſtinctio ne videatur ſtatim aduerſus illud facere, quod de hæredi-
tate liberti dicunt, quæ nulla eſſet, ſi non eſſet manumiſſus, habent fortè
quod reſpondeant, non hoc ſcilicet inſpici, an hæreditatē vllam relinque-
ret ſeruus, in qua ei ſuccederetur, ſed an bona fuiſſet acquiſiturus etiā nō
manumiſſus. & quid ni, inquies. nihil enim videtur eſſe in hæreditate li-
berti relictum, quod non potuiſſet acquirere domino ſeruus permanēs, ſi-
cut ſibi acquiſiuit factus liber, præterquàm fortè quod ex dignitate aut mu
nere publico acquirit[e]: Et hoc intereſſe inter facti ſpeciem quæ hic tra-
ctatur, & quæ alio illo loco[f], quod ibi ſeruus à domino ſubſtitutus impu-
beri eius filio hæreditatē pupilli ſub nōie hæreditatis, & tanq; eius hæres
acquirat, quam indubiè nō acquiſiſſet permanēs ſeruus: hic verò manumiſ-
ſus acquirit ſibi bona, quæ plæraq; oīa etiam domino ſuo permanens ſer-
uus acquirere potuiſſet, maximè ſi ex operis eius & induſtria quæſiuerit,
eaq; in hæreditate ſua relinquat, quam licet nullā reliquiſſet ſeruus per-
manens, nihil tamen hoc pertinere ad regulā Marcelli, nō de ijs quæ relin
quat ſeruus, ſed quæ acquirat, ſcriptā: hæreditatem autem ſuam, & quā mo
riens relinquat, nō acquiret vnquam neq; ſeruus neq; liber, nec quiſquam
eſt, qui ſuam ipſius hæreditatē aut acquirat, aut habeat, aut poſsideat, quo- 4
niam viuentis non eſt hæreditas[g], quamuis acquirat & theſaurizet bona,
quæ moriens relinquat in ſua hæreditate. His itaq; nunc vtrinq; adductis
rationibus, ſuffecerit excitaſſe præclara ingenia, vt ſingulis diligenter ex-
penſis, eruendæ facilius veritati incumbant.

L. LVCIVS

a l. in de Neratius. §. 2. ad l. Aquiliam.

b in l. Titius cum decederet. hoc tit. l. ſed hoc nomine. de euict.

c In l. generaliter. §. quoties. de fideicom. libert.

d in l. venditor hominis. de euict.

e Accurſ. ad verba, nō eſſet. in gloſ. vlt.

f in d. l. qui à pupillo.

g l. 1. de hered. vel act. vendit.

L. LVCIVS TITIVS ACCEPTA PECVNIA. CVM LEGE SEQVENT.

SVMMARIA.

1 *Id quod intereſt plerumque difficilem habet probationem.*
2 *Pœna non diuiditur ſed tota debetur, ſi quicquam deſit ex eo quod ſub pœna promiſſum eſt.*
3 *In contractibus bonæ fidei qui diem habent & pœnam, an mora purgari poſſit.*
4 *Quas vſuras petet qui pretium prærogauit, ſi ſibi nõ impleatur contractus.*
5 *Qui ad abſentem emendi cauſa profectus eſt, & res empta non traditur, ſumptus itineris in id quod intereſt imputari poſſe ſcripſit Caſtrenſis.*
6 *Actio empti an ſtipulatione pœnali nouetur.*
7 *Venditor ſi res maiore vi ſibi eripiatur, vel furto intercipiatur, actiones ſuas cedere debet.*

FIT INTERDVM vt emptor non contentus habere obligatum ſibi
venditorem ſi nõ tradat, in id quod intereſt (quod in facto conſiſtit [a], *a l. quatenus. de reg. iur.*
1 & plerunq; difficilem habet probationem [b]) ſtipuletur certam pœnam, de *b l. vlt. de prætor. ſtipul.*
qua nunc erit dicendum. Emptor pecuniã mutuatus ſub grauiſsimis vſu-
ris dedit eam Lucio Titio ad vẽdendas materias, hoc eſt, prærogauit pre-
cium, quo lubentius ille nõ vẽderet tantùm, ſed & certæ pœnæ ſe illigaret:
ita vt ſi non integras repræſtauerit intra ſtatuta tempora, pœna commit-
tatur. deceſsit venditor partim datis materijs, hæres eius non exhibet re-
liquam materiam, ad quid ergo teneatur quæſitum eſt. Reſpondet Paulus
& in pœnam conueniri eum ratione non traditæ rei, & ratione retenti pre
tij vſurarum quoque illius, officio iudicis in actione ex empto non noua-
ta ſtipulatione pœnali rationem haberi: in pœnam inquam totam, non ſo-
2 lùm quòd hæc ita promiſſa ſit, *Si non integras, &c.* verùm etiam quia pœna
non diuiditur ſed tota debetur, ſi quicquam deſit ex eo quod ſub pœna ſim
pliciter promiſſum eſt [c]. Neq; hic diſtinguemus an ipſe hæres in mora ali- *c l. heredes. §. in illa. verſ. idẽ iuris eſt. fam. erciſc. l. in exe-utione. §. pen. de verb. oblig.*
qua fuerit, vt meritò aduerſus eum pœna primum committeretur ex ſua
ipſius mora, an verò ea cõmiſſa fuerit viuo adhuc venditore, aut poſt eius
mortem, iacente adhuc fortè hæreditate [d], cùm non ſit in facti ſpecie ad- *d l. ad diem. de verb. oblig.*
ditum quando deceſſerit venditor, an intra tempora traditioni ſtatuta, an
verò poſt ea lapſa, ita vt hinc deſumi argumentum non poſsit ad facultatẽ
3 purgãdæ moræ in contractibus bonæ fidei, etiam ſi habeant diem & pœnã:
quamuis ita ſenſerit alio loco Bald. [e] quem & Caſtrenſis hic ſequi videtur, *e ad l. cum allegat. colum. 3. verſic. ſecũdò oppono. C. de vſuris.*
quæ tamen ſententia alijs [f] non probatur: cùm maior perfidia ſit & pœna *f Io. Imol. ad l. ſi inſulam. in. 19. colum. de verbor. oblig. Alberico hic.*
dignior non implere ſuo tempore contractũ, in quo exuberare debet bo-
na fides, quàm ſi non impleatur ſtricti iuris conuentio: neque hic verbum
vllum eſt quod in moræ purgationem ſonet. Quod enim dicitur, *Neq; eius
hæres reliquam materiam exhibuerit*: intelligi poteſt additum vt rei propoſitæ
conueniret, cùm intra tempora ſtatuta quibus materiæ tradi deberent, ob
uenerit ei venditoris hæreditas, ſciueritq; pœnã promiſſam: ita vt implen-
do contractum ipſe prouidere potuiſſet & debuiſſet, ne ea committere-
tur. Sed & ſi aduerſus defunctum commiſſa fuiſſet pœna, & hæres nihilo-
minus reliquam materiam exhibuiſſet, eamq; acceptaſſet emptor, eligens
cõtractus implementum potius, quàm reſolutionem & pactionem pœnæ:
non potuiſſet iam hæres vẽditoris vel in vſuras pretij conueniri [g], cùm ſic *g Pau. Caſt. hic.*
pretium reſtitui non deberet, ideoq; nec vſuræ eius [h], vel ad pœnam quæ *h l. qui per colluſionem. §. pretij. hoc tit.*
ſimul cum re peti non poteſt [i]. Sed quemadmodum pretium peti poteſt, *i l. apud Celſum. §. Labeo. de doli mali & metus except.*
& ſimul quoque quanti pluris intereſt [k], ſic quoque pretium cum vſuris &
4 pœna petentur, cùm hæc ſurrogetur in locum eius quod intereſt. Sed *k l. Titius cũ decederet. hoc tit. & l. quod ſi nulla. de hered. vel act. vend.*
quas inquies vſuras petet emptor? tantàſne quantas ipſe mutuã pecuniam
accepit vt in pretium emptoris conuerteret? Et quid ſi non ſit mutuatus
aliunde pecuniam, ſed ex ea quam apud ſe habuit pretium prærogauit, an

nullas iam petet vſuras pretij apud venditoré retenti, qui ſua ex parte con
tractum nõ impleuit? His immoratur cæteris latius hic Fulgoſius, ſed tam
mendoſum eſt exemplar vt quid ſenſerit intelligi vix poſsit. Expendiſſe
enim videtur quòd hæc verba, *Præſertim cum emptor mutuatus pecuniam vſu-*
ras grauiſsimas expendit. ſint adhuc ex narratione facti[a], non addita nec repe
tita in deciſione Pauli[b]: fieri enim potuit vt in facto explicando adijceret
emptor quicquid putaret ſibi commodum quo facilius optatũ referret re-
ſponſum: quaſi innuere velit Fulgoſius, non multum hoc ad rem facere, &
idem eſſe iuris etiam ſi non ſit emptor ab alio ſub vſuris mutuatus pecuniã.
Ex aduerſo in aliam videtur inclinare ſententiam, referens quod dixit Bar
tholus emptorem repetere vſuras pretij, maximè ſi ipſe alij vſuras ſoluerit:
Hic dicit Fulgoſius ſuperfluè adiectum à Barth. *maximè* quia inquit, non
petet niſi ipſe alij ſoluit. Quæ eſt etiam ſententia Accurſij[c], & vt videtur
Pauli Caſtren. qui dicit vſuras pretij peti tanquam intereſſe factæ emptio-
nis, & damni quod emptor ſuſtinet propter emptionem, quodq; non ſuſti
nuiſſet niſi non emiſſet, trahens hoc ad aliam facti ſpeciem, quòd ſi ad ab-
ſentem profectus ſim vt quid emerem, emi, non tradit ille quod vendidit,
hic me imputare poſſe ſumptũ itineris in id quod intereſt: ſed ſi tradat & 5
contractum adimpleat, non repetiturum me ſumptum itineris. Sic enim
ſatis apertè indicat Caſtrenſis quòd putet emptoré repetere vſuras quan-
tas ipſe ſoluit alij, & ex conſequenai quoque ex eo ipſo tempore quo ſol-
uit alij, cùm ſimili ratione omnes illæ ad id quod intereſt referri poſſent:
Sed mihi veriſimilius ſit longè aliam eſſe Pauli ſententiam, quam oculatus
lector facilè colligat ex diuerſitate reſponſi eius, ab eo quod in quæſtione
aut circa eam propoſitum erat, nempe de grauiſsimis vſuris eius quam mu
tuò accepit emptor pecuniæ vt in pretium emptionis cõuerteret. Reſpon
det autem Paulus, non quidem illas venire neq; ex eo tempore quo ille ab
emptore ad emptionem ſe præparante ſunt ſolutæ, ſed poſt moram demũ
venditoris intercedentem (atq; ita pnſt lapſa tempora ad materias traden
das ſtatuta) haberi rationem vſurarum officio iudicis, quantas ſcilicet ille
arbitrabitur ex qualitate perſonarum totiuſq; negotij debere, qua in par-
te præſcripto legum[d] adhærebit potius, quàm cõuentioni emptoris, initæ
cum eo à quo ipſe mutuam pecuniam accepit: & meritò quidem, nimis e-
nim externæ & à re propoſita remotæ ſunt illæ vſuræ, quas alij pendet em-
ptor: quid enim ad venditorem vnde emptor colligat pecuniam pretij, an
illam penes ſe habeat ex aliarum fortè rerũ diſtractione collectam, ex ſuc-
ceſſione delatam, aut aliunde mutuatam, de quo non ſolent ſolliciti eſſe
venditores. Cui conſequens erit, quòd etiam ſi ſua pecunia quam recon-
ditam habebat pretiũ emptor ſoluerit, conſequetur tamen moderatas vſu
ras ſuæ pecuniæ in pretium fruſtrà numeratæ & à venditore retentæ. nam
ſimile quiddam ſeruatur in ſocietate[e], vbi tamen omnia magis ad æqualita
tem & fraternitatem quandã ſpectat. Porrò quod obiter attigi ſtipulatio 6
ne pœnali obligationem empti hic nõ nouari, cùm adhuc locus relinqua-
tur actioni empti[f]: id alijs locis examinauimus plenius[g]. Poteram hic
pro vltimo capite actionis ex empto ac veluti extremo refugio emptoris
hoc adijcere, quòd ſaltem actiones ſuas venditor emptori præſtet quas rei
nomine habet, tametſi enim à re præſtanda liberetur venditor ſi maiore vi
ei eripiatur[h], vel ſi adhibita cuſtodia qualem is ſuis rebus adhibere ſolet,
furto intercipiatur antequam traderetur & in mora tradendi eſſet[i]: hoc ta 7
men debebit emptori præſtare quod poteſt, nimirum actiones ſuas ei ce-
dere. Sed quia ab initio non eſt hoc inter capita huius actionis relatum,
annume-

a In ſi huius l. Lucius.
b in l. ſeq. ex contractu.
c in glo. verbi, mutuatus. huius l. Lucius.
d in l. eas. ſ. j. C. de vſuris.
e l. ſi vnus ex ſocijs. ſ. ſi quid vnus ex ſocijs. pro ſocio.
f in hac l. ex contractu.
g ad l. ſi quis à ſocio. cum l. ſeq. & l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.
h l. ſi ea res. hoc tit.
i l. quod ſæpè. ſ. vlt. de contrahen. empt.

annumerabimus dolo, culpæ, caſui fortuito, quæ vtriuſque actionis ſunt communia.

DE ACTIONE EX VENDITO.

SVMMARIA.

1 *Quæ veniant in actionem ex vendito.*
2 *Conditio ob cauſam non habet locum in contractibus nominatis.*
3 *Actione ex vendito non repetitur res vendita, quamuis actione ex empto repetatur pretium prærogatum ſub nomine intereſſe.*
4 *Venditor mitti poteſt in poſſeßionem bonorum emptoris & ſic rei venditæ cum alijs creditoribus, & an in re vendita præferatur alijs.*
5 *Res ita vendi poteſt vt quanti pluris ab emptore vendatur, eius etiam dimidia præſtetur venditori.*
6 *Emptor ſic debet ſoluere pretium vt nummos emptoris faciat.*
7 *Emptor de ſoluendo pretio non præſtat cautionem, niſi ita conuenerit, vel vergat ad inopiam.*
8 *Iudicij ſignificatio latior eſt quam actionis.*
9 *A quo tempore emptor teneatur ad vſuras pretij, & an ex eo quòd fructus percipit ex re empta.*
10 *Improbata communis opinio.*
11 *Iudicis officium ad illud ferè pertinet, quod poſt contractam principalem obligationē ex aquo & bono ſuperuenit.*
12 *An habeat emptor facultatem percipiendi fructus, intelligitne de poteſtate propinqua.*
13 *Venditor emptori tantùm tenetur de fructibus perceptis, & non de ijs quos omiſit percipere.*

HAEC ACTIO ad quid competat breui axiomate deſcripſit Vlpianus[a]: *Ex vendito*, inquit, *actio venditori competit, ad ea conſequenda quæ*
1 *ei ab emptore præſtari oportet*. Et ne tanta generalitate æquè dubios nos relinqueret, ſubiecit mox quatuor[b], ad quæ velut præcipua capita totā hanc actionem redegimus, nimirum quod in hoc iudicio veniat imprimis pretium quanti res venit, vſuræ quoque tardius illati pretij[c]: Pœna conuenta, ſi ad diem pecunia ſoluta non eſſet[d], vel non eſſet factum quod ab emptore venditori fieri conuenit[e]: ac denique ad ſumptus qui à venditore in re diſtracta facti ſunt[f]. Sunt & alia quæ interdū ad hanc actionē referri poſſunt, vtputa fructus rei venditæ, qui tamen frequētius ad actionē ex empto pertinent. Huc verò ita demū ſi ante emptionē emptor aliquos rei fructus perceperit, vel poſt emptionem contractam à colonis penſiones præteritorum annorum, de quibus conuentum non ſit quòd in emptione rei accederent[g], prætextu emptionis retinere velit, repetet illa & ſimilia hac actione venditor[h]. Similiter ſi quid dederit venditor emptori quo facilius & expeditius ſolutionē debiti pretij conſequatur, id vel hac actione vel condictione ob turpem cauſam repetet[i]. Sed nemo expectet vt ipſam quoq; rem venditam huc referamus, nam ad illam repetendam non ſolùm nō datur venditi actio, ſed nec vlla alia quæ conuenire aliàs videretur, non rei
2 vendicatio[k], non etiam condictio ob cauſam datorum, qua receditur à cōtractu, ideoq; locus illi non eſt in contractibus nominatis, quorum ex defectu implementi non ſoluitur obligatio, neque à contractu receditur, ſed
3 ad implementum potius agitur. Atqui emptor repetit pretium ſi res nō traditur[l], quare ergo non venditor quoque rem, ſi pretium non ſoluatur, an rationi conueniet in correlatiuis tantam relinqui diſparitatem. Reſpondet Paulus Caſtrenſis[m], quòd emptor non repetat pretium tanquam pretium aut ſub pretij nomine, ſed agit ad id quod intereſt, & ſub illo comprehenditur pretium quaſi nunquam minoris interſit, quàm vt ſaltem pretium prærogatum reſtituatur emptori: quòd ſi fortè emptor pretium re tra
4 dita non ſoluat, mittetur venditor in poſſeſſionem bonorū emptoris, atq; adeò illius etiam rei quæ eſt vēdita & tradita, ſicut alij & alijs ex cauſis creditores in bona creditorum ſuorū immitti ſolent: ſed id non tendit ad aliquam reſolutionem contractus, imò magis ad implemētum. Quod autem Paulus Caſtrenſis mox ſubiecit in concurſu creditorum aliorum & venditoris, quis in re vendita præferatur, aliò[n] pertinet: hoc tamen obiter addo bene

a in.l.Iulianus. §. ex vēdito actio. hoc tit.
b *in verſi. veniunt autem.*
c *verſic. item vſuræ.*
d *Bal. l. Iulianus §. idem Papinianus reſpōdiſſe ſe refert.*
e *l. prædia. hoc tit.*
f *Eadem l. Iulianus. §. præterea ex vēdito agen.*
g *l. ſi mercedem inſulæ. hoc tit.*
h *l. 2. § fructus. C. eo. tit. de act. empt.*
i *l. vlt. de cōd. ob tur. cau.*
k *l. Lincidile. C. de rei vēdi.*
l *l. Lucius Titius. hoc tit. & l. ſicut. C. eod.*
m *ad l. j. C. eod. tit.*
n *ad l. procuratoris. §. ſi plures. §. planè. verſi. ſed etſi dedit. de tribut. act. Bal. Ang. & alij ad l. ſi cum dotem. §. vlt. ſolut. matrim.*

bene proſpiciendum eſſe, ne quem fallat eo argumento quod pro vendito re facit, quem vult præferri ſaltē iure taciti pignoris, quaſi illius vis re nondum tradita nō eluceſcat, cùm tunc adhuc ſit venditoris cui nō poteſt eſſe obligata res propria. Nam certè in illo nihil eſt ſolidi fundamenti, cùm ius illius quaſi pignoris in ſola retētione conſiſtat tantiſper dum venditor rem adhuc habet & tenet, non in perſecutione ſi non habeat[a].

Primum caput quod eſt in pretij ſolutione, non habet difficultatē quin veniat pretium quāti res venit, etiam ſi ab initio illius pars aliqua fuerit incerta, vt puta ſi res vendita ſit centum aureis, & vt quanti pluris emptor has
résue eius vēderet, eius dimidiam partem præſtaret vēditori[b]: Valet enim 5
ſic concepta venditio[c], ſicut & dotis conſtitutio[d]: neq; in ſocietatē trāſit ea conuētio, vt quæ nō negociationis aut vberioris quæſtus gratia cōtrahitur, ſed vnica eſt vēditio quæ argumentū expectat pretij ſub conditione.
Debet autē emptor pretium ſic ſoluere, vt nūmos vēditoris faciat[e]: quare 6
ſi ex peculio empti ſerui pretiū ſoluatur, integrā adhuc habet vēditor actionem: cùm venditoris nūmi ſoluti nō præſtent emptori liberationē[f]. compenſatio quoq; per errorē facta, velut ſoluti pretij hac actione reformatur.
Et quāuis venditor etiā ſi nō cōuenerit cauere debeat emptori vt rē emptā 7
habere ei liceat, pretij tamen nōie cautio ab emptore venditori nulla præſtādā eſt, niſi vel conuēta ſit, quæ venit in hāc actionē[g], vel emptor vergat ad inopiā, quæ plerūq; iudicis officio poſtulatur[h]: & ex quorūdā ſentētia[i], etiā hac actiōe ex vēdito facilè flexibili in oēm ſpeciē occurrētis æquitatis.

Secundum caput huius iudicij cōſtituimus in vſuris pretij tardius illati, quæ & ſi non veniant propriè in hanc actionem, eo quòd ex mora non propriè debeantur iure obligationis, neq; petantur iure actionis, veniunt ſaltē in hoc iudicium[k], cuius ſignificatio latior eſt, cōprehendens etiā ea quæ ad iudicis pertinēt officiū, quo & vſuræ præſtātur[l]. Sed quid inquies illud
eſt quòd Iuriſconſultus dixit vſuras venire poſt diem traditionis? an quòd 8
tunc ſemper intelligatur cōmitti mora re ipſa in pretio ſoluendo, & quòd
non ante traditionem rei emptor teneatur ad pretium[m], & ex conſequēti 9
nec ad vſuras? Sed hic ſtatim vrgebis, quòd fructus ſpectent ad emptorem mox à tempore contractus[n], quare ergo non ex eodem mox tempore vſurarum onus incumbet emptori, præſertim cùm hoc ſolūm ſpectemus, an emptor habuerit facultatem fructus recipiendi[o]: hanc autem ſtatim videtur habere ſimulatque purè emit, cùm poſsit mox pretium ſoluere atq; ita rem emptam accipere. Communior tenet ſententia[p], quòd ſit in arbitrio emptoris an à tempore venditionis fructus accipiat, & tunc quoq; ſtatim ex eodem tempore debere præſtare vſuras pretij, quaſi cum fructus habeat tantundem ſit conſecutus, quantum ſi ab initio ſtatim res ei fuiſſet tradita, an verò relinquat illos venditori, & tunc quoque non præſtet vſuras pretij, niſi à tempore traditionis rei. Nec obijcere poſſe venditorem emptori quòd in culpa ſit quo minus fructus perceperit ſoluto ſtatim pretio, receptaque re empta, nam replicaret emptor non eſſe quod hoc culpet venditor, cùm ipſe ex illo lucrum fructuum fecerit[q]. Atqui ſi hoc vſuræ pretij ſunt reſpectu venditoris, quod fructus rei reſpectu emptoris, cur non æquè venditoris arbitrio permittetur, an malit retinere fructus rei apud eum per emptorem dimiſſæ & carere vſuris pretij tardius ſoluti, an verò has præferat fructibus prædij quod fortè neglexit colere. Quare merito hæc ſententia multis locis Fulgoſio non placuit[r], tanquam conſtitutio- 10
ni[s] iuris apertè repugnans, quæ diuerſitatē conſtituit & explicat inter fructus & vſuras, in eo ipſo in quo alij hic parē rationem eorū facere conātur nimi-

a *Alberic. & Fulgo. ad l. hereditatis. de here. vel act. vend.*
b d.l.Iulianus. §. ſi inter emptorem prædiorum.
c *l. hac venditio. §. vlt. de contrah. empt.*
d *l. ſi pater dotem. §. ſi fundo. de pact. dotal.*
e *l. ex empto. in ſi. prin. hoc tit.*
f *l. 2. C. eod.*
g *d. l. Iulianus. §. item ſi conuenerit.*
h *l. in omnibus. de iudic.*
i *Fulgo. ad l. in omnibus.*
k *Pau. Caſt. ad princ. d. §. ex vendito.*
l *l. qui per colluſionem. §. vlt. hoc tit. l. 4. C. depoſi.*
m *l. qui pendentem. hoc tit.*
n *l. fructus. C. eod.*
o *hac l. Iulianus. §. poſſeſſioni. in ſi.*
p *Accur. hic: quē hic ſequūtur Bar. Salic. & Paulus Caſtren.*
q *arg. l. cum in fundo. §. ſi mulier. de iure dot.*
r *hic ad. §. ex vendito. ad §. ſi fructibus. & ad l. fructus. C. eod.*
s *d. l. fructus.*

nimirum in tempore quo venire incipiant in hoc iudicium: fructus enim rei emptæ attribuit ea conſtitutio emptori, ſtatim poſt perfectũ iure contractum, illiq; emolumento opponit onus ſiue grauamen, nõ quidem vſurarum pretij, ſed functionum a: vſuras verò non aliter emptorem debere, quàm ſi mora interceſsiſſe probetur. An hic nõ ſuccurriſſet legiſlatori ſimilia ea facere, vt noſtri cõmunius faciunt, & ex eodem tempore conſtituere vtriuſque initium in hoc iudicio, ſi ſimilia fuiſſent conſtituenda & non potius diuerſa. certè mora aliqua debet interceſsiſſe ſaltem re ipſa antequam vſuras pretij præſtet emptor b. Cui conſentaneum eſt quòd dicantur venire iudicis officio, ad quod ferè illud pertinet, quòd ex aliqua
11 æqui & boni inſpectione poſt contractam principalem obligationem ſuperuenit: fructus verò ab exordio contractæ ac natæ obligationis mox veniunt, & vt nonnullis videtur c, iure actionis. Quòd verò hic dictum eſt id
12 tantùm inſpici, an habeat emptor facultatem percipiendi fructus, non eſt referendum ad qualemcunq; facultatem ſiue poteſtatem remotam, qua & is dicitur poſſe qui poteſt facere vt poſſit, ſicut emptor poteſt pretium ſoluere & ſic rem accipere, ſed de facultate actui proxima & ferè coniuncta, nimirum quando potuit emptor fructus percipere, nactus ipſemet prædij poſſeſsionem d, non verò ſi quos fructus perceperit alius, vtputa venditor, ab eo poſsit repetere: cùm notiſsima ſit differentia inter hæc, *poſſe fructus petere* (quos ſcilicet percipit alius) & *poſſe fructus ſuo iure percipere*, quod
13 poſſeſſori conuenit, atq; ita emptori poſt rem traditam. Adde quòd venditor emptori teneatur de ſolis perceptis fructibus, & non de ijs quos omiſit percipere, neglecta fortè cultura prædij venditi e. Si enim venditor de neglectis fructibus non teneatur emptori, quare non hic quoque excuſabitur de vſuris non inferẽdis ratione ſolutionis pretij omiſſæ, vbi ſcilicet nulla eius mora interuenit. Præterea quòd fructus percepti à venditore debeantur emptori, hoc fit ſecundum generalem regulam, qua omne cõmodum & incommodum poſt emptionem contractam pertinet ad emptorem, qui cum ſuſtineat totius rei emptæ periculum, meritò quoque nõ eſt fruſtrandus emolumento fructuum. At pretij periculum antequam numeretur nullum omnino ſuſtinet venditor, cùm in genere debeatur quod perire non poteſt f.

a l. neq; ſtipendium. de im penſis in reb. dot. fact.

b d. l. curabit.

c Accurſ. ad d. §. actionũ. Inſt. de act. et ibi D. Zaſ. Mattheo Matheſil. ſingu. ſuo. 101. pro quibus eſt l. 2. in fi. C. eo. & l. quoties. §. j. de cõtrab. empt.

d d. l. curauit. in verbis, nactus poſſeſsionem. & hic in. §. poſſeſsionem. in verbo, percipiẽ.

e l. venditor & hereditate. §. quemadmodum. de here. vel act. vend.

f l. incendiũ. C. ſi cert. pet.

L. IVLIANVS. §. IBIDEM PAPINIANVS reſpondiſſe ſe refert. hoc titulo.

SVMMARIA.

1 *An vſura aut pœna debetur antequam à venditore euictionis fideiuſſor datus ſit.*
2 *Perceptio fructuum & vſurarum præſtatio cohærent, ſed non neceſſariò.*
3 *Pœna quæ apponitur obligationi dandi & in dando conſiſtit, aſtrictior eſt alijs pœnis.*
4 *Pœna quãdo in fraudẽ vſurarũ cenſeatur adiecta.*
5 *Cur emptor magis poteſt ſtipulari duplũ ſi res euincatur, quàm vẽditor duplũ ſi pretium nõ ſoluatur.*
6 *Modus vſuris neceſſariò fuit ponendus.*
7 *An ſi vſura modum præſcriptum excerſit, maiores vſuræ peti poſsint.*
8 *Non refert explicitè an implicitè modus excedatur vſurarum.*
9 *Vna ratio qua donec ſoluatur pretium, pluſquam legitimas vſuras conſequi poſsimus.*
10 *Pœna legis commiſſoriæ cur emptioni magis apponi poſsit, quàm pactum pœnæ dupli.*

SVCCEDIT tertiũ caput de pœna, eaq; (vt obiter dixi) duplici: vna quæ dationi ſiue ſolutioni pretij adijcitur, altera quæ facto ſiue obligationi faciendi, quando quid vltra pretium quod dandum eſt adhuc fieri ab emptore vẽditori conuenit: quæ materia latiſsimè patet & multis locis eſt tractata a. Priorem ſpeciem pertractans Papinianus ita hic ait, *Si conuenerit vt ad diem pretio non ſoluto venditori duplum præſtaretur, in fraudem conſtitutionum*

a à Lud. Rom. conſil. 510. Phil. Decio conſil. 119. in 2. dubio. Bal. Salic. & alijs ad l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. peta. & ad l. cum allegas. C. de vſuris. Canoniſtis ad c. conqueſtus de vſuris.

tionum

tionum videri adiectum id quod vſuram legitimam excedit. Si conuenerit, in-
quit: ſine conuẽtione enim nemo eſt qui dubitaret quin in his iudicijs bo-
næ fidei ſolæ venirent vſuræ legitimæ : in alijs ſtricti iuris nullæ ſine con-
uentione per ſtipulationem firmata[a], paucis exceptis caſibus in[b] quibus
pactum ſufficit, ſed dubium erat num contrahẽtibus eſſet liberũ id conuen
tione efficere, vt maiore damno quàm legitimarum vſurarũ mora empto-
ris puniretur. Sequitur, *ad diem*, ante diem enim & dilatione ſoluendi pre-
tij pendente nulla mora contrahitur[c] : atque ita immunis eſt interim em-
ptor, non tantùm à pœna, ſed & ab vſuris etiam legitimis, & à præſtatione
eius quod intereſt[d]. Sed circa iſtud dubitari contingit, an ſi dies quidem 1
ſoluendi pretij venerit & res tradita ſit, ſed nondum à venditore fideiuſ-
ſor euictionis ſit datus quem dari conuenerat, an inquam interim vel legi-
timæ vſuræ debeantur, quæ ſi non debentur multò minus aliqua pœna de-
bebitur. Proponit hoc Baldus[e], vtramq; eius quæſtionis partem ſuis ratio
nibus inſtruens. Primò enim videtur nõ teneri emptorem quòd non ſit in
vlla mora[f], quaſi facilè videatur indulta dilatio ſoluendi pretij quoad fide
iuſſor euictionis detur. Ex aduerſo affert, quòd hoc genus non implemẽ
ti ex parte venditoris, quòd fideiuſſorem euictionis nondum dederit, non
minuat emptori perceptionem fructuum, multoq; minus facultatem perci
piendi fructus, quæ hic inſpicitur[g]. Et in hanc partem videtur reſoluere,
quia inquit vſuræ pretij veniunt potius ex quadã æquitate & emptoris per
fidia, quàm ex vera eius mora : quod notiſsimè latius à Franc. Zoannetto
tractatum eſt[h]. Neq; tamen fructuum perceptio & vſurarũ ratio ſic per- 2
petuò cohærent, alterum alterius inſeparabilis comes, vt non præſtentur
vnquam vſuræ pretij vbi ex re empta nõn percipitur fructus. Quid enim ſi
ſterilem quis agrum vel ſyluam ceduam emerit, quæ aliquot proximis an-
nis nondum cedatur, & ex traditione venditoris acceperit, an pretij non
ſoluti non dabit vſuras? Maximè, cùm venditor impleuerit fidem contra-
ctus rei traditione, & non ex fide emptor pretium ſoluere differat[i]. Dein
de ex eo quod ſequitur, *pretio non ſoluto*, & mox, *duplum præſtaretur*, notari 3
volunt[k] pœnam de qua hic quæritur apponi obligationi dandi, & eam ip-
ſam in dando quoque conſiſtere: & ſi alterutrum deſit, vt quia vel non ap-
ponitur obligationi dandi[l], vel ipſa non conſiſtit in dando[m], iam laxiorẽ
eſſe facultatem conueniendi aut ſtipulandi maiorem pœnam, de quo mox
latius. Nec illud prætereundum putaui, quòd ſequenti verbo, *venditori*,
nulla qualitas reſtrictionis gratia ſit adiecta, neque facta diſtinctio de ven-
ditoris conditione, an fœnerari conſueuerit nec ne, quàuis Accurſius reci
tet eos qui hoc in diſcrimine habuerũt quaſi de eo qui fœnus exercere cõ-
ſueuit, expeditior præſumptio ſit quòd in fraudem cõnſtitutionis[n] legiti-
mum modum vſurarum præſcribentis ita conuenerit : cuius tamen rei non
æquè veriſimilis coniectura ſit de eo qui fœnus nunquam exercuit, quòd
nunc primum cum ſic paciſcitur velit vna aliqua conuentione fœnus con-
trahere, & fœneratitiam negociationem inſtituere, ſed hoc potius ſtipu-
lari quod verè eius interſit[o] : quod nunc non inquiram latius, cùm magis 4
placeat Azonis ſententia hic ab Accurſio recitata[p], qui non diſtincta qua
litate & conditione creditoris, ſemper & vbique voluit fraudis præſum-
ptionem ex iure ſubeſſe: vel ob id ſolùm quòd quantitas pecuniæ quæ pœ-
næ nomine in conuentionem aut ſtipulationem deducitur, excedat legi-
timum modum vſurarum, cùm nemo ſit nullius profeſsionis, artis aut con
ditionis, cui non ſint metæ legitimæ in paciſcendis & exigendis vſuris præ
ſcriptæ[q], vt nemo ſit qui excuſari mereatur ſi in vſurarũ quantitate aliquis
fuerit

a l.quamuis. C.de vſuris.
b l.etiam de vſuris. l.frumenta. C.eod.
c Pau.Caſt.ad hanc l.Iulianus. §.ex vendito. ex l.lecta. §.ſed cum ſortis. ſi cert.petat.
d glo.c.cõqueſtus. de vſur.
e ad l.2.C.de vſur.
f arg. l.vlt. de reſcinden. vendit.
g hac l. §.ex vẽdito.verſi. poſſeſſionem. in verbis, hoc enim ſolum ſpectare.
h lib.1.rerũ quotid. cap.9.
i Bald. eo.loco.
k Pau.Caſt. hic.
l vt in l.prædia. hoc tit.
m vt in ho. ipſo.§.verſi. diuerſamq; cauſam.
n l.eos.§.j.C.de vſuris.
o Bar.Salic. & alij. ad l. rogaſti.§.ſi tibi
p in glo.verbi, excedit.
q in d.l.eos.§.j.

fuerit exceſſus & ne mercator quidem cui alio loco [a] ſimilis lex & mode-
ratio ſcripta eſt (quæ iure noſtro non legitur) vt puto relaxata etiam, ſi
probare poſsit venditor pluris ſua reuera intereſſe, fortè ad maiorem ali-
quam quantitatem quàm conuenit in pœná moræ præſtari. Neque audiam
ſi dixeris emptori permiſſum eſſe ſtipulari duplum à venditore ſi res euin-
catur, quare ergo non venditori quoq; duplum pretij conuenti, ſi hoc ad
5 diem non ſoluatur. Nam diuerſa rerum ſubiectarum & obligationum na-
tura hoc nobis diſcrimen facit & euidenter poſtulat: venditor enim rem
tradere tenetur, & efficere vt emptori habere tenere liceat, quod ſi non
fiat, plurimum emptoris intereſſe poteſt quòd ei re empta fructibus eius,
& ſumptibus quos fortè impendit erit deinceps carendum, pecuniæ verò
quam debet emptor non alius fructus eſt quàm vſura [b], quæ quanta eſſe
poſsit ac debeat, lege eſt definitum : ita vt qui maiorem pecuniæ fructum
paciſcitur, is contra legem vel in fraudem quidem legis paciſci videa-
6 tur. Et meritò modus aliquis fuit inueniendus & iure conſtituendus,
alioqui ab agricultura & negociationibus honeſtis ad humanum com-
mercium neceſſarijs omnes facilè prolaberentur ad exercendum tantùm
fœnus pecuniarium: ideoque vero etiam negociatori (quia vt plurimum
pluris eius intereſt, ſi ad diem pecunia ei non ſoluatur) lex modum ali-
quem dedit, ſed maiores permiſit vſuras, vtputa beſſes, vbi alijs tantùm ſe-
miſſes vel minores conceſsit, quaſi hac indulgentia ſatis ei compenſatum
ſit, ſi pluris eius intereſt : nec oportet laxiores nos eſſe lege, & fines le-
gitimæ moderationis vllo colore extendere làtius, etiam ſi fortè conſta-
ret vel probari poſsit quòd pluris eorum interſit: & in ea re quæ non natu-
ra ſed ſola lege habet modum, oportet ſaltem moderatione legum eſſe
contentos. Itaque quòd plerique omnes exiſtimant [c] hanc formam pacti
7 à Papiniano propoſitam ob id eſſe improbatam, quòd certè quantitatis pœ-
nam contineat, non improbandam ſi generalem tantùm conuentionem
& incertæ quantitatis haberet, vtpote totius illius quod intereſſe contin-
get, cuius fiat poſtea probatio, ex ijs quæ res ſubiecta docebit venditó-
rem perpeſſum eſſe damna, vel omiſiſſe lucra ſi negociari conſueuerit,
ob non ſolutam in tempore pecuniam : dubitauerim ex ijs quæ nunc di-
cta ſunt, num ea generalis definitio noſtro iuri ſat ſit conſentanea. Cer-
tè Baldus [d] ex Innocentio refert, vſuras quæ veniunt ex contumacia de-
bitoris accedẽte intereſſe creditoris qui petit, deberi & licitas eſſe atque
permiſſas. Hoc autem obiter addendum cenſui, quòd vbi cõuentio eſt im
8 probata, nõ refert an tacitum negocium vſurarũ ſit pretio admixtũ, implici
tum, & cum eo confuſum in vna & ſimplici forma cõtractus, an verò ſeor-
ſum vſuras vẽditor pactus ſit, & an ex continẽti an verò ex interuallo : ſed
æquè huic reſponſo Papiniani eſſe locum, verbi gratia, nihil referre an res
quæ eſt aureorum centũ, & quam parata pecunia centum aureis lubenter
erat diſtracturus, vẽdiderit ad diem. 129. aureis, vel. 125. aureis, & eo addito
pacto, vt ſi emptor intra trimeſtre proximum ſoluat centum, à reliquis vi-
gintiquinque ſit liberatus: quamuis hæc conuẽtio præ ſe ferat formam libe
ratoriam aliàs multũ fauorabilem [e], quia vtroq; caſu eadẽ eſt ratio vſurarũ
& pœnæ in fraudem vſurarum appoſitæ, quamuis vno caſu expreſſè, & al-
tero tacitè ſiue implicitè. Sanè vnum eſt genus conuentionum, quo tradi-
ta re quamdiu non ſoluetur pretium, plus quàm vſuras legitimas cõſequi li-
ceat: imò compenſationẽ iuſtam omniũ fructuũ rei venditæ. ſed alio titulo
quàm vẽditionis, nẽpe locationis, ſi quoad ſoluatur pretiũ res vẽdita empto-
ri certa pẽſione locetur [f]; de quo alio [g] loco diximus latius. Supereſt nunc

& hoc

a in l. vlt. de pact. & commod. rei vend.

b l. qui quadringenta. §. vlt. ad l. Falcid. l. generaliter. §. ſi cui legetur. de fideicommiſſ. liber. l. vſura vicem fructuum. de vſuris.

c Lud. Rom. & Philip. Decius praalleg. eorũ conſil. ſed Decius pulchrè.

d ad l. 2. C. de vſur.

e l. tale pactum. in princ. de pact.

f l. ſicut emptio. §. interdũ. locati.

g tit. praced. de contrahen. empt. in l. quinti capitu. de pact. inter emptor. & vendit.

hoc tantùm explicemus quo modo & qua ratione Papinianus diuerſam fe- 10
cerit cauſam legis cõmiſſoriæ, ab hoc pacto pœnali, vt illam poſsit venditor apponere, quamuis ſæpe plus diſpẽdij inde immineat emptori, quàm ſi legitimum inferret modum vſurarum: imò etiam interdum vltra duplum

a *l. ſi fundus legem. §. ſed quod ait Neratius. & l. de lege. de lege cõmiſſor.*

conuenti pretij, vt cùm partem pretij perdit quam numerauit[a]. Et hic iam ad manum eſt quod reſpõdeatur ex Pauli Caſtrenſis ſententia, qui hoc voluit expendi, quòd omni modo pœna hic reſpiciat dationem: ipſa enim in dando conſiſtit, & obligationi dandi apponitur, ſed pœna legis commiſſoriæ non verſatur in dando, ſed in eo quod res fiat inempta. Interdum tamen accedit & ea pœna, vt pars pretij data retineatur & apud venditorem dimittatur: quod ſanè parum diſtat à dando, & ea conſideratio Pauli Caſtren. docet tantùm à poſteriore, videlicet à ſigno quodam ſiue rudi iudicio, non autem attingit radices veræ rationis huius differentiæ quam quærimus. Poterimus ergo benè contenti eſſe ratione ipſius Papiniani rectè intellecta, qui ob id admittit legem cõmiſſoriam, quòd ea ſpecie nõ fœnus illicitũ contrahatur, imò nullum omnino fœnus: hoc enim tantùm eſt in acceſsione ſortis, hic verò nulla eſt acceſsio ad pretium, cùm reliquum pretij quod nondum eſt ſolutũ deſinat deberi, cum venditor exercet legẽ cõmiſſoriam, & quod amittitur prærogatum non accedit, ſed ſuccedit in locum pretij quod totum fuiſſet dandum ſi venditio habuiſſet exitum.

L. PRAEDIA. DE ACTION. EMPTI.

SVMMARIA.

1 *Actio ex ſtipulatione pœnali, & actio ex vẽdito, inquantũ concurrũt altera alteri obſtat, ſed nõ eodẽ modo.*
2 *In ſtipulatione pœnali non inſpicitur an interſit neque quatenus interſit.*
3 *Quamuis pœna committatur ei cuius non intereſt, plerunq; tamen apponitur loco eius quod intereſt, ergo ceſſat eius actio quatenus quis conſecutus eſt quod intereſt, oppoſita doli mali exceptione.*
4 *An ſi obligationi dandi adiecta ſit adminiculo obligatio faciendi, pœna illi adiecta excedere poſsit legitimum modum vſurarum.*
5 *Damnata à Mudæo ad prædictam quæſtionem diſtinctio Caſtrenſis & aliorum.*

SVCCEDIT alterum genus pœnæ promiſſæ, ſi quod fieri conuenerat non faciat emptor, quod laxius eſſe diximus: quoniam non appoſita pœna ex eo orietur actio, non quidem ad vſuras ſtricta iuris moderatione concluſas, ſed ad id quod intereſt: quod vel totum peti poteſt quantumcunq; fuerit, vel vt vlli moderamini ſubeſſe debeat, hoc non aliud erit

b *l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt.*

quàm ne duplum excedatur[b]. Et ita ex conſequẽti quoq; pœnæ promiſsio nõ aliam moderationẽ accipere deberet, ſi quã modò pœna conuenta moderationẽ accipiat, quod latè controuerſum eſt & nos alio loco attigimus.

c *Pau. Caſt. & Fulgo. hic.*

Reſponſum autẽ iſtud Vlpiani per ſe ſatis clarum eſt[c] & minimè difficile, niſi ex ijs quæ huc induxit Accurſius, qui in veterũ explicatione prolixus

d *in glo. verbi, prædia. ſub ſi. verſ. vel melius pœna.*

eſt, veram autem Iuriſconſulti ſententiam paucis verbis vix indicauit[d]: ea autẽ quæ ipſe induxit, & non ſunt propriè in hac lege, nos ſuis locis tracta-

e *ad l. pacta conuenta. de contrah. empt.*

uimus: veluti hoc imprimis, an & quæ pacta quãdo facta formẽt actiones[e], & an pœnalis ſtipulatio nouet illã cui apponitur[f]. Hic verò illud propriè

f *ad l. ſi quis à ſocio. cum l. ſeq. & l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.*

deciditur, ſi emptor ad pecuniam pretij nomine dandã, aliquid adhuc facere venditori debeat quod cedat in pretij partẽ[g], vt fortè certa aliqua benè

g *l. fundi partem. de contrahen. empt.*

minuta & moderata pẽſione locare, & ſubdita ſit ſtipulatio certæ alicuius pœnæ ſi id non faciat, nõ eſt factum. Quæritur de actione venditori danda, nec eſt dubitatũ quin hic actio ex vendito competat ei ad id quod faciendum eſt, æquè vt ad pecuniã quæ pretij nomine danda eſt, & ad id quod intereſt quia non eſt factum: non dubitatur quoq; quin ex ſtipulatu, id eſt, ex

ſtipula-

ſtipulatione [a] ad pœnam certam promiſſam competat actio, nempe certi condictio. Sed nec hoc eſt dubitatum, an actio quæ oritur ex ſtipulatione pœnali, priorẽ illam ex vendito, aut tollat iure nouationis, aut impediat: quin potius hoc præſupponitur, non fieri quatenus alterum altero excedi tur, ſed in eo ſolo in quo concurrunt, ne vẽditor bis idem conſequatur [b]. Hoc ſolùm ergo quæritur, an de eo in quo concurrunt, altera actio alteri eodem modo obſtet. Et reſponſum eſt quòd nõ eodem modo, quia ſi venditor pœnam conſecutus ſit, tollitur ipſo iure actio ex vendito formata ex pacto faciente ad id quod intereſt, ob non ſeruatum pactum: contrà verò actione ad id quod intereſt, primo loco per vẽditorem electa & inſtituta non niſi ope exceptionis doli mali, impedietur altera ex ſtipulatione pœnali, ſi ad hanc quoque deſcendat venditor conſecutus quod intereſt. Et iſte quidem proprius eſt articulus cuius hic ſit inquirenda ratio cur tam va riè hæc conſtituta ſunt. Nouiſsimè dixit quidam [c], quòd licet conſecutus ſit vẽditor quod intererat ſua, remanere tamẽ obligationẽ ex pœnali ſtipulatione: ſed quũ æquum non ſit etiam pœnã exigi [d], meritò doli mali exceptionem venditori obſtare. Altero autem caſu dum venditor pœnã prius conſecutus fuit, ceſſare iam illius intereſſe, atq; ita nihil eſſe mirũ, ſi eum deficiat vetus actio, quæ ei dumtaxat competebat ad id quod intereſt: hactenus ille. Et rectè quidem, niſi quòd in prima parte hoc ipſum pro ratione adfert de cuius ratione quæritur, ait enim, quòd poſt quam venditor eſt conſecutus quod intereſt, adhuc maneat ſtipulatio pœnalis, ſed rationem non addit, quam tamen hic inquirimus. Significantius ergo Paulus Ca-

2 ſtrenſis [e] dixit, quòd in ſtipulatione pœnali non inſpiciatur an interſit neque quatenus interſit, ſed quòd committatur ſtipulatio pœnalis etiam ei cuius non intereſt [f]. Licet ergo actum ſit ad ad quod intereſt, & hoc quoque exactum, non facit id aliam venditoris conditionem, quàm ſi ab initio nihil interfuiſſet, & ex conſequenti vis obligationis & actionis ex ſtipulatione pœnali, non cenſetur per hoc extincta ipſo iure, ſed in actione ex vendito omnino eſt inſpiciendum, an & quatenus interſit cum ea actio ad id quod intereſt directò competat & inſtituatur: & plerunque fit, vt vbi deſijt intereſſe, deſinat quoque actio cõpetere ad id quod intereſt [g]. Sed quare ergo priore caſu non exigitur adhuc integra pœna, cùm hæc

3 ab eo quod intereſt non dependeat? Reſpondet optimè Caſtrenſis, quòd licet pœna committatur ei cuius non intereſt, ſolet tamen plerumq; opponi loco eius quod intereſt [h]: & ob id fit ex æquitate vt ceſſet illius exactio, quatenus id quod intereſt conſecutus eſt is qui pœnam erat ſti-

4 pulatus, quæ æquitas exceptionem doli mali producit. Sed cùm liberius obligationi faciendi quàm dandi maiorem pœnam adijci dixerimus, quid ſi obligationi dandi adijciatur obligatio adminiculantis alicuius facti, & huic pœna, quæ legitimum modum vſurarum excedit? Exempli gratia, conuenit vt ſi ad diem non ſolueretur pretium, emptor compareret apud iudicem debitumque agnoſceret, & acciperet præceptum ſoluendi, quod velut ſentẽtiam & rem iudicatã poſtea exequatur venditor: vel con uẽnit vt emptor daret pignora aut fideiuſſores, & ſi non venerit ad iudicẽ, non cauerit, iam pœnæ nomine det decẽ, viginti, aliámve quãtitatẽ quæ legitimũ modũ vſurarũ excedat, an pœna hæc ſic promiſſa debeatur? Multis locis hæc quæſtio tractata eſt [i], & hic illam attigit ſolus Pau. Caſt. qui etiã de teſtamentarijs vſuris, hoc eſt, à teſtatore dare iuſsis [k] magis adhuc impertinentẽ mentionẽ induxit: & quamuis hic alij [l] diſtinguant tempus con uentæ ſic pœnæ, an ſcilicet mox & in ipſo cõtractu emptionis ea promiſſa

& 2 ſit, an

[a] l. ſi pacto quo pœnam. & l. petens. C. de pact.

[b] d. l. ſi quis à ſocio. cum l. ſeq. pro ſocio.

[c] Dñs Bereng. Fernãdus ad d. l. pacta cõuenta. in. 6. reg. coharentiæ. 21. cap. ſub fin.

[d] l. apud Celſum. §. Labeo. de doli mal. & met. exc.

[e] hic ſub num. 11.

[f] l. ſtipulatio iſta. §. alteri. de verb. oblig. & §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipu.

[g] Salice. ad l. ſi ſeruum. de condictio. furtiua. nemo diſtinguit melius.

[h] l. vlt. de prætor. ſtipul.

[i] à Bar. ad l. cũ ſeruus. de condit. & demõſtra. Bal. ad l. cũ allegas. C. de vſuris. Salice. & Fulgoſ. ad l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi cert. peta. & pulchrè à Ludo. Rom. præall. conſil. 510. in examinatione ſecundi articuli principalis.

[k] l. 3. §. vl. de annuis legat. Alcia. cap. vlt. paradox. Sed non allegat ibi veritatem Alciatus.

[l] Bar. ad d. l. cum ſeruus. & Pau. Caſtrẽ. hic num. 5. & 6.

ſit, an ex interuallo, priore caſu conuentionem improbantes, cui poſterio
re caſu dant locum [a]. Alij verò in qualitate & conditione creditoris in-
tereſſe putent, vt ſi is ſolitus ſit fœnerari, improbanda ſit conuentio, non
ſi nō ſit ſolitus. Et rurſus alij [b] vtrumq; ordine quodam in diſtinctione ha-
beri velint primò quidem illud, an ex continenti an ex interuallo: & dein-
de ſi incontinenti, tunc diſtinguamus venditoris conditionem. Mihi ta-
men difficulter aliquis perſuaſerit huiuſmodi obligationibus facti, quæ ſui 5
natura tantùm ſubſeruiunt obligationibus dandi & ſecuritati creditorū,
maiorem pœnam poſſe apponi, quàm ipſis obligationibus dandi quæ ſunt
principales, & quarum tantùm gratia aliæ illæ adminiculantes conuentio-
nes ſunt factæ: quæ enim prohibitio eſt in fine aut circa finem cur non ſit
& in medijs quæ ducunt ad finem [c], alioqui quid erit facilius quàm hic le-
gi fraudem facere? & quo quæſo colore venditor iuſtè prætendat pluris
ſua intereſſe non caueri, non ſatiſdari, ſibi præceptum ſoluendi ab empto
re non ſuſcipi, quàm non ſolui pretium cuius ſolius gratia illa fieri conue-
nerat [d]? Et profectò longè alterius generis factum eſt, cui hoc loco pœ-
na adijcitur, non acceſſorium neq; ſubſeruiens ad ſolutionem pretij, ſed
omnino ſeparatum atq; diuerſum à pretio pecuniario, ſic tamen vt vnà cū
illo conſtituat totū & verū [e] pretium emptionis [f], quod longè præſtat ſic
diſtinguere, quàm diuinādo ad facti ſpeciem ſupplere, aut vſum huius re-
ſponſi reſtringere, (quod nōnulli faciunt) quòd hic vēditor non conſueue
rat fœnerari: atq; ita pœnam non niſi ob id quod intereſt cenſeri appoſitā.

a Bal. ad d. l. cū allegat. et Lud. Rom. praall. conſil.
b Salic. ad d. l. rogaſti. §. ſi tibi.
c l. oratio. de ſponſal. l. ſi ad reſoluendā. C. de prædijs & alijs reb. minor.
d arg. eorum quæ diximus ad l. ex empto. §. ex empto. hoc tit.
e Lud. Rom. praall. conſil.
f l. fundi partem. de contrah. empt.

L. IVLIANVS. §. PRAETEREA EX VENDITO AGENDO.

SVMMARIA.

1 *Quomodo ſumptus in re diſtracta factos perſequi poſsimus.*
2 *Venditor tenetur ad cuſtodiam rei quàm diu emptor non eſt in mora recipiendi.*
3 *Sumptus qui peti poſſunt, ad probabilem modum facti eſſe debent.*
4 *Si ſumptus facti ſint tam magni ob quos dominus rē cogeretur relinquere, illi nō cenſentur vtiles eſſe.*
5 *Etiam ſi res vendita non extet, ſumptus in eam facti peti poſſunt.*
6 *Etiam ſi in rem venditam iam extinctam aliquid impenſum ſit, peti poteſt.*

SVPEREST nunc vltimū caput huius actionis, de ſumptibus in re di-
ſtracta factis, qui veniunt in hanc actionem, ex Labeonis, Trebatij, &
Vlpiani ſententia. Et rectè quidem, ſi facti ſint in ipſa re diſtracta ad eius 1
ſcilicet vtilitatē perpetuam, neceſſariam ſarturam aut conſeruationem. Si
quid enim fructuum quærendorū, colligendorū, aut conſeruandorū cauſa
impendatur, id deducitur ex fructibus, qui omnes pertinent ad emptorem [a]:
ſed illius impenſæ quæ fit nō ad præſentis anni fructū, nō fit cum fructibus
cōpenſatio [a], ſed ob eam cōpetit vel rei retentio donec ſoluatur & refun
datur [b], vel tradita re cōditio, aliáue ſpecialis actio quæ materiæ ſubiectæ
cōueniat [c]. Quo autē loco ſiue in quo genere conſtituere debeamus ſum-
ptus factos ad cuſtodiā rei, alio [d] loco traditū eſt: ſed hoc interim hic non
prætereundum, venditorē teneri ad cuſtodiam rei [e], ſaltem quàm diu em- 2
ptor non eſt in mora recipiendi rem emptam [f]. ex ea igitur diſtinctione
dependet an venditor ſumptum cuſtodiæ cauſa factum repetat nec ne.
Rectè etiá id monuit Odofredus, quòd actio hæc nō detur niſi de eo quod 3
eſt impenſum, vſq; ad probabilem modū, argumentū ſumēs ex eo quod de
creditore dicitur impendente in res pignoratas [g], quod & ipſum hoc loco
ſatis apertè reſponſum eſt: cùm hic dicitur peti actione ex vendito nō tan
tùm quod in ægri ſerui curatione, verùm etiam quod in diſciplinas eſt im-
penſum,

a l. vel ſi. vites. de imp. in reb. dotal. Bal. ad l. j. C. de fruct.
b l. plantè. de petit. hered.
c l. quod dicitur. §. ſi dot. de imp. in reb. dot. l. qui exceptionem. §. ſi pars. de cōdict. indeb. l. in rebus. §. poſſunt. cōmod. l. ſi neceſſarias. l. ſi ſeruos. de pign. act.
d ad Bar. ad l. cōqueritur. §. prædict. de legat. 3. & Alex. ibi.
e l. quod ſæpè. §. ſi res vendita. de contrah. empt. l. vēditor domus. hoc tit.
f Pau. Caſt. ad d. l. venditor domus.
g in d. l. ſi ſeruos pigneratos.

penſum, hac addita reſtrictione, *In quas veriſimile erat etiam emptorē velle impendi*. Et hoc quoq; generale eſt in re alterius aut alteri tradenda aut reſti-
4 tuenda, nō fieri ſumptus tam magnos ob quos cogatur dominus rem relinquere, nam illi ex hypotheſi nec vtiles cenſerentur [a]. Docemur quoque
5 poſtremo quod hoc loco eſt exemplo [b], nō ſolùm quòd etiam ſi res vēdita non extet in quā à venditore ſumptus factus eſt, nihilominus venditorem habere actionem ex vendito [c], (quia ſcilicet res empta perit emptori, & ſic etiā ſumptus in eam factus, quē ſufficit ab initio factū, eſſet vtiliter) verùm
6 etiam ſi quid in rem emptam iam extinctā, veluti in ſeruum iam mortuum impenderit venditor, vtputa in funus, hoc quoque repetiturum.

a *d. l. ſi ſeruos. l. in fūdo. de rei vēdic. l. ſed an vltro. §. j. de nego. geſt. l. vtiliū. de ſump. in reb. dotal.*
b in verſi. hoc amplius Labeo ait.
c *arg. d. l. ſed an vltro. §. j. l. ſi neceſſarias. de pig. actio. l. pland. in fi. de pe tit. hered.*

COMMVNIA VTRIVSQVE ACTIONIS CAPITA, DOLVS, CVLPA, MORA.

SVMMARIA.

1 *Dolus ſi det cauſam contractui bonæ fidei, annullat ipſum: ſed ſi incidat tantùm in talem cōtractum, præbet ſolùm exceptionem.*
2 *Dolus ſiue det cauſam cōtractui ſtricti iuris, ſiue incidat in ipſum, ſolum præbet exceptionem.*
3 *Prædicta intelligenda eſſe de dolo ſpecifico & per ſe ſubſiſtente.*
4 *Quando dolus dicatur cauſam dare contractui, & quando in eum incidere.*
5 *Cur dolus vno caſu magis annullet contractum, quàm altero.*
6 *Cur dolus non equè annullet contractum ſtricti iuris, ſicut contractum bonæ fidei.*
7 *Contractus mutui eſt ſtricti iuris, nō bonæ fidei.*
8 *Impugnatæ à multis prædictæ diſtinctiones, nec ſatis ſuſtineri poſſunt.*
9 *Actio ex empto ſubinde ſubſiſtit, etiam ſi clariſſimum ſit contractum eſſe nullum.*
10 *Dolus facit actionem prius dari quàm aliàs daretur.*
11 *Item efficit dolus vt actio in plus detur, quàm aliàs daretur.*
12 *Item efficit vt detur actio, vbi aliàs nulla competiſſet.*
13 *Dolus venditoris in quibus emptori non noceat.*
14 *Dolus tutoris an noceat pupillo.*

LATE admodum & variè ſingula hæc per actiones has venditi & empti diffuſa ſunt, adeò vt nulla ſit actio quæ non ex aliquo horum exerceatur & inſtituatur, vt iam ſæpius eſt auditum, & in iuris regulas relatum, quòd hic contractus & dolum & culpam recipiat, hoc eſt, ob alterū ſemper eorum exerceatur: quare nunc aliqua ordinatius adferemus de ijs quæ ſingula hæc habent præcipua, & quod ad dolum attinet, potenter quidem ille operatur circa hos contractus, obligationes, & actiones: & ſi rectè expendatur, aliter interdum circa contractus quàm circa actiones
1 ex contractibus. Solet autem imprimis diſtingui [a] an dolus det cauſam contractui, an verò incidat tantùm in contractum, ita vt prioris generis dolus, contractum bonæ fidei illiusq́ue omnem obligationem funditus annullet: poſterioris verò generis, durante ſubſtantia contractus & obli-
2 gationis tribuat exceptionem: & quod indifferenter vtriuſque generis dolus hanc ſolam poſteriorem vim habeat in iudicijs ſtricti iuris [b], & hæc
3 à dolo vt vocant ſpecifico, in ſua ipſius ſpecie & per ſe ſubſiſtente non velato intecto aut incluſo in alio, vtputa in vi, cui ſemper quidē ineſt dolus [c]. Sed illius vis iam non eluceſcet qualem diximus, is enim non potentius operabitur quàm vis cui ineſt, quæ ſi compulſiua ſit, patitur ſtare ſubſtantiam contractus & obligationis, neque ipſo iure ea perimit, ſed re-
4 ſcindit actione quod metus cauſa [d]. Dicitur autem dolus dare cauſam contractui, quando doloſis ſuaſionibus inducitur ad vendendum qui non erat venditurus, vel ad emendum qui non erat empturus. Incidere verò in contractum dicitur, cùm is qui alioqui contracturus erat, dolo eius cum quo contrahit, in pretio aliâue ſimili ratione decipitur. Et hinc
5 colligunt rationem diuerſitatis nunc dictæ, quòd prioris generis dolus directò impediat & inficiat conſenſum, quo ſolo potiſſimum ſtat

a *cū Accur. ad. §. actionū. Inſtit. de act. & ad l. & eleganter. de dolo malo. l. Iulianus. §. ſi venditor dolo fecerit. hoc tit.*
b *l. ſi quis cū aliter. de verbor. obligat. l. dolo. C. de inutil. ſtipul.*
c *l. 2. §. doli mali. de vi bonor. rapt.*
d *l. metū. §. volenti. & toto titu. de eo quod metus cauſa.*

& 3 con-

contractus bonæ fidei, non ſic verò dolus poſterioris generis, vbi conſen
ſus ad contractum ineundum purus eſt & liber: ſed in pretio alijſue ſimili-
bus, vnius dolo alter errat & decipitur. At qui inquies contractus quan-
tumnis ſtricti iuris iudicium pariant, requirunt tamen conſenſum [a], & hos 6
tamen non vitiat dolus, neq; oriri obligationem impedit, etiam ſi cauſam
contrahêdi dederit, Bald.[b] hoc diſſoluere nititur eo adducto diſcrimine,
quòd contractus bonæ fidei ſint iuris gentium, ideoq; in illis principaliter
ſpectari conſenſum, & an ille omnino liber & purus ſit abſq; dolo. Alij ve
rò quos ſtricti iuris dicimus, magis pendent à iure ciuili, à quo ſic fouentur
vt dolus eorum ſubſtantiam non perimat, nec obligationẽ naſci impediat,
ſed huius actionem elidat exceptione, addens quòd in illis non principali-
ter ſpectetur conſenſus, ſed verba. Sed an non mutui quoque contractus
iuriſgentium eſt, & ſtricti tamen iuris non bonæ fidei, vt bona & ſolida ra 7
tione docet Alciatus [c]: & præterea cõſtitutum ſi ſpecialis contractus ſit,
is certè ſtricti iuris eſt & prætorius, prætor autem ſemper & vbique nou
minus quàm iuſgentium præcipuam habet æquitatis rationem [d]. Non ſatis 8
ergo diſcrimen iſtud inter contractus bonæ fidei & ſtricti iuris, dolumque
dantem contractui cauſam & incidentem ſuſtineri poteſt, & ab alijs [e] latè
impugnatum eſt: cui articulo hic non diutius immorabimur, nam vtut ſit
de ipſo contractu & obligatione, ſiue in ſubſtantia perducent ſiue non, 9
clarum tamen eſt actionem de qua hic nobis ſermo eſt omnino ſubſiſtere,
etiam vbi manifeſtiſsimum eſt contractum ipſo iure nullum eſſe, nullam
venditionem aut emptionem eſſe contractam, vt quia vel in corpore non
eſt conſenſum [f], vel quia ſacra, religioſa, aut publica pro priuatis ſunt di-
ſtracta [g]. Latiſsimè enim hæ actiones patent, flexibiles in omnem ſpeciem
occurrentis æquitatis, quæ ſuadeat decepto ſuccurri: qua ex parte ſi cui tu
tius videbitur communiora ſequi, & diſcrimen quod diximus admittere,
inueniet quod reſpondeat illis [h], qui potenter ſe credunt communem opi
nionem expugnaſſe ex reſponſo Iuriſconſulti [i], quo is dat actionẽ ex em-
pto emptori decepto venditoris dolo quo ad contrahendum eſt inductus:
nunc enim apparet quàm fragile hoc argumentum ſit, cùm manifeſtiſsimũ
ſit, vbi ipſo iure nulla venditio aut emptio contrahitur, actionem dari ta-
men venditi & empti. Alia inſuper vis eſt doli mali circa hoc genus con- 10
tractuum & actionum, nam efficit vt citius detur actio & prius quàm alio-
qui ceſſante dolo dari potuiſſet, actio inquam ex empto poſterioris capi-
tis de euictione, quæ dolo ceſſante non daretur ante euictionem [k], ſed illo
accedente ſtatim dabitur, ſimulatq; apparuerit quod venditum eſt alienũ
eſſe [l], aut vitioſum [m]. Efficit etiam vt in plus detur quàm ceſſante dolo da 11
retur, nimirum ad vniuerſum illud quod intereſt quantumcunq; illud ſit,
ſine eo moderamine ne duplũ excedatur [n]. Ac deniq; facit vt detur actio 12
vbi nulla competijſſet, vtputa ſi emptor ſeruum emptum antequam tenta-
retur illius euictio manumiſiſſet, ita vt appareat animus emptoris, quòd e-
tiam ſi à domino emiſſet, noluiſſet tamen diutius eum ſeruũ habere, ceſſa
ret hic actio de euictione ſubſecuta aduerſus vẽditorem nõ doloſum: ſed
ſi is ſciuerit, dabitur in doloſum actio, vel eo nomine quòd emptor liber-
tum habere non poſsit [o]. Idem iuris eſt ſi ſeruus venditus qui alienus erat
deceſſerit antequam illius inſtitueretur euictio [p].

His ſic in genere cognitis veniamus ad reſponſum Pauli quod de dolo pro regula tradidit [q]. *Sicut*, inquit, *æquum bonæ fidei emptori alterius* (nempe venditoris) *dolum non nocere, ita non eſt æquum eidem perſonæ venditoris ſui dolum prodeſſe.* Prioris partis huius regulæ vſus latiſsimè patet, quæ & alio loco

a *l.j.§.cõuentionis. de pact. l.inter ſtipulantem. §.ſi Stichum. de verb. oblig.*
b *ad.c.j.in ſi.de mutuis petitio.*
c *ad rubr. ſi cert. peta. in ſi. annot. ad verbum, condictionem.*
d *l.quid ſi. de eo quod certo loco.*
e *à Io.Fab. ad d.§. actionum. & latius eodem loco à Lud.Gomeſio. Cyn⁹ ad l.2. de reſcin. vẽd.C.*
f *l.ſi ſterilis.§.quamuis.l. ex empto. §.ſi quis virginem.ho: tit. & vtroque loco Fulgoſ.*
g *l.qui officij.§.j.de contrah.empt.*
h *Lud.Gomeſio loco iam citato.*
i *in l.Iulianus. §.ſi venditor dolo fecerit. verſic. per contrarium.hoc tit.*
k *l.3.C.de euict.*
l *l.ſeruus quem.§.vlt.hoc tit.*
m *l.4.in princ. hoc tit.*
n *l.Iulianus.in prin.verſ. ſi verò ſcies.l.idē.verſi. in omnibus.hoc tit.*
o *l.ſi ſeruum cuius nomine duplum. cũ l.ſeq. in verbis, ſi ſciret. & ibi Fulgoſ. de euictio.*
p *l.ſi ſeruus venditus. in princ. de euict.*
q in.l.ſicut æquũ. hoc tit.

loco ſola, abſque poſterioris partis adiectione relata eſt[a]. vbi quidam[b] percurrunt & recenſent omnia quæ emptor, quamuis venditor in dolo ſit, nihilominus ex contractu conſequitur æquè atque ſi venditor in dolo non eſſet, quorum hæc ſunt præcipua.

13 Quod ex traditione rei, ſi ea venditoris fuerit, æquè fiat dominus[c], vſucapiendi conditionem æquè acquirat, ſi res fuerit aliena[d], dummodo tamen id venditor quoque ignorauerit[e]: Actionem quoque habet ex contractu, vt ei tradatur res[f], etiam ſi furtiua res fuerit[g]: & alia inſuper multa addunt, quæ nos paulò ante attigimus, quorum loco illud ſolũ addo, quòd quamuis venditor ſerui peculium dolo intricet in necem creditorũ (quæ res dat in eum actionem de peculio, ſic vt imputetur in peculium etiam illud quod per dolum abeſt[h]) emptor tamen ex dolo venditoris non tenebitur niſi in id quod ad eum peruenit[i]. Poſterioris verò partis non æquè latè patet vſus, nec tam multa ſunt illius exempla: nam quid eſt in quo probabili aliqua ratione contenderet emptor ſibi prodeſſe dolum ſui autoris: Accurſius hoc in medium attulit[k], quod non poſsit vti acceſsione temporis, quo poſſedit eius autor doloſus ad vſucapionem[l], quod verum quidem eſt, ſi ille vitioſè poſſederit: at certè non omnis dolus venditoris refertur ad vicium poſſeſsionis, ſed in alijs multis conſiſtere poteſt, vt ſi doloſè inducat emptorem ad emendum[m], vel faciat vt pluris emat ſuppoſito colono, qui ſimulet ſe pluris conducere[n], vel ſic inuoluit ſermonem, vt ſeruitutes aliave onera in fraudem emptoris diſsimulet[o]. Sanè in illo videtur nonnihil dolus venditoris emptori prodeſſe, quod vbi ceſſante dolo reſilire à contractu non potuiſſet, nunc dolo admiſſo ſit ei electio, ſtare ne velit contractui, an ab eo recedere, cùm agere ex contractu ipſe poſſit, & aduerſarium agentem exceptione ſi velit repellere[p]. Sed re penitius inſpecta, non aliud hoc eſſe videtur, quàm non nocere neque obeſſe, non verò prodeſſe ei dolum autoris.

14 Eſt & aliud huc pertinens reſponſum ſpeciale, quo deciditur, an dolus tutoris noceat pupillo[q]. Et diſtinguitur, an ipſe tutor vendiderit ratione officij, quo caſu non ſit dubium, quin teneatur etiam perpetuo, hoc eſt, etiam depoſito officio, & non tranſlata actione poſt finitam tutelam in pupillum, ſicut alioqui dolo ceſſante transferretur[r]. An verò vendiderit pupillus autore tutore doloſo: nam tunc ipſe quidem pupillus tenetur, quatenus eſt locupletior, quemadmodum etiam tenetur priore caſu quo vendidit ipſe tutor[ſ], in reſiduo tenetur tutor, vel actione doli quæ temporalis eſt, vel verius actione perpetua, ſed ceſſa emptori à pupillo contra tutorem[t], qui aliàs non teneretur, cùm ipſe non contraxerit, ſed autoritatem tantum ſuam interpoſuerit. Cùm autem iſte articulus multò latius patet, quàm vt totum illum hic explicemus, viſum eſt indicare tantùm loca, vnde latior cognitio peti poſsit[u].

DE CVLPA.

SVMMARIA.

1 *Bona fides non includit diligentiam.*
2 *Qui ius ignorat, in culpa eſt, ſed non in dolo.*
3 *Aliquando quis non dicitur bona fide egiſſe, niſi & diligenter egerit.*
4 *Culpa magis venditorem concernit, quàm emptorem.*

HAEC præſtanda eſt, non tantùm in re empta[x], verùm etiã in ijs quæ accedunt, & cum re empta præſtari ſolent: vtputa ſi dixerit venditor, acceſſurum quod à cõductore mercedis nomine exegiſſet[y], quamuis

a in l. dolũ. C. de peric. & comm.
b *Bald. & Salicet.*
c *l. et eleganter. in princip. de dolo malo.*
d *arg. l. clamb°. de cõtrah. emptione.*
e *Authent. malefidei. C. de præſcription. lõgi tẽporis.*
f *l. Iulianus. §. ſi quis collud. hoc tit.*
g *l. ſi in emptore. §. item ſi emptor. verſic. quod ſi venditor ſcis. de cõtrah. empt.*
h *l. ſummà cum ratione. de peculio.*
i *eadẽ l. ſumma. §. emptor.*
k *in gloſ. verbi vẽditoris.*
l *l. Põponius. §. cũ quis. & §. ſeq. de acq. vel amitt. vend. poſſeſsione.*
m *d. l. Iulianus. §. ſi venditor. verſic. per contrariũ. hoc tit.*
n *l. qui per colluſionẽ. hoc titulo.*
o *d. l. Iulianus. §. idem Iulian°. et l. quæro. hoc tit.*
p *d. §. ſi quis colludente.*
q d. l. Iulianus. §. ſed cũ in facto.
r *l. vlt. ſi quis cautionib. l. cum quidam. C. de adminiſtrat. tutor.*
ſ *bene Accurſius hic, ad verb. locupletior.*
t *Fulgo. hic.*
u *ex l. 1. §. ſi procurator. ſi quis ius dicenti non obtemperauerit. l. 3. §. ſi ſeruus. de tributaria. l. vlt. de adminiſt. tutorum. l. ſi dolo. ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti. l. neque interdictio. de reg. iuris. l. Polla. & ibi bene Caſtr. C. de his quibus vt indignis.*
x *l. quod ſæpe. §. ſi res vendita. de cõtrah. emp. l. venditor domus. l. ſi ea res. in princ. hoc tit.*
y *l. Iulianus. §. in his aũt. hoc tit. l. ſi cum fundum. in princ. de cõtrah. empt.*

ergo contractus bi ſint bonæ fidei, non tamen ſufficit ſolá bonam fidem
præſtare, hoe eſt, id ſolum vt dolus malus abſit, qui directò bonæ fidei
aduerſatur, ſed & diligentiam præſtari oportet, vt etiam abſit culpa [a], vn- 1
de inferri poteſt [b], quod cum dicimus in contractu aliquo venire bonam
fidem, ijs verbis non ſignificetur diligentia, & vt abſit culpa [c], ſed tantùm
vt dolus malus abſit, quo ſpectat & illud, quod qui ius ignorat, in culpa eſt,
caret tamen dolo, & in bona fide eſſe dicitur [d]. Eſt tamen vbi bona fides 2
etiam diligentiam requirat: diciturque non bona fide egiſſe non modo is 3
qui malitioſius, ſed & qui negligentius egerit, vt in ſocietate, tutela, man-
dato, quod alio loco [e] plenius tractauimus. Tenet autem culpa maximè 4
venditorem, cui ex obligatione contractus, incumbit vt faciat, & rem ven
ditam tradat: non æquè emptorem, in genere obligatum ad pecuniam dan
dam, niſi quatenus omnis mora ſoluẽdi admixtam habet culpam: Si tamen
& ex parte emptoris conuenerit aliquid fieri ad vtilitatem venditoris, hic
quoque culpam abeſſe debere, & diligentiá præſtari nihil erit dubitandũ.

a d. l. ſi cum fundum.
b Antho. Fulgo. ad d. l. ſi cum fundum.
c l. liberarum. §. notatur. verſic. ignorantia. de his qui notantur infamia.
d l. ſed etſi legem. §. ſcire. de petitione hereditatis.
e ad l. cum duobus. §. venit. pro ſocio.

DE MORA.

SVMMARIA.

1 *Definitio moræ.*
2 *Mora debitoris non inſpicitur, cùm ſimul creditor eſt in mora.*
3 *Quando vno tempore circa idem creditor & debitor ſunt in mora, vnius mora cum alterius mora compenſatur.*
4 *Quando ex internallo creditor & debitor ſunt in mora, vltima mora nocet.*
5 *Interpretatio verborum:* Quod poſsit venditor vti lege ſua. *in l. ſi & per emptorem. hoc tit.*
6 *Vltima mora debitoris nocet, ſi nihil ea in re dolo fecerit creditor.*
7 *Tempus moræ in æſtimatione quanti plurimi quomodo inſpiciatur.*
8 *Quomodo intelligendum, quod alibi dicitur, Inſpiciendum tempus quo vinum petitur, vel tẽpus accepti iudicij.*
9 *Dies interpellat pro homine.*
10 *Quando inſpiciatur tempus contractus.*
11 *Quomodo intelligenda verba:* Tempus quo vinum venit. *l. 3. §. ſi per venditorem. hoc tit.*
12 *Venditor quamuis liberatus ſit à tradendo, cùm per eum factum non eſt, quo minus tradat, mandare tamen debet actiones ſuas emptori.*
13 *Actiones eo caſu ſibi ceſſas, emptor ſuo periculo & ſumptu ſuſtinebit.*
14 *Actiones ceſſæ periculo & ſumptu cedentis exercentur, quãdo cõtractus in cuius implementum ceduntur gratia alterius tantùm initus eſt, vel ſi culpa cedenti imputari poſsit.*

Sic hæc excellentiſsimi Mudæi Commentaria ſummatim perſtrinxit Hieronym. Eleut. Baleñ. I. V. Licentiatus.

HAEC indifferenter & æquè frequenter vtriuslibet eſt, ſiue empto-
ris, ſiue venditoris: eſt enim improbata dilatio debiti ſoluendi, vel 5
crediti accipiendi, de qua in genere alijs locis abundè tractatum eſt [f]: Nos
hic inſtituimus explicare ea tantum, quæ ad reſponſa Iuriſconſultorum in
hac materia pertinent, ea autem duo ſunt, vnum Labeonis [g], alterum Pom
ponij [h]. Prius ergo illud Labeonis [i], quamuis hic poſteriore loco ſit ſcri-
ptum, ſumamus: pertinet enim ad moram committendam, hoe eſt, quãdo,
& per quem commiſſa dicatur. Alterum verò pertinet ad effectum moræ,
hoc eſt, quid ea commiſſa inferat diſpendij moroſo, ratione loci aut tem-
poris ſolutionis. Ait autem Labeo: *ſi & per emptorem & venditorẽ mora fuiſ-
ſet, quo minus vinum traderetur, perinde eſſe, quaſi per emptorem ſolum ſtetiſſet.*
quod rectè referri poteſt generaliús ad creditorem & debitorem, ex qua-
cunq; cauſa, vt ſcilicet hanc regulá conſtituamus: Morã debitoris nõ inſpi 2
ci, cũ etiá creditor eſt in mora. Sed inquies: Cũ hic vterq; vẽditor & em-
ptor alterius ſit creditor & debitor, quare potius dicẽdũ eſt, perinde eſſe,
atq; ſi per ſolũ emptorẽ ſtetiſſet, q̃; ſi per ſolũ vẽditorẽ. Et quare dictũ, nõ
poſſe videri morá per vẽditorẽ emptori factã eſſe ipſo moram faciẽte em-
ptore, potius q̃; e diuerſo: Nõ poſſe videri morá per emptorẽ venditori fa-
ctam, ipſo morá faciẽte vẽditore, præſertim cũ nec vẽditor tradere debeat
rem non oblato precio [k], neque emptor ſoluere pretium non oblata re [l].

f à Saliceto. ad l. quod te. ſi certum petatur. & ad l. ſi mora. ſolut. matrim. iſtas ll. repetijt Salicet.
g l. ſi et per emptorem. hoc tit.
h l. 3. §. ſi per venditorem vini.
i d. l. ſi & per emptorẽ. hoc tit.
k l. Iulianus. §. offerri.
l l. qui pendentẽ. hoc tit.

Certè

Certè hæc dubitatio tunc ſolùm procederet, cùm comparamus ad inuicem ea quæ in vtriuſque obligatione ſunt: ſed iſtud reſponſum intelligitur, quando circa vnum idemq́ue quod alter ſolus debet vtriuſque mora committitur: & hic euidenter conſtat, vtriuſque moram circa illud fieri, cuius emptor eſt creditor, & venditor eſt debitor: nimirum ſi fiat mora, quo minus vinum traderetur. At quomodo, inquies, id fiet, vt vterque ſit in mora circa vnum idemq́ue? reſpondet Accurſius hoc ita fieri, ſi quo die impleri contractus debuit, venditor dixerit, nolo tradere: & emptor, nolo accipere, quod intelligendum eſt ab ijs dictum eſſe citra reſolutionem contractus, à quo re integra facilè diſceditur [a], & ad dilationem tantum præſentis implementi. Alij [b] intelligunt, ſola vtriuſque ceſſatione vtrinque moram eſſe factam, ita vt quamuis venditor paratus fuiſſet tradere, nemo tamen erat ex parte emptoris qui reciperet: ſic enim inculpata eſt mora debitoris [c]. Nam quid imputes ei, qui ſoluere etſi velit, non po-
3 tuit [d]. Sed an ſic venditor tantum excuſetur à mora, an eo amplius etiam in mora conſtituatur emptor: multum enim refert, vtrum horum dixerimus: propterea quòd cùm emptor ipſe moram facere cœperit, iam nõ amplius culpam, ſed dolum malum tantum præſtet venditor [e]. Labeo videtur emptorem in mora conſtituere [f]: ſed ratio quam addit [g], tendit ad ſolam excuſationem moræ venditoris, quæ ſic fieri poteſt, vt vnius mora cũ mora alterius compenſetur, & neuter verè in mora remaneat, quod magis placet [h], niſi venditor non tantum exhibuiſſet ſe paratum tradere, ſed proteſtatus [i] quoq; eſſet, quòd tradere vellet, ſi inueniret qui reciperet, & hæc quando ſimul eodem tempore vterque in mora eſt, alter tradendi, alter recipiendi.

Quando autem ex interuallo nunc venditor, nunc emptor in mora eſt,
4 aut è diuerſo, eam tenemus regulam [k]: *Quod vltima mora noceat*, alijs etiam locis traditam [l], & adeò veram, vt ſi is qui prior in mora fuit, deinde offerat, & alter recuſet, non ſolùm moram purget ſuam, ſed & aduerſarium in mora conſtituat [m], ſiue creditoris ſit poſterior mora nolẽtis recipere [n], ſiue debitoris nolentis ſoluere [o]. nam certè prior mora hîc fuit venditoris & creditoris, qui ſtatutis calendis noluit pretium recipere: ac deinde emptor idemq́ue debitor pretij requiſitus vt ſolueret, noluit, hic in vera mo-
5 ra conſtituitur: nam addit Iuriſconſultus, *quòd poſſit venditor aduerſus eum vti lege ſua*, hoc eſt, vt interpretantur [p], vſuras dilatæ ſolutionis pretij petere, quod alij [q] referre malunt ad pactum legis commiſſoriæ appoſitum, ſi ad diem pretium non ſoluatur, ita vt licet venditor ſemel noluerit pretium accipere, & ſic non potuerit exercere legem commiſſoriam: ſi tamen poſtea interpellet emptorem ad ſolutionem, & is negligat ſoluere, non e-
6 uanuiſſe vim legis commiſſoriæ. Sed hæc quæ de vltima mora debitoris dicimus, ita vera ſunt, ſi nihil ea in re dolo fecerit creditor [r], vt quia cum ſciret emptorem habere pecuniam, noluit accipere, poſtea ex improuiſo interpellat, cùm ſcit eum pecuniam non habere, vt in articulo neceſſitatis quibus velit legibus illum conſtringat: nam ſic neque moram purgat ſuã, neque debitorem in morã conſtituit, ſed deberet expectare competens aliquod interuallum temporis, arbitrio iudicis & boni viri [ſ].

Nunc alterum reſponſum, quod Pomponij eſt, aggrediamur [t], quo docet vim & effectum moræ tam venditoris quàm emptoris, interſerens obiter [u], quando mora committatur, & quid ab ea excuſet: vera autem ſenſentia
7 tia huius reſponſi ea eſt: Quòd tempus moræ inſpici debeat, ſic vt veniat in æſti-

a *l. ab emptore. de pact.*
b *Paul. Caſtr. hic.*
c *l. pecuniæ. ſub finem. de vſuris.*
d *l. cum quidam. §. ſi pupillo. de vſuris.*
e *l. illud ſciendum. in prin. de peric. & com. rei vẽd.*
f *his verbis (quaſi per emptorem ſolum ſtetiſſet) in noſtra lege.*
g *in verſic. nõ enim poteſt.*
h *Paul. Caſtrenſ. hic.*
i *arg. l. 2. & vlt. de nautico fœnore.*
k hac eadem lege §. quòd ſi fundũ emiſti.
l *in d. l. illud. de peric. & com. rei vend. & in l. ſi ſeruum. §. ſequitur. de verbor. obligat.*
m *Barth. Angel. & alij ad d. §. ſequitur.*
n *d. §. ſequitur.*
o *Franc. Aret. ibi. ex hoc §.*
p *Accurſ. hic & Franc. Aretinus. ad §. ſequitur.*
q *Fulgo. hic.*
r *verſic. hoc ita. in fi. hui⁹ §. Ludo. Roma. ſingular. 283.*
ſ *Paul. Caſtr. hic.*
t l. 3. §. ſi per venditorẽ vini. hoc tit.
u *in verſic. mora autem videtur eſſe.*

in æſtimationem quanti plurimi fuit vinum à tempore moræ venditoris ac debitoris,& quanti minimi pretij fuit à tempore moræ emptoris & creditoris,etſi loco variet pretium,eadem adhibita diſtinctione,dicemus,aduerſus venditorem moroſum conſiderari,quo loco æſtimatio fuerit maior,an vbi agitur, & vinum petitur,an vbi ex lege venditionis debuit tradi: aduerſus emptorem verò quo loco minoris fuerit pretij. Et quod alijs legibus dicitur,inſpiciendum eſſe aliud tempus,vel quo vinum petitur[a], 8
vel tempus accepti iudicij[b],non eo pertinet, quaſi non debeamus inſpicere tempus moræ ante iudicij ingreſſum commiſſæ,ſi prius eam cõmiſſam eſſe conſtet per lapſum diei conuentioni aſſcriptæ,vel per interpellationem creditoris extra iudicium,ſed quod ad minus ſemper debitor conſtituatur in mora per iudicij ingreſſum,etiam ſi non conſtet de aliqua anteriore interpellatione, quæ etiam frequenter ſuas habet excuſationes, ita vt in rei veritate non omnis dilatio ſoluendi poſt interpellationem,referenda ſit ad morã[c]. Ideoq; paſſim in legibus noſtris dictum eſt de tempore accepti iudicij ad ſignificationem veræ moræ,propterea, quòd nullum ferè certius tempus deſignari ad eam rem poſſit: quod autem antecedẽtis temporis moram,ſi de ea conſtet,noluerint eſſe excluſam,vel ex eo apparere poteſt,quòd ipſe I.C.iudicij ſuſceptionem[d],non appoſita die certa, qua tradi res debeat in ipſo contractu,comparet diei traditionis,vbi de illa nominatim conuenit:hæc autem moram mox facit ante iudicij ingreſſum, & interpellat pro homine, quare nec huius interpellationis tempus 9
reijciendum putabimus,quin ſeruiat ad effectum moræ,quo ad æſtimationem creſcen̄ ab eo tempore, ſi de ea mora conſtare poſſit.

a l.vinum.ſi cert.petatur.
b l.vlt.de conditione triticaria.
c l.mora. de vſuris.
d in l.vlt.de condict. triticaria.

Porrò tempus contractæ obligationis pro termino increſcentis deinde æſtimationis,ex communi ſententia inſpici non debet,niſi vbi principali- 10
ter ipſa æſtimatio venit in iudicium iure obligationis ex cõtractu[e], veluti vbi hominem certum pro te dare fideiuſſi.& ſolui:hic enim ſtatim in aliud te mihi obligaui,ſic vt mandati actione tenearis in æſtimationem ſoluti hominis,& quidem illam quæ tunc fuit cùm ſoluerem: tanti enim mea intereſt: & ea æſtimatio principaliter ibi in iudicium venit, non acceſſoriè ad aliud,ſic vt ex mora variet,creſcat,aut decreſcat:cuius hoc erit iudicium, quòd nihil referat,quid poſtea de eo homine ſoluto contingat,& licet ſtatim deceſſerit,nihilominus debitor pro quo ſolutus eſt, & qui à creditore ſuo eſt liberatus, fideiuſſori maneat obligatus[f]. Sed,inquies, hic debetur vinum principaliter:æſtimationis creſcentis aut decreſcẽtis rationem acceſſoriè haberi,facit mora: attamen inſpicitur æſtimatio eius temporis quo venit. Variè reſponderi ſolet à nonnullis, quòd hic intelligatur, *tem-* 11
pus quo vinum venit,id eſt,in quod collata eſt traditio eius cùm vẽderetur, ſicut de loco hic dicitur,quo venit: non quidem quo venditio eſt contracta,ſed in quem deſtinata eſt ſolutio & traditio:malunt alij, quòd hic coincidat tempus moræ cum tẽpore contractæ obligationis,vinumq; ſic fuiſſe venditũ,quaſi mox eſſet tradendũ,vt ſi quis noſtrũ Machliniæ per occaſionẽ ibi exiſtẽs emat vina, quæ ſecũ huc aduehi faciat. Deniq; alijs[g] hoc magis probatur, vt diſtinguamus quid tandem ſoluetur an vinum aliudve ad quod contracta fuit obligatio,an verò non hoc, ſed ſola totius rei debitæ æſtimatio pecuniaria, priore caſu inſpici tempus moræ, & ex eo tempore creſcentem vel decreſcentem æſtimationem:Poſteriore caſu etiam tempus contractæ obligationis poſſe inſpici,ſi res tunc plurimi fuerit,quaſi ex ſubſequente ſolutione,quæ non fit vnquam rei,ſed pecuniæ loco,reus cen-

e l. hominem. mandati.
f ead. l.hominem.verſic.et ideo.
g Salicet.& Fulgo.hic. & idem Fulg.latius ad d.l. hominem.

ſeri poſsit extunc in mora fuiſſe, vel ſaltem animum habuiſſe non præſtan di rem. Quamuis autem venditor cuius neque dolo neque culpa ſit, vt non
12 tradat, & ſic ei mora nulla imputari poſsit, liberetur ab empti actione, & nihilominus ipſe ex vendito actionem habeat ad pretium[a], hoc tamen facere debet, quòd ſine ſuo incommodo poteſt, aut ſi non poſsit, hoc ipſum ad culpam aſſcribi ei poteſt, nimirum vt actiones ſuas mandet emptori,
13 quas hic peragat ſuo ipſius periculo & ſumptu[b]: vtriuſque enim gratia contractus initus eſt, & venditorem non dolo tantùm, ſed & culpa vacare ponimus. quorum ſi deſit alterum, vt quia alterius tantùm gratia
14 contractum ſit, cùm res eſt commodata, vt pignori daretur, ceditur interdum actio commodati, ſed ſumptum litis agnoſcit, qui commodatum accipit[c], vel ſi detegi poſsit culpa venditoris, vt quia creditor vendidit pignus fide de pretio habita ei qui tunc fortè ſoluendo non erat: ſic enim & periculum litis ſuſtinebit.

Finis Tit. de action. empti & vend.

a l. cum emptor. §. vlt. de reſcind. vend. l. tenetur. §. ſi tibi iter vendidero. hoc tit.

b l. quod ſæpè. §. ſi res vendita. in ſi. de contrahen. emptione.

c l. ſi vt certo. §. nunc videndum in quib. ſpecieb. verſic. idem Labeo. Commodati.

d l. eleganter. §. ſi vendiderit. de pigno. act. Paul. Caſt. ad d. l. ſi ea res.

13-8-5-38

DE PIGNOR. ET HYPOT. QVALITER EA CONTRAHANTVR: ET DE PACTIS EORVM. LIB. PANDECT. XX.

SVMMARIA.

1 *Hypothecaria formula æmula eſt actionibus pignoratitijs.*
2 *Hypothecaria actio quandoq; principalis eſt, quandoque acceſſoria.*
3 *Res obligata legata, quomodo quandoque ab herede, quandoque verò à legatario luatur, in. §. ſed & ſi rem ſuam. Inſtit. de legat.*
4 *Tit. de pignor. &c. tres habet partes, & quæ ad ſingulas partes pertineant.*
5 *Differentia inter pignus & hypothecam. Item inter pignoratitiam & hypothecariam actionem. nu. 15. 16.*
6 *Pignoris obligatio re contrahitur, hypotheca verò conuentione.*
7 *Auocare poſſeßionem rei obligatæ, proprius eſt ſcopus hypothecariæ actionis.*
8 *Notatus Accurſius.*
9 *Hypothecaria quando cumulari poßit cum perſonali actione.*
10 *Pignoratitia actio de pignore dato in perſonam eſt, & propterea non egreditur perſonas inter quas contracta eſt obligatio.*
11 *Pignus ſemper reſtituendum debitori offerenti ſoluere quod debebat, item heredi eius ac etiam alteri creditori.*
12 *Creditor pignus tradens fideiuſſori, cenſetur illi ius ſuũ vendere, ac ob id liberatur pignoratitia actiõe.*
13 *Hæres cui ex iudicio fa. er. pignus obuenit, ſi coheredi ſoluerit portionẽ debiti, cur nõ debeat cauere indemnẽ illum fore aduerſus illũ qui pignori dedit.*
14 *Fideiuſſor quatenus de culpa hic teneatur, & quatenus creditor, reiecta aliorum ſententia.*
15 *Hypothecaria ſtricti iuris eſt. 16. & Prætoria, & quæ Fulgoſ. hic ſententia.*
17 *Hypothecaria in quemcunque datur poſſeſſorem, quamdiu ius debitoris durat in pignore.*

1 HYPOTHECARIA formula æmula eſt pignoratitijs actionibus, in tractatu de rebus poſitis, & circa eaſdem res ambabus penè idem ſtudium eſt [a]. Et prima cuiuſque tituli ad hunc tractatum pertinentis reſponſa, deſumpta ſunt ex Papiniano [b] excelſi & acutiſsimi ingenij Iuriſconſulto [c], quæ breuiſsimo puncto latiſsimum ſemper campum complexa ſunt. Accurſio verò viſum eſt aliunde petere rationem ordinis titulorum, nempe quod hactenus dictũ ſit de principalibus obligatiõibus ex cõtractibus nominatis & innominatis, meritò nunc de acceſſorijs (veluti pignoribus & hypothecis) tractandum. Ne quem tamen id fallat, prætereundum non putaui, ho-
2 dierno † vſu hypothecariam actionem aliquando principalem cenſeri, vt in redditibus perpetuis, ſuper certo prædio aſsignatis [d]: propriè verò acceſſoriam eſſe, quando obligata eſt res pro debito, ſemel vel aliquot penſionibus ſoluendo, quod non renaſcitur quotannis. Et huc ſpectare vide-
3 tur, quod omnes diſtinguũt [e] † in re legata, quæ obligata eſt, luenda: an ſit obligata pro debito, quod nõ renaſcitur quotannis, & tunc luat hæres: an verò pro reditu annuo, & tunc ipſe legatarius feret onus: quemadmodum illud fert maritus ratione rei dotalis: quia hoc debitum fructuũ onus [f] eſt, & vſufructuarij ſuo tempore [g].
4 † Prima autem huius rubricæ pars generalis eſt, cõplectens omnia quæ in hoc tractatu ſequuntur, & hoc titulo iſta potiſsimum habet capita: Quæ res, Pro quibus obligationibus, & Ad quem effectum iure pignoris ſubijciantur, & Cuius ſit periculum interitus rei obligatæ.

Ad ſecundã verò partem huius tituli hoc ſpectat, Quòd hypotheca non ſola ſubſcriptione cõtractus à domino facta [h]: ſed conuentione [i] contrahatur: etiam inter abſentes, & per ſcripturã priuatam ſine die & conſule [k]: Idq; vel purè, vel ſub conditione, & vt vel conformis vel difformis ſit principali obligationi, in cuius ſecuritatem accedit: hoc eſt, vel pro pura obligatione, purè quoque obligata hypotheca, vel ſub conditione, pro debito conditionali, vel pro pura ſub conditione, & pro conditionali [l] purè.

Tertia verò pars huius tituli de pactis pignor. non minus latè patens: meruit in Codice ſpecialem rubricam [m]: in qua quod eſt additum de lege

a *In proœmio pandect. §. tertij inſuper anni.*
b *in eo. proœ. §. ne autem tertij anni auditores.*
c *l. cum acutiſsimi. C. de fideicom.*
d *Nicol. Boerius, deciſ. 295. 2. partis, verſi. nu. 17.*
e *In §. ſed & ſi rem ſuam. Inſtit. de legat.*
f *l. neque ſtipẽdium. de impenſis in reb. dot. fact.*
g *l. ſi pendentes. §. ſi quid de vſufruct. l. quæro. de vſufr. lega.*
h *l. fideiuſſor 2. §. pater Seij, hoc tit.*
i *l. contrahitur. hoc tit.*
k *l. cùm tabernam. §. idem quæſijt, hoc tit.*
l l. res hypothecæ. §. ſed & futuræ. l. grege. §. ſi ſub cõditiõe. eodẽ tit.
m *C. de pact. pignor.*

commiſſoria in pignoribus reſcindenda, illius & hic occurrunt exempla pactorum, quæ ad legem commiſſoriam videntur accedere [d].

Pignus ab hypotheca Marcellus [b] dixit ſolo vocis & nominis ſono differre. Vlp. [c] autem propriè eſſe pignus quod ad creditorem tranſit, hypothecæ verò non tradi poſſeſsionē creditori. Vnde conſequitur, quòd pignori eſſe dicatur plerunque res mobilis, hypotheca verò conſtituatur in immobilibus: quamuis ea differentia non ſit perpetua. nam & pignori præ dia leguntur appoſita [d]. Frequentiore autē vſu loquendi, Vlpiani differentiam tenemus & in cōtractibus: Nam dicimus † pignoris obligationem re 6
contrahi [e], hypothecam verò conuentione [f], & magis quidem in actionibus. Nam pignoratitiam actionem ab hypothecaria oēs diſtinguimus, pro nota diſcriminis ab hypothecaria actione. Iuriſconſulti ſignificare volentes eam, quā nunc vulgò pignoratitiam ſimpliciter vocamus, dixerūt actionē 3 de pignore dato, generali nomine pignoratitiæ actionis aliquādo [h] eā ſignificantes, quā nos hypothecariā dicimus. Ea enim præcipua differētia eſt inter has actiones, quòd pignoratitia cōſenſu debitoris nō contēta, requirit neceſſario datū & traditū eſſe pignus: hypothecaria verò ſolùm debitoris & creditoris cōuentionē deſiderat, nō quaſi ex ea cōuētione proximè oriatur: Nā eſt in rē [i], quibus actionibus agimus cū ijs qui nullo iure nobis obligati ſunt [k]. Sed ex conuētione, vt ꝑ debito res obligata eſſet, naſcitur quoddā ius reale perſequēdi eā: quo res ſic eſt affecta, vt ad quēcunq; eat, trāſeat ſemper cū ſuo onere, & à quolibet auocari poſſeſsio poſsit: qui † ꝓprius eſt ſcopus hypothecariæ actionis [l]. Ita vt nō malè dixeris, per hy- 7
pothecariam actionē cōuerti hypothecā in pignus, quaſi ſcilicet ab initio fuiſſet traditū. Et hanc proximā cauſam actionis hypothecariæ, nō quidē ex cōuentione ipſa, ſed ex iure quod naſcitur ex conuētione, apertiſsimè ſignificauit I.C. [m] cum diceret, quòd pignoris perſecutio parit actionē in rem: perſecutio inquam.i.ius perſequendi, quo res ipſa affecta eſt: ſimilatq; hypotheticæ ex cōſenſu debitoris & creditoris eſt ſuppoſita. † Et ma- 8
lè ibi Accur. perſecutionis vocabulum conuertit ad conuentionē, in id incidens quod ſtudioſè Iuriſconſultus vitauit. Sed nec ob id magis perſonalis erit hæc actio, quòd fortè rem obligatā poſsideat adhuc debitor qui illā obligauit, licet hoc faciat ad longiorē vitam actionis hypothecariæ [n]. & † 9
hoc caſu cumulari poſſet cū perſonali actione [o], quod alio poſsidente non eſſet permiſſum [p]. Euidentius autem hoc apparet in hæredibus debitoris, quorū vnus perſonali actione nō niſi ꝓ hæreditaria parte cōueniri poſſet, hypothecaria tamē actione in ſolidū, ſi ſolus rem hypothecatā poſsideat [q].
† Pignoratitia verò actio de pignore dato eſt in perſona, nata ex obligatio- 10
ne pignoris, quæ contrahitur re: quo fit vt ea actio non egrediatur perſonas, inter quas cōtracta eſt obligatio: & proinde debitor qui cū creditore debitū offerens ageret vera pignoratitia actione; non eadem tamen agere poterit cum fideiuſſore: ſi fortè illa pignora à creditore ſit nactus, ſiue quaſi ſatisfacturus, & non ſatisfecerit [r], ſiue etiam ſatisfecerit creditori, pignora ab eo ſuſcipiens [s]. Nam id ei prodeſſe non debet ad rationem pignoris perpetuo iure, nec quidem ſi emerit, † quin ſemper debeat pigno- 11
ra reſtituere, ipſi debitori offerēti ſoluere quod debebat [t], & hæredi eius [u], & alteri quoque creditori, ſub eodem pignore [x]. Et cùm pignoratitia actio aduerſus fideiuſſorem deficiat, dabitur aduerſus eum mandati actio [y], vel negociorum geſtorum, ſi fortè alterius contractus, quàm in quem ipſe fideiuſſerat, pignora redemerit [z]. † Ipſe autem creditor tradito pi- 12
gnore fideiuſſori, liberabitur à pignoratitia actione [a]: quia videtur ius

a l. ſi is qui bona. in princ. l. ſi fundus. §. j. hoc tit. l. Titius. de pign. actio.
b l. res hypothec. §. inter pignus.
c in l. ſi rem alienā mihi. § propriè pignus. de pig. act. et l. pleòs. §. pignus. de verb. ſigni.
d in l. ſi conuenerit. 2. § ſi fundus pignoratus. l. creditor cum pignus. de pig. act. l. cum te. C. de pig.
e §. creditor. Inſti. quib. modis re contrah. oblig. l. j. de pig. act.
f d. l. contrahitur.
g in l. fideiuſſor. j. hoc tit. l. creditor. de pig. act. in l. fideiuſſor. §. creditor. de nego. geſt.
h in l. rem alienā. de pig. act. et in l. ſi Titio. hoc tit.
i l. pignoris perſecutio. hoc tit.
k Inſti. de act. in princip.
l l. ſi venditor. in princ. de euictio.
m in d. l. pignoris perſecut.
n l. cū notiſsimi. C. de preſcript. long. temp.
o § ſed neq; in authent. de fideiuſſor.
p authent. ſed hodie. C. de actio. & oblig.
q l. 2. C. de hered. act. & l. 1. C. ſi vnus ex pluribus heredib.
r l. fideiuſſor. 2. hoc tit.
s l. fideiuſſor. j. hoc tit.
t l. ſi mādato Titij. §. Paulus mādat. l. Paulus reſpōdit. de fideiuſſor. l. j. C. de dolo malo.
u d. l. fideiuſſor. 2.
x l. fideiuſſor. j. de diſtract. pigno.
y d. l. fideiuſſor. j.
z l. fideiuſſor. de nego. geſt.
a l. fideiuſſor. §. creditor ob id factum. de nego. geſt.

ius ſuum vendidiſſe, & fideiuſſorem in locum ſuum ſurrogaſſe: quod ſoluenti fideiuſſori negare non potuit[a]. Imò hoc ipſo id feciſſe videtur, ſaltẽ quod ad retẽtionẽ pignora ei tradiderit[b]: & idcirco à pignoraticia actione liberatur, non ſecus, quàm ſi iure ſuo, cùm id poſſet facere, ipſa pignora

13 diſtraxiſſet. Et hoc in cauſa eſt, † cur deducto in iudicium familiæ erciſcundæ pignore, quod accepit, defunctus, hæres cui illud pignus obuenit, & cohæredi portionem debiti ei competentem ſoluit, non debeat cauere indemnem eum fore, aduerſus eum qui pignori dedit[c]. Nimirũ, quia cohæres, qui accepta ſua parte crediti cedit pignori, ipſo iure eſt tutus aduerſus debitorem. Porrò quamuis alicubi mandati actio ex omni genere culpæ detur, etiam leuiſsimæ[d]: ea tamen actio mandati, quæ hic tenet fide-

14 iuſſorem, non magis cõſtringet † eum, quàm creditorẽ (ſi adhuc ipſe poſſideret) conſtringeret vera actio pignoraticia: qui quidem vt non teneretur ex leuiſsima culpa[e], ſic quoque nec fideiuſſor cum quo agitur mãdati. nam culpam oportet æſtimari, exemplo creditoris[f]. Quamuis ſint & qui, quod ad culpã attinet, durius cum fideiuſſore pignora tenente putant agi[g]: quàm cũ ipſo creditore. quæ ſentẽtia inhumana eſt, quòd durius ageretur cum fideiuſſore, qui plenius eſt executus mandatum, non fideiubendo tantùm, verùm etiam ſoluendo pro debitore.

Sunt & aliæ harum actionum differentiæ: nam hypothecaria ſtricti iu-

15 ris eſt †, cùm ſit in rem, & non naſcatur ex cõtractu, in quo bona fides exuperare debet. Pignoraticia verò bonæ fidei[i]. Rurſus hypothecaria actio,

16 quæ quaſi Seruiana dicitur, † prætoria eſt[k]: Pignoraticia verò eſt ciuilis. quod Fulgo.[l] verum eſſe putauit, etiã de illa pignoraticia actione, quæ eſt in rem: Cùm enim iure ciuili, pignoris obligatio non niſi re contrahatur, & iure prætorio, etiã ex pacto[m], ſi creditor eius pignoris quod traditum accepit, poſſeſsionem aliquo caſu amiſiſſet, habiturũ eum indubiè pignoraticiã actionem aduerſus quemcunq; poſſeſſorem: quam ipſe ciuilem putat eſſe actionẽ, & ob id à Seruiana & hypothecaria prætoriis actionibus legitur diſtincta[n], cuius certè pignoraticiæ actionis in rem ciuilis, multis aliis locis, meliorem eſſe cauſam, notauit[o]. Sed in quibuſdã ab eo notatis, facile eſt deprehendere pignus non traditum fuiſſe, ſed ſolã conuentione obligatum. Neq; tamen negauerint, quin ſiue tãtùm de hypotheca pactum conuentũ interuenerit, ſiue etiã tradita fuerit poſſeſsio, quæ deinde ſit a-

17 miſſa, æquè hypotheticariam actionem conſiſtere † cõtra quemlibet poſſeſſorem, ſcilicet quàm diu durat ius debitoris in pignore[p].

a l.2.C. de fideiuſſor.
b l.1.inf. Quibus modis pignus vel hypoth.ſol.
c l.ſi pignori. in principio verſic. nec cauere debet famil. ercis.
d l. à procuratore. C.mãda.
e l.ſi cũ venderet. §.vl. de pignor.act.
f d.l.fideiuſſor.2.hoc tit. & ibi.Fulg.in 2.lectura.
g Alber.hic.
h l.indebitam, de condictione indebiti. l.1.C. de dolo malo.
i §.actionum, Inſti.de act.
k l.ſi tibi decem.§. de pig. de pact. §. Item Seruiana, Inſtit.de act.
l in l.rem alienam, nu.4. de pignor.act.
m d.l.ſi tibi decem.§. de pignore.
n l.3.§.eſt autem, ad exhibendum.
o in d.l.rem alienam. de pig.act.l.naturaliter, in fine, de condict. indebiti. l.ſi Titio.hoc tit. l. duobus. l.ex ſextante.§.Latinus, de exceptione rei iudicatæ.l.debitor, ad Trebel.l.cum res.C.ſi aliena res.
p l.grege.§. & in ſuperficiariis, hoc eodem tit.

LEX PRIMA.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca male conſtituta ab initio an confirmari poſsit, & quo modo.*
2 *Pignus traditiõe conſtitutũ cõtinet tãtum bona præſentia, non etiam futura, vt dominium in ſocietate omnium bonorum.*
3 *Duplex interpretatio verborũ in prima parte legis poſitorum.*
4 *Vel, pro etiam.*
5 *Generalis hypotheca omnium bonorum, quãdo complectatur futura.*
6 *In re aliena ſpecialis hypotheca non poteſt conſtitui, niſi ſub conditione, cùm ſua erit.*
7 *Generalis hypotheca omnium bonorum, quoad futura, eſt conditionalis.*
8 *In generali obligatione quædam tacitè inſunt, quæ ſi exprimantur, ipſam vitiant.*
9 *Res hæredis cũ legari poſsit, cur non & obligari.*
10 *Cur donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, item ſtipulatio non valeat æquè, vt hypotheca obligatio.*
11 *Res debita obligata, ſi poſtea acquiratur, prodeſt ad prælationem, inter creditores, & quæ Fulgoſij hic ſit ſententia.*
12 *Res aliena ſub conditione obligata, ac deinde acquiſita, ſi antequam cõditio extiterit, iterũ alienetur, an confirmetur hypotheca. 13.*
13 *Confirmatio pignoris, vel hypothecæ fit ex æquitate legis.*
14 *An pignoris obligatio coaleſcat, ſi pignoris dominus ſuccedat debitori, qui alienum obligauerat. Pauli & Modeſtini reſpõſa in ſpecie pugnãtia. 15.16.17.*
16 *Conciliatio communis reſponſorum Pauli & Modeſtini,*

deſtini a Fulgoſio impugnata.
17 *Vtilis actio varijs modis dicitur.*
18 *Fulgoſij conciliatio reſponſorum Pauli & Modeſt.*
19 *Debitū ſi ſoluatur, pro quo res conuentione tātum eſt obligata, liberatur pignus ipſo iure.*
20 *Doli actio quando cōpetit in ſubſidiū pigneraticiæ.*
21 *D. Mudæi cōiectura in reſponſo Pauli: & vera reſponſorum Mod. & Pauli interpretatio.*
22 *Hypothecaria conuenti etſi excipere poßint, rem in bonis debitoris nō fuiſſe, non tamen ipſe debitor conuictus, vel eius hæres hac exceptiōe vtetur.*
23 *Hypotheca minus idonea, ſi à defuncto cōſtituta ſit, poteſt officio iudicis cogi hæres ad præſtādā idoneā.*
24 *Creditor quomodo ſibi proſpicere poßit, ſi hypotheca in re aliena cōſtituta fuerit.*
25 *Bonæ fidei poſſeſſor qui rem obligauit, ſi hypothecaria conuentus velit excipere, rem ſuam nō fuiſſe cùm obligaret, reipſa dolum admittit, atque ob id replicatione doli repellitur.*
26 *Creditor non debet probare rem debitoris fuiſſe, quando cum debitore agit, ſecus ſi cum alio poſſeſſore pignoris.*
27 *Creditor ſi ſciuerit pignus alienum vel hypothecā, nō cōfirmatur hypotheca ex ſuperueniēti dominio.*
28 *Ex conuentione inutili etſi non naſcatur efficax obligatio, talis tamen naſcitur quæ proſit debitori ad liberationem.*
29 *Res aliena pignori data, ſoluto debito, qua actione repetatur à creditore poßidente.*
30 *Retentio cur hic detur in re aliena pignori obligata, non tamen cùm vitioſe pignus eſt conſtitutū. l. cùm vitioſe. j. eo.*

OFFERT ſe mox in exordio huius tituli multum difficilis huius materiæ articulus, de confirmatione hypothecæ malè ab initio conſtitutæ in re aliena. Et quamuis recto iuſtoq; doctrinæ ordine diſcutiendum fuerat illud, an res aliena poſsit pignori dari, vtpote de quo dubitari poſſet, detractis etiam cæteris, de illo tamen aliqua in alium locum ſeruabimus[a]. Et interim hic præſupponentes regulariter illud fieri non
poſſe, agamus tantū de eo, † an cōfirmari poſsit, etiamſi male ab initio cōſti 1
tuta ſit hypotheca. Et certè cōfirmabitur, debitori poſtea quæſito dominio rei obligatæ: diuerſimodè tamen, ita ſcilicet vt creditori decepto, & ignoranti alienū eſſe quod obligabatur, detur actio hypothecaria in pleno ſuo robore aduerſus quoſcunq; poſſeſſores: ſcienti verò, & qui cum debitore dedit operam vt deciperetur dominus rei, nulla actio detur, ſi non poſsideat: ſed ſi ipſe poſsideat, retentio detur: ne debitori reddere cogatur aliter, quàm debito prius ſoluto.

In pignore dando.). i. conſtituendo per conuentionem: de hypotheca enim loquitur, quæ contrahitur conuentione, non de pignore cuius obli-
gatio re contrahitur. † Nam quæ adhuc acquirenda ſunt bona, in iis non 2
poſſet dici pignus traditione eſſe conſtitutum: quando nec in eo contractu ex quo continuò tranſit dominium, vel communicatur, vt ex ſocietate omnium bonorum, [b] communicetur tantum, aut tranſeat dominiū rerum præſentium, non etiam poſtea acquiſitorum[c].

Bonorum vel poſtea.) † Duplici modo quidam tradunt[d] hæc verba intel- 3
ligi poſſe, Vno ſcilicet modo, quod conuentio generalis hypothecæ omnium bonorum poſsit dupliciter fieri, vel omnium bonorum ſimpliciter, vel etiā nominatim & expreſſè exprimendo[e] de futuris ſiue acquirendis: ſic vt particula *vel* conſeruet hic ſuam propriam vim cōnectendi diuerſa.
Alio verò modo quod † *vel* accipiatur pro *etiam*: eaq; ſola vera eſt inter- 4
pretatio ex mēte Papiniani, qui hic voluit differentiam facere inter gene-
ralem hypothecam & ſpecialem. An ſcilicet quod † generalis hypotheca 5
omnium bonorum, complectatur etiam futura, non ſolum ſi ſic ſimpliciter facta ſit, (quod expeditius procederet)[f] verùm etiam ſi debitor adiecerit, ſe obligationem facere *omnium ſuorum bonorum*[g]: quamuis alioquin ea
adiectio videretur reſtrictionem facere ad ſola præſentia[h]. † Specialis ve- 6
rò hypotheca non conſtituitur in re aliena: quod tamen ſi expreſſè hoc adijceretur, quod obligata eſſet tunc cum ſua erit facta, admittendum eſſet[i] indiſtinctè: & non ſolùm ad effectum exceptionis ſiue retentionis, verùm etiam ad effectum actionis hypothecariæ cōtra quoſcunq; poſſeſ-
ſores[k]. Quemadmodum etiam † generalis hypotheca omnium bonorum, 7
cenſetur, quoad futura, contracta eſſe cōditionaliter. Nam in hac obligatione

a *l. & quæ nendū. §. quod dicimus, hoc tit.*
b *l. j. In ſi. pro ſocio.*
c *Gloſſa d. l. j. pro ſocio. & Ang. hic.*
d *Bartolus hic.*
e *l. penul. §. vlt. hoc tit. & l. idemq;. §. ſi tibi q habiturus ſum, qui potior. in pignor.*
f *Fulgoſius hic contra Bar. ex l. ſi ſeruitus. De ſeruitute vrbanor. prædior.*
g *l. vlt. C. quæ res pignor. oblig. poßit.*
h *l. ſi ita, de auro & argento legatis.*
i l. ſi fundus. §. aliena res, hoc ti.
k *Albert. in d. §. aliena res*

tione, eorũ quæ quis acquiſiturus eſt, vel quæ habiturus eſt relatiuũ iun-
ctũ futuro tẽpori, facit tacitè conditionẽ [a]. Et licet in generali obligatiõe,
veniát oĩa poſtea acquiſita quocunq; titulo, etiá ex ſucceſsiõe hæreditaria:
8 † nõ poſſet tamẽ in ſpeciali obligatione hic titulus nominatim exprimi: ve
lut obligãdo rẽ patris, matris, vel alteri', cui ſperet ſuccedere, eo addito, vt
ſit obligata cũ ſucceſſerit, hoc enim genus conuentionũ improbatũ eſt [b].

Quæſitorum.) Vel ab ipſo debitore qui illa obligauit, vel ab hærede e-
ius, ſed ex hæreditaria cauſa, vtputa ſi debitor emerit quæ primum poſt
mortem eius à venditore hæredi ſunt tradita, hæc enim cum reliquis de-
functi bonis veniunt in iudicium familiæ herciſcundæ [c], & antequam ex-
acta & ſoluta ſunt, ipſum nomen creditoris qui illa debuit, venit in ob-
ligationem generalem omnium bonorum: quare & ipſa corpora quæ de-
bitori debebantur, iá ſoluta, hæredi eius veniẽt in obligationẽ [d]. Sed ſi non
ex ea cauſa. i. hæreditaria, & tãquam defuncto debitori debita, ab hærede
primũ eſſent acquiſita, ita quod ipſe cõtraxiſſet, nõ veniret in obligationẽ
generalem oĩm bonorũ à defuncto factá [e], etiamſi ex pecunia hæreditaria
eſſent acquiſita [f]. Imo quamuis indubitatũ ſit teſtatorẽ poſſe legare rẽ hæ-
9 redis ſui [g], † obligare tamẽ illá non poſsit, ſic vt cũ effectu hypotheca cen-
ſeretur cõſtituta [h]. Cùm nec dominiũ rei hæredis legatæ, recta via in lega
tariũ tranſeat, æquè vt propriæ rei, & ſic nec ius pignoris validè cõſtitui in
re hæredis, ſic vt ſit affecta, quamuis in hoc articulo ſint qui aliud ſẽſerint [i].
10 *Recepta eſt.)* Aliter ſanè quàm † donatio omniũ bonorum præſentiũ & fu
turorũ, aliave quælibet ſuper omnibus illis ſtipulatio aut promiſsio, quæ
adimeret liberam teſtandi facultatem, & ob id recepta non eſt. [k] Rei ve-
rò obligatæ pignori non impeditur alienatio, neque inter viuos, neq; in
vltima voluntate: ſed res tranſit cum onere.

Si non fuerit ei, qui pignus dabat, debita.) A cõtrario ergo, ſi debita fuerit,
pignori obligari (licet adhuc aliena eſſet) etiá in ſpecie & nominatim po
tuit. [l] Sic quidẽ, vt tátiſper dũ adhuc debita res eſt, intelligatur obligatũ
11 nomẽ, quo exacto & diſſoluto, res ipſa quæ fuit debita [m]. † Re tamẽ acqui-
ſita, proficit ad prælationẽ inter creditores, quod adhuc debita dño fuerit
obligata, vt is præferatur omnibus, quibus idẽ debitor eádem rẽ iam ſuam
factá, obligauerit [n]. Sanè ſi nõ ex ea ipſa cauſa ex qua fuit debita, acquiſita
ſit debitori, ſed ex alia. Verbi gratia: Debitor rẽ, quam emerat, obligauit,
quæ deinde ei nõ eſt ex cauſa vẽditionis tradita, ſed vẽditoris teſtamẽto
legata [o], iá quidá [p] putant perinde eſſe, atq; ſi ab initio fuiſſet obligata res
prorſus aliena, & ne debita quidẽ debitori: quaſi hic nõ inſpiciatur, quòd
iam ex illa ipſa cauſa, ex qua debebatur, nõ eſt acquiſita. Cui conſequens
eſſet, ſic cõfirmari quidẽ adhuc hypothecá, etiá ad cõmodum actoris, cre-
ditori ignoráti: ſed nullo ordinis beneficio inter creditores, ex eo quòd
prius eſſet obligata. Sunt alij [q], quibus videtur hic euaneſcere prorſus ob-
ligationẽ hypothecæ, tãquam nulla fuiſſet nata, cùm ea ipſa obligatio rei
debitæ, & quæ hoc prætextu, quòd deberetur, fuit obligata, in effectu fue
rit cõditionalis, ſi ſcilicet ex ea cauſa acquireretur: quæ cõditio videtur
defeciſſe, quod tamen durũ eſt, cõditionem (ſi qua inſit) ad illá ſolam cau-
ſam reſtringere, ex qua res debebatur, & peiore loco cõſtituere debito-
rẽ, quàm ſi rem penitus alienam, & ne debitá quidẽ debitori, pignori ac-
cepiſſet. Niſi dicas, non ignoraſſe eum alienam, in qua hypothecam ſibi
conſtitui permiſit, vt in re debita debitori, & ſic in effectu in ipſo nomine.
Debitori dominio quæſito.) & tam diu retento, vt adhuc tunc fuerit in
bonis eius, cùm incepiſſet obligatio hypothecæ vim ſuam habere, ad

 præſen-

a *l. Stichum qui meus e-rit, de legat. 3.*
b *l. vlt. in fine. C. de pact.*
c *l. veniunt in fi. famil. herciſ. l. penales, ad l. falci.*
d *Fulgoſ. in l. Paulus. j. eo. per l. ſi conuenerit. 2. de pignor. act. & l. grege. §. cum pignori, in fine. j. eo.*
e l. Paulus. in princip. inf. eod.
f *Salic. ibi. & alij, ex gloſ. l. aſsiduis. C. qui potior. in pigno.*
g *l. vnum, ex familia. §. ſi rem, de legatis. 2.*
h *Salic. ibi. ad l. Paulus.*
i *Iaſon in l. cum alienam rem. C. de legatis.*
k *l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, de verbor. oblig. l. ſi fratres. §. idem reſpõdet, pro ſocio. & Ang. hic*
l l. 3. §. cũ ex cauſa mandati. Qui potior. in pignor.
m *Bartol. hic & Fulg. per l. ſi domus. §. vlt. de legat. 1. & l. cum in fundo. §. ſi fundus, de iure dot.*
n *d. §. cum ex cauſa mandati.*
o *l. apud Iulianum. §. ſi Titius rem à me emiſſet. de legat. 1.*
p *Bartolus hic.*
q *Fulgo. hic.*

præſentem effectum,ad quam reſtrictionem nos cogit quoddam Africa-
ni ſatis obſcurum reſponſum,[a] in quo ad confirmationem pignoris de-
ciditur † non ſatis eſſe, quòd dominium rei obligatæ cùm non eſſet debi- 12
toris,aliquando ſit ei acquiſitum,ſi videlicet eo tempore, quo confirma-
tio hypothecæ incepiſſet habere vim ſuam ad commodũ creditoris,inue-
niatur res rurſum alienata, & ab alio bona fide, pignoris ignaro,acquiſita,
nõ in fraudẽ[b]. Verbi gratia: Titia prædiũ alienũ pretii aureorũ centũ pri-
mũ Titio dedit pignori, nõ ad modicũ æris,ſed ferè pro debito æquiualẽti
pretio,deinde obligauit & Meuio,nõ celás (vt præſumere debemus in du
bio,vt ne putetur in crimẽ ſtellionatus incidiſſe [c]) quod prius Titio obli-
gaſſet.Hic iá vis hypothecæ huius, quo ad Titiũ primũ creditorem,impe-
dita eſt vna ſola ratiõe,nẽpe quod res obligata ſit aliena:quoad Meuiũ ve-
rò ſecundũ creditorem,impedita eſt adhuc alia ratiõe,nẽpe quòd deberet
Titio primo creditori eſſe ſolutũ, antequam aliquẽ fructũ ex hypotheca
ſibi cõſtituta habere poſſet Meuius, quaſi quodá modo ſub ea cõditione
videatur Meuio eſſe obligata[d].Acquirit deinde Titia hoc prædium quod
obligauit,& ſic cõfirmatur mox hypotheca quoad Titiũ, non quoad Me-
uiũ:cui duo diximus obſtare: quorũ poſterius adhuc militat, q; diu Titio
ſolutum non eſt. Dat deinde Titia idẽ prædiũ marito cui nubit in dotem,
nihil certè hoc mutat cauſam hypothecæ Titii,ſemel cũ effectu cõfirma-
tæ: ſed manet adhuc inefficax hypotheca Meuij. ſoluitur deinde Titio
quod ei debebatur:Hic nunc primũ poſt illum creditorem dimiſſum,ſub-
latũ quidem eſt poſterius impedimentũ,& ſic nũc videretur etiam quoad
Meuiũ cõfirmari pignus.At nõ eſt ita:nã antequam poſterius impedimen-
tum tolleretur,rurſus cœpit reuiuiſcere prius, iterumq́; inuenitur prædiũ
eſſe alienũ,nempe mariti,eiq́; in dotẽ datum: quod licet naturali ratione
permanſerit in bonis vxoris[e],non potuiſſet tamen iam in dotem datũ ob-
ligari cuiquam in præiudiciũ mariti,qui cũ bona fide in dotem acceperit,
non obligatum cũ effectu: quandoquidẽ tunc cùm acciperet, adhuc ob-
ſtabat ius prioris creditoris:quo non dimiſſo,poſterioris creditoris quo-
dammodo nullum ius eſt[f]. non dictat æquitas confirmari aduerſus eũ ob-
ligationem hypothecæ,quã eo ipſo tẽpore non potuiſſet vxor de nouo fa
cere,& ſic nec lex voluit tacitè confirmari. Cùm ergo hæc † confirmatio 13
fiat ex æquitate legis[g],& æquiſsimum ſit primũ creditorẽ præferri ſequen
tibus[h], vſq; adeò vt ſequentibus creditoribus nõ niſi id videatur obliga-
tum,in quo excedit pretium hypothecæ quátitatem debitam primo cre-
ditori: vel ſub conditione tota res, ſi priori fuerit ſolutum[i], meritò hoc
impedimentum præcedentis creditoris tanti eſt,vt obligatio pignoris ob
illud nequeat cõfirmari, aduerſus eum qui bona fide accepit,ſcilicet igno
rans obligatũ eſſe. Sed quid ſi non ſit debitor factus dominus rei quam
obligauit,ſed è diuerſo dominus rei obligatæ factus ſit poſtea debitor,vt-
pote quia poſtea ſucceſsit debitori, † An æquè pignoris obligatio coale- 14
ſcat?Et certè ad exceptionem rei vẽditæ & traditæ,cõſtat nihil referre an
vẽditor fiat dominus rei, quã alienã vẽdidit,an cõtra dominus ſucceſſerit
in vẽditoris obligationẽ[k].Sed hoc diſsimile eſt,nã emptori illud tantũ ꝓ-
ficit ad exceptionẽ,qua repellit vendicantes,quos de euictione teneret a-
ctio[l],ſed hic quærimus de actione danda, quæ difficilius ſolet dari quàm
exceptio,& præterea vẽditio rei alienæ ab initio mox tenet,obligatio ve-
rò rei alienæ eſt inualida[m].Igitur aliũde reſpõſio petenda eſt ad id quod
ꝓpoſitũ eſt.Et hic offerũt ſe duo reſpõſa ex diametro(vt videtur)pugná- 15
tia.[n] Paulus enim negauit in caſu cõuerſo hypothecam cõfirmari, Mode-

ſtinus

a l. Qui balneum ſ. Titia. Qui potior. in pignor.
b Barto. Salic. Angel. Fulg. & alii. in d. ſ. Titia.
c l. ſiquis in pigno. ſ. ſed et ſi quis rẽ alienã, de pignor. actione.
d l. & quæ nondum. ſ. qui res ſuas, hoc tit.
e l. in rebus. C. de Iu. dot.
f l. 1. in verbis nullo iure. ff. de diſtract. pigno. & Fulgo. in d. ſ. Titia.
g l. rem alienã. de pig. act. & l. ſi Titio, hoc tit.
h tot. tit. Qui potio. in pig.
i d. l. & quæ nondũ. ſ. qui res ſuas, hoc tit.
k l. 1. in princip. de excep. rei vendit. & tradit.
l l. vendicãtẽ de euictio.
m Salic. in d. l. rem alienã in 6. oppoſitione.
n In d. l. rem alienam, verſic. non eſt idẽ dicẽdũ, de pig. act.

ſtinus verò cõceſsiſſe videtur [a] æquè vtroque caſu hypothecá confirmari.
16 Quæ antinomia vt tollatur ex varijs diuinationibus, †cõmunius hoc placuiſſe video, quod Paulus de hypothecaria ſit locutus, Modeſtinus verò de cõtraria pignoraticia actiõe quæ perſonalis eſt. Quá interpretationẽ multis rationibus impugnat Fulgoſ. [b] quibus partim reſpõſum eſt ab alijs, [c] ſed leuioribus tãtũ, videlicet quod hoc titulo agatur de hypothecaria actione magis, quàm de pignoraticia: & leges intelligi debere vt congruãt titulo [d]. Conſtat enim hic quoque incidere mentionem actionis de pignore dato quæ debitori competat [e]. Rurſus quoq; hoc leue eſt, quod decepto creditori actio pignoraticia cõtraria detur, nõ vtilis tantùm, velut ex æquitate, verùm etiam directa ex verbis legis: Nam conſtat in iure varijs modis ac-
17 cipi † vtilem actionem, eaq; interdum dicitur vtilis quæ eſt efficax & non inutilis. Sed alijs difficilioribus non eſt reſponſum, nec video quid facilè reſponderi poſsit, videlicet quod pignoraticia actio cõtraria, poterat mox ab initio obligationis competere, non expectato quod Dominus rei obligatæ ſuccederet debitori. Et hoc tamẽ Modeſtinus putat ad actionẽ facere. Quinetiam cum iam ſucceſſerit dominus rei debitori, non contenietur contraria pignoraticia actione perſonali, tanquam poſſeſſor pignoris, (quod etiam Modeſtinus innuere videtur) ſed tanquam debitor & primi debitoris hæres. Adde quod & illa verba, ***Pignus directo quidem non conualeſcit***, apertiſsime demonſtrant de hypothecaria locutum eſſe Modeſtinum: quaſi dicat, quod ſi cum iam per ſucceſsionẽ eſt factum, vt idem debitor ſit & dominus rei obligatæ, cenſeri poſſet ob id pignus conualuiſſe, nulla eſſet dubitatio, quin pignoraticia (ſcilicet de pignore conuento) id eſt, hypothecaria dari poſſet: vtpote ſubſiſtente nunc ſufficiente materia ex qua detur. At cum pignus non conualuerit, videri deeſſe materiam actionis pignoraticiæ, id eſt hypothecariæ: ſed nihilominus vtilem actionem dari aduerſus hæredem debitoris, eundemque dominum rei obligatæ. Certè ſi hic intelligeremus perſonalem actionem pignoraticiam contrariam, iam ex eo quod pignus directò conualuiſſet, non tantùm non iuuaretur ea actio, verumetiam directò impediretur efficaci obligatione hypothecæ. iam enim intus haberet creditor, quod per contrariam pignoraticiam actionem contenderet conſequi, nempe pignus idoneum; imo illud ipſum de quo inter eum & debitorem cõuenit vt eſſet pignori: quare non intereſſet eius, & ex conſequenti, contraria pignoraticia actione non poſſet agere. Vtroq; ergo reſponſo Pauli & Modeſtini intellecto, de hy-
18 potecaria actione quærendá eſt alia via, conciliandi hæc reſponſa: † quod ſic tentauit Fulgo. vtroque loco, vt diceret Modeſtini reſponſum intelligendum eſſe ſecundum diſtinctionem in effectu factam à Paulo: Videlicet quòd vel is qui alienum obligauit, argui poſsit mendacij, ſi nunc reſiſteret actioni hypothecariæ, vtputa quia dici ei verè poſſet, quod ignoranti creditori ipſe ſciens obligaſſet alienum, quæ ſpecies eſt non mendacij tantũ & doli, verùm etiam criminis ſtellionatus [f]: & hoc caſu vtilem pignoraticiam dari, vt in Pauli reſponſo [g], vel fortè mendacij, doli, & fraudis nõ poſſet argui, qui alienum obligauit, etiam ſi ſe hypothecariæ actioni poſtea dominus factus opponeret, vtputa vel quia neſciuit rem eſſe alienã, eamq; bona fide oppignorauit, vel obligauit ſcienti creditori: ita vt non poſsit illi fraus facta dici [h], & iam ceſſare actionem hypothecariam [i], etiam (vt dicitur) aduerſus debitorem, cum pignoris obligatio non ſit re contracta: & nuda conuentio non videatur ſatis efficax, vt agat ad implementum eius quod debitor promiſiſſe videtur in tẽpo quod ea res eſſet pignori. Imo nec

[a] in l. ſi Titio, hoc tit.
[b] in d. l. rem alienam, nu. 12. & latius in d. l. ſi Titio, paulo poſt principiũ.
[c] a. Salic. in d. l. ſi Titio.
[d] l. Stichus in fi. princ. & ibi gloſſa, de cõdict. inde. l. imper. de in diẽ addict.
[e] l. fideiuſſor. j. hoc tit.
[f] d. l. ſi quis in pignore. §. ſed et ſi quis rem alienã, de pignor. actione.
[g] in tertia parte verſi. ſi conueniſſet, de pignor. et d. l. ſi Titio.
[h] l. cum dotis [illegible] C. de tranſact.
[i] d. l. rem alienam, in ſecũda parte, verſi. nõ idẽ.

emittitur ea conuentio à paciſcentibus ad agendum, ad illius implemen-
tum,nec fit ea intentione,vt ex illo pacto agat creditor aduerſus debitorẽ,
tanquam debitorẽ, ſed potius tanq; quemlibet poſſeſſorem: agat inquam
ex iure reali hypothecæ,ad cuius iuris introductionem ſpectat conuentio.
Quamuis ergo pignore tradito,quod erat alienũ, ſubſit materia ſufficiens
obligationis pignoris, quæ pariat creditori ignoranti & decepto in pigno
re,actionẽ contrariá pignoraticiam: neinpe ex cõtractu bonæ fidei,quæ re
initur. Quádo tamẽ ſola cõuentione obligatur res vt ſit hypotheca, nõ ori
tur ex illo pacto aliqua actio perſonalis,quæ detur creditori ad pacti imple
mentũ,quod in hoc fiebat vt ſecũ traheret ſuá executionẽ, nẽpe quòd p il-
lud cõſtitueretur ius in re hypothecata,ex quo iure creditor,nõ in perſo-
nam,ſed in rẽ ageret. Sicut è diuerſo,quando† ſoluitur debitũ pro quo res 19
conuentione eſt obligata, liberatur ipſo iure pignus, neq; opus eſt aliqua
actione, qua cogatur creditor quod nõ accepit reſtituere: Licet ſecus ſit,
ſi p hypothecariá actionẽ,creditor ad ſe poſſeſsionẽ rei obligatæ aduocaſ-
ſet,ſic enim pĩgnoraticia act.cõueniri poſſet[a]. Cuius ſatis euidẽs argumen
tũ apparet ex eo,quod ab Vlp.[b]reſpõſum eſt,†doli actionẽ hac in re cõpete 20
re,qđ miratur Accurſ.[c] Et cũ ea ſubſidiaria ſit cũ alijs nõ cõcurrẽs,vix inue
nit ſpeciẽ aliquam facti,in qua ea actio locũ habeat. Sed Fulgoſ.[d] dixit hoc
ptinere ad pignus ſola conuẽtione obligatũ,& nõ reipſa traditũ creditori:
quaſi eo caſu pignoraticia cõtraria actio nõ naſcatur,deficiẽte materia etiá
directæ pignoraticiæ actionis ex obligatione q̃ re cõtrahitur. Dixitq́;[e] mẽda
cij debitorẽ argui, nõ ilicò ſi obligauerit rẽ alienã quá videtur cõfiteri ſuá,
(ná hoc ſemper videtur tacitè aſſerere,eo ipſo quod illá obligat,quá alienã
obligare nõ poſſet) ſed ita demum ſi id fecerit ſciẽs prudenſq́; dolo malo.

a gloſ. huius l. in. §. cum prædium pignori. ad verbum, domini, in prin. & ibi Fulgoſ. textus in l. reſcriptum eſt. §. ſi aliena. verſi. & cũ per iniuriã. ∫. de diſtra. pig. l. vtiq;. verſi. ſed & ſi quaſi pignora. de damno infect.
b in d. l. ſi quis in pigno. ; §. ſed & ſi quis rem alienam. de pignor. act.
c ibi in glo. ad verba, & de dolo.
d ibi in principio.
e in d. l. rem alienam.

Sed cũ varij varia dixerint,nec tantũ diuerſimodè intellexerint,ſed & le
gerint reſpõſum illud Pauli[f], videamus nũ ſic melius legi poſſet,† *Sed qui cõ* 21
ueniſſet de pignore,ne ex ſuo mẽdacio arguatur, improbè reſiſtit quò minus vtilis
actio moueatur. Eritq́; totius reſpõſi iſta ſentẽtia, vt in principio hoc decida
tur,quòd ſi debitori ſuperuenerit dominium rei quam obligauit, vtilem eſ-
ſe hypothecariam actionem aduerſus quoſcunq; poſſeſſores. At ſi domi-
nus rei obligatæ ſucceſſerit debitori, & hoc modo ceperit eſſe debitor, qui
tamen non conuenit de pignore, neq; cõſenſit in pignus rei ſuæ, hoc non
ſatis eſſe vt vtilis pignoraticia.i.hypothecaria detur creditori, ſcilicet, ad-
uerſus quoſcunque poſſeſſores: quod tamen ex natura eſt eius actionis,
quæ eſt in rem, & in hoc ſecundo verſiculo non idem eſſe dicendum.
Sed ſi eſſet qui conueniſſet ipſe de pignore,conuenietur etiam iudicio
huius hypothecariæ actionis, nam indiſtinctè actionẽ dari,& iudiciũ funda
ri,nõ inſpecto etiá illo, an poſteà verè cœperit eſſe dominus rei,quá alienã
obligauit,an nõ: dummodo ſaltẽ ſit factus poſſeſſor eius, vt poſſet hoc iudi
cium cõtra eum intẽtari. Et hoc in tertio eoq; vlt. verſi. reſponſi Pauli. Et
meritò. ſi enim ipſe conuẽtus reſiſteret & ſeſe opponeret ne vtilis actio ei
moueretur,improbè id faceret,& tam improbè, vt argueretur ob id ex ſuo
mendacio,collata negatione,quá nunc faceret actioni reſiſtens,cum ea cõ
feſsione,quam feciſſe viſus eſt,cum eam rem vt ſuá creditori obligaret. Il-
ludq́; ipſum,quod ibi dixit Paulus de debitore hypothecaria actiõe conuẽ
to,quòd illá indiſtinctè admittere debeat, extẽdit Modeſtinus[g] ad hæredẽ
quoq; eius, quòd & ipſe vtilẽ hypothecariá actionẽ non poterit effugere,ſi
fortè ipſe ſit dominus rei,quá defunctus cui ſucceſsit alienã obligauit, quã-
uis nõ ſic cõualeſcat pignus, vt in propriá ſuá naturá veniat, & detur aduer-
ſus quoſcunq; hypothecaria actio, quo tamẽ modo cõualeſceret ſi debitor

f vt ibi Fulgo. & in d. l. ſi Titio.
g in d. l. ſi Titio.

factus eſſet dominus rei quam obligauerat. Neq; id inauditum aut mirum videri debet, quòd hypothecaria actione conueniatur hæres debitoris, idemque dominus rei obligatæ, & conueniri tamen nõ poſſet alius quiuis poſſeſſor: nam idipſum vſu venire videmus in alijs quoq; nonnullis actionibus, quæ maximè ſunt in rem, & ex ſui natura competunt aduerſus quoſcunq; poſſeſſores: quas tamen ex aliqua cauſa ſic contigit reſtingui, vt ex ea non niſi aduerſus vnum aliquem competat, veluti vtilis rei vendicatio vel publiciana, vbi vellet actor ſe iuuare iureiurando, quod ex dilatione aduerſarij præſtitit [a]. Imo conſtare poterit eadẽ hæc ſententia reſponſi Pauli, etiam ſi nec minimum verbum ex illo mutaueris, videlicet ita, *Sed ſi conueniſſet*) ſcilicet ille ipſe qui nunc iudicio conuenitur, *de pignore*. i. ſi ipſe rem alienam obligaſſet, vtiq; etiam ſi dominus nõ ſit factus, *Improbè reſiſtit quò minus vtilis actio moueatur*, & ob id quidẽ improbè, quòd ſic faciat vt arguatur ex ſuo mẽdacio. Et ſeruabit hic vim ſuã particula aduerſatiua (*ſed*). Quod enim in hac tertia parte reſponſi Pauli dicitur, aduerſatur præcedẽtibus in eo, quod in præcedẽtibus neceſſe ſit inquirere, an debitori quæſitum ſit poſtea dominiũ rei obligatæ, & ſic cauſa pignoris ſit cõfirmata. Sed quãdo is ipſe qui hypothecã cõſtituit, eam poſsidet, & hoc iudicio cõuenitur, non debet creditor de illo eſſe ſollicitus, an dominus eſſet cũ rẽ obligaret,
22 vel an poſtea dominus factus ſit †: quamuis enim alij hypothecaria actione cõuenti, allegare non verecundè poſſent, non fuiſſe rẽ in bonis eius qui eã creditori obligauit: hoc tamen ipſemet debitor de ſe non niſi improbè allegaret, & ſe ipſe argueret mendacij. & hæres quoq; eius etiam improbè, vt qui debeat æſtimationem defuncti ſeruare integram: aut ſaltem abſque
23 effectu, quandoquidem, quòd †minus quàm oportuit, à defuncto debitore factum inuenitur creditori, hoc hæres eius ſupplere deberet, aliamq; idoneam hypothecam conſtituere. Nam ſi incumbat officio iudicis, vt nonnunquam ex iuſta cauſa iubeat præſtare cautionẽ [b], hæc meritò iuſtiſsima cenſeri debet, quòd noluerit creditor abſq; pignore debitori credere, illudque inueniatur inutiliter obligatum. Cùm ergo eo res venerit, vt illud ipſum poſſet nunc ab hærede eius (qui cum defuncto eadem perſona cenſetur) validè obligari, potius putemus hoc ipſum validè obligatum creditori: ſaltem quoad hæredem, ſi ipſe conueniatur hypothecaria actione: quàm quòd vrgeretur ad nouam hypothecam conſtituendam, quæ creditori valeat & proſit aduerſus quoſcunq; poſſeſſores. Nam cum agi poſsit hypothecaria actione, indiciũ eſt diem obligationis principalis veniſſe [c]: & ſic de alia conſtituenda hypotheca, quam à quibuſlibet poſſeſſoribus auocet creditor, fruſtra eſſet ſollicitus [d]. Si tamen antequam veniſſet dies petendæ pecuniæ, vel eueniſſet conditio, inuentum eſſet rem alienã eſſe
24 obligatam, † putauerim creditori eſſe conſultum aduerſus debitorem, nõ modò actione de dolo, ſi id debitor feciſſet ſciens prudenſq; [e]: verumetiã ſi id ignorans feciſſet, imploratione officij iudicis ex iuſta cauſa, quod ſci licet abſq; hypotheca credere debitori noluerit, in qua nunc inuenitur errore deceptus [f]. Imo etiam fortè ſubueniri ei poſſet actione ex eo contractu, in cuius firmitatem hypotheca accedere debuit, ſi videlicet is contractus fuerit bonæ fidei [g]: quod expeditius procederet, ſi in eo contractu de pignore dando conueniſſet, ſic vt illius conuentionis informantis actionẽ ex eo contractu, expectaretur aliqua executio: quàm vbi conuentio ſic eſt in præſens concepta, quaſi mox per eam hypothecæ ius eſſet natum.

Difficilius.) Hoc temperamento nonnulli [h] Papinianum hic vſum eſſe putãt, quòd ſaltem aduerſus eum ipſum qui obligauit, ſi rẽ obligatã teneat, hypo-

a *l. cum qui. §. ſi petenti, de publici. in rem acti. l. nã poſtea. §. ſi petitor. & ibi Caſtr. de iureiur.*

b *l. in omnibus, de iud.*

c *l. grege. §. ſi ſub cõditiõe, hoc tit. l. ſoluitur. §. ſi pã ciſcatur. quib. modis pig. vel hypo. ſolu.*

d *arg. eorũ quæ habet Bar. in l. quamuis, de pignor. act. & Zaſ. in l. ſi ſeruũ obtulit. §. ſi ex conuentione. de re iudic.*

e *l. ſi quis in pignore. §. ſed & ſi quis rem alienam, de pignor. act.*

f *l. in omnibus. de iud. & l. quæſitum. hoc tit.*

g *d. l. in omnibus. & ibi notauimus ad verbum, bonæ fidei iudicijs.*

h *Accur. hic Ang. Salic. & hic quoq; in d. l. ſi Titio. in fine.*

hypothecaria dari poſsit: quod & alijs [a] communius placuiſſe video, eoq́;
pertinent quæ plenius alio loco de ſimili quæſtione diximus [b]. Sed & pe-
culiari quodam reſponſo [c] in hac ipſa materia id ſatis probatū putant non-
nulli, videlicet † ſi bonæ fidei poſſeſſor rem obligauit, & hypothecaria cō- 25
uentus velit excipere, quòd res ſua nō fuerat cum obligaret, elidetur exce
ptio replicatione doli mali: quem quidem dolum non dicitur ibi cōmiſiſſe
debitor, cū eam rem obligaret, nam id nō ſolum fecit bona fide, exiſtimās
ſe à domino emiſſe, imò & bono iure fecit [d], ſed excipiendo cōmittit dolū,
ſicut interdum, qui non eſt in ſtipulando, cōmittit tamen dolum agēdo, vi-
delicet, ſi ex ſtipulatione ſine cauſa facta agat [e]. Pro dolo ergo lex habet,
quòd is qui rem obligauit, cum non eſſet ſua, ſi conueniatur hypothecaria
cum ſua eſſe cœperit, velit adhuc exceptione vti: & quod ſemel placuit,
cum præſtare non poſſet, id nunc cum poſsit, ei non placeat & præſtare no
lit. Multò minus ergo videretur debitor audiendus, ſi verus quoque dolus
eius interueniſſet in obligatione rei alienæ, quem cum in iudicio allegare
non poſſet, ſufficiet creditori probatio ſui iuris, ex ſola conuentione debi
toris, ſi aduerſus eum agat: Nec moueat quod hypothecaria actione in rem
agi cum debitore debeat, non vt debitore, ſed tanquam alio quolibet poſ-
ſeſſore [f]. Nam ita quoq; cum debitore vt poſſeſſore agetur, allegato iure
hypothecæ bene conſtituto in re quam ipſe poſsidet †: ſed ad illius proba- 26
tionem ſufficiet creditori, quod dicere poſsit debitori, quòd ipſe hoc ius
hypothecæ ſic conſtituit, licet ea probatio aduerſus alios nō ſufficeret [g].
Sicut è diuerſo quoq;, debitor ſoluto debito, in rem agere poteſt aduerſus
creditorem, ſi probet originem rei [h]. i. contractū tantum pignoris, & quòd
eam rem creditor à debitore pignori accepit, tanquam debitoris eſſet [i].
Per quæ vtrinque defendi poſſet opinio, & reſponderi aliquot argumen-
tis, quibus in contrarium motus eſt Fulgoſius [k]. Pro quo tamen nec hoc
quiſquam ſtare putet, quod hic Papinianus negans actionem dari, conceſ-
ſit retentionē: hæc autem non niſi aduerſus debitorem conceditur. ergo
contra eundem videtur actionem denegaſſe: alioqui nō conſiſteret diffe-
rentia. Nam ea vtiq; conſiſtet ſic expoſita, quòd creditori ſcienti, non hy-
pothecaria actio (vt ſolet dari, & ex natura cōpetit, nempe aduerſus quoſ-
cunq; poſſeſſores) ſed retentio pro debito dabitur: vt ea ſolet dari, nempe
donec ſoluatur debitum pro quo res eſt obligata. Soluatur inquam, ab eo,
cuius eſt illud ſoluere: non à vero domino rei alienæ obligatæ, ſi is à poſ-
ſidente creditore ſuum vendicet. Sed potentius pro Fulgoſij ſententia
vrgent quæ mox ſequentur.

Qui non ignorauit.) Meritò hic ſcientem creditorem diſtinguimus ab
ignorante, huic enim ſi non ſatis proſpectum eſſet de hypotheca, daretur
actio de dolo aduerſus debitorem ſcientem [l]: & aduerſus ignorantem cō-
peteret vel actio in factū, vel ſaltem imploratio officij iudicis, ad aliam cau
tionem pignoraticiam: ſicut creditori tradito pignore, quod alienum eſt,
competit contraria pignoraticia [m]. Præſtat ergo, imo intereſt, debitoris
ne iudicio teneatur in id quod intereſt, vel aliam hypothecam aſſignare, vt
confirmetur potius quæ ab eo eſt conſtituta. Sed ſicut creditor, ſciens nō
eſſe rem debitoris quam ab eo accepit pignori, non habet contrariam pi-
gnoraticiam actionem [n]. Et cum ſcientia impediat obligationē contrahi [o],
multò magis impediet ius in re conſtitui, & ſic non habebit aut doli ex-
ceptionem creditor hypotheca rei alienæ facta: aut implorationem officij
iudicis, quod non accōmodatur cuiquam niſi ex æquitate, quæ nullo modo
p doloſo ſtat. Vnde cū nō poſſet cogi iudicio debitor, à creditore doloſo,
ad aliam

a *Bal. in l. mater. C. de rei vend. Alex. in l. ſi alienam, ſol. matri.*
b *in l. proprietatis, ad verbum, quibuſcunq; alijs legitimis probationibus, C. de probat.*
c l. ſi inter. §. ſi debitor, hoc tit.
d *l. ſi ab eo, hoc tit.*
e *l. 2. §. circa, de dol. mal. & metus excep.*
f *l. de eo, in ſi. ad exhiben.*
g *d. l. nam poſtea. §. vlt. de iureiur. in verbis, ſi velit prærogatiua iuriſiurādi vti.*
h *l. nec creditores. C. de pignor. act.*
i *l. 1. C. de nō nume. pecu.*
k *hic & in d. §. ſi debitor.*
l *l. tutor. §. contrariam, de pignor. act.: l. ſi quis in pignore. §. ſed etſi quis rē alienam, eodē tit.*
m *d. §. contrariam.*
n *d. §. cōtrariam, verſi. ſed ſi ſciens.*
o *eodē verſ. ſed ſi ſciens, & l. in emptione. §. item ſi emptor, de contrahenda empt.*

27 ad aliam hypothecam conſtituendam, placuit quoq; hypothecam ex ſu-
perueniente dominio non cõfirmari: ne ad hoc quidem, vt actio vtilis ad-
uerſus ipſum debitorem detur, quæ non aliter datur, neq; aliter fit pigno-
ris confirmatio, quàm ex æquitate, & quemadmodum debitor repellit cre-
ditorem ſcientem, ſi pignoratitia agat, eodem modo repellet agentem hy
pothecaria. Nec hic de turpitudine propria non detegenda obijci debet,
cùm etiam ignorans alienũ ſcienti creditori obligaſſe poſſet. Hæc autem
ratio diuerſitatis inter ſcientem & ignorantem creditorẽ, vſqueadeo pla-
cuit, vt ea ipſa quoq; accommodaretur [a] ad manumiſsionẽ à non domino
factã, quæ ex ſuperueniente dominio ſerui nõ confirmatur [b], ob id ſcilicet,
quòd nulla ex ea manumiſsione fuit orta obligatio inter ſeruũ & manumiſ
ſorem nõ dominum, qua vel nunc cogatur, cùm poſsit ſeruũ manumittere.

a Fulg. hic, & Salic. in d. l. rem alienã. in 4. oppoſit.
b l. ſeruo alieno, qui & à quibus manu. liberi non fiunt.

Actio dabitur.) Atqui ſi data ſit & inſtituta, audieritq; agentem iudex,
& per iniuriam creditor abſtulit rẽ à vero domino, quaſi ſibi obligatam, à
Triphonio reſpõſum [c] eſt, ſoluto debito reſtitui oportere debitori, qui ſic
à creditore, ſed non à domino rei malè obligatæ, cùm aliena eſſet, accepiſ
28 ſet, liberari: & † licet ex conuentione inutili non naſcatur efficax obliga-
tio hypothecæ, oritur tamen qualiſqualis obligatio, quæ quandoq; proſit
29 debitori ad liberationem [d]. † Qua autem actione debitor eam rem à cre-
ditore auferat, non facilè dixeris, & variant opiniones. Si rei vendicatio-
nem ei permittamus, neceſſe erit dicere, quòd quãquam dominus verè nõ
ſit, rectè tamen à creditore vendicet, qui non poteſt quæſtionem dominij
referre [e], præſertim nunc cùm ex iure debitoris, vel potius ſuo iure hypo-
thecæ ſibi à debitore tanquam domino conſtituto, aduerſariũ ſuo iudicio
ſuperauerit, quæ ſententia prodeſt debitori [f]. Sed & contrariam pigno-
ratitiam actionem debitori dari, non malè dixeris, quamuis ſolo pacto con
uento hypothecam obligauerit, & non tradiderit, ſed aliunde quàm à de-
bitore ad creditorem peruenit.

c in l. reſcriptum eſt. §. ſi aliena res. verſic. & cũ p iniuriã iudicis, inf. de diſtr. pig.
d Ang. ibi. nu. 2. in fin.
e d. l. ne crediteres. C. de pignor. actio. & l. 1. C. de non num. pecu.
f Ang. ibi. in 17. notabili.

Retentio.) Imò, inquies, nec hæc danda erit, cùm inutiliter cõuentio pi-
30 gnoris in re aliena interuenerit [g]. † Sed certè quod hic obſtabat obligatio-
ni hypothecæ, quò minus eſſet efficax, id purgatũ eſt, cùm iam debitor cœ
perit eſſe dominus rei obligatæ [h]. Quod verò obiectum eſt reſponſum re-
tentioni locum nõ tribuens, intelligitur de hypotheca tam vitioſè vel in-
utiliter conſtituta, vt nec poſtea purgetur vitium, nec cõfirmetur pignus:
veluti ſi debitor velit hypothecæ ſupponere rem ſacram vel religioſam,
quod vitioſè faceret, vel ſi ad id cogatur, aut inducatur per dolum aut me-
tum, & ſic inutiliter, reſpectu creditoris [i], quo quidem modo etiam inu-
tilis eſt ſtipulatio [k].

g l. cũ vitioſè. inf. eod.
h Bar. Ang. Alberi. Sali. hic & in d. l. cũ vitioſe.
i Fulgo. in d. l. cũ vitioſè.
k l. dolo. C. de inut. ſtipul.

DE PIGNORVM FRVCTV, PARTV, CAVSA qualibet, acceſsione & mutatione. §. cùm prædium pignori daretur.

SVMMARIA.

1 *Emptor bonæ fidei non poteſt hypothecaria conueniri de conſumptis fructibus, ſed tantùm prædij nomine.*
2 *Vſucapio prodeſt ad acquiſitionem dominij prædij pignorati, non tantùm ad excluſionem actionis hypothecariæ.*
3 *Vſucapio ius pignoris aut hypotheca non extinguit.*
4 *Cur fructuum acquiſitio bonæ fidei emptori proſit, vt ipſi liberentur iure hypotheca, non tamen vſucapio prædij.*
5 *Prædium hodie non vſucapi triennio.*
6 *Fructus tacitè obligari locatori pro penſione cõductionis, atq; etiã creditori qui prædium obligatum habet, non tamen peculium ſeruorum.*
7 *Partus ancillæ, tacitæ acceſsionis iure obligatur.*
8 *Fructuum extantium quatenus fit reſtitutio facienda: item quatenus conſumptorum in pignore. Ratio Fulgoſij.*
9 *Bonæ fidei emptor, an fructus reſtituat vtili Seruiana.*
10 *Actio pro conſumptis fructibus competens, tantum vtilis eſt.*

11 *Seruiana propriè competit pro inuectis & illatis, pro penſione ædium conductarum: hypothecaria & quaſi Seruiana pro quolibet alio debito.*

12 *Error eſt, exiſtimare vſucapionem nō currere aduerſus proprietarium, quàm diu vſusfructus ſeparatus eſt à proprietate.*

13 *Hypothecaria actioni præſcribitur decennio aduerſus creditorem præſentem, quæ præſcriptio longè alia eſt ab vſucapione prædij.*

14 *Ratio cur alia tempora conſtituta ſiat vſucapioni prædij, alia præſcriptioni hypothecariæ actionis.*

15 *Quæſtio pignoris vel hypotheca nihil commune habet cum proprietate prædij, aut dominio rei.*

16 *Obligationi fructuum ineſt tacita conditio, ſi naſcantur.*

17 *Noua ratio Mudæi, cur fructuum vſucapio liberet ab hypothecaria, non tamen prædij vſucapio.*

18 *Bonæ fidei poſſeſſor percipiendo fructus, fit eorum dominus, non tamen firmo conſtantiq; dominio.*

19 *Fructuum obligationi ineſt conditio, non tantum ea ſi naſcantur, ſed ſi naſcantur debitori, qui obligauit eos: & quis huius effectus.*

20 *Fructus à bonæ fidei emptore ſati, an veniant in obligationem pignoris à debitore conſtituti.*

21 *Fructus in obligationem veniunt, vel tacitè, vel expreſſè. Item expreſſè veniunt, vel per ſe & ſeorſim, vel acceſſoriè.*

22 *Fructus futuri vt vendi poſſunt, ita & obligari, etiam qui tertio aut quarto anno naſcentur, & quæ vis talis hypotheca, pulchra inueſtigatio.*

23 *Acceſſiones aliæ, veluti ſi quid per alluuionē adiectum fuerit prædio obligato, an id quoque obligationis hypothecæ commodo cedat.*

24 *Conſolidatio vſusfructus cum proprietate, prodeſt creditori.*

25 *Res alia ſi in alterius locum ſurrogetur, an ſurrogata etiam obligata cenſeatur.*

26 *Grege obligato, an obligata cenſeantur capita ab herede debitoris ſubſtituta vel adiecta.*

27 *Obligatione tabernæ, quæ merces cenſeantur obligatæ.*

28 *Creditor an pignus quandoque vendere poſſit, antequam per actionem hypothecariam eius nactus ſit poſſeſſionem.*

29 *Hypothecaria aliquando venditatia dicitur.*

30 *Res pignori obligata ſi mutetur, an extinguatur pignus.* 31.

32 *Ratio, cur mutatio rei noceat legatario et vſufructuario, non tamen creditori.*

33 *Differentia in mutatione rei legatæ, quæ fit viuo adhuc teſtatore, & quæ poſt mortem, à Mudæo obſeruata.*

34 *Domus obligari poteſt ſine ſuperficie.*

35 *Sumptus ædificij, quod in pignorato prædio conſtructum eſt, quomodo reſtituantur à creditore agenti hypothecaria: Mudæi ratio.* 39.

36 *Africani reſponſum explicatum à Fulgoſio, in l. cùm poſtulaſſem, verſic. cùm ergo. de dam. infect.*

37 *Miſſus in poſſeſſionē quatenus recuperet ſumptus, & quatenus bonæ fidei emptor.*

38 *Appellatione ſumptuum non venit pretium fundi.*

40 *Bona fides reſpectu domini & reſpectu creditoris collata.*

41 *Hypotheca legalis à conuentionali differt, in reſtitutione ſumptuum facienda.*

42 *Res communis obligata, ſi iudicio communi diuidundo diuidatur, an ius creditoris duret in ſingulis partibus rei diuiſæ.*

PRAEDIVM à debitore eodemque domino cùm eſſet obligatum
creditori nominatim cum fructibus, poſtea alij bona fide ementi,
ab alio venditum eſt & traditum, emptor bona fide ex eo prædio fru-
ctus percepit, & conſumpſit, non potuit hypothecaria actione conue-
niri de conſumptis fructibus, cùm nec poſsideat illos [a], neque dolo deſie-
rit poſsidere: imò illos ſuos fecerit pro cultura & cura [b]. † Prædij ve- 1
rò nomine hypothecaria actione conueniri vtique poſſet, non ſolùm
quàm diu per vſucapionem non eſt factus dominus prædij illius, verùm
etiamſi vſucapionem impleuiſſet, † quæ valere ei potuit ad acquiſitio- 2
nem dominij prædij, ſed nihil aduerſus hypothecariam actionem cre-
ditoris [c]. Et quemadmodum, ſi debitor ipſe prædium diſtraxiſſet, em-
ptor mox eſſet factus dominus, nihil hoc ei profuiſſet aduerſus ius cre-
ditoris, (tranſiſſet enim prædium ad emptorem cum ſua cauſa, id eſt, iu-
re hypothecæ [d]:) Ita quoque nihil iuuerit, quòd à non domino emerit,
ac deinde vſuceperit, ſed manebit vſucaptum prædium adhuc obliga-
tum: † vſucapio enim ius pignoris aut hypothecæ non extinguit [e]. At 3
cur † prodeſt fructuum acquiſitio emptori, vt liberentur fructus à iure 4
hypothecæ, & acquiſitio prædij per vſucapionem non prodeſt ad libera-
tionem prædij, præſertim cum vtraque acquiſitio contingat ſine facto de-
bitoris, qui prædium cum fructibus obligauerat. Fructus enim naturali ra-
tione acquiruntur emptori pro cultura & cura, & prædium iure ciuili quo
introducta eſt vſucapio. An quòd cauſa pignoris prædij aliquando con-
iuncta fuit dominio eiuſdem, cùm debitor idemq; dominus, prædiū ſuum
quod poſsidebat, obligaret: tunc enim ipſe poſsidens hypothecaria actio-
ne potuit conueniri: ſed cùm poſtea ad alium tranſijt prædij poſſeſsio, &
longa

a *l. ſi fundus. §. in vendicatione, infra eo.*
b *§. ſi quis à non domino. Inſtitut. de rer. diuiſi.*
c *l. iuſto. §. non mutat, de vſucap. l. vſucapio. C. de pignor.*
d *l. ſi conuenerit. §. ſi fundus, de pignor. act. l. alienatio. de contrah. empt.*
e *d. §. non mutat. & l. vſucapio.*

longa poſſeſsione dominium; ſeparatio facta eſt cauſarum & actionum: ſic vt aduerſus vnum eundemque, nempe emptorem, cœperint competere duæ actiones, creditori quidem hypothecaria, debitori verò vt domino, rei vendicatio. Cùm autem vſucaptum ab emptore prædium eſt, meritò excluditur à rei vendicatione debitor amiſſo dominio, nondum tamen excluſus eſt ab hypothecaria actione creditor, cui ſufficit hypothecam ab initio eſſe efficaciter conſtitutã, cum debitor adhuc eſſet dominus prædij. In fructibus verò non rectè idem dixeris, cum de illis nunquam hypothecaria actione conueniri potuerit debitor, cuius nunquam fuerunt fructus: ſed ſimul atque nati ſunt & eſſe cœperunt, emptori nati ſunt, & ipſius facti: ita vt nec in prædio, nec in fructibus cauſam habeat à debitore, non quidem in prædio (licet hoc aliquando debitoris fuerit) quia ab alio illud bona fide emerit, non etiam in fructibus in quibus cauſam habet, vel à venditore prædij [a], vel à ſeipſo ex iure gentium & naturali ratione, pro cultura & cura, vt dictum eſt.

5 *Prædium.*) † Non vſucapitur hoc hodie triennio, & proinde non rectè ſenſiſſe videntur [b] qui hunc locum reſtringunt ad vſucapionem triennalem, vt mox latius dicetur.

Pignori daretur.) id eſt, obligaretur: non autem quod creditori traderetur, ſic enim non tam facilis fuiſſet alij occaſio emptionis, ita vt bona fide fructus percipere & ſuos facere poſſet.

6 *Nominatim conuenit.*) Sed & ſi non conueniſſet, tacitè tamen fructus † obligati eſſent, non quidem ſoli domino locatori pro penſione conductionis [c], ſed & alij cuilibet creditori, cui pro quocunq; debito prædium è quo naſcuntur, fuerit obligatum [d]. Licet diuerſa ſit ratio peculij ſeruorum [e], quod tenet quidem vicem acceſsionis [f], ſed non venit tacitè in obligationem hypothecæ cum ſeruo obligato, ſicut nec in alia quauis conuentione ſuper ſeruo facta acceſſorio comprehenditur [g]: Imo nec in legatis [h], quamuis vltimæ voluntates plenius interpretandæ ſint. Rectius

7 verò † partum ancillæ, quo ad hoc, fructibus prædij comparaueris, vt & is tacitè videatur acceſsionis vice obligatus [i].

Eos conſumptos.) Quid ergo ſi extent adhuc, an reſtituere tenebitur? Accurſius hic in effectu diſtinguit, an aliquando fuerint debitoris nec ne, vt priore caſu reſtituere cogatur, poſteriore non æquè: eoque ſpectare putat quod legimus [k], ſi colonus locauerit fructus poſterioris conductoris, eſſe in cauſa pignoris. Sed certè non verè dixeris eos fructus fuiſſe vnquam in bonis debitoris, id eſt, prioris conductoris, qui perſonali actione ex conductione tenetur. Sed negari non poteſt, quin poſterior conductor percipiat iure prioris conductoris, qui ei locauit [l]; eoque potius referendum eſt, quòd cauſam habeat poſterior conductor à priore in fructibus, qui ob id dicuntur manere [m] in cauſa pignoris, ſcilicet, quemadmodum fuiſſent apud priorem conductorem. Sed in hoc reſponſo Papiniani, bonæ fidei emptor non habet in fructibus & ne in

8 prædio quidem cauſam à debitore. † Melius ſanè videtur ſenſiſſe Fulgoſius [n], qui ob id putat de conſumptis tantùm fructibus locutum eſſe Iuriſconſultum, quòd etſi bona fide emptor perceptos fructus mox ſuos faciat, non tamen ab hypothecaria actione omnino mox tutus eſt, quo ad omnes fructus ſimul cum prædio obligatos, ſtatim atque percepit: ſed de conſumptis tantum nullo modo tenetur, extantes enim reſtituere deberet, & ſi fortè non iure actionis hypothecariæ, quia nunquam debitoris fuerunt, ſed emptori nati ſunt: ſaltem officio iudicis

B deſer-

a arg. l. ſi quod ex Pamphila naſcetur. de lega. 2.
b Raph. Cuma. in d. §. non mutat. in princ.
c l. in prædijs. inf. tit. ſ.
d l. quamuis. C. in quib. cau. ſit pig. vel hypothe. tacitè contrah.
e l. j. §. j. huius tit.
f l. j. & 2. de pecul. leg.
g l. quoties. cum ſeq. de contrah. empt. l. 3. de euict.
h l. ſi legatus. de pecul. leg.
i l. ſi deuiſſor impetrauit. §. Lucius Titius. in fine. l. Paulus. §. ſi mancipia. j. eod.
k in l. ſi in lege. §. ſi colonus. locat. & conduct.
l Fulgo. hic.
m in d. §. ſi colonus.
n hic nu. 6. & 7. & in l. ſi fundus. §. interdũ. j. eo.

deſeruiente actioni hypothecariæ de ipſo prædio motæ[a]. ſicut dominus prædij extantes fructus à bonæ fidei emptore perceptos non vendicat, nam non ſunt eius, ſed bonæ fidei poſſeſſoris qui percepit: ſpectabit tamen ad iudicis officium, vt illos extantes, iubeat vnà cum prædio reſtitui[b], ac de ſolis conſumptis nullo modo tenetur[c].

Bona fide.) Rectè additum eſt, ne ſi mala fide conſtituatur percepiſſe & conſumpſiſſe, videatur dolo feciſſe quo minus poſsideat: ac proinde abſolui non debeat[d].

Emptor.) † A quo hic emerit, non eſt additum: & Accurſius vacillat, 9
vno loco tradens[e] quòd à debitore emerit: alio verò loco[f] addidit, idem dici poſſe etiam ſi ab alio emiſſet, & certè hoc ſolum puta Papinianum voluiſſe, qui more aliorum Iuriſconſultorum tenuit indubiè diſcrimen bonæ fidei emptoris, à domino[g]: eſſetque emptor dominus, ſi à debitore domino emiſſet. nec ſatis congrueret, quod ſequitur de vſucapione prædij, qua non indiget qui à domino emit.

Vtili Seruiana.) De conſumptis fructibus ſi qua adhuc competeret actio, ea ſanè † non alia eſſet quàm vtilis, cum iam non poſsideantur, ſed pro 10
poſſeſſore haberi poſſet, qui mala fide conſumpſiſſet. Sicut in rei vendicatione dicimus, quæ directa datur contra poſſeſſorem, vtilis verò & per extenſionem contra eum qui dolo poſsidere deſijt, niſi fortè hypothecaria actio, quæ prætoria eſt, non vt rei vendicatio ciuilis, credi poſſet ſic conſtituta, vt æquè competat ſine extenſione aduerſus eum qui dolo poſsidere deſijt, ſicut contra poſsidentem. † Quare rectius dixe- 11
ris[h], Seruianam actionem propriè competere tantum de inuectis & illatis pro penſione ædium conductarum: ſed hypothecariam pro quolibet alio debito, eamque appellari quaſi Seruianam[i]: & aliquando vtilem Seruianam, vt hic & aliquando Seruianam ſimpliciter[k].

Pignoris etenim cauſam.) Neque enim vſusfructus cauſam perimit vſucapio prædij[l]. Errat ergo † ſi quis putat, quamdiu vſusfructus à proprieta- 12
te abeſt, aduerſus proprietarium non currere vſucapionem: nam de fundi proprietate inter duos poteſt eſſe quæſtio, vſufructuario nihilominus in poſſeſsione manente[m]. Sed operas ſerui, alij quàm domino debitas, extinguit vſucapio ſerui[n]: ſiue eæ nullum ius in ſeruo conſtituant[o], cum & liberi hominis legari poſsint operæ[p]: & ſic ius operarum, tanquam debilius iure vſusfructus radicato in re facilius quoque tollatur, ſiue quòd operæ ante vſucapionem completam amiſſæ ſunt, (quia eæ ſunt bonæ fidei poſſeſſoris, ſerui, & quicquid ex illis acquiritur[q].) Ita multò magis poſt completam vſucapionē ſerui[r], licet alia ratio diuerſitatis Accurſio placuerit[s].

Nec vſucapione perimi placuit.) Siue ſpectes ius antiquum, quo prædiorum vſucapio biennio aut triennio perficiebatur, ſiue ius nouum, quo inter præſentes decennio. Nam licet etiam aduerſus creditorem præſentem, poſſeſſor rei obligatæ præſcribat hypothecariæ actioni decennio[t], † differt tamen re ipſa talis præſcriptio ab vſucapione ipſius præ- 13
dij: Quod fiet manifeſtius, ſi conſtituas dominum rem ſuam ab alio aliquo bona fide emptam, & iam quinquennio aut diutius poſſeſſam, obligaſſe creditori antequam compleretur vſucapio: illa autem complebitur reliquo quinquennio aut quadriennio: ſed non poſſet tam exiguo tempore contra creditorem videri præſcriptum[u]. † Cur autem alia tem- 14
pora vſucapioni prædij, alia præſcriptioni hypothecariæ actionis ſint conſtituta, non alia quærenda videtur ratio, quàm quod ea tempora vtrique negotio legiſlatores rati ſunt congruere[x]. Hac tamen ratione plerique

a d. §. interdum. in ſi.
b l. certum. C. de rei vēdic.
c d. §. ſi quis à non domino. in ſi.
d l. ſi fundus. §. in vendicatione. in princ. inf. eo. cōiuncta l. bonæ fidei. §. in cōtrariū. de acq. do.
e in glo. huius verbi.
f in glo. verbi, nunquam debitoris. in princ.
g l. bonæ fidei emptor. de verb. ſignif.
h cum Fulgo. hic.
i in. §. item Seruiana. Inſtit. de actionib.
k in l. ſi ab eo. ij. eo.
l d. §. non mutat.
m l. cuiuſcūq; §. j. de vſufr.
n l. 2. in ſi. de vſufr. legat.
o Fulgo. hic in ſi.
p l. 3. de vſufr. lega.
q §. idem placet. cū §. preced. Inſti. per quas perſo. nobis acq.
r Salice. hic in ſi.
s in l. locum autem religioſum. de vſufructu.
t l. j. & 2. C. ſi aduer. credit. lib. 7.
u Raph. Cuma. in d. §. non mutat.
x arg. l. j. §. pueritiam. de poſtulando.

riſque non contenti diuinant aliàs, nempe quòd vſucapio prædij dominium non perimat, ſed tantùm transferat in alium: præſcriptio verò hypothecariæ actionis, non transferat ius hypothecæ, ſed perimat: quod cum ſit difficilius, longiore quoque tempore opus eſſet [a]. Vel, quòd longi temporis poſſeſsio illius rei quam quis vſucapit cum titulo & bona fide, directò aduerſetur intentioni prioris domini, tenditque ad acquiſitionem dominij, & non directò ad perimendam hypothecam [b]. Nec præſcribens creditori ipſe poſsidet ius hypothecæ, vt illud in ſe transferat, neque etiam poſsidet libertatem ſui prædij à iure hypothecæ, quam libertatem principaliter intendit præſcriptione tueri. Vel denique [c], quòd hypothecaria magis accedat ad perſonales actiones, non quidem ſolùm ad eas, ratione quarum ad ſecuritatem creditorum conſtituta eſt hypotheca: verùm etiam ex eo quòd ipſa hypotheca conſtituatur ſola conuentione. Pro qua quidem ratione ſtat hoc argumentum euidentiſsimum, quòd quo coniunctior eſt hypothecaria actio perſonali & principali, (veluti cum aduerſus ipſum debitorem vel hæredem eius competit) eo quoque diuturnior eſt [d]: & quo remotior eſt à perſonali actione (vtpote cum aduerſus tertium poſſeſſorem datur) eo quoque breuioris eſt vitæ [e].

Quoniam quæſtio pignoris.) Dixit alio loco [f] idem Iuriſconſultus, quòd nulla ſocietate pignoris perſecutio cum dominio coniungitur, vt pruſquàm veriſimile ſit vtrobique idem eum ſenſiſſe, niſi quis fortè exactiùs inſpectis ſingulis putet in diſcrimine habendum eſſe quod ibi dixerit, *non coniungitur*, hic verò *ſeparatur:* & ibi *dominium*, hic verò *ab intentione domi-*
15 *nij*: quaſi hic non illud tantùm velit, † quod quæſtio pignoris vel pignus ipſum aut hypotheca nihil habeat commune cum dominio rei, & ſic non mirum ſit quòd ſeparatorum ſeparata ſit ratio. At quo tempore dominium vſucepit emptor, non ilicò eodem etiam tempore aduerſus creditorem præſcriptum eſſe hypothecariæ actioni: ſed quòd quæſtio & perſecutio pignoris prius aliquando coniuncta dominio (videlicet cum ea competat creditori contra dominum prædij obligati, tantiſper dum illud ipſe poſsideret) nunc cùm alius bona fide illud emerit & inceperit poſsidere, ſeparatur & iam primum abſtrahitur: non quidem à dominio, vt iam dictum eſt, ſed ab intentione dominij. nimirum à rei vẽdicatione quæ eſt in intentione dominij quam parit poſſeſsio aduerſarij [g], & hanc debitor, illam verò exercet creditor, ambo quidem aduerſus eundem, ſcilicet poſſeſſorem, ſed tam diſtinctim, vt in hypothecaria creditori non noceat vſucapio dominij, quæ debitorem tamen excludit à vendicatione, etiam inſtituta ante vſucapionem completam [h].

Quod in fructibus diſsimile eſt.) In eis enim non fit ſeparatio eorum, quæ nunquam coniuncta fuerunt, nam ad illos fructus nunquam hypothecaria
16 actio fuit nata contra debitorem. † Ineſt enim obligationi fructuum tacita conditio, ſi naſcantur [i], ex natura rei, ſicut in ſtipulationibus [k], & in vltimis voluntatibus [l]. quæ quidem conditio apud debitorem non eſt purificata, vnde non transfertur ab eo hypothecaria actio ad bonæ fidei emptorem, qui illos fructus habet & primus acquirit, non titulo & iure acquiſito à debitore, ſed ab alio vendente prædium è quo naſcuntur, vel ſuo potius iure pro cultura & cura [m]. Sed hic iam maius quoddam tentemus, num di
17 ci poſsit † quòd licet vſucapio prædij obligati completa, non liberet bonæ fidei emptorem nunc dominum factum, ab hypothecaria actione de prædio: vſucapio tamen fructuum liberat eum ab hypothecaria actione de fructibus ſimul cum prædio obligatis. Traditur [n] enim, quòd bonæ

a *Fulgo. hic in. j. lectura.*
b *Cuma. in d. §. nõ mutat.*
c *Fulgoſius hic.*
d *l. cum notiſsimi. §. j. C. de præſcript. 30. vel. 40. an.*
e *d. l. 1. & 2. C. ſi aduerſus credit.*
f *in d. §. non mutat.*
g *l. vnica. C. de alien. mut. iud. cauſa facta.*
h *l. ſi poſt acceptum. de rei vendic.*
i l. & quæ nondũ. in prin. in verb. & ea quæ naſcũtur. hoc tit.
k *l. interdum. de verb obl.*
l *l. j. in fi. de condit. & de monſtr.*

m *d. §. ſi quis à nõ domino.*
n *in l. 4. §. fructus. de vſu cap.*

fidei poſſeſſor, licet fructos ſuos faciat, ſimulatque perceperit pro cultura
& cura: † non tamen tam conſtanti & firmo dominio, quin ſi dominus præ 18
dium ſuum vendicet, debeat reſtituere fructus quoque extantes [a], niſi eos
triennio, vt alias quaſlibet res mobiles vſuceperit: ita quoque facta hic, vt
in alijs [b], comparatione iuris creditoris quoad hypothecariam actionem,
cum iure dominij vel quaſi dominij quoad rei vendicationem, vel Publicianam actionem, cenſeatur vſucapione triennali excluſa hypothecaria actio, de fructibus qui nunquam fuerunt debitoris, & ſic non inciderunt vnquam apud eum in efficacem obligationem hypothecæ: nec cum eo nexu ad alium tranſierunt, ſed bonæ fidei emptori primum nati ſunt. Vt quemadmodum duplici ratione bonæ fidei poſſeſſor liberatur, quod ad fructus attinet, à domino vendicante prædium ſuum, nempe ſi vel conſumpſerit eos, vel adhuc extantes triennio vſuceperit: ita quoq; liberatur iiſdem modis à creditore inſtituente actionem hypothecariam. Et hæc ſic facta comparatio magis ad rem pertinebit: quaſi voluerit Papinianus, quòd bonæ fidei poſſeſſor prædij, non modò de conſumptis fructibus nō teneatur hypothecaria actione, quemadmodum nec teneretur de prædio, ſi illud fortè perijſſet, veluti chaſmate: ſed nec de extãtibus fructibus, ſi ſint vſucapti, quia ei nati ſunt, & nunquam debitoris fuerũt, quãuis de prædio etiam vſucapto teneretur adhuc ea actione, quia hoc eſt in eum tranſlatum, poſtquam innexum eſſet iure hypothecæ. Et quamuis ſit in eum tranſlatum vi & poteſtate legis, ſcilicet iure vſucapionis, hæc tamen non tollit ius hypothecæ creditoris, vt nec alienatio rei obligatæ quam debitor facit [c].

Qui nunquam debitoris fuerunt.) At inquies, nec hoc neceſſe eſt, ſed ſufficit quòd prædium è quo percepti ſunt pertinuerit ad debitorem [d], vel iure proprietatis, vel iure vſusfructus: Ac ſimiliter de partu mancipij, ſufficit mancipium quod parit in dominio eſſe debitoris iure proprietatis [e]. De iure autem vſusfructus hic nihil repeto, quia homo in fructu non eſt [f]. An hic dicemus, quòd obligationi fructuum futurorum non ea tantùm inſit conditio, ſi naſcantur [g], verùm etiam hæc, † ſi
naſcantur debitori qui obligauit? quemadmodum vſufructuarius ſi obligauerit fructus, non erunt obligati niſi ei naſcantur, niſi ipſe eos perceperit, & ſic ſuos fecerit [h]: alioqui enim proprietarij eſſent, etiam ſi maturis fructibus deceſſiſſet vſufructuarius [i]. Et quidem iure ſuo proprio, extincto nunc vſufructu, & non iure ſiue titulo acquiſito ab vſufructuario. Quare cùm iuriſconſulti loquentes de fructuum obligatione, vbique [k] coniunxerint cauſam domini & vſufructuarij, meritò videri poſſunt voluiſſe, non aliter fructus obligari à domino, quàm ab vſufructuario: nempe quòd ab vtroque ita obligentur, ſi ei naſcantur. Idque videtur ſenſiſſe Accurſius [l], dum interpretatur hunc locum de fructibus ſatis, collectis, & conſumptis à bonæ fidei poſſeſſore: de ſatis verò à debitore priuſquam prædium ad bonæ fidei emptorem perueniſſet, dubitat [m], quaſi initio & fundamento acquiſitionis ſic iacto apud debitorem, videri poſſint fructus aliquando ipſius fuiſſe: & ſic in cauſam pignoris incidiſſe, atque cum eo nexu ad alium tranſijſſe. Ex aduerſo tamen illud addit, quòd antequam percepti ſunt, & dum adhuc ſolo cohærent, non videantur eſſe: vt nec illam vtilitatem tunc per ſe adferunt, quã à ſolo ſeparati dabunt: neq; nunc his fruimur, licet fruitioni paulatim parentur & creſcant, ſed pendentes ſunt pars fundi [n]: ita vt illud qualequale initium acquiſitionis, non videatur quicquam ad rem facere. atque ita nonnullis alijs viſum eſt [o]. Et certè non dubitauerim, quin ſi conſumpti
ſint

a l. certiſ. C. de rei vendic.
b l. ſi ab eo. infra eod.
c l. alienatio. de contrah. empt.
d l. potior. §. ſi de futura. qui poti. in pigno.
e d. §. ſi de futura. & d. l. & quæ nōdum. in princ.
f §. in pecudum. Inſtit. de rerum diuiſi.
g d. l. & quæ nondum. in princip.
h §. is verò ad quem vſusfructus. Inſtit. de rerum diuiſi.
i d. §. is verò.
k in d. l. & quæ nondum. in prin. & in d. l. potior. §. ſi defectura.
l hic in glo. verbi, emptor, & in princ. glo. ad verb. nunquam debitoris.
m in glo. ad verbũ, nunquã debitoris. verſi. idem videtur & ſi ſati reſpondendum.
n l. fructus pendentes. de rei vendic.
o Bar. & Salic. hic in fi.

ſint fructus (de quibus Papinianus loquitur) nihil iam referat, an à de-
bitore eoque domino, an à bonæ fidei emptore ſati ſint: æquè enim non
tenebitur bonæ fidei emptor ad illorum reſtitutionem, vt quos abſque
dolo malo poſsidere deſijt, ſed cum adhuc extant, & maximè cum non-
20 dum vſucapione firmatum eſt dominium, ſtat dubitatio: † an incidant
in obligationem hypothecæ, ſi non à debitore, vel ab alio eius nomi-
ne, ſed à bonæ fidei emptore fuerint ſati. Et quidem non eſſe obliga-
tos, ſed quod, vt emptori primum naſcuntur, ſic naſcantur quoque ei ab
obligatione hypothecæ liberi, videri poſſet ad ſimilitudinem eorum,
quæ ex mancipijs ſunt nata. Hæc enim, ſiue ſpecialiter de his conue-
nerit, ſiue non, ita demum obligata erunt, ſi dominium eorum perue-
nit ad eum qui obligauit, vel hæredem[a] eius. Ineſt ergo (vt videtur) *a l. Paulus. §. ſi mã cipia, hoc tit.*
conditio: non hæc tantum, ſi nati ſint fructus, ſed multò reſtrictior, vide-
licet, ſi debitori qui obligauit vel hæredi eius nati ſint. vſqueadeò vt
nec illud ſufficere videatur, quòd à debitore ſati ſint: quemadmodum
nec in partu mancipiorum ſatis eſſe videtur, vt obligentur, quæ apud
debitorem dominum ſunt concepta, ſi ſint apud alium dominum nata.
Nam ita dixit Iuriſconſultus[b], *Si apud alium dominum pepererint,*) nihil di- *b in d. §. ſi mancipia.*
ſtinguens apud quem conceperint, *non erunt obligata.*) Adde quod cum
de partu quæritur, muliere pregnante legata, vſucapta, aliôve quolibet
modo alienata, generaliter traditum eſt[c], eius eſſe partum cuius eſt mu- *c l. vlt. de acq. rer. dom.*
lier cum eniteretur, non eius cuius tunc fuiſſet cum conciperet: & alijs
quoque locis[d] quibus fit mentio de hypotheca & obligatione partus, *d in l. ſi conuenerit. 2. §. ſi fundus. de pignor. act. l. ſi debitor impetrauit. in fi. hoc tit.*
editi ac nati, non concepti, facta eſt mentio. Sed vt hæc plenius co-
gnoſcantur, operæpretium putaui diſtinguere, quàm variè fructus in ob-
21 ligationem veniant. † Dupliciter enim id fieri poteſt, vel tacitè, vel ex-
preſsè: & hoc rurſus dupliciter, vel per ſe & ſeorſim, vel acceſſoriè: vnà
cum prædio. Si tacitè in obligationem veniant (quòd non niſi acceſſoriè
fit obligato prædio, excepta ſola ſpecie conducti prædij, cuius fructus
pro penſione ſunt obligati) vel expreſsè & acceſſoriè vnà cum prædio,
nõ difficulter dixeris obligari fructus, apud quemcunq; obligatum eſt præ
dium[e]: excepto illo quod de vſucaptis & conſumptis fructibus dictum eſt. *e l. 4. vlt. C. in quib. cauſis pignus tacitè contrah.*
Si verò principaliter & per ſe abſque prædio obligentur, valebit vtiq; obli *f l. fundi Trebatiani. de vſufr. lega.*
22 gatio. † Nam vt poſſumus futuros fructus vẽdere, legare[f], & promittere[g]: *g l. vlt. §. fi. de contr. empt.*
ita quoque poſſumus ſecundi, tertij, aut quarti anni fructus vendere, lega- *h l. ſed & quod. §. quid tamen pionem. hoc tit.*
re, promittere, & ex conſequenti[h] etiam obligare. Sed quæ iam vis erit
hypothecæ difficilius dixeris: videlicet, An fructus obligati erunt, etiam ſi
nunquam facti ſint debitoris: & fortè diſtingui poſſet, an alius illos ſuos fa
ciat ex iure debitoris qui eos obligauerat: Vtputa ſi à debitore retinẽte ad
huc prædium, habeat titulum acquiſitionis in ſolis fructibus emptis, dona-
tis, vel ratione vſusfructus poſtea ſibi conſtituti quæſitis, vt tunc in obliga-
tionem hypothecæ incidiſſe putentur: an verò debitor alienauerit non fru
ctus ſolos, ſed & prædium, & tunc non cenſeantur obligati qui à nouo do
mino percipiuntur. quandoquidem vt res quæ non noſtra eſt, ſed nobis de
bita, cum effectu obligetur, expectandum erit vt fiat noſtra[i]. Et vbi de con *i l. 3. §. 1. qui pot. in pig.*
firmanda quæritur hypotheca rei alienæ, quæ ſub conditione fuit obligata,
nõ ſatis eſt dominium nactũ eſſe debitorẽ, ſed debet permanſiſſe res in eius
dominio, donec vim capiat hypotheca[k]. Ac deniq; Pauliana actione (qua *k l. qui balneum. §. vlt. qui potio. in pig.*
creditorib' id penè cõceditur, in bonis debitoris cũ fraudati ſunt, q̃d hypo
thecã habẽtibus ſemper eſt permiſſum) nõ alij fructus repetũtur, quàm qui
tempore alienationis ſolo cohærebant, vel poſt acceptum iudicium ſunt

 percepti:

perceptí: medio autem tempore percepti, cura & cultura eius, in quę per fraudem eſt alienatio facta, non repetuntur: quia non fuerunt vnquam in bonis debitoris [a]. Quod autem reſponſum eſt [b], ſi de fructibus conuenerit, vt pignori eſſent, hoc quæri, an fundus vel ius vtendi fruendi, conuentionis tempore debitoris fuit, non ita accipiendum erit, quaſi ſufficiat ad obligandos fructus ſequentium annorum, quibus fundus inuenietur alterius eſſe, quod tempore conuentionis fuerit debitoris, ſed quòd ſi illi fructus obligati ſint, vt quia permanſerũt in dominio debitoris eiq; nati ſunt, vel ei qui in illis ſolis ab eo habet cauſam, iam quidem prælationem inter creditores intelligi: non ex ſolo eo tempore quo naſcũtur (ſi fortè & alij interim obligati ſunt) ſed ex tempore primæ conuentionis, ſi tunc prædiũ è quo poſtea nati ſint, fuerit in dominio debitoris: & ſic vi atq; poteſtate illos quoq; fructus habuerit, quemadmodum prælationem inter creditores accipimus ex tempore quo res obligabatur, cum tantũ debita eſſet, ſi fortè alij debitor iam ſuam factam obligauerit [c].

a l. vlt. §. nõ ſolum, quæ in fraudem cred.
b in d. l. potior. §. ſi de futura.
c d. l. 3. §. 1. qui poti. in pig.

Hactenus de fructibus & partu pignorum. Sunt autem & aliæ acceſſiones, quæ propius ſpectant ad ſubſtantiam rei obligatæ, † veluti ſi prædio 13 obligato quid adiecerit alluuio: erit enim & hoc obligatum creditori [d], ſicut etiam emptori cedit [e], atq; marito in dotalibus prædijs [f], & vſufructuario in vſufructuarijs [g]: emphiteutæ verò an cedat diſputatur [h]. Memorabilius eſt quod obiter attigit quidam [i], idem quoque eſſe de eo, quod non per alluuionem accreuit, ſed adiectum eſt à patre familias, deſtinante aliquam particulam alterius prædij obligato prædio ſic adijcere, vt deinde totum illud pro vno habeat & poſſideat: argumẽto legati prædij, nam legatario cedit eiuſmodi augmentũ [k]. Sed hoc ſequi dubitauerim, neq; enim à legato quod ex vnius teſtatoris pura voluntate & liberalitate cõſtitit, ſic vt æquè minui aut augeri poterat, facilè duces argumentũ ad cauſam hypothecæ, quæ duorũ voluntate & cõuentione ſic eſt cõſtituta, vt poſtea ſolius debitoris voluntate non poſsit liberari. Vnde nec de empto prædio, idem quod de legato rectè dixeris [l]. † Sanè conſolidatio vſusfructus cum proprietate, 14 creditori prodeſt, cui nuda proprietas pignori data eſt [m], vt vnũ totius rei pignus ſit, ſicut & ad dotis incrementum ſpectat, nõ vt ſit alia dos [n].

d l. ſi fundus in princ. cipio, hoc tit.
e §. cum autẽ emptio, Inſti. de empt. & vend.
f l. 4. de iure dot.
g l. item ſi fundi. §. huic vicinum, de vſufru.
h in l. de quibus, de legib. & in l. 1. de iur. emphi. C.
i Bald. in d. l. ſi fundus.
k l. cum fundus, de lega. 2.
l Raphael Cuma. in princ. l. ſi ex toto, de lega. 1.
m d. §. ſi unda.
n l. 4. de iure dot.

Proximum nunc erit nonnulla adijcere de ſurrogatione, veluti ſi † ſur- 15 rogetur res alia in locum rei obligatæ, an quæ ſurrogata eſt obligata ſit. Et quidem grege obligato [o] non ſolum quæ poſtea naſcũtur obligata ſunt, (quod etiã in ſingulis pecoribus obligatis procedere poſſet, fœtũ ex eo acceſſoriè obligari) ſed & grex renouatus ſurrogatione aliorũ capitum in locum priorum quæ deceſſerunt, manet obligatus. Sed an interſit, vnde ſubmiſsio facta ſit, an ex fœtu priorũ capitum, an aliunde, vt grex maneat obligatus, videtur dubitaſſe Accurſius [p]. Nos nihil dubitamus, quin etiã ſi aliunde quàm ex fœtu redintegratus ſit, hypothecæ obligatio adhuc duret: nam grex vnus idemq; cenſetur [q]. Alioqui ſi renouatio facta eſſet, ex ſolo fœtu priorũ capitum incidiſſent in hypothecæ obligationem capita quæ ſubſtituta ſunt, ex priore capite, nempe tanq; acceſsiones rei obligatæ: Facta igitur redintegratione, nõ eſt quærendum vnde ea facta ſit. Sed cum fieri debeat ab vſufructuario, vetus eſt quæſtio, an ex ſolo fœtu, ſi quis ſit, an etiam aliunde fieri debeat: & quicquid dixerit Accurſ. & plures eum ſequentes, verum eſt ex ſolo fœtu fieri, vt alio loco [r] latius probabimus [s].

Sed hæc ita procedũt, ſi totius gregis ſit ſub vno collectiuo nomine obligatio ſit facta, ſicut gregis vnũ eſt legatũ & vna ſtipulatio [t]. Secus verò ſi aliquot capita, veluti quæ quis in aliquibus prædijs habet mãcipia, nominatim fuerint

o l. grege, in prin. hoc tit.
p in d. l. grege, ad verbum, tenebitur.
q l. proponebatur, de indic.
r in §. ſed ſi gregis, Inſtit. de rerum diuiſ.
s ex l. quid ergo. §. item ſi fortè, de vſufr. & l. vlt. quib. modis vſusfr. amit.
t Ang. in hac l. grege.

fuerint obligata,hoc enim caſu non erunt obligata, quæ ſubſtituta ſunt, ſi
non ſint ex obligatis nata [a]. Quamuis & hic aliud dici poſsit, ſi obligatio
ea facta eſſet ſub aliquo nomine collectiuo, vt fortè familiæ ruſticæ ſeruo-
rum,vel ſimili. Si tamen ab ipſo debitore ſurrogatio facta eſſet, & non ab
hærede eius, [b] qui ſua ſurrogatione hypothecam non auget, imò nec cõ-
ſeruat, ſi fortè merces ſub appellatione tabernæ obligatæ ſint, non enim
obligabuntur quas hæres debitoris intulit, ſed eæ ſolæ, quæ tempore mor
26 tis ibi fuerunt [c]. † Vnde nec grege obligato, ea capita quæ poſt mortem de-
bitoris, ab hærede eius ſubſtituta ſunt, in obligationẽ hypothecæ venire
videntur [d]: ſed illa tantum, quæ viuo debitore, gregi adiecta ſunt, exemplo
legati gregis, in quo non cõprehenditur acceſsio, niſi quæ viuo teſtatore
27 facta eſt [e]. † Porrò quod obiter attigimus, appellatione tabernæ intelligi
obligatas merces quæ in ea ſunt, hoc quidam [f] procedere putant, etiamſi
in ipſa taberna. i. ædificio [g] debitor ius habeat, quamuis vendita taberna,
aliud dicendum eſſet [h]: idq́; vt putant, propterea, quòd minoris ſit præiu-
dicii hypotheca rerum, quàm venditio [i]. Sed aliter viſum eſt aliis [k], qui id-
circo putant, ibi continens accipi pro contentis, & merces intelligi obli-
gatas, ne alioqui prorſus inutilis ſit, & nihil operetur hypothecæ conuen-
tio, idq́; ſatis intelligi ex quæſtione Iuriſcõſulto propoſita [l], quæ præſup-
poſuit, debitorem nihil iuris habuiſſe in ipſa taberna, præterquàm quod ad
modicum tempus illam fortè conduxiſſet, aut precario teneret: alioqui ſi
ius habuiſſet in taberna, quod vendere potuiſſet, idipſum quoq; cẽſeretur
obligatum, & non merces: ſicut etiam hoc cenſeretur legatum, & non eæ,
quibus inſtructa eſt taberna, niſi inſtructa legata eſſet: vel addita mercium
expreſsa mentione [m]. Sed mirabitur fortè aliquis, quod in altero illo re-
ſponſo [n] legatur, primo quidem creditorẽ diſtraxiſſe pignora, cùm non-
28 dum † per hypothecariã actionẽ, poſſeſsionem ad ſe aduocaſſet, aliàue ra-
tione poſſeſsionem eſſet adeptus, & præterea vendicare eum qui ſic emit
pignora ab hæredibus debitoris adhuc poſſidentibus, cùm tamẽ videatur,
quòd creditor non faciat emptorem pignorum dominum, abſq; traditio-
ne vacuæ poſſeſsionis [o]. Sed ſanè prius horum nemini mirum videri de-
bet, cùm creditor vendere poſsit non tantùm pignora ſibi tradita, ſed &
hypothecas obligatas, non traditas: vt manifeſtè demonſtrat inſcriptio ru
bricæ [p], & multæ in hoc ſcriptæ leges [q], ſcilicet vel ex conuentione, vel ex
Iudicis iuſsione [r]. Poſterioris verò nodi difficilior eſt ſolutio, propterea,
quòd quamuis communius obtinuerit, à domino poſſe tradi prædium, ſic
vt tranſeat in accipientem dominium, non tradita vacua poſſeſsione [s]: at-
tamen à non domino, vt creditore, non videtur transferri poſſe dominiũ
abſq; inductione in vacuam poſſeſsionem [t]. Quod autem hic quæritur, de
vendicandis mancipijs nouis illis, & in priorum locum ſurrogatis, intelli-
gi poſſet, de vendicatione quæ fiat non iure dominii, ſed per hypotheca-
riam actionem, nam† & hæc vendicatio dicitur, & huic melius quàm illi
29 conuenit reſponſio Iuriſconſulti, qui interrogatus an mancipia noua &
ſurrogata vendicari poſſent, reſpondit [u]: ſi non eſſent ex prioribus na-
ta, minimè creditoribus obligata eſſe: quæ reſponſio proximè pertinet ad
hypothecariam actionem: quamuis & ad rei vendicationẽ, longiore quo-
dam ductu, poſſet referri: videlicet, quòd ſi ea nõ fuerint creditoribus ob-
ligata, non iure ergo ab eis diſtracta ſunt: ideoq; nec emptor eorũ domi-
nus factus. Hypothecariã autem actionem cõpetere emptori rei obliga-
tæ, quam creditor non poſsidens nequiuit tradere, ſatis apparet ex eo,
quòd creditor cedere debuit emptori quicquid habuit iuris, ſiue perſo-
nali

a l. fideiuſſor impetrauit. §. Lucius Titius. hoc tit.

b Ang. & Fulg. in d. §. Lucius Titius, ex verbis, hæredes alia ſubſtituerunt.

c l. cũ tabernam. hoc tit. in principio.

d Fulgo. in fine principij. d. l. cum tabernam.

e l. ſi grege. in princi. De legat. j.

f Salic. in d. l. cũ tabernã.

g l. tabernæ. de verbor. ſignificat.

h l. qui tabernas. de contrahenda emptione & venditione.

i argumento. l. vlti. C. quæ res pignor. ob. poſſ.

k Fulgo. ibi.

l in principio. d. l. cum tabernam. in verbis, quæſitum eſt, virũ eo facto nihil egerit.

m l. tabernã. de fundo inſtruct. et inſtrumẽto lega.

n l. fideiuſſor. §. Lucius Titius.

o l. qui prædium. C. de diſtractione pignorum.

p j. de diſtractione pignor. vel hypoth.

q l. penult. j. de diſtract. pig. l. ſi à creditore. C. de actionibus & obligat. l. ſi in hoc. C. de diſtract. pignor.

r l. pignoris. in fi. & ibi. gloſ. ad verbũ præſidialem. C. de pignora. act. & d. l. ſi in hoc.

s l. ſi fundum. & ibi gloſ. 1. verſi. ſed quomodo fuit dotalis. & dd. de fundo dotali.

t l. qui prædiũ. C. de diſtra. pign. & ibi Fulgo.

u in d. §. Lucius.

nali actione,ſiue hypothecaria [a]. Sed an dominium quoq; transferat abſq; vacua poſſeſsione,magis dubitatum & controuerſum eſt [b].

Poſtremò nunc de mutatione rei obligatæ,quæ ſparſim leguntur,colligenda hic erunt †,hinc faciendo initium, quòd ſi res obligata omninò & funditus intercidat,extingui quoq; pignus & hypothecam [c], etiamſi dolo malo,vel culpa debitoris interierit [d]: nam licet ſic non pereat perſonalis obligatio [e],hypotheca tamen,quæ ius in re conſtituit, & ad quam vendicatio competit,planè interiit:extinctæq; res vendicari nõ poſſunt [f],vt per naturam eſt impoſsibile,quòd res quæ non eſt,ſit pignori ad ſecuritatem creditoris.Ad exhibendũ tamen tenebitur hoc caſu debitor, & nonnunquam actione legis Aquiliæ,vel in factum [g],ſcilicet de eo quòd non ſuo iure,nec malè merenti ſeruo fecit ipſe dominus, idemq; debitor, quo fieret deterior [h].De eo verò damno quod dat alius,datur ipſi debitori illa actio, non creditori,niſi in ſubſidium,cùm debitor ſoluendo non eſt [i]. 30

Sanè ſi mutetur † tantùm res obligata,durat adhuc hypotheca,& hypothecaria cõpetit actio [k], ſiue ea actio contingat in vrbanis prædiis (vtpote ſi de loco.i.area cõuenerit quod eſſet pignori,& poſtea domus in ea ſit facta,vel domus iterum reducta ad hortum)ſiue in ruſticis, vt ſi conuenerit de loco.i.agro(ſic enim ruri locus vacuus appellatur [l])& deinde vineæ in eo poſitæ ſint.Imò non pignus tantùm durat & hypotheca,ſed & acceſſoria conuentio de vendẽdo pignore æquè permanet, & extẽditur ad rem nouam,& in quam mutatio facta eſt [m], vt plæriq; omnes tradunt [n] Labionem voluiſſe.Quamuis meritò dubitari poſsit,an in eo Labionis reſpõſo, quod ſic interpretantur,pactum illud conuentum,quòd liceret inſulã vendere,fuerit pactum acceſſorium ad hypothecam,an potius principale pactum,quo cõſtituta eſt ipſa hypotheca:vt ſunt ad illam contrahendam & conſtituendam bene congrua [o]:neque vllis aliis verbis legitur ibi inſula hypothecæ ſuppoſita.Sed eodem res recidit,& vis eſt eadem, nẽpe, quod ſi res obligata eſt mutata,nõ tantùm generaliter hypotheca duret, verùm etiam quòd duret in ea ipſa forma in qua primum facta eſt: & ſic vt liceat nouam inſulam, ſecundum formam conuentionis,vendere:cohæret enim ea facultas vẽdendi iure hypothecæ, cum qua tranſit per ceſsionem,& ſi præſcriptum fuerit hypothecariæ actioni, ipſa quoque ſublata erit [p]. 31

At inquies:Vſufructuario † nocet mutatio rei [q], nocet & legatario [r],cur ergo non & creditori,in ijs quæ diximus?æquè vt in alia facti ſpecie, ſi ex ſylua obligata nauis facta ſit,hæc enim obligata non eſt [ſ]. Ordine hæc tria diſſoluẽda ſunt.Et in primis,cur vſufructuario noceat mutatio rei (rationibus Accurſij [t] reiectis [u].) Reſpondet paucis, ſed obſcuriſsimè Baldus [x], quòd vſusfructus ſit ius formale,pignus cauſale.apertius Bartholus, quod in vſufructu ſpectemus commoditatem & vtilitatem quam res per ſe præſtat,In hypotheca verò & pignore,ſolam creditoris ſecuritatem,qnod licet non omnibus placeat [y],eò qnòd mutatæ qnoque rei ſit aliqua, quamuis forte minor vtilitas,non video tamen cur non ſequamur,ſi paululum adiuuantes rationem Bartholi,addiderimus,quod ſtatim vel ſolo nomine vſuſfructus audito,intelligimus in illo vſum & fruitionem rei. Alia aũt res alium vſum & aliam fruitionem præbet, veluti & area & domus,ager & vinea,lãces argẽteæ & ſcyphi:merito igitur,mutatiõe rei mutari quoq; vſum fructum.Creditor autem non poteſt pignore vti, nec aliud quicquam ex eo ſpectat,quàm ſecuritatem ſui crediti,quæ quidem etiam ex re multum mutata ſemper aliqua eſt ſecuritas.Adde quod ius hypothecæ ſic eſt creditori conſtitutum in re,vt paribus ſemper regulis ſequatur ius dominij, 32

vel

a l.penult.& ibi.Barto.in princ.verſic.Secundo modo poteſt intelligi.j. de diſtract. pignor.

b Caſtrenſ.in l.ſi conuenerit.j.circa mediũ.verſic. Item quæro ſi tempore. Fulgo.hic.in.§.Lucius. & in d.l. qui prædium. & ibi.Salic.

c l.ſicut.in principio. Quibus modis pign.vel hypoth.ſolua.

d Fulgo. ibi contra Accur.

e l.ſequitur. §.effectus. de verbor.obligat.

f §.ſi tamen alienam propriam.Inſtit.de rerum diuiſione.

g l.Seruũ hoc tit°.

h l.ſi dominus.ad l.aquil.

i l.qui occidit.§.j.ad l.aquiliam.

k l. ſi fundus. §. ſi res hypothecæ data.hoc tit.

l Alciat.ad.l.locus.de verbor.ſignificat.

m l.vltima huius tituli.de pignor.

n Bald.Salic.Fulgo.in d.l. vltima.

o l.creditor.§. poſt diuiſionem.j.tit.2.

p l.ſi à creditore. & ibi Bald.C.de action.& obligat.

q lege repeti.§.rei mutatione.de vſufruct.

r l.ſi ita legatum.§.ſi domus.de legat.1.

ſ l.ſi conuenerit.2.§.ſi quis ſic cauerit.de pignor.act.

t in d.l.ſi fundus.§.ſi res hypotheca.

u Bartol.& Salic.ibi.

x in eo.§.ſi res hypothec.

y Salic.ibi.

vel quaſi dominij,quod in re obligata habet debitor [a]. Quare vt dicimus
in dominio id quod ſupereſt ex re noſtra,noſtrum eſſe [b], & quod inædifi-
catur ſolo noſtro [c]:Ita quoq; de re obligata dicendum, quod ſupereſt ex
ea(veluti aream ex domo obligata)manere obligationem : & domũ quæ
in eadem area extruitur,incidere in hypothecam:ſed vſusfructus à regulis
dominij multo longius recedit [d].Legatæ autem domus ab obligata diſcri-
men,deduxit Accurſius [e] ex differentia lucratiui tituli ab oneroſo: quaſi
congruat rationi ius creditoris,qui de damno vitãdo ſollicitus eſt,plenius
eſſe & firmius,quàm legatarij qui certat de lucro. Sed hoc alijs nõ placet:
quid enim ſi hypotheca acceſſerit in ſecuritatem illius,quod ex cauſa do-
nationis ſtipulãti promiſſum eſt? An ?ic recedemus à regulis iuris noſtri,
& fatebimur mutatione rei obligatæ hypothecã extingui? Certè id magis
33 placet [f],quòd mutatio rei legatæ magis conſideranda † ſit,cùm ſit viuo te-
ſtatore,& cùm nondum legatario debetur: imò adhuc liberè teſtator le-
gatum reuocare poſſet,ſed in hypotheca iam præſens ius habet creditor,
quod ſolius debitoris voluntate auferri ei non poſſet. Quare ſi poſt mortẽ
teſtatoris, & cùm iam confirmata eſt cauſa legati,mutatio facta ſit ab hæ-
rede,nõ ſic extinguetur legatum: ſed ſumptum quem fecerit hæres in ex-
truendo,refundet ei legatarius [g]. Nauis autem quæ facta eſt ex ſylua obli-
gata, nimium ab ea diſtat,nec manet idem principium nec fundamentũ [h],
quod tamen vnum idemq; permanet in ſuperioribus exẽplis,in quibus rei
mutationem diximus iuri hypothecæ non nocere.Nec tamen negauerim,
34 quin ſic poſsit obligari domus,vt non ſit obligatũ ſolum in quo ſita eſt, ve
luti ſi debitor ſolam ſuperficiẽ habuerit,& non ius proprietatis ſoli [i],quod
ſit abſque præiudicio eius,qui certa mercede conceſsit ſuperficiem, is e-
nim potior eſt,& præferendus [k]. Superficiariæ autem ædes quæ ſint, de-
ſcripſit Iuriſconſultus eſſe eas,quæ in conducto ſolo ſunt poſitæ , quarum
35 proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt , cuius eſt ſolum [l]. † Sed quod
de ſumptibus ædificationis dictum eſt,paulò latius venit explicandum. Et
quidem ſi cõueniatur hypothecaria actione debitor,vel eius hæres adhuc
poſsidens hypothecam,non habet quod conqueratur domum nouam in
area obligata extructam,obligatam eſſe,etiam ſi nihil deducat ex ſumpti-
bus in extructione factis.Nam principale debitum eorum periculo eſt, &
ſciuerunt,vel ſciuiſſe præſumuntur , quòd in obligata area ædificauerint.
Sed cùm ad alium peruenit poſſeſsio areæ obligatæ , qui in illa bona fide,
& eius obligationis ignarus,ipſe ædificat, æquum eſt,vt nõ aliter cogatur
ædificium creditori reſtituere,quàm ſi ſumptus in extructiõe factos, qua-
tenus pretioſior res eſt facta,recuperet [m]. Sicut bonæ fidei poſſeſſori &
ædificatori competit retentio aduerſus dominũ vendicantẽ prædiũ ſuum,
donec recipiat pretium materiæ, & mercedes fabrorum [n]. Ita vt hac in
parte iterũ conueniat iuri hypothecæ creditoris,cum iure dominij debi-
36 toris. † Videtur tamen ex diametro repugnare reſponſum Africani [o], quo
retentio ſumptuum permittitur ei,qui in poſſeſsionem domus ruinoſæ ob
id miſſus eſt,quòd ei non caueretur de damno infecto: ſed emptori nega-
tur.Quæ vt concilient DD.varia diuinarunt. Et acutè quidam [p] expendit
ea verba (in quibus ſe inueniſſe putauit rationem conciliandi) *Quatenus
pretioſior res facta eſt*) quæ in Africani reſponſo non ſunt addita, quaſi ibi
nihil interſit,an res melior facta ſit,nec ne. & cùm eſt melior facta, iure
retentionis conſequatur,non ſolùm quatenus melior facta eſt , ſed inte-
grè omnem ſumptum quem fecit : etiamſi is maior ſit, quàm pretiũ quod
rei acceſſit,emptor verò non niſi quatenus res eſt facta melior, conſequi
poterit,

a *l.ſi ab eo.hoc tit. Caſtrẽſ. in l.domo. de pigno.act.*
b *l.ſolum.§.meum,de rei vendicat.*
c *l.2.C.de rei vendicat.*
d *l.rectè dicimus.de verb. ſignific. l.qui vſum fructum areæ. de vſufruct. l.ſeruũ filij. §.ſi poculа. de legat.§.l.vlt. quibus modis vſusfruct.amitta. iũcta l.ſi grege.de lega.1.*
e *in d.§.ſi res hypotheca.*
f *Bartho. Salic. Fulgo. in d.§.ſi res.*
g *l.qui exceptionem.§.ſi pars.de condict.indeb. l.domus.de legat.§.*
h *Angel.in d.§.ſi res hypothec.Fulgo.in d.§.ſi quis ſic cauerit.*
i l.grege.§.& in ſuperficiarijs. hoc titulo.
k *l.tutor.§.vlt. cum l.ſequent. de pignor.act.*
l *l.vlt. de ſuperficieb.l.ſuperficiario. de rei vendi.*
m l.Paulus.§.domus. hoc titulo.
n *l.Paulus. de doli mali et met. except. & §.certè. de rer. diuiſione.*
o in l. cùm poſtulaſſem.verſic.cũ ergo. de damno infecto.
p *Fulgoſ.in d.§.domus.*

poterit,etiamſi plus impenſum ſit.Nec id ratione carere videtur , cur ma-
gis faueamus miſſo in poſſeſsionem, qui ex neceſsitate ſumptum fecit in
reparanda domo ruinoſá,quàm emptori qui ſponte & emit,& ædificauit[a].
vt rurſus hac in parte,creditor ſimile ius habeat cum domino fundi, qui
poſt ædificationem bonæ fidei poſſeſſoris fundum ſuum ab eo vendicat[b].
Alij aliò detorquent reſponſum illud Africani, de emptore videlicet, ad
pretium fundi:nempe quod hoc emptor bonæ fidei nõ conſequatur à cre
ditore hypothecaria agente, vt nec à domino conſequeretur ſuã rem ven
dicantem[c].Sed ne cui videatur ſumptum ædificationis in fundo nimium
diſtare à pretio fundi aut domus, magisq́; quàm vt merito debuerit inter
ea fieri cõparatio,ſunt qui[d] eam comparationem in alijs terminis ſic ex-
plicent: † quòd qui ex decreto prætoris poſsidet domum,cuius nomine ei 37
non eſt cautum de damno infecto,conſequatur à creditore (antequam ei
relaxet poſseſsionem hypothecæ)omne illud, per quod eſt conſequutus
domum illam alij creditori obligatam,nempe ſumptum refectionis,quem
quia facere noluit prior dominus, nec de damno infecto cauere, idcirco
translata eſt domus in eum vicinum cui cauere debuiſſet: eoq́ue modo
(velut pretio quodam)conſecutus eſt domum,qua maluit prior dominus
carere,quàm ſubire ſumptum refectionis. Sed emptor fundi obligati con
uentus hypothecaria actione à creditore,non conſeruat ab eo illud, quo
ipſe obligatum fundum eſt conſecutus,nẽpe pretiũ quo emerat, & ſic ex-
plicata differentia ſub alijs terminis & vocabulis recedit ad ſumptum ædi-
ficationis,& ad pretium emptionis: & nihilominus apparet eſſe rerũ ſatis
coniunctarum,vt meritò inter eas diuerſitas illa notari potuerit: quamuis
alioqui res ſubiectæ longè lateq́ue differant, & pretium fundi non veniat
appellatione † ſumptuum factorum in fundo[e]. 38

Sed his omnibus, quamuis acutiſsimè ſint inuenta, poſthabitis: magis
placet,† quòd ibi Africanus comparet miſſum in poſſeſsionem domus ex 39
decreto prætoris cum emptore domus, reſpectu creditoris, qui illã habet
obligatam,ſi vterq;, antequam ſumptũ faciat, ſciat domũ alij eſſe obliga-
tam,videlicet quod miſſus in poſſeſsionem domus, etiamſi ſciuerit illam
creditori eſſe obligatã, recuperet tamen ſumptus à creditore, antequam
ei relaxet,& obtinere eum ſinat hypothecã: vtpote quos fecit non ſpon-
te,ſed neceſsitate quadã, vt cõſuleret periculo imminenti vicinis ſuis æ-
dibus,& quibus ſumptibus non factis,æquè creditor verſabatur in pericu-
lo amittendæ hypothecæ,ex veriſimili ruina ædium[f]. Sed emptor etiamſi
bonæ fidei ſit,quod ad rationem attinet dominij, putaueritq́; prius non a-
lium quàm venditorem,& nunc nõ aliũ quàm ſe eſſe dominũ,ſi tamen ſci-
uerit aream eſſe obligatam(& ſic nõ ſit bonæ fidei,reſpectu creditoris) nõ
retinebit ſumptus quos in ædificãdo fecit,eritq́; rurſus hac in parte ius hy
pothecæ creditoris ſimile iuri dominij debitoris,& quemadmodum qui in
alieno ſolo mala fide ædificat, nõ habet aduerſus dominũ retẽtionis exce-
ptionem ob ſumptus quos fecit[g]: ſic nec aduerſus creditorem, cui ſciuit
areã eſſe obligatam: & vt dominus ſoli vendicans illud, obijcere poteſt
poſſeſſori culpã,quòd temerè ædificauit,in eo quod intelligebat alienũ[h],
ita vt creditor quoad ius hypothecæ obijcere ei poſſet, quòd temerè ædi-
ficauit in eo quod intelligebat alij eſſe obligatũ. Quod autem emptor,in
reſponſo Africani,ſciuerit rem fuiſſe creditori obligatam, facilè ibi colli-
gitur primũ ex illis verbis:*Si inſulam pignoratã emerit*, deinde apertiùs ex il-
lis.*ideoq́; diligẽtius à venditore ſibi caueri et poſsit et debeat*. Nã ſi nõ indicaſſet
id ei vẽditor,inſulã pignoratã eſſe (quod nec celat abſq; crimine ſtellio-
natus)

a argu.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.Qui ſatiſdare cogantur.

b l.in fundo.in princip. de rei vendicat.

c l.ſuper empt. C. de euictionibus.

d Rapha.Cuma.in d.verſ. cùm ergo.

e l.quibus diebus.§.1.de conditio.& demõſtrat.

f argumẽto l.interdũ, cum l.ſequen.§.qui potior.in pignore.

g d.l.Paulus. de doli mali & metus exceptione.

h d.§.certè.in fine.

natus [a]) non tam facilè potuiſſet ſuſpicari obligatam eam eſſe: neque ad
culpam ei imputaſſet Iuriſconſultus, quòd non diligentius curauerit ſibi
caueri. Imò æquiſsimum eſſet, conſeruare eum ſumptus, quos fecit bona
fide, creditore agente hypothecaria: quemadmodum conſeruaret, domi-
no agente rei vendicatione [b]. Sed hic ponimus emptorem eſſe bonæ fidei,
qui à creditore conſeruet ſumptum ædificationis, bonæfidei (inquam) re-
ſpectu creditoris. i. qui neſciuit, rem quam emit, alij eſſe obligatam, vt a-
lio loco [c] ipſe Africanus interpretatur bonam fidem reſpectu creditoris,
ſi videlicet is in quem alienatio rei obligatæ facta eſt, ignorauerit eſſe ob-
40 ligatam: atque ita reſpectiuè interpretando † bonam fidem, nunc reſpe-
ctu domini, nunc reſpectu creditoris, facilè conſtabunt omnia quæ prima
facie videri poterant repugnãtia. & ius creditoris in hypothecaria actiõe
imitabitur in hoc quoque articulo ius ipſius debitoris in rei vẽdicatione:
in eo ſcilicet, quòd vterque refundet bonæfidei ædificatori ſumptum æ-
dificii: & vt nõ audiretur bonæfidei poſſeſſor, offerens domino rem ſuam,
vendicanti pretium ſoli in quo ædificauit, vt ſic ipſe retineat cum ſolo, in-
uito eius domino, ædificium: ſed potius ſic ſint iure diſtincta rerum do-
minia, vt ſolo cedat ædificium: ita quoque nec emptorem ædificantẽ bo-
na fide reſpectu creditoris, crediderim eſſe audiendum, (licet aliqui [d] con-
trarium doceant) ſi fortè offerat creditori pretium areæ, aut ruinoſæ do-
mus, qualis erat, cùm eam primum emeret, vt ipſe nunc nouum ædificium
cum ſolo ſeruet ſibi, ſed velit nolit, cogetur conuẽtus hypothecariã actio-
ne dimittere poſſeſsionem hypothecæ nunc pretioſioris, refuſo ei quod [e]
impendit quatenus eſt pretioſior. Nec moueat quenquam, quòd alibi [e]
ſimile quiddam permiſſum legitur, ei qui ex omnibus facultatibus debito-
ris hypotheca legati obſtrictus, tenet domum aliquam, ſuo ſumptu factam
pretioſiorem, qui retinet domum, & creditori dat pretium domus, qualis
41 erat, cùm primum eam acquireret: † quando in ea ſpecie hypotheca lega-
lis ſic eſt ab ipſa lege contracta, quod non facilè trahendum eſt in con-
ſequentiam, ad hypothecam conuentionalem, quam quidem legimus libe
rari obligatione alterius, ſed integri debiti, quo oblato cuilibet permitti-
tur hypothecariam actionem effugere [f].

Reſtat vna adhuc ſpecies mutationis hypothecæ, videlicet cum res a-
liqua communis & indiuiſa ab vno dominorum, ſociorum vel cohære-
42 dum pro parte ſua obligata eſt, eaque poſtea diuiditur inter eos. † Et nec
ſic mutatum putabimus ius creditoris, qui habebit, vt ante, medietatem to
tius rei pro indiuiſo obligatam. nec quicquam ad ſe pertinere putabit di-
uiſionem inter eos factam, quaſi nunc eam tantum partem habeat obliga-
tam, quæ ex diuiſione ceſsit ſuo creditori [g]. Licet quod contraxerit vnus
eorum ſuper ſua portione, cùm adhuc indiuiſa res eſſet: id vim ſuam ha-
beat, quoad actiones perſonales, in ea ſola portione quæ ceſſerit illi qui
contraxit [h], tantò ſcilicet potentius eſt ius hypothecæ, quòd inhæret rei,
& in quo debitor non poteſt creditoris cõditionem deteriorem facere [i].
quamuis non ſponte ad alienationem (quæ in diuiſione continetur [k]) pro-
ceſſerit, ſed inuitus ad eam iure compulſus ſit [l]. fecerit ergo conſultè, qui
partem ſuam non obligauit, nec in obligationem à cohærede vel ſocio fa
ctam, conſenſit, vt in diuiſione pro ſua ſecuritate paciſcatur, quod niſi ſo
cius vel cohæres liberet hypothecam, quæ in toto fundo pro indiuiſo,
& ſic quoque in dimidia ſuæ dimidiæ portionis permanet, ſibi licere ven
dere dimidiam alterius dimidiæ, quam ex diuiſione cohæres vel ſocius e-
ius acquiſiuit [m]. Sic enim hypotheca cenſebitur contracta ex permiſſa
vendi-

a l. 3. de crimine ſtellionatus. & l. & quæ vendit. §. qui res. hoc tit.

b d. l. ſuper empt. C. de euictio.

c in l. qui Balneum. §. Titia prædium. in fi. Qui potior. in pig.

d Bartho. in l. 2. C. de prædiis & omnib. reb. minor. lib. ij. & Paulus Caſtrenſ. eum ſecutus. in l. ſi conuenerit, 2. §. ſi fundus. De pignor. act.

e in d. l. 2. C. de prædiis & omnibus reb. minor. lib. xj.

f l. mulier. Qui potior. in pigno. l. Paulus. §. Qui pignoris. Quibus modis pign. vel hypo. ſol.

g l. ſi cõſenſit. §. vltimo. Quibus modis pignus.

h l. communi diuidundo. §. ſi debitor. de communi diuidundo. l. Iulianus. §. idem Celſus. de actioni. empt.

i l. ſi ſuperatus. hoc tit.

k l. inter omnes minores. C. de prædiis, & aliis rebus minorum.

l Raph. Cuma. in l. cum poſtulaſſet. §. damni. in fi. de damno infecto.

m l. creditor. §. poſt diuiſioné. Qui poti. in pig.

venditione, in qua non erit is potior, qui ante diuiſionem dimidiam totius fundi habuit obligatam. Non enim ambo concurrunt in vno eodemq́; pignore ſiue hypotheca: ſed prioris creditoris hypotheca conſiſtit in parte illius ſolius, à quo hypotheca ante diuiſionem eſt conſtituta. Poſterioris verò creditoris, nempe ſocii vel cohæredis hypotheca, dirigitur in eam partem, quæ in medietate nunc addiuiſa debitori fuit ante diuiſionem factam illius ipſius qui ſibi de pignore vel hypotheca proſpicit, & ſic in quartam partem totius fundi, quæ nunc primum per diuiſionem cœpit eſſe eius debitoris, prout hæ partes magis cogitatione & intellectu, quàm re ipſa, ſeparatæ ſunt.

QVOMODO HYPOTHECA CONTRAHATVR.

SVMMARIA.

1 *Hypotheca conſtituitur decreto iudicis, & vltima voluntate.*

2 *In hypothecis abſque traditione conſtituitur ius in re, facilius quàm in aliis rebus traditionem requirentibus, & quæ ſit cauſa.*

3 *Hypotheca omnium bonorum includit futura cum præſentibus, ſed non venditio aut donatio.*

4 *Obligatio hypothecæ cur non referatur inter obligationes quæ conſenſu contrahuntur, cùm tamen hypotheca etiam conſenſu contrahatur.*

5 *Inter promiſsionem pignoris & fideiuſſoris, eſt differentia.*

6 *Hypotheca conſtituitur hac verborum forma:* hæc res tibi ſit hypotheca. *demõſtrando certam, vt in cæteris in rem actionibus.*

7 *An ad ſimilitudinem depoſiti, pignus quandoque poſſit excedere notiſsimos ſuæ conuentionis terminos, veluti ſi quantitas aut genus pignori detur.*

8 *Verba:* pactum conuentum, *excludunt tacitũ pactum: & quid Lorioto ſit pactum conuentum.*

9 *Eadem cauſa contrariorum effectuum allata à I.C. in l. non ſolum. §. ſi rem tuã. ff. de vſucap.*

10 *Verus dominus Seruianam actionem rei ſuæ vtiliter habere non poteſt.*

11 *Per liberam perſonam licet acquiratur nobis poſſeſsio & dominium, non tamen ius hypothecæ.*

12 *Stipulatio naturam aſſumit legati conditionalis, ſuper quo interponitur.*

13 *Non refert, ſcripturane, an viua voce contrahatur hypotheca.*

14 *Legalis hypotheca tacitè contrahitur & inter abſentes, imò de hypotheca ne cogitantes quidem.*

15 *Inter abſentes per epiſtolam contrahitur hypotheca, & per nuncium.*

16 *Dies inſcriptus priuatæ ſcripturæ, non facit fidem de tempore, in præiudicium aliorum creditorum.*

17 *Verborum proprietas non eſt ſtrictè ſequenda in hypotheca ſed ſufficit quoquo modo intelligi, conſenſum eſſe in hypothecam.*

18 *Traditio hypothecæ nõ iuuat poſteriorẽ creditorem.*

19 *Verbum pertinere, conueniens eſt ad hypothecã conſtituendam ex ſubiecta materia.*

20 *Verba enũciatiua quandoq; inducunt diſpoſitionẽ.*

21 *Fideiubens apud creditorem pro debitore, à quo ſciuit rem ſuam eſſe obligatã, cenſetur conſentire hypothecæ, atque ita conualeſcit hypotheca, & quid in herede fideiubentis dicendum.*

22 *Fideiubens pro euictione ſuæ rei, an videatur alienare.*

23 *Filius emancipatus ſcribens obligationem paternam, quæ continet hypothecã ſuæ rei, an ſibi præiudicet, antinomia conciliata.*

24 *Hypothecaria actio adeo in rem eſt, vt nihil habeat perſonalis actionis admixtum.*

25 *Prædium ſiue vrbanum, ſiue ruſticum ex ſola contrahentium voluntate non cenſetur hodie obligatum, niſi ſolenniter corã magiſtratu fiat, etiã decreto ipſius interpoſito.*

PErtinent ad hoc caput multa Iuriſconſultorum reſponſa, tam ex hoc ſecundo libro [a], quàm aliis [b]: præſertim ſi quod proximè huc ſpectat, coniunxeris: quibus modis dominus videatur conſenſiſſe obligationi rei ſuæ ab alio factæ [c]. Celeberrimum eſt autem omnium horũ, quod ſcripſit Caius Iuriſconſultus [d], ad cuius interpretationem reliqua omnia obiter reducemus.

Contrahitur.) Non omnis hypotheca contrahitur pacto, ſed quæ contrahitur, pacto contrahitur. †Conſtituitur autem etiam decreto iudicis, & 1
vltima voluntate [e], idq́ue vel expreſſè [f], vel tacitè, vt pro legatis quibuſlibet [g].

Per pactum) per quod ſimulatque contracta eſt, etiam conſtituta intelligitur, ſic vt protinus nata ſit hypothecaria actio, quæ eſt in rem. Quod iure prætorio receptum eſt [h] †. in hypothecis abſque traditione conſtitui 2
ius in re potius, quàm in aliis quibuſlibet rebus traditionem requirentibus, etiamſi fuerint incorporales [i], propter modicum præiudicium debitoris ex hypothecis [k], cùm hypothecæ conſtituantur ad ſecuritatem creditoris,

a *l. grege. §. ſi ſub cõditione. l. credi tor prædia. §. j. l. cum tabernam. §. idem quæſijt. hoc tit. l. creditor. §. poſt diuiſionem. Qui potior. in pig.*

b *l. ſi tibi decem. §. de pignore. de pact. l. j. de pig. act. l. in re. de fid. inſtr. l. non ſolum. §. ſi rẽ tuam. de vſucap.*

c *l. fideiuſſor impetrauit. §. pater Seij. hoc tit. l. Pomponius ſcribit ſi gratuitam. §. ſi quis fideiubeat. prox. ſeq. tit.*

d l. contrahitur hoc tit.

e *l. non eſt mirũ. de pig. act.*

f *l. Lucius titius. de aliment. et cib. leg.*

g *l. j. C. com. de legat. & fideicom.*

h *l. l. ſi tibi dec. §. de pig.*

i *l. 3. §. dare. de vſufruct. l. ſi partem. Quemadmodũ ſeruit. amit.*

k *Salic. ad l. j. de pig. act.*

ditoris,ad conſequendũ quod ex alia cauſa debetur. Qua ratione fit etiam
3 vt † hypoca oĩm bonorũ includat nõ tãtum præſentia,ſed & futura[a], quæ ta
mẽ nõ cõprehenduntur in vẽditione aut donatione, etiãſi hæc teſtamento
facta ſit[b]. eritq; hoc differentiæ inter obligationes quas dicimus coſenſu
cõtrahi,& hypothecarias,quòd hæ nõ producant actionẽ perſonalẽ ad im-
plemẽtum eius quod cõuentũ eſt,ſed mox ſecũ trahunt ſuã executionem:
& ſimulatq; de hypotheca cõuenit,iam hypotheca eſt. ex illis verò agitur
ad implementũ conuẽtorum. Quare I. C. non fecit hypothecariã obliga-
4 tionẽ ſpeciem eã quæ † cõſenſu cõtrahuntur, ſed has illis comparauit,velu
ti diuerſas[c]. Neq; tamen hæc ſic accipi velim,quaſi nõ poſsit eſſe vlla pro-
miſsio hypothecæ,quin mox hypotheca conſtituta ſit. Nam vt qui promit
tit ſe pignus daturum,tenetur actione de conſtituto[d], & reſtat executio
facienda eius quod promiſſum eſt,ita quoque qui in genere hypothecã ali
quam promiſerit,actione de conſtituto tenetur,vt exequatur quod pro-
miſit,& hypothecam aliquam conſtituat,quod nihil repugnat huic loco,
vbi præſentibus verbis cõuenit,vt res eſſet pro debito obligata,& quidem
certa res & determinata,quod magis videtur ſpectaſſe I. C.[e] quàm quod
verba præſentia à futuris diſtinxerit,vt clarè indicant ſubiecta verba: *Sed
etſi quis certam perſonam fideiuſſuram pro ſe conſtituerit*, quaſi oſtẽdere velit
5 differentiã † quandã inter promiſsionem hypothecæ,& fideiuſſoris:nem-
pe quod ſi ita dixerim creditori,quo lubẽtius crederet: *Erit tibi hypotheca
aliqua*,iam hypothecæ promiſsio ſit,ſed nondũ hypotheca ſit. Si verò ſic:
Erit hoc tibi pignus,vel hæc res obligata pro debito, ex eiuſmodi promiſsione
nõ ſit perſonalis actio ad hypothecã cõſtituendã,ſed iã cõſtituta ſit, ſi ius
mihi fuit eã cõſtituẽdi,vt nõ oporteat actũ agere. De fideiuſſore verò ſiue
ſic dixerit: *Erit qui pro me fideiubeat*,ſiue ita: *hic erit pro me fideiuſſor*,vtroque
modo perſonalis tãtum obligatio ſit nata,cuius implementũ cõſiſtat in fi-
deiuſsione futura,& nondũ facta. Neq; enim,vt res noſtras obligare poſ-
ſumus,ſic & alios pro nobis dare fideiuſſores,niſi illi ipſi creditori ſtipulãti
6 ſpõdeant. † Ratio aũt cur nõ cõſtituatur hypoca hac verborũ formula: *Erit
tibi aliqua hypoca*, æquè vt hac: *hæc res tibi hypotheca erit*, manifeſtiſsima eſt:
vtpote,quod hypothecæ perſecutio ſit in rẽ[f],& ſic requirit hypoca certum
ſubiectũ & fundamentũ in quo reſideat,& rẽ quæ demõſtretur & deſigne-
tur ab actore,quã etiã poſsideat aduerſarius,vt oportet in oĩbus actionib⁹
quæ ſunt in rẽ,deſcribere rẽ[g],veluti prædiũ ex vicinis prædiis[h]. Quo fit vt
licet valeat vẽditio,donatio aut quæuis ſtipulatio rei in genere facta(debe
ri enim poteſt genus)nõ tamẽ eſt vlla hypothecæ obligatio,q̃ ſic ſit gene-
ris[i]. Quod acutè quidã[k] verũ eſſe dixit,quoad hyporiam actionẽ:genus e-
nim in genere neq; vẽdicatur, neq; poſsidetur:ſed nihil eſſe quo minus pi
gnoraticia directa actio naſcatur ex obligatiõe generis,vtputa ſi cõmoda-
to accipiẽs codicẽ,dein pignori ducatos tres:nõ vt illa corpora nũmorum
quæ dedi,debeant reſtitui,reſtituto cõmodato,ſed quod ſufficiat in gene-
re tot ducatos reddere. Nã ſicut ex natura depoſiti eſt, vt non tranſeat rei
depoſitæ dominium in accipientem[l],ſed idem numero reddatur: ſic nec
pignoris dominiũ trãſit in creditorẽ[m]. Egreditur tamen aliquãdo depoſi-
7 tũ ſuos terminos,vt ſimile,non idẽ debeatur[n]. † Cur ergo nõ poſſet & pi-
gnoris obligatio eoſdẽ illos ſuos terminos egredi? vt non eadem corpo-
ra nummorum quæ pignori ſunt,ſed tot quot data ſunt reſtituantur? quod
licebit aſſcribere aliis differentiis hypothecariæ actionis à pignoraticia,
quas ſuperius enumerauimus.

Conuentum.)Adiectum hoc mihi videtur, ad ſignificandã hypothecam

C quæ

a l. vlt. C. quæ res pignori oblig. poſſit.

b l. ſi ita. de aur. & argen. legat.

c vt in hac l. contrahitur. verſic. ſicut eſt in his obligationibus.

d l. qui autem. §. ſi quis cõſtituerit. de conſt. pecu.

e in d. §. ſi quis cõſtituerit.

f l. pignoris. hoc tit.

g l. ſi in rẽ. de rei vendicat.

h l. forma. de cenſib.

i Salic. & Fulgo. in l. j. de pignor. act.

k Fulgo. obiter in d. l. j. de pign. act. & plenius in l. 2. ſi certum petatur. circa finem principij.

l l. licet. §. rei depoſitæ. depoſiti.

m l. cum et fortis. §. pignus. de pig. actione.

n l. Lucius. l. de ſponſalio-rum. §. j. depoſ.

quæ expreſsè contrahitur, & ad diſtinguendam eam ab illa, quæ aliquot
modis contrahitur tacitè [a], quod fit quidem etiam pacto vel conuentione,
ſed tacita [b]. Cùm autem hæc duo † *pactum conuentum* coniungimus, exclu 8
dimus tacitum pactum, & tacitam conuentionem. Idemq́; hic dixerit Iu-
riſconſultus, ſi ſic interpretetur, quod aliis verbis alio loco [c] dixit: *Ex cõ-
uentione manifeſta pignoris nomine teneri.* Sed etſi quis mallet hic fortè am-
plecti eam deſcriptionem pacti cõuenti, quam nouiſsimè dedit quidã [d], ſci
licet vt ſit illud quod alicuius conuentionis gratia concipitur, ſicut dici-
mus pacta conuenta ſuper dote aut donatione propter nuptias [e]: item & in
ſocietate [f], tranſactione [g], & cæteris contractibus quibuſcunq;, ea quoq;
ſignificatio non malè quadrabit. Acceſſoria enim eſt ſemper hypotheca
alterius alicuius obligationis. Quod autem alio loco [h] dicitur, nuda con-
uentione hypothecã cõſtitui, non quod id fiat pacto nudo .i. (vt ille de-
ſcribit) quod non ob contractum, neq; ob aliquod negotiũ quod ſine vlla
cauſa factũ eſt, ſed quod non interuenerit traditio, in poſteriori parte il-
lius reſpõſi, qua agitur de hypotheca, æquè vt in pignore, de quo in priore
parte illius reſponſi agitur: Vbi ſanè (vt id obiter addã) mirũ videri poſſet
adferri à Iuriſconſulto † eãdem cauſam contrariorũ effectuũ, veluti quod 9
ſi quis rẽ alenã, vſucapione eius inchoata, det vero domino pignori, deſi-
nat vſucapere, ſed ſi eã obliget tãtum hypothecæ noïe, & nõ tradat, nõ de-
ſinat vſucapere: hac addita vtriuſq; ratione, quod nullũ pignus contractũ
ſit. quod Accurſ. ad poſſeſsionẽ retulit, & rectè quidẽ, vt ea ratio cõueniat
tradito pignori. Si enim ea res pignori data domino vero, eſſet creditoris,
poſſeſsio ſiue detẽtio non impediret vſucapionẽ debitoris [i]. At nunc cùm
pignori nõ ſit, nõ poteſt videri debitor eam per creditorẽ poſsidere: ſed
interrupta poſſeſsione, interrũpitur vſucapio: ſed ad hyp^cam^ cõuentione
cõſtitutã, nõ ſatis rectè ea ratio applicabitur, ex ſola poſſeſsiõe, ita ſcilicet,
quod quia nõ deſijt poſsidere debitor, nec vſucapere deſierit: hoc enim pa
cto potius aliã rationẽ pro ratione I.C. dares, quàm illam ipſam ab eo datã
videres declaraſſe. Hoc igitur voluiſſe eũ crediderim, quòd ſi cõuentione
contracta hypo^ca^ teneat firmitatẽ, iã deſijt debitor vſucapere, quia ex ne-
ceſſario antecedẽte, debuiſſet tẽpore cõſtitutæ hypothecæ ius dominij ha
buiſſe in re obligata: & ſic quod ſuũ eſt, nõ amplius ſuũ faceret vſucapio-
ne: quamuis enim per Seruianã actionẽ tueatur prætor creditorẽ, cui hypo
theca eſt cõſtituta, ab eo qui habet Publicianã [k], non tamen ob id putandũ
eſt, quod creditor verum ius hypothecæ habeat: non magis quàm debitor
verum rei dominium. Et vt Publiciana actio nihil debitori valere poſſet
aduerſus verũ dominiũ [l], ita quoq; nõ poteſt † verus dominus rei Seruianã 10
actionẽ eius noïe habere, quam, ſi non poſsideat iure dominii, non pigno-
ris, vẽdicare poteſt [m]. Sed vt vnde digreſsi ſumus, maturè reuertamur:
Ex eo quod dictum eſt, hypothecã conſtitui pacto cõuento, protinus in-
ferri poterit, quod nõ ſic ſit egreſſa metas perſonalis actiõis, quin ſaltẽ ex
parte creditoris cohæreat perſonæ in eo ſcilicet, quòd li[illegible]t † per liberam 11
perſonã acquirantur nobis poſſeſsiõ & dominiũ [n], non t[illegible] ius hypo-
thecæ [o]: præterquàm vbi perſonalis obligatio abſq; ceſsione nobis p libe
rã perſonã acquiritur [p]. Quod vſq; adeò verum eſt, vt ſi pater legati cõdi-
tionalis nomine relicti filio familias acceperit hypothecam, ceperitq́; le-
gatum deberi, non ei, ſed filio ſuæ poteſtatis facto, non poſſet hic ven-
dicare hypothecam de qua ſibi pater proſpexerat [q]. Nam videretur hy-
potheca cohærere legato, cuius acquirendi occaſio tranſijt ad filium, ſi-
mulatque is in ſuam venit poteſtatem, ante conditionis euentum [r].

a toto tit. prox. ſequent.
b l. iñ. quia de pact.
c in l. eſt differẽtia. ƒ. tit. ƒ.
d Loriot. in tit. de pact. & tranſact.
e in rubric. C. de pact. conuent. tam ſuper dote.
f l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.
g l. 2. de tranſactionib.
h in l. non ſolùm. ƒ. ſi rem tuam. de vſucap.
i l. qui pignoris cauſa. de acquir. poſſeſ.
k l. ſi ab eo. hoc tit.
l l. vlt. de publiciana in rẽ actione.
m l. neq; pignus. de reg. iur.
n l. j. l. per procuratorẽ. C. acquir. et retinen. poſſeſ.
o l. ſolutum. ƒ. per liberã. de pig. act.
p l. 2. C. per quas perſonas nobis acquir.
q l. ſi legati cõditionalis. hoc tit.
r l. quæ legata. de regul. iur. l. ſi vxor tua. C. de conditionibus inſert.

Nam licet hypotheca legalis in bonis defuncti teſtatoris tributa ſit omnibus legatariis[a], & ſic filio familias competat, conuentionalis tamen hypotheca in rebus hæredis, neque patri, neque filio proderit. Non quidem patri, cui legatum non cepit deberi, cùm acquiſitionis initium cõſtitui debeat tẽpore euenĩẽtis cõditionis[b], vt non potuerit hypothecaria actio naſci, antequam cõſiſteret ius principalis obligationis[c]. Imò & ſtipulationũ quamuis ea vis ſit, vt quoad effectũ acquiſitionis ſpectes initium[d]: vtilitas tamen fideiuſſoriæ ſtipulationis (ſi fortè pater hoc caſu fideiuſſorem accepiſſet) non pertineret ad patrem[e]. Patri enim legatorum nomine non cauetur, niſi cũ ea adiectione, ſi cum dies legati cedit, filius adhuc in poteſtate ſit. Imò etſi abſque illa adiectione fuerit ei cautũ, exceptione tamẽ poſſet repelli: quoniã cautũ ei eſſe iniquũ foret, quãdo alii deberetur legatũ[f].

12 †Et aſſumit huiuſmodi ſtipulatio naturam legati conditionalis ſuper quo interponitur[g]: Filio verò nõ eſt acquiſita hypotheca, quod non ipſe ſibi, ſed pater pro ſua voluntate intelligitur conueniſſe: quamuis & filio, ſi exegiſſet, cauendum fuiſſet[h].

Nec ad rẽ pertinet quibus fiat verbis.) Cõmodè, obſcuritatis & cõfuſionis euitãdæ gratia, poterimus in duo capita hæc diuidere, & hinc initiũ facere,†
13 quod non refert viua voce, an per ſcripturã cõtrahatur hypotheca, ac deinde, quod in neutro genere vlla deſideretur verborũ proprietas. Cõtrahi-
14 tur ergo & inter abſentes[i], quod de † legali hypo^ca quæ tacitè cõtrahitur, minus mirũ eſt, quã quidẽ lex ipſa nõ ſolum inter abſentes, verũ etiã de hypotheca nihil agẽtes nec cogitãtes hypothecã inducit[k]. Similiter de pignore quod traditur reipſa, ſi ad abſentẽ mittatur, minus quoq; mirum erit, contractã eſſe obligationẽ rei: quàm ſi dicas (quod hic deciditur) hypothecã cõſtitui ſola cõuentione abſẽti, per nunciũ[l], vel epiſtolã[m]: qua licet ſcribatur prædiorũ poſſeſſionẽ eſſe traditã, nõ tamen acquiſita eſt poſſeſſio, ſi nõ fuerit apprehẽſa, neq; dominiũ rei quæ per literas donatur, acquiſitũ e-
15 rit, niſi miſſam rẽ acceperit donatarius[n]. In hypotheca tamẽ, vt inter præſentes, ſic inter abſentes ius cõſtituitur ex ſolo cõſenſu declarato per epiſtolã, eamq; vel ſcriptã ab eo qui hypo^cam ipſe ſuo creditori cõſtituit, vel tãtum ſubſcriptã. vtrũlibet enim ſufficit[o]: imò (ſi Fulgoſio[p] credimus) etiã ſi eius manu nec ſcripta nec ſubſcripta fuerit, dũmodo ꝓbari poſsit, volũtate eius (ſcribere fortè neſciẽtis) ad creditorẽ eſſe miſſam: vt quemadmodũ miniſteriũ præbet nuncius ad hypothecã contrahendã, qui tamẽ voce ſua nõ mittentis vtitur[q]: ſic & epiſtola ab alio quocunq; ſcripta, ſi à debitore miſſa ſit in hoc, vt per eã cõſenſum ſuũ creditori explicet, in accipiẽda hypotheca ſatis demõſtrat, vel ſola receptione epiſtolæ, cui non contradicit, ſed diligẽter eã ſeruat, vt poſtea cùm opus ſit, in fidẽ contractæ hypothecæ exhibeat. Nã vel illo ſolo argumẽto colligitur cõſenſus recipiẽtis epiſtolã, nõ tãtum in iis q̃ ei vtilia ſunt, nẽpe quod ei acquiratur hypo^ca, aliaue obligatio[r], verũ etiã in iis quæ ei oneri ſunt, & ad ipſius ſpectãt obligationem[ſ].

Sed nec idcirco hypothecæ obligatio ceſſabit, quod in priuata ſcriptura
16 dies & cõſules additi nõ ſint, vel quòd ea ſignata nõ ſit[t]. Imò etiã ſi † inſcriptus ſit dies, & quæſtio ſit inter creditores de prælatione ex tẽpore, nullã priuata ſcriptura fidẽ faciet de tẽpore in præiudicium aliorũ creditorũ, qui inſtrumẽtis publicis poſterioris tẽporis nituntur, niſi trium teſtiũ integræ opinionis ſubſcriptione, & ſic quaſi publicè confecta ſit[u], ſcilicet ad excludendam fraudem, qua facilè obligatio pignoris mentiri poſſet, prælato à debitore die priuatæ ſcripturæ[x]: Quod ita extenſum legimus[y], vt etiamſi procurator, de cuius mandato conſtat publico inſtrumento,

a l.1.§.omnibus vero. C. cõmunia de legat. & fide commiſ.
b d.l. quæ legata. & d.l. ſi vxor.
c Angel. in d.l. ſi legat. & facit. l. grege. §. ſi ſub cõditione. hoc tit.
d l. ſi filius ſub conditione. de reg. iur. l. vltim. de ſtipul. ſeruor.
e d.l. ſi legati. in fi.
f l.1.§. vlt. vt legat. nomine caueat.
g l.1.§. ſi quis ſub conditione. eo. tit.
h l. ſed & ipſis. vt legat. nomine caueatur.
i l. creditor prædia, §. pignoris. hoc tit.
k toto tit. prox. ſequent.
l l. cõſenſu. de act. et oblig.
m l. cum tabernã. §. idem quæſijt. hoc tit.
n l. abſenti. de donation.
o l. ſi ergo. §. dotis. de iure dotal. l. cum antiquitat. §. cùm antẽ. C. de teſtamẽt. Iaſon. in. l. emptor. §. Lucius. de pactis.
p in d.l. cùm tabernã. §.1.
q l. qui autem. §. vlt. cum l. ſequẽti. de conſtit. pecu.
r l. Titius. de cõſtit. pecu.
ſ l. ſi filiusfamil. patre abſente. ad Macedo. & l.j. de procurat. Bartho. in l. quo enim. §. j. Rem ratã habere.
t d.l. idẽ q̃ſijt. in fi.
u l. ſcripturas. C. qui pot. in pig.
x l. repetita. de fide inſtrument. l. ſi à debitore. de falſ. l. ſi creditor. C. ad l. Cor. de falſ.
y ab Ancho. Conſil. 28. incipiente. rationes inductæ.

 obliga-

obligauerit in vim illius bona domini per priuatam ſuam ſcripturam, quæ diem habeat, nondum tamen creditur illi ſcripturæ de tempore in quæſtione prælationis, quamuis non parum adiuta inſtrumento publico dati mandati. Sufficeret tamen ad tẽporis probationem, ſi duo tãtum teſtes inſcripti ſint, & in locũ tertii alia ſint adminicula maioris ponderis & autoritatis, quàm ſit vnius teſtimoniũ, vt nuncupatim conſulit Fulgoſius [a]. additq; etiam, ſi nulla emiſſa ſcriptura tantùm tribus teſtibus probetur confeſsio extra ius emiſſa. Ac nouiſsimè id ſic latius extendit quidam [b], vt ſatis ſit, ſi duo teſtes deponãt de hypotheca & tẽpore illius, cùm ad eam cõtrahendam non requiratur ſcriptura, ſed teſtibus poſsit probari, videlicet duobus: cùm nulla lex maiorem numerum requirat ad probandã abſq; ſcriptura hypothecã contractã. An autem e adẽ cõſtitutio, quæ reſtinguit fidẽ priuatæ ſcripturæ, quoad diem in conuentione creditorũ de prælatione in hypothecis, extendi poſsit ad alia quælibet ſimilia negotia, veluti ſi quæſtio ſit inter creditorẽ & emptorẽ rei obligatæ, vẽdita ne prius an obligata ſit, aut quæratur quando facultas redimendi ab emptore, venditori conceſſa ſit (cùm iura non in ſingulas cauſas & perſonas cõſtituantur) controuerſum [c] eſt, & non huius loci.

Porrò cùm volũtates cõtrahẽtium iuſtũ ſit inſpicere, magis quàm conceptionẽ verborũ, nõ deſiderabitur in cõtrahẽda hypotheca † vlla verborũ proprietas, ſed ſuffecerit eos qui negotiũ hoc gerũt cõſtituẽdæ hypothecæ cõſentire [d]. veluti ſi promittat debitor fide & periculo rerũ ſuarũ, vel per earũ executionẽ, vel adhuc occultius, quod niſi ſatisfaciat creditori, poſsit vẽdere rem aliquã debitoris ab eo deſignatã [e]. hoc enim eſt deſcribere & circũloqui ius hypothecæ à fine eius & effectu [f]. Licet alioqui cũ aliis verbis hypotheca ritè conſtituta eſt, nõ faciat hæc adiectio, quod vẽdere illã liceat, potiorẽ eum creditorẽ, cui id permiſſum eſt, aliis prioribus, quibus id nõ eſt nominatim permiſſum [g]. his tũc ſufficit, quòd priores ſunt in hypotheca, cuius virtute cõſequentur, vt vẽdere liceat, etiamſi id nõ ſint pacti †. Vt nec illud adiuuat creditorẽ tẽpore poſteriorem, quòd hypotheca ei tradita ſit: cùm enim ſola cõuẽtio hypothecæ cõſtituat ius in re, traditio pignoris nõ facit eũ qui poſterior eſt, potiorem [h]. Sed etſi quis promittat ſuper fundo, aut alia re qualibet propria, vis & ſignificatio dictiõis *Super* ea eſt, quòd importet hypothecã [i]. Sed nõ eadẽ vis eſt præpoſitionis *ex*, quæ hypothecã nõ ſignificat, neq; rẽ afficit vllo iure, ex qua quid præſtandũ eſt [k]. Ac deniq; verbũ pertinere †, ex ſubiecta materia inuenitur nõ male cõuenire contrahẽdæ hypothecæ, vbi quis rogat creditorẽ, ne fideiuſſore eũ oneret, cùm ſciat, quòd tabernam, ſeruos, aliamue quamlibet rẽ eius, velut in ſuo arbitrio habeat, & ad ſe pertinere putet [l]. Et hæc † enunciatiua verba (videlicet quòd ſcit creditor, ſe in ſuo arbitrio habere quæ diximus) inducũt diſpoſitionẽ, eò quòd per modũ cauſæ prolata ſint [m]. Quod adferri poterit in cõfirmationem illius quod tradidit Ludouicus [n] Roma. verbũ *adiudicari* nõ malè quadrare petitionibus quæ fiunt in genere actionis hypothecariæ, quod tãtum confirmat ex cõmunioribus regulis, videlicet verba in libellis impropriari poſſe vt teneat intẽtio [o], quod nunc propius cõfirmabitur ex eo quod & induci poſsit ſiue contrahi hypotheca ea forma, quam nouiſsimè diximus: nam ſi creditor cenſeatur rem ſibi obligatam in ſuo arbitrio habere, & putare poſſet ad ſe pertinere, cur petere non poſſet ſibi adiudicari?

Tranſeamus nunc ad vltimũ articulum huius capitis, nẽpe ad modos occultiores approbationis hypothecæ in rebus noſtris per aliũ cõtractæ.

Et

a Conſil. 133. incip. proponitur probatũ. colum. 2. verſi. ad legẽ aut ſcripturas.
b Tyraquel. §. 1. de retract. conuentionali. in gloſſ. 7. nu.
c apud Soſi. conſil. 75. quartæ partis. nu. 7. & num. 14. in fine.
d l. vlt. C. quæ res pig. obli. poſsit.
e l. creditor. §. poſt diuiſionẽ. Qui pot. in pig.
f Bald. in l. creditores. C. de pig. Frãc. Are. ſingulari. 2
g l. ſi prio. §. vlt. qui pot. in pig.
h Iaſ. in l. quoties. C. de rei vendicat. in 3. limitatione.
i l. fundus. de annu. legat. l. codicillis, §. inſtituto. de legat. 2.
k l. vlti. in fine. de contrahẽd. emptione. l. Caius. & ibi Bartho. de alimẽ. legat. l. fundi Trebatiani. de vſu & vſufruct. legat.
l d. §. idem quæſijt. in l. cũ tabernã. hoc tit. interprete Budæo. ibi. & Alciato. 2. diſpunct. cap. 17.
m Bartho. & Fulgo. in d. §. idem quæſijt. per l. emptor. §. vlt. de rei vendicat. & cap. vlt. de ſucceſſ. ab inteſtat.
n conſ. 245.
o Notatur in l. ſi quis intentione.

81 Et quidem ſi quis fideiubeat † apud creditorem pro debitore, à quo ſciuit rem ſuam eſſe obligatam, hoc ipſo quod fideiubet, & ſic apertè agit, vt ſatiſdetur creditori, intelligitur conſentire rem ſuam eſſe obligatam, vt ſic ſit ſatisfactum creditori [a]. Cùm enim conſenſu domini conualeſcat hypotheca prius inutiliter à non domino obligata [b], negari non poterit, quin & is conſenſerit, qui contractum vſque adeo approbauit, vt etiam ſe fideiuſſorem præberet [c]. Approbauit ergo cum ſuis qualitatibus & acceſsionibus, videlicet cum hypotheca adiecta, quæ acceſſoria eſt principalis obligationis, & quam ſi cõfirmare noluiſſet, cùm ſciret contractã, debuiſſet excipere & proteſtari: ne generali & indeterminata app̄batione cõtractus, quæ reſultat ex ipſa fideiuſsione, ſibi præiudicaret, etiã in pignore ſiue hypotheca rei ſuæ, quamuis alioqui fideiuſſio tã ſtricti iuris ſit, vt qui fideiubet pro debitore, à quo & pignora data ſunt, nõ teneatur actione pignoraticia cõtraria, ſi fortè in pignore deceptus ſit creditor, nã in eã obligationẽ non interceſsit [d]. Sed ſi ipſius met fideiuſſoris ſit res quæ obligata eſt, idq́; ſciat dũ fideiubet, nõ poterit ipſe, approbato ſemel toto cõtractu & negotio, euincere eam liberam à nexu hypothecæ [e]. Sed hic probabiliter dubites, anne ſaltem hæres eius, qui ſic fideiuſsit, ſuſtinere poſset eam rem liberam ex ſuo ipſius iure: & quod non habuit à defuncto cui ſucceſsit. Ex hoc enim indubiè non magis quàm ipſe defunctus liberam poſſet dicere: & crediderim hanc tacitam approbationem exercere quidem vires ſuas aduerſus ipſummet fideiuſſorem, ſi fortè re vera res eius ſit quæ obligata eſt. Sed tamen, cùm ſuam eſſe putat, non ſit verè eius, ſed illius qui poſtea ei ſuccedit, non ob id magis cenſebitur eius res obligata, exemplo eius quod dicitur, de euincẽdo dominio rei per hæredẽ eius qui fideiuſsit pro euictione, cùm ab alio venderetur [f], licet is ipſe qui fideiuſſit, euincere non poſſet [g]. Ita vt meliore loco hic ſit hæres ſuo iure vtens, quod non habet ex ſucceſsione, quàm eſſe poterat is cui ſucceſsit. Nam
82 tacita illa † approbatio contractus venditionis, quæ ex eo ſolo colligitur, quòd quis ſe illius fideiuſſorem præbuit, non tendit directè & ex profeſſo ſecundum intentionem fideiubentis, ad aliquam abdicationem dominij, quaſi hoc velit, qui ſic fideiubet, dominium à ſe abdicare, & in emptorem transferre: etiamſi res ſua ſit (ſicut factum venditoris directè ad hoc tẽdit, atque ita fit, vt hæres venditoris nec ex ſuo ipſius iure vendicet [h]) ſed ſolum conſecutiuè induxit & ſecum traxit ea fideiuſsio, tacitaq́; contractus approbatio, obſtaculum quoddam rei vendicationis, nempe, quòd ipſe fideiuſſor, qui emptorem ſecurum voluit facere, ſemper habendæ rei pro ſua fideiuſsione euictionis nomine præſtita, non videretur dolo carere, ſi ipſemet tentet euincere: Quæ quidem ratio non porrigitur ad illum qui poſtea ei hæres factus eſt: hic enim nihil fecit, quo fidentius emptor emeret, nec eſt ad contractum venditionis & emptionis adhibitus: & ſic nihil eſt in quo fidei ruptæ poſſet argui, vendicando ex ſuo ipſius iure, quod à defuncto fideiuſſore non acceperat. Quæ quidem omnia facilè transferri poterunt ad hypothecam. Sed vt verbis fideiuſſionis, ita & ſcriptura hypothecariæ obligationis fiet, vt quis conſenſum videatur dediſſe obligationi rei ſuæ per alium factæ [i]. Veluti ſi filius emanci-
83 patus † ipſe ſcripſerit obligationem paternam, quæ continet & hypothecam alicuius rei ſuæ. i. filij, & ſub ea commemoratione quod filij eſſet. Cui cùm implacabiliter videretur obſtare aliud reſponſum [k], in quo qui ſubſcripſit inſtrumento dicitur nihil ſibi in ſuo iure præiudicaſſe: tentata [l] eſt multiplex via & ratio conciliandi, quæ omnes tendunt ad diſtinctionem

[a] l. Põponius ſcribit, ſi gratuitam. §. ſi quis fideiubeat. infr. tit. j.
[b] l. ſi fundus. §. ſi neſciẽte. hoc tit.
[c] l. exceptione, C. de euictionibus.
[d] l. ſi in pignore. de fideiuſ.
[e] d. §. ſi quis fideiubeat.
[f] l. vlt. C. de euictio.
[g] d. l. exceptiõe. C. de euict.
[h] l. mater. C. de rei vẽdicat.
[i] l. fideiuſſor impetrauit. §. pater Seij. hoc titulo.
[k] l. Caius de pig. action.
[l] à Saliceto & aliis. in d. l. Caius.

 triplicem,

triplicem, videlicet ex perſona ſcribẽtis, genere cõtractus aut negotij de quo ſcriptura fit, & deniq; illius quod erit inſcriptũ. Nam in caſu illius reſponſi[a] ſcripſerat extraneus: hic patri ſcripſit filius, ſic vt neceſsitudo & ius ſanguinis faciat præſumi, quòd filius piè voluit patri officiũ præſtare, & pro eo hypothecam dare[b]. Illic ſcriptura, de cuius ſubſcriptione ſola à teſte quærebatur an noceret, cõfecta fuit ſuper actu vltimæ voluntatis, ſiue teſtamento, in quo nullum cum teſtibus geritur negotium[c]. legantur etiam res alienæ[d], & nihil nocet falſæ demonſtrationis adiectio[e], veluti ſi dicat teſtator (vt ibi dixerat) ſe legare fundũ quẽ à Lucio Titio emit, cùm non emiſſet, vel non ab eo. Hic verò ſcriptura tota, in genere contractus continẽs ſubſtantiam obligationis, quæ non potuit valere abſque cõſenſu domini, cuius res obligabatur, facta eſt ad robur & firmitatem totius negotii à filio, etiam ſub commemoratione rei ſuæ, hoc eſt, expreſſè in ſcribendo quòd ſua eſſet, ita vt non potuerit ignorare eam obligari, cùm tamen ſæpe teſtamentarii teſtes ignorent quid inſcriptum ſit teſtamentis, & vel inuitis eis res illorum legari poſſunt, vt ſcilicet hæres præſtet æſtimationem, & ſic legatum teneat, res verò noſtræ nobis inuitis non poſſunt obligari, vt hypotheca teneat.

Sicuti eſt in his obligationibus, quæ conſenſu contrahuntur.) Quæ licet omnes vno loco enumeratæ[f] iuris ciuilis ſint, hæc tamen ex iure prætorio eſt[g]. In illis quoque vltro citroq; naſcitur actio, & alter alteri obligatur[h], hic ex vna tantum parte conſiſtit obligatio: Imò nec ex vna quidem, cùm inita ſit conuentio non ad obligationem perſonæ, ſed ſolius rei, & adeò in rem † ſit actio, vt nihil habeat perſonalis actionis admixtũ[i]. 24

Sine ſcriptura ſi conuenit.) In rebus tamen immobilibus, in quibus præcipuus ferè vſus eſt hypothecarũ, alio iure hic vtimur. Nam vt prædium ſiue vrbanum ſiue ruſticum cenſeatur aſtrictum ſiue affectum hypothecæ, non ſatis eſt de eo priuatim conueniſſe †, etiam coram tabellionibus: 25 niſi coram magiſtratu ſemper aliquo, ſecundum eius iuriſdictionem, fiat ſolennis obligatio, & plerunque etiam decretò fiat ac confirmetur. Vt nec dominium prædiorum aliter transfertur, quàm ſolenni traditione, & (vt vocant) inhæredatione coram magiſtratibus facta.

Et probari poterit.) Non temerè hic bis illud repetitum eſt: nam præcipua quæſtio quæ ſolet ferè de hypothecis moueri, oritur inter creditores ſuper prælatione ex tempore, in cuius probatione ſcriptura potior eſt teſtibus[k], ob memoriæ infirmitatem[l].

Sicuti & nuptiæ ſunt.) Legittimatio tamen non aliter noſtro iure fit, per ſubſequens matrimonium, quàm ſi illud contrahatur nuptialibus inſtrumentis confectis[m]: quod tamen communiore ſententia non eſt Iure Canonico receptum[n]. De aliis quoque multis, quæ ſcripturam requirũt, aut ad ſubſtantiam, aut ad probationem nihil attinet hic plura dicere, quæ aliis locis plenè diſcuſsimus[o].

a d. l. Caius.
b Fulgo. in d. §. pater Seij. per. l. Procula. De probat. l. ſi ſeruus cõmunis. de donat. inter virum & vxor.
c §. ſed neq; hæres. Inſtit. De teſtament.
d l. cum alienã. C. de legat.
e l. demonſtratio falſa. de condit. & demõſtrat.
f in l. conſenſu. de actio. & obligat. & in tit. Inſtit. de obligat.
g l. ſi tibi decem. §. de pig. de pactis.
h Theoph. ibi.
i Iaſon. in d. §. de pignore. contra Accur. ibi. & in §. itẽ Seruiana. nu. 119. Inſtitut. de act.
k l. Celſus. de probat.
l l. peregre. in princip. de acquirend. poſſ.
m §. vlt. Inſtit. de nupt. Salic. in autent. maximis. C. de nupt.
n Panor. in princip. cap. tanta. qui filij ſint legit.
o in l. in exercendis. & in l. contractus. C. de fide inſtrumento.

PRO QVIBVS OBLIGATIONIBVS res hypothecæ dari poſſunt.

L. RES HYPOTHECAE.

SVMMARIA.

1 *Differentia inter actiones in rem, & perſonales.*
2 *Vbi lex reſiſtit cõtractui, nõ tenet hypotheca acceſſio.*
3 *Vbi exceptio cõpetit aduerſus actionem principalem, etiam datur aduerſus hypothecariam.*
4 *Cui non acquiritur obligatio principalis, illi nec hypothecaria;*
5 *Adiectio non poteſt hypotheca obligari, quamuis illi rectè ſoluatur.*
6 *Cui nõ eſt ſpes acquirẽdi obligationẽ principalẽ, illi non debet quoq; eſſe ſpes hypothecaria acquirẽda.*
7 *Nomine in ſolum dato, vendito, aut aliàs ceſſo, etiã hypotheca adhærens ceſſa cenſetur.*

8 Hypo-

8 *Hypotheca pro ſorte conſtituta, quandoque porrigitur ad vſuras.*
9 *Hypotheca pro vno debito conſtituta, quandoque ad aliud ab eodem debitum porrigitur.*
10 *Hypotheca pro hypotheca in ſubſidium conſtitui poteſt.*
11 *Pro popularibus actionibus, vt non accipitur fideiuſſor, ita nec hypotheca.*
12 *Vt fideiuſſores dotium dari prohibentur, an etiam ita hypothecas, vide diſtinctionem.*
13 *Hipotheca nõ facit mandatum non eſſe gratuitum.*
14 *Hypotheca & præcedit & ſequitur principalem obligationem vt fideiuſſor.*
15 *Si quis deſignauerit plures res hypotheca futuras, et quaſdam antequam mutuam pecuniam acciperet alienauerit, tranſeunt ſine onere hypotheca.*
16 *Dotis futuræ nomine, ſi plures res hypotheca futuræ deſignata fuerint, & quædam ante dotis dationem alienata fuerint, tranſeunt cum onere.*
17 *Qui hypothecã dederit pro mutuo quod numeratum non eſt, actione in rem repetit hypothecam in qua obtinet ſola probatione originis rei.*
18 *Accurſij exemplum maximè dubitabile, de inuectis quæ in partem debiti obligantur.*
19 *An in dote cauſa non numerata priuilegio prælationis vtatur mulier, cõtrariæ doctorũ ſententia.*
20 *Ciuili obligationi ex re iudicata accedit fideiuſſor, nõ illi in qua naturalis eſt ſublata per pactum de non petendo, vel iuſiurandum.*
21 *An debitũ ciuile tantùm in conſtitutũ deducatur.*
22 *Differentia obſeruanda inter naturalem obligationem, quæ ciuili obligationi quandoque fuit coniuncta, & eam quæ ſemper ſola fuit.*
23 *Obligatio principalis interdum pura eſt, vt etiam hypotheca obligatio, interdum altera pura altera conditionalis, interdum vtraq; conditionalis.*
24 *Nihil agere & non rectè agere, quandoq; eadem ſunt, quandoq; diuerſa.*
25 *Qui rem ſemel vendicauit, ex noua cauſa vendicare non prohibetur.*
26 *Lex Zenoniana explicata de plus petentibus.*
27 *Pœna legis Zenonianæ. an habeat locum in actionibus in rem.*
28 *Zenoniana conſtitutio, in quibus actionibus in perſonam locum habeat.*
29 *In pigneraticia actione non duplicantur induciæ ex Zenoniana conſtitutione, & quid in conditionalibus obligationibus hypothecarum.*
30 *Cautio pro ſecuritate creditoris peti poteſt in obligatione hypothecaria conditionali, & qua actione.*
31 *Qui deſijt poßidere ſine dolo & culpa, abſoluitur actione hypothecaria, vt rei vendicatione.*
32 *Penſionis vocabulo quid veniat.*
33 *An hypothecaria agatur ante diem obligationis.*
34 *In l. quæſitum. hoc tit. quæ appellentur pignora.*
35 *Perſecutio pignorum in rebus inuectis illatiſq;, an fiat per incluſionem, & quomodo in cæteris fiat.*
36 *Quomodo æſtimandum ſit, creditoris intereſſe, vt ante diem hypothecaria agere poßit.*
37 *Concludi in Hypothecaria ad ſolam declarationẽ competentis iuris hypotheca, vt in rei vendicatione ad declarationem dominij.*

PRINCIPIO nobis hæc conſtituenda erit regula, quòd nulla eſt hypotheca, quæ non ſit data aut contracta pro aliqua obligatione. Et cũ
1 ea differentia ſit † inter actiones in rem & perſonales, quod in his exprimatur in libello actionis, etiam cauſa obligationis ſiue contractus, ex quo debeatur, ita vt cum ex pluribus cauſis eadem res deberi poſsit, ei qui ſuccubuit ex vna cauſa, non obſtat exceptio ſi iterum petat ex alia. Illas verò ſic poſſumus deducere in iudicium generaliter, vendicando ex ſola cauſa proxima nempe dominij, vt omnes cauſas eius in iudicium deduxiſſe videamur: obſtetque rei iudicatæ exceptio, ſi ſemel abſoluto reo, ad idem iudicium petitor redeat [a]. Hac in parte hypothecaria actio, alioqui merè realis, ſimilior eſt actionibus in perſonam, vtpote requirens neceſſario allegari in libello actionis obligationem, pro qua dicatur data & cõtracta [b]. Quamuis enim dominium nõ poſsit niſi ex vna cauſa cõtingere [c], nec duorum eſſe inſolidum [d], poteſt tamen res in plures cauſas eſſe obligata & pluribus creditoribus [e]. Ex hac autem ſic conſtituta regula, pro latiore de-
2 ductione materiæ inferimus, quòd vbi lex † voluit obligatione principali occurrere. i. reſiſtere contractui, obligationi, aut facultati contrahendi, ſicut non tenet accedens fideiuſsio [f], ita nec hypotheca [g]. In turpẽ autẽ cauſam data pignora, an repeti poſsint, & qua actiõe, alio loco tractauimus [h].
3 Secundo inferimus ſiue addimus, quod vbi † obligatio in principali cauſa ſubeſt quidem, ſed ex ea agenti obſtat exceptio, obſtabit eadem hypothecariæ actioni [i], vbi ſcilicet & fideiuſſor eadẽ ſe exceptione tueri poſſet. hic enim ſæpè iam nobis comparandæ erunt obligationes fideiuſſoris & hypothecæ. Et vt facilius ſuccurritur fideiuſſori mulieris, quæ contra s.c. Velleianum fideiuſsit (nimirum indiſtinctè, ſiue aduerſus eam fideiuſſor regreſſum eſſet habiturus, ſiue non) [k] quàm fideiuſſori filijfamiliâs, qui contra Macedonianum pecuniam mutuam accepit, (hic enim cadit ea diſtinctio vt fideiuſſori non habituro regreſſum contra filium non

a *l. & an eadem. §. actiones. l. ſi mater. §. eadem cauſa. de excep. rei iudic.*
b *Accurſ. in d. §. actiones. in glo. ad verba, ex qua. & Bart. d. l. rem alienã. de pig. act.*
c *l. 3. §. ex pluribus. de acquir. poſſeß.*
d *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. commod.*
e *l. & quæ nondum. §. qui res ſuas. hoc tit.*
f *l. cũ lex. de fideiuſſ.*
g *l. ſolutum. §. ſine autem. verſi. alia cauſa eſt. de pignor. act.*
h *in l. mercalem. C. de condict. ob turpem cauſ.*
i l. ſi alius pro muliere. quæ res pĩgno. oblig. poſ.
k *l. ſi mulier cõtra S. C. Velleianũ pro me interceſſiſſet. §. j. ad Velleia.*

proſit Macedonianũ[a]) ſic quoq; de hypotheca dicendum erit, quam alius
dederit vel pro muliere vel pro filio: vt illi facilius & indiſtinctè ſuccurra-
tur, huic verò ſub eadem diſtinctione, quam nunc de fideiuſſore diximus.

Tertiò addimus, † quòd cui non acquiratur obligatio principalis, ei nec 4
hypothecaria acquiſita intelligitur: veluti ei qui ad ſolutionẽ eſt adiectus[b],
cui ſolui quidem poteſt etiam inuito creditore, & ſic vt liberatio ipſo iure
contingat[c], vel per exceptionem, quando aliud adiecto aliud debitori cõ-
uenerat ſolui[d]: ipſe tamen nouá obligationem ſibi non quæſitá, locum aut
tempus ſolutionis mutare non poteſt[e], neq; ei conſtitui debitum poteſt[f],
neq; fideiuſſor dari aut obligari[g], nec deniq; (quod huius eſt loci) † hypo 5
theca obligari: & ſi pignus ei datũ ſit, ſtatim etiá ante ſolutionẽ debiti prin
cipalis, repeti poterit: quamuis principalis obligationis pecunia ei ſoluta,
quæ (vt diximus) parit liberationẽ, non poſsit condictione indebiti repeti,
ſaltem ſi nõ poſtea conſtituiſſet debitor illá ſoluere ſoli creditori[h]. Aliud
adhuc eſt huius rei præceptum, Si quis fortè alterius pecuniam ſuo nomi-
ne det mutuo ſub pignore aut hypotheca. Nam vt ei cuius pecunia eſt non
quæritur perſonalis obligatio, ita neque pignoris aut hypothecæ[i], quam-
uis ſi nomine domini pecuniam mutuo dediſſet, actionem ei vtramque ac-
quiret, hypothecariam & perſonalem[k].

Quartò huc ſpectat, † quòd cui deſijt ſpes eſſe acquirendæ principalis 6
obligationis, ei quoq; hypothecariæ actionis ſpes amplius eſſe nõ debet[l].

Quintò accedat, † quòd in ſolutũ dato nomine vel vẽdito, aut ex alia cau 7
ſa ceſſo, cui adhæret hypotheca, hæc quoq; ceſſa intelligitur[m]. Non tamẽ
tam indiſſolubili vinculo hypothecaria actio perſonali coniuncta eſt, quin
ea ſublata tẽpore, perſeuerare adhuc poſsit hypotheca[n], imo & cedi alteri
abſq; principali obligatione. Sed & cũ hypotheca † ꝓ aliqua obligatione 8
cõſtituta eſt, porrigitur aliquádo latius ad ea quæ ꝓpriè in obligatione nõ
ſunt, ſed ei acceſſoria: vtputa ad vſuras[o], ſic vt qui in ſorte eſt potior, ſit &
in vſuris potior, etiá ijs quarũ dies ceſsit, poſtq; & alij res cœpit eſſe obliga
ta[p], locũ tamẽ habet diſtinctio in hypothecis, q̃ ſit in fideiuſsiõibus[q]. Quin
etiá in tacita hyp^ca^ locũ iſtud habere poteſt: veluti ſi quæratur, an bona ma
riti ꝓ dote obligata, ſint & ꝓ alimẽtis ei præſtádis ei obligata? q̃;uis hoc cõ
trouerſum eſt[r]. Adde quod † ꝓ vna cõſtituta hypotheca, pro alio quocũq; 9
eidem ab eodẽ efficaciter debito retineri poſsit. Quod quidem in pignore
conſtitutũ[s], Accurſius[t] (quẽ & alij[u] ſequuntur) transfert ad hypothecas:
vt ſcilicet locum habeat, non tantiſper dum adhuc res hypothecata eſſet,
ſed cũ per per hypothecariam actionem aduocata eius poſſeſsione ad cre
ditorem tranſierunt, velut in pignus quod ab initio creditori eſt traditum.

Res hypotheca dari.) Et vno quidẽ ſemp modo, videlicet ꝑ pactũ cõuentũ[x],
q̃;uis eorũ obligationũ quib⁹ hypothecæ accedũt variæ formæ ſint, modiq;
cõtrahendi multũ diuerſi, ſicut fideiuſsiones vno modo cõtrahũtur, verbis
& ſtipulatione[y], qualitercũq; cõtracta ſit prĩcipalis obligatio cui accedit.

Pro quacunq; obligatione.) Atq; adeo etiá pro alterius hypothecæ obliga
tione, nẽpe ſi detur † ſubſidiariũ pignus vel hypotheca, quò ſecurior ſit cre 10
ditor, ſi fortè ex priori hypotheca ſatisfieri ei non poſsit: quẽadmodũ pro
fideiuſſore alius fideiuſſor ſubſidiari⁹ dari poteſt[z]. Neq; hic refert faciẽdi
an dandi ſit obligatio, quæ vna diuiſio, recitatis hic alijs multis, omiſſa penè
videri poſſet, niſi nos admonerẽt exẽpla obligationũ ex vẽditione, locatio
ne, & mádato ſuſcepto. Imo faciẽdi obligationibus videtur expeditius hy
potheca accedere, q̃; fideiuſſor, propterea quòd de forma ſtipulationis fi-
deiuſſoriæ quæri poſſet, quid. ſ. fideiuſſor ꝓmittat, an factũ debitoris princi
palis

a l. ſed ſi pater. § penul. & vlt. ad Macedon.
b l. is qui promiſit. hoc tit.
c §. planè. Inſtit. de inutil. ſtip. l. aliud. de ſolut.
d l. vlt. §. vlt. de verb. obl.
e l. qui Romæ. §. Calimachus. de verbo. oblig. l. 3. §. idẽ Iulianus. de eo q̃d certo loco.
f l. ſed & ſi filiofa. §. j. cũ l. ſeq. de conſti. pecu.
g l. fideiuſſor obligari. in princ. de fideiuſſ.
h l. Titius. de conſtit. pecu.
i l. etſi frater. C. de pigno. eo. tit.
k l. fin. C. per quas perſon. nob. acquirat.
l l. ſi legati conditionalis. hoc tit.
m l. ſi in ſolutũ. l. ſi à creditore. C. de act. & obliga.
n l. intelligere. C. de luit. pigno.
o l. ſolutum. §. ſi in ſortẽ. & ibi DD. de pigno. act.
p l. Lucius. qui pot. in pig.
q l. quaro locati. l. centum capue. de eo quod cer. loc.
r l. fideiuſſores magiſtratuum. §. j. de fideiuſſ.
r Alex. & alij in l. ſi cum dotẽ. §. fin aũt. ſol. matr.
s l. vnica. C. etiam ob chyrog. pec. pig. reti. poſsit.
t ibi in fi. glo. vlt.
u Sali. ibi in. 13. quæſt.
x l. contrahitur. hoc tit.
y l. blãdimo. C. de fideiuſſ.
z l. grege in fi. de fideiuſſ.

palis & ſic inutiliter, vt videtur factum alienum: an verò ſuum ipſius factū, & ſic aliud quàm principalis, quod alio loco ſatis excuſsimus[a]. Sanè pro
11 popularibus † actionibus non accipitur fideiuſſor[b], ideoque nec hypotheca, cum nec creditor ex eo genere actionum quiſquam dicatur ante litem conteſtatam[c], ſaltem ſi non eius peculiariter interſit, & ad eum res pertineat quaſi priuato iure[d]. Obligationi verò ex crimine, quæ ſpectat ad accuſationem pœnamq́; corporalem, nō accedit in eandem pœnam fideiuſſor[e]: ita nec vllius hypothecæ diſtractio, dare poſſet fructum finemq́; eius obligationis, ſed pecuniariæ pœnæ ſiue mulctæ, vt fideiuſſor ita & hypotheca accipitur[f].

Siue mutua pecunia detur.) Eaq́; vel illius ipſius qui eam mutuo dat, ſic vt ſtatim valeat mutuum, & hypotheca: vel aliena, vt ſic quemadmodum conſumptione pecuniæ conualeſcit mutuum[g], illiq́; accedens fideiuſsio[h], ita & hypotheca confirmetur.

Siue dos.) Sed an hic exceptionem patietur toties iam conſtituta regu-
12 la, comparationis fideiuſſoriæ obligationis & hypothecariæ? † Prohibitum eſt enim fideiuſſores dotium dari[i]: at hypothecam dari poſſe crebro reſponſum eſt[k]. Sed hic triplex adhibetur diſtinctio, qua hæc quæ modo videntur differentia, concilientur. Et primo quidem diſtinguitur cōſeruatio dotis à reſtitutione, vt huius ſecuritas fieri poſsit tam fideiuſſore, quàm hypotheca acceptis: illius verò neutro modo. Cùm enim hic dictū ſit, hypothecam dari pro obligatione dotis, neceſſariò intelligitur, vel de obligatione dotis dandæ, quæ pro muliere promiſſa eſt, vel ſoluto matrimonio reſtituendæ, quæ à marito accepta eſt. Ad conſeruationem enim non oritur aliqua peculiaris obligatio, ſed tantùm ad reſtitutionem, veluti ex ſtipulatu[l]. Quinimo, vbi directè peccare videtur maritus aduerſus conſeruationem dotis, (ſcilicet quia ſua prodigere incipit) agitur conſtante matrimonio, non ad conſeruationem ſed reſtitutionem[m], ipſaque dos exigitur[n]. Eiuſq́; reſtitutionis nomine vt hic hypotheca datur, ita & fideiuſſorē dari poſſe nonnullis placuit, æquè conſtāte vt ſoluto matrimonio[o]. Sed quamuis ita demum conſtitui optimè poterit, ſi benè fuerit conſeruata, in hanc tamen cauſam requirere fideiuſſorem aut hypothecam, haberet in ſe maiorē quandam duritiem, eo quòd nimis apertè videretur vxor de moribus mariti dubitare, ac diſsipationem ſuſpicari: quemadmodum creditor ſi ante diem obligationis deſideret ſibi caueri[p]. Sed hac diſtinctione damnata à pluribus[q], ſuccedit alia Accurſij[r] ex perſona dantis, videlicet quis det hypothecā: Si maritus ipſe (cuius omnia bona, lege ſunt taci tè obligata) in eandem cauſam videri rectè datam, non ſi extraneus dederit. Sed & hac damnata ſupereſt tertia, quæ communius placuit[s], nec fideiuſſores nec pignora à quoquam dari: & ne ab ipſo quidem marito, præterea quòd generaretur facilè in cōnubio cauſa perfidiæ, quoties vſum rei pignoratæ deſideraret maritus, quā ab vxore videt incluſam benè ſeruari. Sed hypothecæ obligari res poſſe à quocunq; ſiue extraneo ſiue ipſo marito, cùm hypothecæ vſum & poſſeſsionem retineat debitor, & alienet ſi velit, ſic tamen vt res cum onere tranſeat.

Siue emptio vel venditio.) Trahit hic cōtractus quodammodo ſecum pignus in ipſa re vendita, donec pretium ſoluatur[t]: vel in ea re quæ includitur ſiue comprehenditur ſub eo quod venditum eſt, veluti in corporibus hæreditarijs vendito iure .i. hæreditate[u]. Sed hoc venditori proficit ad ſolum ius retentionis, non verò quo ad ius hypothecariæ actionis[x], niſi nominatim conuenerit, quòd res empta ſit pro pretio obligata[y].

Vel man-

a in. §. in omnibus. Inſtit. de fideiuſſ.
b l. ſi quis pro eo. in fi. de fideiuſſ.
c l. ſi cui exempto. in fi. de verb. ſig.
d l. licet. in prin. de procur.
e Bar. in l. j. & l. 4. de cuſto. & exhi. reo.
f l. grege. in fine. verſi. idem & in pœna. hoc tit.
g l. ſi à furioſo. ſi cert. peta.
h l. ſi quis pro eo. §. nūmos. de fideiuſſ.
i l. j. & 2. C. ne fideiuſſo. dot. dent.
k hic & in l. j. inf. qui pot. in pign. l. quod autē. §. ſi vxor à marito ſuo. de donat. inter virū & vxo. l. quamuis. de ſolut.
l §. fuerat. in verb. reddendis. Inſtit. de act.
m l. vbi adhuc. C. de iure dot.
n l. ſi conſtante. in princ. ſolut. matrimo.
o d. l. ſi conſtāte. §. quoties.
p l. in omnibus. de iudi. l. ſi creditores. de priuil. cred.
q à Bar. in d. §. quoties. Accur. Azo, Sali. in l. j. C. ne fideiuſſ.
r in eadē. l. j. C. ne fideiuſſ.
s Sali. in d. l. j. circa fi. verſi. ego puto quòd nec etiā. Pau. Caſt. in d. l. quāuis. de ſolut.
t l. Iulianus. §. offerri. de act. empt.
u l. hæreditatis. de hæred. vel act. vend.
x Ang. hic.
y l. j. in fi. et l. 2. de reb. eo. qui ſub tut. uel cur. ſunt.

Vel mandatum.) Ex quo vtrinq; naſcitur obligatio,mandati quidem ſem
per directa, ei verò qui mandatum ſuſcipit aliquando contraria: veluti ſi
quid in explicando mandato de ſuo impenderit, & quamuis gratis ſuſcipia
tur impleaturq́;,nihilominus rectè vnà cum mandato quod ſuſcipitur, etiã
ab interuallo accipitur hypotheca. ſicut & ab eo qui donandi animo ſtipu
lanti promittit,† neq; ob id minus dicitur gratuitum mandatum, quod con 13
trariæ actionis quæ fortè oriri poſsit accepta hypotheca ſit[a]. Nam ea non
eſt accepta vt merces laboris & operæ: ſed in ſalarij ſecuritatem[b]. Rectè
ergo fideiuſſor à reo pro quo interuenit pignus accipit[c]. quod non intelli
gitur directò acceptum in pecuniam,ſed vt fideiuberet: hoc eſt,interpre-
te Fulgoſio, in obligationem mandati qua debitor tenetur fideiuſſori: te-
netur,inquam,in pecuniam, ſi ipſe eam fortè ſoluat creditori,vt & ſoluẽdi
mandatum recepiſſe videtur[d]. Interim verò pro ſola fideiuſſoris indemni
tate ei tenetur vt liberet eum, ſi diu in fideiuſsione ſteterit, aut ex alia cau
ſa permittatur ei, antequam ſoluat, agere[e]. Et hoc illud eſt quod dixit Iu
riſconſultus, non ob pecuniam eſſe acceptum pignus, ſcilicet, directò &
principaliter: & ad quam repetendam fortè nunquam agetur, ſi ſcilicet
non ſoluerit ipſe fideiuſſor, ſed ob aliam cauſam: nempe vt conſeruaretur
indemnis, ad quod mox cõtracta eſt obligatio inter reum & fideiuſſorem,
dari pignus poſſe.

Siue etiam procedat.) Non ſolùm ex conuentione quæ tempore ſit prior,
quemadmodum & fideiuſſor longo interuallo poteſt accipi poſt contra-
ctam obligationem principalem[f], verùm etiam vi & poteſtate, vbi alio-
qui ſimul & eodem tempore conuenitur de vtroq;, ſcilicet, ſic vt princi-
pale debitum ſit præſens, obligatio verò acceſſoria conditionalis,ſiue hy-
pothecæ[g] ſiue fideiuſſoris[h].

Sed & futuræ obligationis nomine.) Hac quoq; in parte ſimilis eſt hypo-
thecæ obligatio fideiuſsioni, † nam & hæc præcedit & ſequitur principa- 14
lem obligationem[i]. Et ne longè exempla petãtur,fideiuſſor iudicati actio
nis aſſumitur in obligationem futuram, ſcilicet illam, quæ oritur ex vi ſen-
tentiæ tranſeuntis in rem iudicatã,ſi pro actore iudicetur[k]. In eadem cau-
ſa eſt hypotheca,quoties dominus perſonam ſui procuratoris,à quo defen
ditur,firmauit ſua ipſius fideiuſsione ac promiſsione, pro omnibus iudica-
tum ſolui clauſulis, cum hypotheca rerum ſuarum[l]: & hac quidem vel ge
nerali vel etiã ſpeciali,quæ pro quantitate rei de qua agitur ſola ſufficiat[m].
Hæc tamen cautio, pro omnibus iudicatum ſolui clauſulis, ſiue genera-
lis hæc iudicatum ſolui, includens tres clauſulas[n], accedit partim præſenti
quodammodo obligationi,nempe quatenus totius eſt cauſæ cautio, & ſic
reſpicit exercitationem litis præſentis, ac iam pendentis in iudicio, vide-
licet vt defendatur reus: partim verò futuræ obligationi,vt fiat quod iudi-
cabitur,eaq; in parte cautio actionis iudicati, quæ defenſionem executio-
nemq́; litis non includit[o]. Sic vt ipſe fideiuſſor non debeat defendere, ſed
ſi ſe defendens reus condemnetur,ſoluere.

Dari poſſunt.) Id eſt, Nunc poteſt de hypotheca conueniri, collato ta-
mẽ effectu,vi, & poteſtate in tempus futuræ obligationis: veluti ſic, Hanc
tibi conſtituo hypothecam in id quod credes mihi,ſiue numerabis ex cau-
ſa mutui: quemadmodum fideiuſſor accipitur futuræ obligationis, & qui-
dem verbis, vt quidam putat[p], in futurum conceptis: quod tamen non eſt
neceſſarium, nam & alia ratione, non conceptis in futurum verbis, poteſt
fideiuſsio in pendenti[q] eſſe. Sanè ſi de hypotheca conuentũ fuerit, vt iam
diximus, verius erit hypothecam deſtinatã eſſe, quàm cum effectu datam,
ita vt

a *Fulgo. in l. ſi rem alienã. §. non tantũ ob pecuniã. de pigno. act.*
b *l. rogaſti. §. j. de præſcrip. verbis.*
c l. ſi rem alienã. §. non tantum. de pign. act.
d *l. indebitũ. C. de condict. indeb.*
e *l. Lucius. mãdat. l. ſi pro ea. C. eo. tit.*
f *l. ſtipulatus ſum. de fideiuſſ.*
g *l. grege. §. ſi ſub conditione. verſi. ſed ſi patris. hoc tit.*
h *l. grege. §. idem accepto. de fideiuſſ.*
i *§. fideiuſſor. & præcedẽ. Inſtit. de fideiuſſ.*
k *l. grege. §. & poſt litem. de fideiuſſ.*
l *§. ſi verò aliquis cõuenit. Inſtit. de ſatiſdat.*
m *Fab. ibi arg. l. ſi verò. §. quæ pro rei quãtitate. qui ſatiſd. cogan.*
n *l. iudicatum ſolui ſtipulatio, tres clauſulas. iudicatum ſolui.*
o *d. §. & poſt litem.*
p *Faber in. §. fideiuſſor & præcedere. Inſtitut. de fideiuſſ.*
q *l. non quemadmodum. de iudicijs.*

ita vt qui mutuam pecuniam accepturus deſignauit hypothecã pluriũ rerum, ſi quas ex illis antequam ei numeretur pecunia vendiderit, non erunt
15 obligatæ: † & ſi iterum alij obligauerit prius numeranti, potiorem eum faciet, quamuis hypothecæ conuentio tempore præceſſerit ad ſecuritatem prioris[a]. & adde quoq; ſi lubet, etiã ſi ſtipulatio dandi mutuum interuenerit, imò etiã ex alia parte reſtituendæ viciſſim pecuniæ promiſsio, nam ad huc liberum fuit ei pecuniam nõ recipere, eaq; nõ accepta non obligari[b].
16 Secus † tamen eſt in dote, nam hic hypotheca cum effectu & cum ſuo inter creditores ordine obligatur, ex die conuentionis initæ de danda dote pro muliere, & de hypotheca quæ danti dotem futura ſit pro dotis reſtitutione[c]. Sed cur hæc tam variè? cum in vtroq; genere (ſcilicet mutui & in dotem promiſſæ pecuniæ) locum habeat exceptio non ſecutæ numerationis. Non enim audiam ſi dixeris, quòd conuentio dotis dandæ mox obliget promiſſorem, nam ſic eſt & in eo qui mutuã promiſit pecuniam dare[d]. neq; hi dant ſuæ obligationis hypothecã, ſed accipiunt à futuro. Itaq; ex huius capite quærenda eſt aliqua ratio diuerſitatis, quã nõ tam eſt difficile inuenire (nam ab ipſis Iurecõſultis eſt monſtrata[e]) quàm explicare: propterea quòd obſcurior data ſit in poſteriore dote. Sed hæc eſt differentia, quòd is cui mutuo danda erat pecunia, in ſua libera poteſtate habeat, poſt interpoſitam cautionem non accipere pecuniam: & ſic ſua ſimplici nudaque abſtentione à pecunia, efficere, vt non obligetur ſicut fuerat deſtinatum. Nec in ea re ſibi aut alij cuiquam facit iniuriam, ſi oblato beneficio nõ vtatur. Sed maritus, cui ab alio dos pro muliere eſt promiſſa, non probè diceret in ſua poteſtate libera eſſe dotem non accipere, etiam ſi forte ipſe illam vt modicam & tenuem, quam à principio erat ſtipulatus, auctis ex inſperato facultatibus, nunc contemnat. Nam videtur velle efficere, vt minus dotata eſſet mulier, cui ſoluto matrimonio reſtitui dos deberet, quod ſanè ei permiſſum non eſt, in præiudicium mulieris. Quin potius ſi promiſſorem dotis liberaſſet, de ſuo refundere deberet, ſoluto matrimonio: perinde atque ſi accepiſſet[f]. Hic ergo tempus conuentæ hypothecæ & dotis conſpicimus: in mutuo verò numerationis. Quid ergò ſi mutuum accepturus, de hypotheca non cõuenerit tantùm, ſed tradiderit, nec
17 ſequatur numeratio? † Repeti ſanè poterit actione in rem[g], nempe vendicatione dominij[h], ſi modò probare poſsit qui pignus dedit, vel ſolam originem rei: hoc eſt, initium & modum tranſlatæ poſſeſsionis ab agente velut futuro debitore, ad reum conuentum, tanquam futurum creditorẽ ex mutuo, nempe vt titulo pignoris haberet: ita vt ſic conuentus rei vendicatione, non referat quæſtionem dominij[i]. Neque nunc negarẽ poſsit dominum eſſe eum à quo accepit rem pignori, tanquam à domino, & quæ non niſi à domino potuiſſet obligari. Neq; huic aduerſatur, quòd rei vendicatione cum eo agatur, vt cum quolibet poſſeſſore[k] (quod tamẽ alios ab hac opinione depulit[l].) Nam eſto ſanè ſic agatur cum eo. i. eædem fiant allegationes, hinc dominij, illinc poſſeſsionis: fieri tamen poteſt, quòd allegati dominij facilior ſit probatio, ſi cum eo agatur, quàm ſi ageretur cum alio quolibet[m].

Verùm etiam de parte eius.) Et quidem in ea etiam ſpecie, in qua licet nihil eſſet conuentum, cõtraheretur tamen tacitè obligatio hypothecæ, omnis
18 pecuniæ cauſa: Quod hic deſignauit †. Accurſius loco exempli, quo nõ aliud dubitabilius poterat adferri: ſcilicet cum voluntate. i. expreſſa conuentione domini ædium & inquilini, ſic inuehantur & inducantur mobilia inquilini, vt ſint in partem debiti obligata[n]. Cùm enim Iuriſcõſultus dixerit,

a l. Titius. quæ res pign. l. diuerſis. C. qui pot. ĩ pig.
b l. qui pecuniã. ſi cert. pet.
c l. j. qui pot. ĩ pig.
d l. ſi penã. de verbo. oblig.
e in d. l. Titius. verſic. cũ in poteſtate. & in d. l. j. qui pot. in pig. verſi. nec probè dicĕ poteſt.
f l. vir ab eo. de iure dot. l. penult. §. ſi à ſocero. ſol. matri.
g l. j. C. de nõ numer. pecun.
h l. ne creditores. C. de pig. act.
i Caſtr. in l. penul. de condit. vnilit.
k l. de eo. in ſi. ad exhib.
l Fulgoſ. in d. l. j. C. de non num. pecu.
m l. nã & poſtea. §. vlt. de iureiur. l. eum qui. §. ſi petiti. de Publ. in rẽ act.
n l. Põponius ſcribit ſi gratuitã. §. itẽ illud. infr. tit. prox. ſeq.

dixerit, videndum eſſe an ſic induci pignora poſsint, nec in contrariam partem decidat, videtur in eam ipſam reſoluere quæ propoſita eſt [a]. Quin etiam ſic dari hypotheca poteſt, vt neque in omnem pecuniam, neque in aliquam partem eius propriè ſit obligata: ſed liberetur, nulla etiam parte pecuniæ ſoluta [b]. Veluti ſi cum domino conuenerit inquilinus, inuecta & illata pignori eſſe, donec merces ſit ſoluta, aut ſatisfactum. Iam enim fideiuſſore accepto, quia ſatisfactum domino intelligitur, obligata eſſe deſinent omni etiam modo: ita vt nec tacitè obligata ſint, vt nec fuerunt vnquam, cum inter dominum & inquilinum conuenerit de alia hypothecæ forma, qua contentum eſſe dominum oporteat [c]. Quare & in ſuperiore ſpecie [d], cum inter eos conuenit, vt in partem debiti eſſet obligata, non cenſebuntur in reliquam partem ex iuris depoſitione obligata.

a Fulgoſ. ibi in d. §. ité illud. & DD. in l. cũ fundus. §. ſeruum tuum. ſi certum petat.
b l. pen. quib. mo. pig. vel hyp. ſol.
c arg. l. vlt. verſi. & ſi quidem. C. de pact. conuent. tam ſuper dot.
d d. §. item illud.

Vel pro ciuili obligatione.) Exemplum huius erit in literarum obligatione, ſi ab initio ſolam ciuilem obligationem naſci dixeris, & ne poſt biennium quidem accedere naturalem. Erit & in dote cauta, nõ numerata, exemplum lapſo tempore proponendæ exceptionis; tunc enim indubitatum eſt, hypothecariam actionem mulieri competere, licet dubitetur † an cõpetat cum ſuo priuilegio prælationis, ex noua Iuſtiniani conſtitutione [e]: quod vtrinq; habet ſuos aſſertores, & rationes nõ improbabiles. Qui enim priuilegiũ ad hunc quoq; caſum porrigunt [f], multũ iuuari videntur ea conſtitutione [g], quæ creditoribus dans exceptionẽ, non addidit eis perpetuo cõpetere: aliõve diuturniore tempore, quàm ipſis debitoribus. Quorum verò diuerſa eſt ſententia [h], hoc ita euaderent, admittentes, quod ad ordinem attinet, inter creditores mariti nunquàm exceptioni nõ numeratæ dotis eſſe locũ: quæ ad hoc tantùm tendit, ne quid omnino mulieri ſoluatur, nève reſtituatur dos quæ accepta non eſt: ita vt cùm nulla debetur, fruſtrà fiat quæſtio de ordine inter creditores. Obtinebit ergo mulier, lapſo tépore, excipiendo de dote non numerata ſuum inter creditores ordinem in hypothecaria actione. Sed prælationem non habebit, niſi ipſa alleget pro ſua intentione fundanda, & probet numerationem: nec ex aduerſo debet excipi de non numerata, cùm hoc priuilegium ſic ſit ab initio reſtrictum, vt non competat niſi pro dote verè numerata [i]. 19

e l. aſsiduas. C. qui pot. in pig.
f Bar. in d. l. aßiduas.
g l. pen. C. de nõ num. pecu.
h Lud. Ro. ad l. j. ſolut. matri. nu. 22. Iaſ. Zaſ. in. §. fuerat. Inſtit. de actio.
i in d. l. aßiduas. verſi. cũ enim in perſonalibus. in verb. ſi tamẽ re ipſa.

Aliud adhuc exemplum ciuilis tantum obligationis, cui hypotheca accedit, erit in actione iudicati iniquè: ſic vt cõdemnatus ſit qui verè non erat debitor: cũ ex re iudicata oritur obligatio & actio [k], † accipitur fideiuſſor [l], & pignora ſiue hypothecæ [m], etiam cũ effectu, vt perſequi iudicio liceat & obtinere. Ciuili autẽ obligationi, quæ aliquãdo fuit coniuncta naturali, nunc ſublatæ per pactũ non petendi, vel iuſiurádum, nõ accedet efficaciter fideiuſſor aut hypotheca. Et hoc illud eſt ciuile debitum, quod legitur [n] non venire in conſtitutum: eo quòd per exceptionẽ non debeatur: hoc eſt, quòd aduerſus illius petitionem excipiatur, nec ſit, vt in præcedentibus exemplis, obligatio efficax & firma. Vnde hic locus depellit me † ab illa ſententia quæ nonnullis placuiſſe videtur, non venire in conſtitutum vllam obligationem ciuilem: & ne eam quidem quæ ſemper fuit ſola, cui diximus hypothecam accedere, quaſi Prætor ſemper & vbique præ oculis habens æquitatem [o], (ex qua etiam induxit conſtitutum [p]) nimium recederet ab illa ſua profeſsione æquitatis, ſi permitteret extendi conſtitutum ad eas quoque obligationes ciuiles, quæ licet ſummo iure efficaces ſint, pariantque actionem, repugnant tamen quodammodo naturali æquitati, dum poſt biennium ſoluere quis cogitur velut acceptum, quod re vera nõ eſt numeratum: & parére iniquius iudicato. Nam certè, & hypothecaria æqui- 20 21

k l. actori. C. de reb. cred.
l l. grege. §. j. de fideiuſſ.
m l. 4. §. ſed & pignora. de re iudic.
n in l. 3. §. j. de cõſtit. pecu.
o l. quod ſi. §. de eo. quod certo loco.
p l. j. de conſtit. pecu.

æquè vt illa de conſtituto honoraria eſt, & ex iuriſdictione prætoris primum conſtituta: & nihilominus competit pro obligatione tantum ciuili, & vt fortè poſſet paulò iniquius videri, ad ſolutionem eos compelli, actionéq; dari. Cùm tamẽ aduerſus eos actio eſt ꝓdita, nõ eſt iniquũ accedere hypothecã, & deduci in cõſtitutũ[a]: præſertim cũ id qđ videri poſſet natura iniquius, nõ audiatur vnq̃; in verbis actionis: veluti cũ agas iudicati actiõe, nõ admittitur exceptio, quæ regrediatur ad initiũ rei, vt inquiratur iterũ, an debebatur nec ne: ſed ſufficit ita iudicatũ eſſe; nec ab eo eſſe peruocatum.

Vel tantum naturali.) Quæ ſemper fuit ſola, ciuili obligationi nunquam
22 coniuncta. † Hæc enim licet actionem non producat, ſoluti tamen repetitionem impedit[b], valet ad cõpenſationem[c], recepit fideiuſſorem[d], & hypothecam. Sed ſi fuiſſet naturalis obligatio aliquando coniuncta ciuili nunc ſublatæ per vſucapionem, nõ teneretur fideiuſſor[e]: ideoq; nec hypotheca. Et quod vtraq; in ſuo genere potentior ſit, ſi ſemper ſola fuerit, mirum videri non debet: quando coniunctas ſi ſepares, non ſic tollitur vna, quin multum quoque virium perdat altera. Vtputa ſi vero debitori fiat pactum nõ petendi, communius creditur naturalem obligationem ſublatam eſſe pacto, & ciuilem ſuas vires ſic amiſiſſe, vt eam poſtea elidat penitus opposita in iudicio exceptio pacti. Naturalis quoque obligatio impedit ſoluti repetitionem, vt dictum eſt: ſi tamen ex reliquijs ſit harum obligationum ſimul aliquando coniunctarum, veluti ciuili obligatione ſublata, tempore, eas vires non eſt habitura: ſed ſoluti dabitur repetitio[f], quin ſoluenti ſit ſimilis qui tempore liberatus eſt[g]. Hoc tamen interim tenendum erit, quod quemadmodum vbicunque debitor ſic liberatur, vt natura debitum maneat, tenetur fideiuſſor[h]: ita quoque hypotheca perſeuerabit[i]. Verbo enim, *perſeuerare*, quo Iuriſconſultus[k] eſt vſus, ſignificatur, vt benè expendit Fulgoſius, hypothecam acceptam eſſe, cum vtraq; ſubeſſet obligatio naturalis & ciuilis: & ſic acceptam durare adhuc, ſi vel ſola obligatio naturalis conſiſtat, & in ſtatu ſuo maneat, ciuili obligatione tempore ſublata, cum nondum exceſſerit ſuæ vitæ terminum actio hypothecaria[l].

Sed in conditionali non aliàs obligantur niſi cõditio extiterit.) Latius hoc explicatur in alio huius tituli reſponſo[m], vbi diſtinctim commiſcentur hypothecaria obligatio, & principalis, quoad formulas conuentionum. Quam cõpoſitionem adhuc pleniorem facies, ſi iunxeris quæ conformiter de fide
23 iuſſore ſunt dicta[n]. † Nam interdũ principalis obligatio pura eſt, & hypothecæ obligatio quoq; pura. Interdum hæc pura, illa conditionalis: & e diuerſo. Et interdũ vtraq; cõditionalis: Et hoc rurſus diuerſimodè. Vel ſub cõditione eadem: Vel ſub duabus penitus diſtinctis: Vel ſub eadẽ & adhuc alia. idq; rurſus vel cõiunctim vel diſtinctim. Cùm aũt cõditionali debito hypotheca purè acceſsit, quoad formã conuentionis, non verè tamen obligata eſt, antequam exiſtat cõditio debiti, ad quod nec fideiuſſor purè obligari poſsit[o]. Si tamen accipiatur fideiuſſor aut hypotheca, non repetita conditione, ſed ſub commemoratione principalis obligationis, cui ineſt conditio, intelligitur in effectu repetita: ſicut tempus & locus principalis obligationis inſunt fideiuſſoriæ obligationi[p]. Non rectè ergo hypothecaria agetur antequam euenerit cõditio: imo verius nihil agetur, i. ipſo iure
24 non competet actio. † Quæ licet alicubi[q] diſtincta legamus, vt aliud ſit malè, ſiue non rectè agere: & aliud nihil agere, aut agere non poſſe: ea tamen diſtinctio non eſt perpetua. Et vt hic dicimus, malè ante cõditionem agi, ita alio loco[r] dictũ eſt agi non poſſe ante diem: non quidẽ quod actio ipſo iure deficiat, ſed quod pænam incurrat: videlicet hodie legis Zenonianæ,

a l. illud aut illud. §. ſi iureiurando. in verbis, cũ habeas eo nomine actionẽ. de conſtit. pecu.
b l. naturaliter. de condict. indebiti.
c l. etiam. de compenſat.
d l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor accipi. l. Marcellus. de fideiuſſ.
e l. ſi quis poſtquam. de fideiuſſ.
f l. vlt. §. j. & ibi Caſtrenſis rem rat. hab.
g l. ſi pupillus. de adminiſt. tuto.
h l. vbicunq;. de fideiuſſ.
i l. quæſitum. §. ex quibus cauſis. de pignor.
k in d. §. ex quibus cauſis.
l l. intelligere. C. de luitio. pign.
m l. grege. §. ſi ſub conditione. hoc titulo.
n in l. grege. §. item externo. l. ſi à reo. in prin. & §. ſi. de fideiuſſ.
o d. §. item accepto.
p l. ſi teſtamento. §. quæſitum. l. ſi vt proponitur. de fideiuſſ.
q in l. vnic. in fi. quãd. dies legati vſusfr. cedit.
r in l. certi cõditio. in prin. ſi certum pet.

qui ante diē agit. Hoc ergo nō poſſumus, quod de iure nō poſſumus abſq;
pœna [a]. Quamuis autem qui ante conditionē agit nō rectè agat, per hoc ta
men nō cenſebitur actionē cōſumpſiſſe, aut amiſiſſe, vt cōditione euenīēte
nō poſsit rurſus agere. Sicut is † qui rē vēdicauit iure dominij, cū dominus 25
nō eſſet, acquiſito dominio, iterū vendicare nō prohibetur: velut ex noua
cauſa, quā ei præbet poſt acquiſitum dominium [b], etiam ſi origo eius cauſæ
ſuberat, fundamentumq; erat iactū acquirendi dominij, tēpore prioris litis.
Nec id quidem ſolum ex cauſa quæ retro nō trahitur, veluti ex cauſa legatā
ſub cōditione [c], quāuis ita quibuſdā [d] viſum ſit: verùm etiā ex contractu con
ditionali. nō enim hoc cōſiderandū erit, an cauſa dominij quæ ſuperuenit,
retro trahatur: ſed an dominiū ſuperuenerit, ex ea cauſa ex qua actum fuit,
priuſquam agi potuit: an verò ex alia cauſa diuerſa [e]. Sed an induciæ dupli
centur, cum ante conditionis euentum eſt actum, difficilius dixeris. Ac-
curſius putauit duplicari [f], poſſetque videri iniquum, eum qui ante diem
agit, cum verè actionem ipſo iure habet, pati pœnam legis Zenonianæ
& eum qui ante conditionem ſiue actione experitur, meliore eſſe loco, &
hanc pœnam non ſuſtinere [g]. In quam ſententiam ire non dubitauerim,
propoſita generaliter quæſtione, † de agentibus ante conditionis euentū, 26
qui plus tempore petunt, cùm in omnes plus tempore petentes Zenonia-
na conſtitutio ſit lata [h]. Plus autem tempore petunt, non hi ſolum qui an-
te diem: ſed & qui ante conditionis euentum petunt, vtroque etiam iu-
re [i]. Vt meritò dixerit Fulgoſius [k], non manifeſtius vno iure quàm altero
deciſum eſſe, duplicari inducias ratione cōditionis non expectatæ. quam-
uis ita nonnullis fuerit viſum [l].

Sed quod ad hunc locum attinet, magis lubet credere [m], inducias nō du
plicari, nō quidem ea ratione, quaſi ob incertitudinē conditionis, an euen-
tura ſit nec ne: & quantas inducias, cum adhuc pendet, ſit datura: neq; aut
ex natura rei duplicari. nam id ſaltē docebit euentus, vt cùm euenerit con-
ditio, differas adhuc actionē, quanto prius tempore nimis feſtinaſti agere.
Neq; enim ob id, quòd olim nō amittebatur actio agēdo ante conditionē,
cum nulla eſſet nata quæ poſſet amitti (de quo hodie fruſtra diſputes:) ſed
quod ea pœna locum tantum habeat in ijs, qui agunt in perſonam, petuntq;
debitum: † & non in iјs qui in rem agūt. Quod hic trepidè ſubindicat Ful- 27
goſius: nec ſequi dubitauerim. Nam quomodo dices plus debito petere
eum, qui omnino nō petit debitum; ſed ſuum, vel ſibi obligatū à quocunq;
poſſeſſore petit? Meritò ergo hic, poſtquam euenit cōditio, nulla alia mo
ra rurſus injicitur. Nec ei qui vendicauit antequam eſſet dominus, ſi po-
ſtea dominus fiat, non ex eo ſolo, quòd eo tempore Zenoniana lex non
erat lata, ſed quia hi non petunt debitum, & ex conſequenti non plus de-
bito. Cui conſonat, quòd quo loco omnium pleniſsimè recitatam habe-
mus [n] conſtitutionem illam Zenonianam, omnia verba ad obligationes &
ad perſonales actiones legimus relata: Veluti ſic. *Qui ante tempus pactionis*
vel obligationis, litem inferre auſus eſt. Et paulò poſt: *Inducias quas actor ſpon*
tè indulſit, vel natura actionis continet.) Inducias, inquam, ſoluendi: vel præ
ſtandi quod eſt in obligatione. ſic enim paciſcimur ſuper his quæ deben-
tur nobis [o]. Ad ea autem, quæ noſtra ſunt, rei vendicatio, non ſic ex natu-
ra actionis, quæ ex conuentione non oritur, inducias ſua natura habet, qua
les in ſe frequenter habet obligatio in diem vel ſub conditione contracta.
† Quinimò crediderim, non ſatis adhuc eſſe ad duplicandas inducias, quod 28
actiones ſint perſonales: ſed oportere, quod ex obligationibus in diē, vel
ſub cōditione, ad earū implementū & præſtationē eius q̄d cōuenit agatur.
ſecus

a Fulg. in d. l. certi cōditio.
b l. ſi mater. §. eādem. de ex cept. rei indic.
c d. §. eandē. verſi. & ideo ſi fortè.
d Bart. ibi.
e Raph. Cuma. in d. §. ean dem. contra Bart.
f in hoc. §. ſi ſub conditio ne. ad verb. cautiones. et in glo. vlt. l. pecuniam. ſi cert. pet.
g Alcia. in d. l. pecuniā. cir ca finem.
h §. ſed hæc quidem antea. verſi. & ſi quidē. Inſtit. de act. Iure Canonico pro bat. c. vnico, in ſi. de plus petitio.
i §. plus. verſic. tempore. In ſtit. de act. & d. c. vni co. verſi. tēpore quoq;.
k in ſi. d. l. pecuniam.
l etiam Alcia. in d. l. pecu niam.
m cum Alberi. hic.
n in. §. hodie. Inſtit. de ex cept.
o l. ſi vnus. §. pactus ne pe teret. de pact. §. præterea debitor. Inſtit. de except.

ſecus verò, ſi quid petieris de illis, earúmve occaſione dari aut fieri. Verbi gratia: Res ſub conditione empta, ſi vitioſa ſit, & ad Aedilitium edictũ pertineat, egeriſq; redhibitoria ante conditionis euentum: mox ea eueniente, rurſus agere poteris, non duplicatis iudicijs, quæ ſæpè excederent tempora vitæ illius actionis. Nempe ſimulatq; aliqua cœperit eſſe emptio, quã pendente adhuc conditione fruſtra petijſti reſcindi, & iudicis arbitrio imperfectam facere, quæ per ſe alioqui nequaquam perfecta fuit [a], tunc enim petebas quodammodo impoſsibile [b]: eaque ipſa ratio Iuriſconſultum mouit [c]. Huc pertinet, quod ſi de obligatione in diem vel ſub conditione, circa eam eiúsve occaſione quicquam petas, cuius petendi ſit in præſenti iuſta cauſa: rectè vtique petijſſe videberis, non ſolum ſi in rem agas, (veluti petitione hæreditatis occaſione illius, quod defuncto debuit is qui ipſe contendit ſe hæredem, & ob id obligationis ſpem eſſe confuſam [d]) verùm etiam ſi in perſonam agas: veluti actione legis Aquiliæ, deleto chirographo ſeruato in fidem obligationis, ad diem vel ſub conditione contractæ [e].
29 Sic † quoque, vt pignoraticia actione obtineas, neceſſe eſt debitum ſoluas: ſi tamen egeris antequam ſoluiſti, non duplicabuntur induciæ cum ſolueris. Quæ enim poſſet eſſe iuſta cauſa creditori, vt diutius tuum te inuito retineat? Imo ſi vel pendente iudicio ſolueris, proderit tibi vt vincas [f]. Et ſi ex empto agas non ſoluto adhuc pretio, obſtat quidem exceptio: ſed ſimulatq; ſolueris, nihil eſt cur iam diutius actionem differas: aut cur tibi noceat, quod aliquando nimium feſtinaueris agere. Relinquitur ergo, quòd non omnis & qualiſcunq; feſtinatio efficiat vt induciæ duplicentur: ſed ea demum, qua perſonali actione feſtinauit quis agere ad præſens implementum obligationis, conceptæ in diem vel ſub conditione. Niſi quòd dubitari poſſet de nonnullis actionibus in rem, quæ perſonalibus actionibus ſunt cõiunctæ: veluti, vbi ſpeciali ratione dominium tranſit ex ſolo titulo: vt in legatis [g], venditione eccleſiæ facta, & paucis alijs caſibus [h]. In his enim duplex agendi via patet, vel in perſonam, ad traditionem, vel in rem, tanquam ea, etiam ſi nondum ſit tradita, noſtra ſit. An ergo duplicentur induciæ, vtracunque via ante diem vel conditionem ſit actum? At cur non quemadmodum petitione hæreditatis, & ex lege Aquilia agi diximus ante diem, vel conditionem obligationis, quæ occaſionem præbet agendi: ſic quoque hypothecaria poſſet agi? quandoquidem non ex obligatione conditionali, nec ad illius implementũ ageretur, ſed illius tantũ occaſione, & ad ſecuritatẽ conſequendi quod debetur, tunc cum dies venerit aut conditio euenerit? Et nihil hic video quod melius reſpondeas, quàm cum ipſo Iuriſconſulto [i]: propterea non rectè agi, quod nihil interim debeatur [k], & hypotheca acceſsio ſit principalis debiti: vnde cum principalis cauſa nõ conſiſtit, non tenere quoq; acceſsionẽ [l]. Sed petitio hæreditatis, & legis Aquiliæ actio, nõ cẽſentur acceſſoriæ earum obligationum in diem vel ſub conditione conceptarũ, quarum gratia exercentur: ſed ipſæ potius principaliores ſunt, vt vel ex eo haberi poteſt, quod cæteræ actiones in petitionẽ hæreditatis veniant, non cum ſua natura, ſed ſecundum naturam petitionis hæreditatis [m]. Si verò debitum præſens ſit, & hypotheca ſub conditione cõtracta, iam proximiore aliquo gradu peruentum videbitur ad actionẽ hypothecariam: cùm hic iam fundamentũ ſit præſens eius actionis, nẽpe obligatio principalis [n]: vt verè dici poſſet (q[d] ſemper in actione hypothecaria allegatur) pecuniã deberi: eamq; ſolutã nõ eſſe, ſed auferri hypothecã, & mox creditori eã tradi (qui ſcopus eſt actionis hypothecariæ [o]) eſſetq; prorſus iniquũ, quia contrarium voluntati eius, qui

a l.bonem. §. ſi ſub conditione homo emptus. de Aedil. edict.
b Fulgo. in hac. l. grege. §. ſi ſub conditione.
c in d. §. ſi ſub conditione homo emptus. in verbis, quia nondũ perfecta emptio.
d l. quid ſi in diem. coniuncta l. ſi debitor hæreditarius. de petit. hered.
e l. in lege Aquilia ſi deletum. ad legem Aquil.
f l. ſi rem alienam. §. vlt. de pig. act.
g l. à Titio. in ſ. de furt.
h l. vlt. de ſacroſan. eccleſ.
i in hoc. §. ſi ſub cõditione.
k l. conditionalis. de verb. ſignif.
l l. cum principalis. de reg. iuris.
m l. item veniunt. §. vlt. præ diximus. de petit. hered.
n d. §. ſi ſub conditione. verſic. ſed ſi præſens.
o l. ſi cũ vẽditor. de euict.

hypothecæ nomine nõ niſi ſub conditione voluit rem eſſe obligatam,ſi in transferẽda poſſeſsione & dominio expectari debeat dies & cõditio [a]. Vbi tamẽ interuenit traditio præſens,qui actus eſt iuriſgentium ad tranſlationẽ ſpectãs dominij, recipit ſuſpenſionẽ ex voluntate cõtrahentium [b]: quanto magis obtinere hoc debet in iure hypothecæ,quæ vt tota conſurgit & cõſiſtit ex ſola cõuentione abſq; traditione: ita quoq; facilè erit flectere eam in quaſcunq; leges,conuentione ſola quæ moderata ſit adiectione diei vel cõditionis,vt inter emptorẽ & creditorẽ conuenerit. Hoc † tamen caſu, 30 nõ ſic debet ſilere penitus hypothecaria actio,quin obtinere poſsit cautio, quæ interponatur ad ſecuritatẽ creditoris. Quòd ſi conditio euenerit,nec tunc pecunia ſoluatur,tradetur creditori hypotheca ſi in rerũ natura ſit [c].

Sed hic accuratius expendi debent ſingula,quæ obiter de hac cautione attigimus. Et in primis quidem, quamuis nulla hic eſſet iuſta cauſa petendi eam cautionem principalis debiti nomine, cum illud mox peti poſsit, & ſuperfluis cautionibus , vt alio loco [d] diximus, non ſit vtendum : facilè tamen euenire poſſet, quod ea actio, ob inopiam debitoris, eſſet inanis [e]: & ob conditionem adhuc pendentẽ,nondum perueniri poſſe ad hypothecam: cùm tamen de hac ipſa quoq; per alium fortè pro debitore data in rebus mobilibus, periculũ eſſet ne ſubuertatur,occultetur,aut ſic intricetur, vt eueniente conditione, vel nõ ſit, vel ignoretur poſſeſſor qui conueniri poſſet. Sed an hæc cautio obtineatur hoc ipſo iudicio hypothecariæ actionis,an verò implorato tantũ officio iudicis,principaliter aditi ob hanc ſolã cautionem, difficilius dixeris. Accurſius voluit [f] cautionem peti. In qua opinione non parum iuuari videtur, ex eo quod alio loco [g] eſt dictum, *Si agat aliquis ad interponendam cautionem.*) Sunt tamen [h] quibus magis viſum eſt,ipſam hypothecariam actionẽ,dum per eam nõ poteſt ante conditionẽ res obligata auferri, exire in hoc vt ſaltẽ cautio præſtetur : ſicut fit in iudicio petitionis hæreditatis inſtitutæ occaſione obligationis cõditionalis. Idq; ſuadet hic cõtextus verborũ Iuriſconſulti [i], qui dixit , ſi ante conditione agatur hypothecaria actione,rem obligatã debitori auferri iniquũ eſſe: ſed arbitrio iudicis interponi cautionẽ. Vt manifeſtiſsimè videatur voluiſſe,arbitriũ iudicis in hac ipſa actione hypothecaria (quæ inter arbitrarias actiones merito relata eſt [k]) verſari etiam in eo , vt cum æquũ ſit nondum auferri rem obligatam, præſtetur ſaltem cautio de ea tradenda creditori,cum euenerit conditio debiti. Aliud verò illud reſponſum [l] videtur dici poſſe ad perſonales actiones pertinere, & merito ibi cautionem peti, quoniam ſi quod in ea obligatione & actione principali fuit, ante diem vel conditionem peteretur, incideret actor in pœnam petentium plus tempore: & non tam iuuari iudicis arbitrio, quàm pœna affici dignus eſſet. hic verò diximus creditorem non incidere in pœnam plus petentium. Meritò quoq; reſtricta eſt cautio hac adiectione, *Si tunc hypotheca in rerum natura ſit.*) Quoniam vt non debet creditori iniqua offerri conditio à debitore rem obligatam per dolum aut cùlpam perdente , aut occultante : ita viciſsim quoque , æquum non eſt vt poſſeſſor præſtet omnẽ interitum rei obligatæ, etiam ſi abſq; dolo eius hypotheca intereat. † Sed vt in rei vendica 31 tione [m], ſic in hypothecaria [n] abſoluitur is qui non poſsidet, nec dolo deſijt poſsidere. Et hinc defluxit quod dixit Bartholus [o],de poſſeſsione quæ ſola obligata eſt, ſi ad alium aliquẽ peruenerit, hypothecaria actione conueniri illum non poſſe. quia, inquit, rèi obligatæ interitu extinguitur hypotheca: & ſimul atque ad alium poſſeſſorem res peruenerit, illius eſt noua & alia poſſeſsio. quod & Iaſon [p] cenſuit.

a l.qui abſenti ſeruo.§.j. de acqui.poſſ.l.illud.C. de legat.
b §.per traditionem. Inſti. de rerum diuiſ.
c d.§.ſi ſub cõditione, verſi.ideoq;.
d in l.in omnibus.ad verbum, cum nondum dies. de iudiciis.
e l.unum u.de dolo malo.
f hic in gl.verbi, cautiões.
g in d.l.in omnibus.
h Fulgoſ.in d.§.ſi ſub conditione.
i in d.verſic.ideoq;.
k §.præterea quibuſdã.verſi.ſed iſta actiones.Inſti. de act.
l in d.l.in omnibus.
m l.ſin autẽ.§.poſsidere. de rei vendicat.
n l.ſi fundus.§.in vendicatione. l.ſeruus.hoc tit.
o in l.rem alienã.2.colum. verſic.ſed contra hoc oppono. de pig.act.
p in l.j.§. per procuratorẽ. in ſi.de acquir.poſſ.

Poſtremò autem, cum in diem contracta eſt obligatio principalis, an
hypothecaria agat creditor antequam venit dies, alio reſponſo[a] credi-
tur deciſum, ſed tam ambiguè, vt de multis inter doctores non conueniat:
& non ex vno tantum aut altero verbo, ſed penè ex omnibus, quibus Vl-
pianus in eo reſponſo eſt vſus, conſurgit difficultas. Nam dubitatur quam
penſionem intellexerit: quæ pignora: qualem perſecutionem: & denique
quam cauſam, ex qua putauerit creditoris intereſſe, vt ante diem penſio-
32 nis poſſit agere. Et in primis, quod attinet ad penſionis † vocabulum, Ac-
curſius ſubindicat[b] intelligi poſſe, vel de quolibet debito, vel penſione
rei locatæ[c]. Ex qua quidem ſtrictiore interpretatione, non æquè poſſet
inferri quod aſſumptum eſt, hypothecaria agi antequam venit dies obli-
gationis principalis: propterea quod huiuſmodi penſiones videantur po-
tius eſſe in pura & præſenti[d] obligatione. Sed hoc expendendum relin-
quo, num poſſit id intelligi penſionis vocabulo, pẽſitatio & præſtatio quæ
libet in diem delata, illius tamen quod debetur, purè, veluti in dote ſolu-
to matrimonio reddenda, præſens eſt obligatio, & dilata tamen exactio[e].
Similiter in conſtituto purè facto[f], & in re aduerſus debitorem iudica-
ta[g], & fortè in penſione quoque conductionis[h]. In his ergo, & ſi quæ ſint
ſimilia, in quibus verum eſt diem obligationis veniſſe, ſed nondum pen-
ſionis: hoc eſt, præſtationis, exactionis, & ſolutionis, cùm aliquod adhuc
tempus ad ſolutionẽ indulgeatur humanitatis[i] gratia, videri poſſe reſpon
diſſe Vlpia. quòd medio tempore, id eſt, cum venit dies obligationis, ſed
nondum penſionis aut ſolutionis, putauerit dandam eſſe pignorum perſe-
cutionem. Et ne ſic quidem intellectum eius reſponſum congruè ſatis po
33 terit ad illud quod ex eo vulgo aſſumitur, hypothecaria † agi ante diem ob
ligationis, ſed dicendum eſſe ante diem penſionis, id eſt, exactionis & ſo-
34 lutionis. Rurſus autem, quæ pignora † Vlpianus intellexerit, non ſatis in-
ter omnes conuenit. Communior eſt interpretatio, quòd eo nomine etiã
hypothecam (vt nos diſtinguere ſolemus) comprehendere voluerit. Sed
Fulgoſ.[k] exiſtimauit, pignora accipi in ꝓpria & ſtricta ſignificatione, quæ
& tradita ſunt creditori, & referri nihilominus poterit ad hypothecariam
actionem: videlicet ſi creditor ab illorũ poſſeſsione ſemel accepta cecide
rit. Habet enim tunc hypothecariã actionẽ[l]. & quidẽ expeditius, quàm ſi
nunq̃; ei pignora tradita fuiſſent. nempe non facta excuſsione principalis
debitoris, etiã ſi nõ ad ipſum, ſed ad tertium aliquẽ peruenerit pignorũ poſ-
ſeſsio[m]. Et meritò quidẽ poſſeſſa aliquãdo pignora creditor perſequi po-
terit, cum ſatis apertè ab initio hoc ſit actum, traditione pignorum, vt illa
teneret & haberet creditor, etiam priuſquam dies penſionis veniſſet, &
ſic bono iure petat reſtitui pignora ſemel poſſeſſa, & deinde amiſſa: licet
ſi tradita nunquam fuiſſent, non eſſet iuſta cauſa cur nunc, antequam ve-
nit dies obligationis, illa ſibi omnium primo tradi poſtulet. Et ſeruabitur
quoque hoc modo inter contrahentes æqualitas, maximè in locatione &
conductione: eritq́; locatori cautum per pignora ab eo poſſeſſa, quemad-
modum cõductori eſt cautum per detentionem rei conductæ[n]. Sed ſi hæc
ſequaris, non video cur non id quoque dici poſſit de debito ſub conditio-
ne contracto: in cuius ſecuritatem pignora ante euentum conditionis tra
dita ſint creditori, quorum deinde poſſeſsionem aliquo caſu amiſerit: cum
tamen ex cõtextu huius reſponſi cum præcedente, appareat id eſſe actum,
vt diſtingueretur debitum ſub cõditione, à debito in diem vel purè, ſed cu
ius penſionis nondum veniſſet dies. Sed nec minus iure dubites, qualem
perſecutionem pignorũ Vlpianus hic intellexerit: idq́; ex præcedentibus

a l. quæſitum. hoc titulo.
b in gl. j. et 2. d. l. quæſitũ.
c vt & in l. eſt differẽtia. infra tit. j. & in l. inſulam. qui pot. in pig.
d l. ſi ſeruus cõmunis meus. §. vlt. de ſtipul. ſeruo. l. ſi à colono. de fideiuſſ.
e l. in rebus. §. omnis auct. C. de iure dot. l. vnica. §. exactio. C. de rei vx. act.
f l. promiſſor Stichi. §. j. de conſti. pecu.
g l. cum militi. §. j. de compenſat.
h Salic. in l. edem. C. de locat. & conduct.
i d. l. ſi cum militi. §. j.
k in d. l. quæſitum.
l l. grege. §. & in ſuperficiarijs. in fi. hoc tit.
m Alex. in l. ſæpè. de re iudic. Idem Alex. & Bart. in l. j. C. de prætor. pig.
n Fulgoſ. in d. l. quæſitum.

dependet. Nam ſi intelligas penſionem conductionis, & pignora tacitè
obligata, veluti quæ inducta & illata ſunt in prædium cõductum: † hæc per 35
ſecutio etiam abſq; actione fit, videlicet includendo inuecta & illata nomi
ne pignoris: vt deinceps ante ſolutam penſionem efferri aut alienari ne-
queant [a]. Si verò intelligas alia quæuis pignora, in aliam cauſam obligata,
hæc perſecutio pertinebit ad actiones, & perſequetur pignora creditor. i.
hypothecaria actione vendicabit, ſed non ad extremum vſq; perſequetur:
hoc eſt, non diſtrahet [b]. Idq; conſtanter aſſerit Albericus [c], ante diem obli
gationis pignora vendicari, ſed non vendi. Sed obſtare videtur aliud re-
ſponſum [d], quo non venditio, ſed expreſsè petitio hypothecæ eſt denega-
ta: ſi creditor ſit pactus intra annum non peti pecuniam. Niſi dixeris hoc
ſic intelligi, quòd nec pignora petantur cum extremo illo effectu hypothe
cariæ actionis: hoc eſt, vt diſtrahantur. Ne quod vna via non licet (videli-
cet contra pactum exigere ſolutionẽ à debitore ante diem,) id alia via per
pignorum diſtractionem, videatur creditor velle conſequi.

Reſtat nunc vt diſpiciamus, † ex qua cauſa creditoris interſit, vt ante- 36
quam dies penſionis venit, hypothecaria poſsit agere: quod etiam ex præ-
cedentibus pendet. Albericus enim, benè ſibi conſtans, attulit rationẽ om
nino generalem: & ob quam dicas ſemper creditorem hypothecaria poſ-
ſe experiri ante diem obligationis: nimirum quia intereſt eius, pignori po
tius incumbere, quàm in perſonam agere [e]. Sed hic caue, ne ſic creditori
faueas, vt iniquius opprimas debitorem, aliúmve poſſeſſorem hypothecæ,
per ſolam conuentionẽ conſtitutæ. Nam licet ſecurius eſſet creditori pi-
gnora tenere, ea tamen auferri ante diem poſſeſſori omnino iniquũ eſſet,
præſertim cum poſsit videri ob id ſola cõuentione conſtituiſſe hypothe-
cam potius, quàm tradidiſſe pignus, ne illius poſſeſsione ante diem obliga-
tionis ei eſſet carendum. Nec puto hoc admiſſurum fuiſſe Albericum, ſed
quòd intellexerit, vel vera pignora (vt & Fulgoſ. cenſuit) tradita ab initio
fuiſſe creditori: quæ poſtea amiſſa iam perſequatur. Vel quòd hypothecas
ſola conuentione conſtitutas, liceat quidem perſequi, † ſed concludendo 37
& agendo ad ſolam declarationem competentis iuris hypothecæ: vt in rei
vendicatione, ratione dominij, ad declarationem dominij concluditur [f].
Reſtitutio aũt rei, quæ in vtroq; iudicio venit officio iudicis, iam ex cauſa
iuſta, quod dies nondũ venerit, eodẽ officio differatur & ſuſpẽdatur. Sed
& hoc fortè dixeris de debito ſub conditione contracto, cui hypotheca ac
ceſsit, quod declarari poſsit, rem pro eo debito eſſe obligatã: ſaltem cõuen
tione & ſpe quadã naſcituræ obligationis hypothecæ, ſicut ſpes eſt debitũ
iri de quo principaliter conuenit [g]. Quare omnibus tentatis, ſi ſequi non
placeat paulò antè factam diſtinctionem inter diem penſionis, & diem ob-
ligationis: poterimus, communiora ſequentes, dicere: quòd ante diem ob
ligationis, non ſemper, paſsim & indiſtinctè hypothecaria agi poſsit: ſed
tunc demum, cum intereſt creditoris. Ita vt ratio in textu addita, *Quia
intereſt mea.*) reſtringat diſpoſitionem legis. Intereſt autem non ſemper,
ſed tunc cum iuſtam ſuſpicionis cauſam agendi ad id præbuit poſſeſſor hy
pothecæ [h]. At inquies, eo caſu etiam pro debito ſub conditione hypothe-
caria agi poſſe diximus. Verũ quidem eſt & illud, ſed diuerſo exitu iudicij:
illic enim conſequetur creditor ſolam cautionẽ, hic verò declarationem
iuris hypothecæ efficacis. Imò fortè & reſtitutionem hypothecæ, vt tranſ-
eat velut in pignus, ablata debitori poſſeſsione: dum ne eã interuertat per-
dátve periculum eſt in mora: quod damnum ablatæ interim hypothe-
cæ, non ſine ſua culpa & iuſta cauſa ſentiat: ne ſi aliter hic creditori ca-

uendum

a *l. eſt differentia. inf. tit. j.*
b l. cum ſoluendæ. inf. de diſtr. pig. l. Fulcinius. §. ſi in diem. quib. ex cauſ. in poſſ. eat.
c *hic in l. quæſitum.*
d in. l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur. quib. mod. pig. vel hypot. ſoluitur.
e *§. furti autem. Inſtitu. de oblig. quæ ex delict. naſc. & vulgata l. plus cautio nis. de reg. iur.*
f *Bar. in l. rem alienã. circa fi. verſi. quare qualiter concludatur. de pign. in rem act.*
g *§. ex huiuſmodi. Inſtitu. de obligat.*
h *Accurſ. Bart. Bal. Ang. Salic. in hac l. quæſitum.*

uendum ſit, cautiones ex cautionibus naſcantur & nectantur. Nec multum eſt præiudicii debitori, ex ſolo commodo poſſeſsionis ablato, interdicta facultate vendendi creditori, antequam dies venerit, quem certũ eſt venturum. quod in hypotheca obligata nomine conditionalis debiti, non poſsis verè dicere, quòd certum ſit conditionem euenturam. quod tamen latius examinandum relinquo.

QVAE RES OBLIGENTVR, VEL OBLIGATAE INTELLIGANTVR.

SVMMARIA.

1 *Quicquid emptionem venditionemque recipit, etiam pignorationem recipit.*
2 *Res litigioſæ vt non venduntur, ſic nec obligãtur hypotheca.*
3 *Res quæ non eſt omninò prohibita vendi, ſed quibuſdam tantum poteſt obligari.*
4 *Prohibitus in teſtamẽto vendere, non cenſetur prohibitus oppignorare, ſecus ſi alienare ſit prohibit[a].*
5 *Cæſaris conſtitutio de immobilibus non acquirendis monaſteriis, non extendit ſe ad pignorationes.*
6 *Ciceronis locus elegans ad interpretationem legum frequentioris vſus gratia latarum.*
7 *Mudaus à communi opinione recedit, ſoluẽs in cõtrarium adductu de pignoris luitione.*
8 *Debitore in mora exiſtente, poteſt creditor petere poſsidere pignus.*
9 *Res aliena illata in domum conductam, quando obligari poſsit.*
10 *Vſusfructus an pignori vel hypothecæ dari poſsit, & qua ratione, quiſue vſus.*
11 *Venditus vſusfructus vt non conſolidatur cũ domino, ita nec pignori datus.*
12 *Seruitutes prædiales an obligari poſsint.*
13 *Seruitutes omnes perpetuam cauſam habere debẽt.*
14 *Seruitutes precario concedi, quomodo intelligendũ.*
15 *Seruitutes ipſo iure non cõſtitui ad tempus, vel ſub conditione, quomodo intelligendum.*
16 *Seruitutes à iure pignoris multum diſtant.*
17 *Pignus pignori dari poteſt, etiam ſæpius in infinitum.*
18 *Pignus pignori datũ redimere poteſt dominus à ſecundo creditore, & quæ iſtius vis ac vtilitas.*
19 *Pignus quãdoq; cõmodato ſimile, & eo nomine agi vel præſcriptis verbis, vel commodati.*
20 *Si pignus pignori datũ ſit, denuntiatio fieri poſsit, ne ſoluatur alij, quàm primo creditori.*
21 *Nomen habere obligatum, & pignus pignori eſſe acceptum, multum differunt.*
22 *Creditor hypothecaria agit ad rem, qui nomen habet obligatũ, agit ad id quod eſt in nomine.*
23 *Excuſsio principalis debitoris an ſit neceſſaria, antequam ad nomen debitoris veniatur.*
24 *Quatuor formæ contrahendæ obligationis hypothecariæ.*
25 *Liberi in poteſtate exiſtentes an obligari poſsint, quemadmodum vendi in extrema famis inedia.*
26 *Liberi homines an dentur pignori.*
27 *Spes præmiorum, item ſtipendia publica an obligari poſsint.*
28 *Pecuniam in cauſam pignoris capi poſſe, & eſſe obligatam.*
29 *Qui iudicatum facere nolunt, quomodo coercendi.*

1 HVIVS articuli initium non video vnde melius fecero, quàm ab illo, quod generaliter eſt [a] reſponſum: † quicquid emptionem venditionemq; recipit, etiam pignorationem recipere. & quod emptionem non recipit, eo quòd non ſit eius rei commercium, hoc pignorationem quoq; non recipere. & merito, cùm finis hypothecæ, & ſecuritas creditoris conſiſtat in diſtractione hypothecæ, ſi nõ ſoluatur quod debetur. Prohibito autem fine, prohibita cenſentur quæ ducunt ad finem [b]: Statuliber ergo hypothecæ obligari poterit [c]. Medio enim tempore, dum adhuc pendet libertatis conditio, verè ſeruus eſt hæredis [d]: venditur, donatur, & permutatur, manente ſemper eadem conditione: hoc eſt, ſalua ſpe libertatis [e], qua adueniente, mox euaneſcit ius pignoris: ita vt non ſub cõditione (quæ ſcilicet referatur ad initium) ſed vſque ad conditionem (quæ
2 ſpectat finem) ſit purè obligatus. † Litigioſa autem ſiue prædia ſiue mobilia vt vendi, ſic & obligari prohibentur [f], & in alium quemcunque cõtractum deduci [g]. Et ſi contra fiat, excipietur aduerſus petentem eam rem, quod eam acquiſiuit litigioſam. ſi fortè à poſſeſsione ceciderit, & ab alio vendicet [h], quòd ſcilicet eam ſibi obligari litigioſam paſſus eſt [i].
3 Si qua tamen res † non omninò prohibita ſit vendi, ſed ſit aliquis prohibitus eam emere, vtique obligari poterit. & quidem illi ipſi qui eam emere prohibetur [k]. Cuius rei exempla peti voluit Accurſius [l], ex prohibitione iudicis, facta fortè in pœnam ex iuſta cauſa [m], nõ ex prohibitiõe legis.

a l. ſed & quod. §. quod emptionẽ. hoc tit. l. j. §. eam rẽ. Quæ res pig.
b *l. oratio. de ſponſal. l. ſi ad reſoluendam. C. de prædijs & aliis rebus minorum.*
c l. grege. §. Statu liber. hoc tit.
d *l. ſtatuliberum medio tempore. de ſtatuliber.*
e *d. l. ſtatuliberũ. §. 1. & 2. eo. tit.*
f l. j. §. quid ergo ſi prædiũ. Quæ res pig. obl. poſsit.
g *l. vlt. C. de litigioſ.*
h *l. 1. in fi. & ibi gloſa de litigioſ.*
i *d. §. quid ergo.*
k l. in quorũ. hoc tit.
l *in d. l. in quorum.*
m *l. moris. de pœnis.*

 Sed

Sed hoc modo nimis anguſtè cõcluderetur vſus (vt plurimis viſum eſt [a])
illius generalis reſponſi,in quorum finibus emere quis ꝓhibetur pignus,
accipere non prohibetur.In quo nihil diſtinguit I.C.quis prohibeat, aut
ex qua cauſa,vt nec diſtinguendum videtur, dummodo emere tantum,&
non generaliter contrahere ſit prohibitus,aut vendere tantum, & non a-
lienare.Hic enim iam ceſſat ratio paulo ante dicta,cur res ſimpliciter pro-
hibita vendi aut emi, non poſsit pignorari, nempe quod ſic perueniretur
ad venditionem,ſi debitor ceſſet ſoluere,nam qui pignori accepit,nõ
facit illud ſuum,ſed alii vendit illius rei bene capaci. Vnde obſeruatum
eſt [b] & in teſtamentis,† quod vbi prohibitio ſit,non quidem generali no- 4
mine omnis alienationis (quæ & pignorationem indubiè includeret [c])
ſed venditionis,ſoleat nominatim ſubiici mentio pignorationis, ſi & hác
vellet teſtator eſſe prohibitã [d]. Quare etiamſi quis lege vel ſtatuto pro-
hibeatur emere,obligatum tamen habere non cenſebitur per hoc prohi-
bitus.Atq; ita ſeruatur in noua Cæſaris conſtitutione, † qua monaſteria, 5
& nõ interitura collegia,& manus mortuæ(vt vocãt) prohibentur eme-
re bona immobilia,quæ tamẽ obligata poſſũt habere pro annuo redditu
redimibili.Sic & eos qui officij cauſa in prouincia agunt,comparare qui-
dem prædia non poſſe,notiſsimum eſt [e]:pignora tamen accipere,vel hy-
pothecas habere,non rectè dixeris prohibitos,niſi penitus illis tollas om
ne commercium,& quod ne mutuum quidem amico dare poſsint, nam ſi
id poſſunt,cur non poſsint ſecuritatis cauſa,de pignore aut hypotheca ſi-
bi proſpicere?Nec hoc fortè negaſſet Accurſius [f],ſi ſatis perpendiſſet vn
de ea prohibitio defluxerit,& in quem finem facta ſit. †Quod elegantiſsi- 6
mè complexus eſt Cicero in Verrem [g],qui cùm omnia corraſiſſet, hac v-
na defenſione vtebatur,ſe emiſſe.Cuius verba ſubiicere lubet,propterea
quod non ad hanc tantum rem ſpectent,olim in ſolis non emendis manci
pijs ſcriptam:ſed generaliter ad interpretationem quarumcunq; legum.
quæ de re aliqua, frequentiòris vſus gratia latæ ſunt.vt ſcilicet non in il-
la ſola re conſiſtat earum legum vis atque poteſtas:ſed & ad alias res ex-
tendatur,quod noſtri interpretes tradunt de lege Iulia,ſub nomine fundi
dotalis,cuiuſcunque rei dotalis alienationem prohibente [h]. Neminem
(inquit Cicero) qui cũ poteſtate aut legatione in prouinciam eſſet pro-
fectus,tam amentem fore putauerunt,vt emeret argentum,dabatur enim
de publico:vel veſtem,præbebatur enim legibus. Mancipium putauerũt,
quo & omnes vtimur,& non præbetur à populo,ſanxerunt, ne quis eme-
ret mancipium,niſi in demortui locum.Et paulo poſt:Quæ fuit cauſa, cur
tam diligenter nos in prouinciis ab emptionibus remouerent?Hæc Iudi-
ces,quòd putabant ereptionem eſſe,non emptionem, cùm venditori ſuo
arbitratu vendere non liceret in prouinciis,intelligebant,ſi is qui cum im
perio eſſet,quod apud quemcunque eſſet,emere vellet: idq; liceret, fore
vti quod quiſque vellet,ſiue eſſet venale,ſiue non eſſet, quanti vellet au-
ferret. Cum ergo qui pignus accipit, ex illo patrimonium ſuum non
inſtruat, neque auferat illud,ſed debitore in ſolutione ceſſante, alii in
publica actione plus offerenti vendat [i], eique ius ſuum cedere debeat,
& ſi pignus poſsidet.tradere poſſeſsionem [k].Fructibus etiamſi quos per-
ceperit extenuantibus fortè [l],non putauerim quòd ratio qua prohibetur,
qui in prouincia officia gerunt, prædia emere, ſe extẽdat aut accõmodari
poſsit ad pignorationem, præſertim cùm impetratio iuris dominii, ob
quam adire debet creditor culmen principale,& precibus porrectis rem
pignoratam expetere [m],tam multa requirat ſolennia, tamque longa indul
geat

a Bartho. Fulgo. & aliis in d.l. in quorum.

b à Fulgo. in d.l. in quorũ.

c l. vlt. C. de rebus alien. non alien.

d l. pater filium. §. fundũ. §. Iulianus. De legat. 3. l. voluntas. C. de fideicommiſs.

e l. qui officij cauſa. de cõtrahenda emptione.

f in d.l. in quorum.

g actione 6.

h Iaſon ad l. j. ſolut. matri.

i l. 4. C. de diſtract. pig. & ibi gloſ. in ver. bona fide.

k l. penul. ſ. de diſtract. pign.

l l. 2. C. de pig. act. l. j. C. de diſtract. pig.

m l. vlt. verſ. ſin autem ſta tuto tempore. C. de iur. dom. impetrand.

213

geat debitoribus luendi tempora[a], vt vix ſit veriſimile, prouenturam, aut
certè non permanſuram rem obligatam in dominio creditoris, & ſi per-
manſerit, id non aliter fiet, quàm ſi hoc precibus impetrauerit. Sanè vno
caſu poſſet eſſe dubitatio, cùm creditor inductus in poſſeſsionem prædii
pignorati, ſic retinet poſſeſsionem, vt in vſuras percipiat fructus[b]. Cùm
enim ex reddituum quantitate æſtimetur prædiũ[c], videri poſſet quodam-
modo venditum prædium ea lege, vt refuſo pretio reſtituatur[d]. Sed
hoc in alium locum[e] ſeruantes, interim obiter addimus, quod Bartholo
hic eſt viſum, rem obligatam vſque ad verum valorem, & creditori tra
ditam videri alienatam, & venditam, cùm non ſit veriſimilis ſpes luendi.
7 †Sed ſi fas eſſet in hanc tam multis[f] probatam ſententiam non ire, du-
bitarem vtique non ſequi: propterea quod nec illud pignus videatur a-
lienatum, quod omninò inidoneũ eſt, & ad quantitatem debiti minimè
ſufficit[g], cuius ſi in ſolutione ceſſetur, ſolenni nomine impetrãdum ad-
huc eſt dominium[h]. Non ergo mox ab eo tempore quo cœpit deſpera-
ri luitio, & multo minus ab eo tempore quo primum obligabatur, cenſe-
ri poterit res ſic obligata redacta eſſe in patrimonium creditoris. Nec
vidi ad communem ſententiam quicquam allegari, præter duo reſponſa[i],
quæ tamen id non conuincunt: imò potius ex iiſdem colligitur contra-
rium, & magis quiddam contrario, videlicet, quod creditor nec habere
quidem ea prædia cenſeatur, quæ aliquo loco habet pignori. Et ſi lega-
uerit omnia prædia quæ aliquo loco habet, & licet habere multis dicatur
modis, fiatque in teſtamentis latior interpretatio, non contineri tamen
prædia quæ ibi pignori habet[k]: ſi modò in proprium eius patrimonium
non ſint redacta. quod quidem quando factum cenſeatur, eo ipſo loco
dixit I.C. nimirum ceſſante debitore, id eſt, moram ſoluendi faciente.
Moram autem non dices eſſe commiſſam, ſimulatque deberi cœperit, da-
8 tumque eſt pignus, ſed vetuſtiſsima fuit obſeruatio, † vt moras nectente
debitore, creditor peteret poſsidere pignus iure dominij, non inuento
emptore[l]: & ſic in ſuum patrimonium redegerit. Alterum autem reſpon
ſum[m], minus adhuc vrget, vbi à teſtatore legata omni ſua ſupellectili, de-
ciditur argentum pignori acceptum non contineri: ſi receptum fuerit
(vt debuit) propter fidem contractus, ſupellectili enim ſua vtitur pater-
familias[n], pignore autem ſi vteretur, furtum faceret creditor[o]. Sed ſi, vo
lente debitore, argentum pignoratum fuerit in vſu creditoris, iam vtique
legatum videbitur: non quaſi eius argentum ſit (neque enim ſub appella-
tione argenti ſui legatum reliquerat) neque quod obligatum ſit, vſque ad
totum penè valorem, iuſtumque eius pretium (de quo nulla ibi mentio)
ſed quia iam domini voluntate creditor illo vtitur. & ſic ſupellectili ſuæ
& cæteris domeſticis inſtrumentis adieciſſe videtur, vt ſic comprehen-
datur ſub generali legato omnis ſui ſupellectilis, nam in ſua ſupellectili ha
bere poteſt alienas res, quibus domini voluntate, vt ſuis vtitur. Cui con-
9 ſonat, † quod & alienas res domini earũ voluntate ab inquilino illatas in
domum conductam, plærique obligatas eſſe volunt, pro penſione condu-
ctionis: ſi conſenſerit earum dominus, vt hic inquilinus in ſua ſupellectili
habeat. & maximè ſi in fraudem locatoris paſſus eſt inferri, diſsimulans
eſſe ſuas, vt ſic oſtentaret inquilinus ampliorem ſupellectilem[p].
Proximum nunc erit, deſcendere ad vſumfructum, an obligari poſsit. Et
quidem non eſt dubium, quin fructus obligari poſsint, tam à domino pro-
10 prietatis, quàm fructuario[q]. Sed an † vſusfructus pignori hypothecæue
dari poſsit, ſiue à domino proprietatis, ſiue ab eo qui vſumfructum habet,
quæſitum

a ea.l. vlt. ver. et poſtquã.

b l. ſi pecuniam (quam interpretatur Alciat. diſpũct. 2. cap. 9.) de pig. act. l. ſi is qui bonu. §. 1. hoc titulo.

c l. ſi quos. C. de reſcin. vẽd.

d l. 2. C. de pact. inter emptor. & venditor.

e ad l. ſi is qui bona. §. j. ſub. titu. de pact. pig.

f Angel. & Fulgo. hic. in l. in quarum. Alberic. Bald. Alex. in l. ſciendũ. §. poſſeſſor. qui ſatiſd. cogant. Cy. Fulgoſ. Caſtrenſ. Alex. in l. qui poſt. C. de legat.

g l. creditor qui non idoneũ. ſi certum petatur.

h d. l. vlt. verſ. ſed ſi quid minus in pig. C. de iur. domi. impe.

i l. qui habebat. de legat. 3. l. legatu in fi. de ſupelle. legatu.

k d. l. qui habebat.

l d. l. vlt. C. de iur. domi. impet.

m in d. l. legatu. in fine.

n l. j. de ſupellect. legata.

o §. furtum autem fit. Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſcunt.

p glo. in l. item. de pact. Salic. in l. certi iuris. C. de locat. & conduct. Faber ad §. itẽ Seruiana. Inſti. de actionibus.

q l. & quæ nondum. in princ. hoc tit. l. potior. §. ſi de futura. qui pot. in pig.

quæſitum eſt,& meritò dubitatum de vtroq; [a]. Nam quod ad dominiū attinet,ſiquidē nudæ proprietatis ſit dominus, vſusfructuarij iusnō poteſt deterius facere,& ſic nec obligare vſumfructū,antequam ad eū redeat, ſicut nec vſusfructuarius proprietatem obligare poſſet [b]. Plenæ verò proprietatis dominus ipſe vſumfructum non habet.Et ſi dixeris,quod eum creditori cōſtituat obligando ex cauſa pignoris,ſicut cōſtitueret vendēdo, dando,aut ſtipulāti promittēdo [c]:id tamen non poterit adhuc ſuccedere:&ne in pignore quidē tradito, nā quomodo poſſet creditori obligari vſusfructus,qui ipſius eſſet [d].In hypotheca verò,quæ creditori nō traditur,ſed ſola conuentione obligatur,multo minus dixeris, verū vſumfructū eſſe obligatū.Nam nihil ad creditorē tranſijt,ſed hypotheca māſit apud debitorē, qui non poteſt ſuæ rei vſumfructū habere [e].Vſusfructuarius verò, quamuis vſumfructum verū habeat.vēdere tamen nequit alij:imò cedendo alij rediret ad proprietatem [f].Quare nec pignori dabitur,cuius omnis vtilitas in eo cōſiſtit,quòd ceſſante debitore liceat vēdere. Sed nihilominus deciſum eſt,in vſufructu & pignus & hypothecam conſiſtere, & ab vtrolibet poſſe obligari.A domino quidē plenæ proprietatis ad duplicem effectum. Primò quidem ſic,vt creditori cōcedatur cōmoditas vtendi fruēdiq;,qualem haberet vſufructuarius : ſed an verus ſit vſusfructus creditoris, variè reſpōſum inuenio. Sunt [g] enim qui nō negāt verū eſſe vſumfructū, cōſtitutū ex cauſa pignoris, quoad pecunia ſoluatur : ſicut ex qualibet alia cauſa, vtputa ex emptionis,donationis,&c.poſſet cōſtitui nō ſolum purè, ſed & ſub conditione,ex tempore certo,& vſq;ad tempus certum,vel incertū [h], ſicut & dominium [i] cuius in multis caſibus pars eſt [k]. Sed alijs [l] viſum eſt, quòd ſit vſusfructus quidam ſub dominio, & non ille quem vocamus formalē:vel ob id,quod qui verū vſumfructū habet,vtatur & fruatur ad ſuam ipſius vtilitatem:Creditor verò habeat commoditatem vtendi, fruendi, ſubordinatam iuri dominii:& in effectu,ad opus & vtilitatem domini, eiuſdemq́ne debitoris , cui fructus à creditore percepti proficiunt ad diminutionem ſortis debitæ:quando non aliter eſt conuentum [m].Vel quod pignoris ea natura ſit,vt manente eo in dominio debitoris, tranſeat ad creditorem ſola poſſeſsio [n]. Et idcirco dici non poſſe , quod ad creditorem tranſierit verū ius vſusfructus ſibi obligati. Niſi dicas, ſufficere quod apud debitorem manſerit ipſa res,cuius vſusfructus eſt obligatus [o]. Alter verò effectus vſusfructus,à domino plenæ proprietatis obligati , talis eſt, quod poſsit creditor , ſi in ſolutione ceſſetur, & ipſe vti fruiq́ue nolit,vſumfructum alii vendere,ſed nō rem,aut poſſeſsionē , cuius vſumfructum habet [p]. Vendere,inquam, ſic vt in emptorem tranſeat verus & formalis vſusfructus ad vitam(vt opinor)creditoris,non autem cuiuslibet emptoris:Nam ad creditoris vitam reſpexit debitor,qui ei vſumfructū obligauit: quem ſi ipſe creditor teneat, ipſeq́ue vtatur & fruatur, & non diutius quàm tempore vitæ ſuæ fecerit:ergo nec ſi vendat, diutius vſumfructum habebit emptor [q], ſed ſi in creditorem dicas tranſijſſe virtute pignoris verum vſumfructum in emptorem,cui ipſe vendit, non transfertur: ſed ſola commoditas & vtilitas vtendi fruendiq; . Si verò is qui vſumfructum habet,pignori illum det,difficultati tranſlationis eius, ab vſufructuario in alium,ſic occurretur, vt neceſſario in aliis contractuum generibus inuenienda via eſt : qua vſusfructus cenſeatur quodammodo in aliam perſonam transferri : Veluti ſi in dotem ſit datus, & quæratur, quomodo ſoluto matrimonio reddatur [r]. Et maximè quidem ſic venditur à creditore, ſicut ab ipſo vſufructuario venderetur: videlicet, non ſeparato

a l.ſi is qui bona. §.vſusfru.hoc tit.
b l.intereſt.C.de vſufruct.
c l.quod noſtrū.de vſufru.
d l.neq; pignus.de reg.iur.
e l.vti frui.ſi vſusfructus petatur.
f §.itē finitur.Inſtit. de vſufruct.
g Salic.in d.§.vſusfruct. per l.j.C. ſi pignus pignori datū ſit.& ibi Bald. & Salic.
h l.4.de vſufruct.l. & pa to.§.j.famil. Herciſcund.
i l.qui abſenti ſeruo.§.j. de acquir.poſſeſs.
k d.l.4.de vſufruct.
l Fulgo.in d.§.vſusfruct.
m d.l.ſi is qui bona.§.1. hoc tit.
n l.cū & ſortis.§.pignus manēte.de pig.act.
o Argum.l.potior.§.ſi de futura.qui potior.in pig.
p d.l.j.C.ſi pignus pignori datum ſit.
q argumen.l.ſi vſusfructus.de nouationibus.
r l.ſi vſusfructus. de iure dotium.l.vſufruct.ſoluto matrimon.

rato

rato ab eo iure vſusfructus, neque tranſlato in emptorem, ſed vt ad eum tranſeat commoditas vtendi fruendíque [a] ad vitam vſusfructuarii [b]. Quem
11 admodum ergo ſic venditus vſusfructus, † non cõſolidatur cum dominio, ita nec pignori datus: nam id fit lege permittente [c]. & meritò: nam cùm & hoc numeretur inter fructus rei, qui poſsint pignori dari [d], permittendum fuit & vſufructuario, cuius ſunt omnes fructus fundi, obligare, ſed nõ rem ipſam quoad dominium [e]. Neq; etiam omninò propriiſsimè vſumfructum (qui tamen ipſius eſt) pro quo actiones ei competunt & exceptiones: eò quòd à perſona ſit inſeparabilis, ſaltem quoad vtilitatem vtendi fruendiq;, ſic vt verius dixeris tuitione prætoris eam pignorationem defendi [f]. ſicut & aliis locis [g] diſtinguitur duplex modus habendi vſumfructũ, videlicet, vel ſtricto iure, vel per tuitionem prætoris: ſed pari vbiq; vi & poteſtate.

Sed nunc incurrunt in ordinem iura prædiorum, ſiue ſeruitutes præ-
12 diales, de quibus dubitatur, † an obligari poſsint [h]. Non quidem vna cum prædiis, de quo non eſt dubitatio, quin æquè, vt ad quẽlibet emptorẽ tranſeunt iura eius & ſeruitutes [i]: quæ alioqui non niſi vicinum prædium haben ti vendi & conſtitui poſſent [k], & ad eũ qui prædium longo vſu ſuum fecit, tranſeunt ſeruitutes, quæ per ſe tamẽ lõgo vſu non vſucapiuntur [l]: ita & ad creditorem, vna cũ obligato prædio, tranſeunt iura eius, ſic vt, ſeruitutibus ei cõpetentibus, creditor vti nõ tãtum poſsit [m], ſed & debeat. alioqui teneretur debitori de dãno ſeruitutũ non vtendo amiſſarum [n]. Sed an per ſe pignori dari poſsint, dubitatũ eſt. & videtur quòd non: quia naturæ pignoris & hypothecæ per quam peruenitur ad pignus, dum creditor poſſeſsionem aduocat (vt ſic meritò de vtroque ſit idem iudicium [o]) repugnat omnino perpetuam habere cauſam: cùm ſolùm dentur, quoad pecunia ſit ſoluta: ſed iura prædiorum ſiue ſeruitutes, prorſus contrariæ naturæ ſunt, nẽpe quod ipſo iure, neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam conditionem poſsint cõſtitui [p]: & non vrbanorũ tantum,
13 ſed omnium prædiorũ ſeruitutes ſua natura † perpetuas cauſas habere debent [q]. quare videtur, quòd nullæ ſeruitutes prædiorũ poſsint obligari, aut pignori dari. Aliter ſanè, quàm vſusfructus, qui ex tempore, & ad tẽpus poteſt conſtitui: & ſic quoq; quoad pecunia ſoluetur, vt diximus. Nec moueor, ſi dicas, quòd concedi poſsint precario [r], cuius adhuc maior eſt inſta
14 bilitas, cùm ex mera voluntate cõcedentis depẽdeat [ſ]. † nam id verum eſt, precario concedi iter, actum, viam, ius ſtillicidij, &c. ſed hoc tãtum vt ire, agere, vehere, & ſtillicidium habere liceat. per quæ quidem verba ſignificatiua facti magis quàm iuris, non cenſetur conſtitutum ius ſeruitutis, quod prædio inhæreat: ſed potius facultas quædã, ſiue conceſsio perſonæ facta, non rei, ſiue prædio, & perſonæ cohærens [t]. Ad quem quidem modũ obligari quoq; poſſet ſeruitus, cum eo effectu, vt quàm diu pecunia nõ erit ſoluta, creditor, non quiuis, ſed qui vicinum habet prædium prædio debitoris, illis ſeruitutibus vtatur, hoc eſt, ſic eat, agat, ſtillicidium immittat, vel tignum, quẽadmodũ id faceret, qui verè eas ſeruitutes iure conſtitutas haberet: quamuis verè eas non habeat, tam ex natura ſeruitutũ, quàm ex natura pignorum. Non quidẽ ex natura ſeruitutũ, nam ille deberet perpetuas cauſas habere, vt diximus. Non etiam ex natura pignoris aut hypothecæ, quæ conſtituuntur perſonis in rebus, nempe creditoribus, ad eorum ſecuritatem. Sed ſeruitutes in prædiis conſtituuntur, & in aliis prædiis dominantibus, verius quàm perſonis [u]. Non obſtat quoq;, ſi dixeris, quam-
15 uis ſeruitutes ipſo iure non conſtituantur ad tempus, † repelli tamen qui contra formam pacti eas vendicant [x]. Nam id verum quidem eſt, repelli

exceptio-

a l. arboribus. §. vſufructuarius. de vſufruct.
b l. neceſſario. §. vlt. de peric. et commod. rei vẽdit.
c Bald. in d. l. 1. C. ſi pig. pig. datum ſit.
d l. vlt. de vſur. l. fructus. de regul. iuris.
e l. intereſt. C. de vſufruct.
f vt in d. §. ſi vſusfruct. in verbis bis repetitis. prætor tuetur.
g in l. ſi vſusfructus mihi legatus ſit. §. illud ſciendum. vſusfruct. quemad. caueat. l. j. in principio. quib. mod. vſusfr. amit.
h l. ſi is qui bona. §. iura prædiorũ. hoc tit.
i l. ſi aquæductus. de contrahenda emptione.
k §. penult. & vlt. Inſtit. de ſerut. prædior.
l l. ſi aliena. §. hoc iure. de vſucapion.
m l. ei qui. de ſeruit. l. creditori. de operis noui nunciat.
n l. creditor cum pignus reddit. de pig. act.
o d. §. iura. in verbis igitur nec conuenire.
p l. 4. de ſeruitut.
q l. foramen. de ſer. vrb. præd. l. certo generi. de ſeru. ruſt. prædior.
r l. 3. de precario.
ſ l. j. de precario.
t l. Lucius Titius. de ſeruit. ruſt. præd. quam ſic intelligit Alciat. diſpunct. 2. cap. 7. §. ſed cum factũ. Inſtit. de ſtip. ſeruor.
u l. qui aliena. §. vlt. de negotijs geſtis.
x l. 4. de ſeruitut.

exceptione pacti vel doli, ita quod ſummo ſtrictoque iure ſint verè ſui natura perpetuæ, poſtquam ſemel ſunt conſtitutæ, & ſic quoque ſummo iure dari vendicationem, quæ exceptione excludatur. †Sed pignoris hic rurſus eſt alia natura, nempe quod ſoluto debito, deſinat ipſo iure eſſe pignus, quod ſic liberatum eſt, ſicut ipſo iure tollitur obligatio principalis, ſolutione eius quod debetur. Sed ob vtilitatem contrahentiũ, & vt quàm latiſsimè pateant humana cõmercia, receptum eſt [a], ſeruitutes (& maximè quidem ruſticas, à domino prædij, quod ſeruiat, eodemq́; debitore, & minimè quidem ab eo, qui ſeruitutem ſuo prædio debitam habet, quam abſq; prædio in aliũ non tráſferet [b], cùm non tam ſua ſit, quàm prædii ſui [c]) dupliciter poſſe obligari, nempe creditori habenti vicinum prædiũ: vt, quoad pecunia ſoluatur, ipſe eat, agat, vel (vt puto) immiſſum tignum habeat, vel ſtillicidiũ (quod ad factũ pertinet magis quàm ad ius) quéadmodũ faceret alius quiuis, qui huiuſmodi ſeruitutes ſuo prædio verè debitas haberet: nõ quidé, quod creditor hic habeat cõſtitutas ſibi iure ſeruitutes, ſed cõmodum tãtum vtendi [d]. Vel alii cuicunq; creditori, permittendo ei, ſi intra dié pecunia nõ ſit ſoluta, vt védere poſſet ſeruituté alii vicinũ fundum habéti. vendere, inquam, veram perpetuamq́; ſeruitutem, cùm ſemel erit conſtituta: quaſi permiſſu domini prædii eiuſdemq; debitoris tam bene poſsit creditor, qui ſeruituté in potẽtia habet obligatam, conſtituere illã veram: ſicut potuiſſet ipſe debitor, prædij dominus in ſuo cõſtituere. Et ſi hæc ſic intelligas, differentiá habebis inter vſumfructum, & iura prædiorum, potius quàm inter iura vrbanorũ prædiorum, & ruſticorum. Cuius quoq; differentiæ ratio, inter prædia vrbana & ruſtica, vix vlla aſsignari poteſt, quæ firma ſit & ſtabilis: Cùm illa, de non deformanda vrbe ruinis, longè petita ſit, & parum ad rem faciat. Quamuis interim hoc negari non poſsit; quin multo facilius in ruſticis prædiis omnia ad ſuam naturam redeant, ſi creditor deſinat ire, agere, vehere, vtputa prius in nullo deformata: quàm in ſeruitutibus vrbanis, quibus aptari debent prædia. & ſic ceſſantibus eis, forma ædificiorum nonnihil mutari: quod & in aquæductu ruſtica ſeruitute vſu veniet, qui tamen obligari poteſt.

Sed & pignus pignori dari placuit † [e], non quidem ſemel tantum, aut bis, aut ter (quamuis ita nonnullis [f] viſum ſit, vt euitetur infinitas [g]) ſed decies centies, & quoties vſus poſtularit: vt iterum atque iterum per ſequentia tempora, is qui pignus pignori accepit, ſiue à domino, ſiue ab alio quocunque ſub eodem illo pignore creditore, pignori illud dare poſsit [h]. Nã in pignore ius eſt reale [i], cuius eſt facilis translatio in alios, per multorum manus. Neque hic intelligitur, pignori datum ius tantum pignoris, ſed ipſa res quæ pignorata eſt, & pignori obligata. Vt alio loco [k] clarius dicitur, & hic non obſcurè ſignificatur, cùm dicitur, competere eo nomine actionem & exceptionem, quod indubiè ex eo pendet, an creditor, cui pignus eſt pignori datum, illud poſsideat, vt ſic habeat exceptionem: an verò non poſſideat, vt ſic actionem habeat [l]. Sed vi ipſa & poteſtate eodem ferè recidit, ac ſi dicas, ius pignoris pignori eſſe datum, cùm apud ſequentes creditores pignus pignoris vim non habeat, niſi & prima pecunia debeatur à domino pignoris ſuo creditori. Quod hic ſignificatur apertè his verbis: *Quatenus vtraque pecunia debetur*. quaſi dicas, alterutra ſoluta, pignus pignoris per ſe concidere. Ineſt enim illis verbis moderatio ſiue reſtrictio: Primo quidem, quoad tempus duraturæ obligationis pignoris: Ineſt præterea moderatio quoad quantitatem pecuniæ debitæ: Nam re ipſa & effectu non tenetur pignus pignori, niſi quatenus cõcurrunt quantitates

---

[a] l. ſed an viæ. hoc tit.

[b] l. ex med. de ſeruit. ruſt. prædior.

[c] d. l. qui alienam. §. vlt. de negot. geſt.

[d] Accur. Ang. & Fulgoſ. in l. qui filios. C. quæ res pig. oblig. poſſ.

[e] l. grege. §. pignori. hoc titulo. l. j. & 2. C. ſi pignus pign. dat.

[f] Specul. in tit. de pig. ſub §. verſi. ſed cum pignus pignori. Ludo. Rom. in l. qui bona fide. §. vlt. de damno infect.

[g] d. l. qui bona fide. §. vlt. & l. fidei commiſſa. §. ſi quis decem. de legat. 3.

[h] Alex. in d. l. qui bona fide. §. vlt. Bald. & Ang. Peruſi. in d. l. j. C. ſi pignus pig. datum ſit.

[i] l. eos. C. qui potior. in pig.

[k] in princip. d. l. j. C. ſi pignus pig. datum ſit.

[l] Argum. l. rem in bonis. de acquir. rer. donat.

Margin paragraph numbers: 16 (at "Sed pignoris hic rurſus"), 17 (at "Sed & pignus pignori").

titates vtriuſque pecuniæ debitæ[a]. Ac deniqne ineſt moderatio quoad
leges, pacta, & qualitates, primi pignoris: nimirum, vt qua lege à domi-
no creditor pignus accepit (ſcilicet an, quando, & quomodo vẽdere poſ-
ſit) eadem lege, & non alia (ſaltem domino pignoris) duriore poſsit credi-
18 tor ſuo creditori illud pignus pignori dare[b]. Liberatur † ergo pignus à ſe-
cundo creditore, ſiue ei ipſi ſolutum fuerit (quod & dominus pignoris fa-
cere poteſt, & ſic ſe ſuumq; pignus à ſuo creditore cum quo contraxit, li-
berare[c]) ſiue primo creditori, qui pignus pignori dedit: ſic enim reſoluto
iure primi creditoris, qui ſecundo creditori author eſt eius pignoris, reſol
uitur & ius ſecundi creditoris, qui ab eo pignus pignori accepit, ſic affe-
ctũ, vt quãdocunq; pecunia, in quã erat obligatum, ſolueretur, pignus hoc
reſolueretur[d]. Aliter ſanè, quàm in alia quadã facti ſpecie[e], huic primo in-
tuitu multũ vicina (videlicet vbi creditori repetẽti mutuã pecuniã, debi-
tor ad manus nõ habens quod ſoluat, dedit ſpecies auri, aliamue quamlibet
rem, vt pignori apud aliũ creditorẽ poneret) ſed re ipſa differẽte, & nõ pa-
rũ diuerſa, Nimirũ in eo, quòd hic bis ſit res pignori, ibi ſemel tãtum: hic ſit
pignus pignori à creditore ſuppoſitũ, ſuo ipſius iure, abſq; cõſenſu expreſ-
ſo debitoris, à creditore, cui ipſa res pignori non eſt. ſuppoſitũ, inquam alij
ſuo creditori, ita quòd ſolutio à domino pignoris facta ſuo creditori, non
reſoluat ius pignoris, ſed ſecũdo creditori debet eſſe ſolutũ, vt pignus li-
beretur. Præterea eſt differẽtia in genere actionis. hic enim dominus pi-
gnoris, ſi ſuo creditori ſoluerit, repetet rẽ pignoratitia actione: nam fuit ei
verè pignori: ibi verò ad exhibendũ agat, & exhibitã rem vẽdicabit, ſi iam
eam creditor à ſuo creditore receperit. Sed ſi nondum illam redemerit, a-
getur cũ eo propria actione (videlicet præſcriptis verbis ex cõtractu quo-
dam innominato, multũ ſimili cõtractui cõmodati) vt liberatã rem tradat. i.
19 vt primum liberet, & deinde tradat domino. † Quin etiam, cõmodati actio
videtur plærisq;[f] ad eam rẽ bene cõmoda: cùm etiam vtriuſq; gratia fiat
commodatum[g], quod & pignus quoq; fieri pluſquam notũ eſt[h]. Sed ſunt
qui[i] commodati actionem hic negant dari, propterea quòd non commo-
detur pignus ex mero officio, ſed potius ex neceſsitate quadam: vt ſic ob-
tineatur adhuc dilatio ſolutionis mutuæ pecuniæ, quæ repetebatur: cùm
enim minus ſoluat qui tardius ſoluit[k], non omninò abſque mercede e-
rit huiuſmodi commodatum: quam tamen noluit Iuriſconſultus inter-
uenire in commodato pignore[l]. Poſtremo autem ex genere actionis
diuerſo conſurgit & alia differentia, quæ non parui momenti eſt, vide-
licet, quòd debitor non repetat rem obligatam, antequam ſoluerit: a-
git enim pignoratitia actione, quæ ſolutionem requirit eſſe factam[m].
ibi verò, etiam antequam ſoluat dominus pignoris, repetit rem quam de-
dit non pignori, ſed oppignorandam. Atque omnium conſenſu rece-
ptum eſt, ſi iam creditor, qui pignori dederat, eam rem à ſuo creditore
liberatam receperit, quòd tunc vendicari poteſt, & nihil eſt quod re-
moretur, quin mox reſtituatur res ſuo domino, quæ apud alium eſt ſi-
ne cauſa, cùm pro debito domini pignoris non ſit apud ſuum credito-
rem obligata. Sed ſi nondum creditor hoc pignus à ſuo creditore re-
demerit, iam variant opiniones. Communius enim eſt traditum[n], ad-
huc agere poſſe dominum pignoris, antequam ſoluat, ſiue ei des a-
ctionem commodati, quæ celerem habet exequutionem, nullius alte-
rius debiti prætextu dilatam[o]: ſiue actionem præſcriptis verbis, or-
tam ex contractu innominato, qui ſimillimus erit contractui commo-
dati, cuius aſſumet naturam, exemplo aliorum contractuum innomi-

E natorum

a *l. nomen. in fi. in verb. quatenus tamen ipſe debet. C. quæ res pign. oblig. poſſ.*
b *gloſ. & Salic. in d. l. 1. C. ſi pig. pignori datum.*
c *l. ſolutum. §. ſolutam. de pignor. actione.*
d *l. lex vectigali. hoc tit.*
e l. petenti. de pignor. act.
f *Accurſ. Salic. Paul. Caſtrenſ. in d. l. petenti.*
g *l. ſi vt certo. §. nunc videndum. 2. Commodati.*
h *d. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. 2.*
i *Fulgo. in d. l. petenti. ex l. ſi tibi rem inſpiciendã. §. 1. de præſcrip. verbis.*
k *l. ſi cui exempto. §. vlt. de verbor. ſignificat.*
l *in d. §. nunc videndũ. 2.*
m *l. ſi rem alienam. §. omnis. de pign. act.*
n *ab Accur. Caſtrenſ. Fulgoſ. in d. l. petenti.*
o *l. vlt. C. de Commodato.*

natorum,quos metimur eiſdẽ regulis,quibus cõtractus nominatos eis proximos [a].Neq; hic dices retentionẽ competere creditori: nã licèt ad eum peruenerit res quali quali occaſione debiti ſatis remota,non tamen accepit eam in ſolutum [b],neq; in pignus [c].Sed ſunt [d],quibus magis placuit hoc caſu agi non poſſe ante ſolutionem: ſed quod creditor excipere poſſet, tacitè hoc videri actum,vt tam diu res ſit apud creditorem ſuum,donec dominus pignoris ſoluerit quod debet, quaſi in hoc quodammodo fuerit commodata:& quæ fuit domino pignoris cauſa primum commodãdi pignus creditori,quod ille alij ſuo creditori daret, nimirum quod non haberet vnde ſolueret,eadem ſit & cauſa dimittẽdi rem apud creditorem creditoris in cauſam pignoris,donec ſoluat:vt ſic creditor ea ipſa pecunia quam à domino pignoris ſuo debitore recipiet, eam rem à ſuo creditore liberet,quod ſanè habet rationem.

Sed an poſſet † ſecundus creditor, cui pignus pignori datum eſt, de- 20
nuntiatione facta debitori ſui debitoris, impedire, ne ei ſoluat, ſed ſibi potius,ne alioqui inutile fiat ei pignus pignoris? Et ſi quidem obligatum eſſet nomen,notiſsimum eſt,denuntiationem fieri poſſe [e]:nõ nuda aſſertione,ſed exhibitis documentis,quibus poſſet debitor certior fieri, nomen ſuum alij eſſe obligatum. In pignore verò pignori dato, maior eſt difficultas:nec omnes idem ſentiunt. Communius eſt creditum [f], denuntiationem nullius hic eſſe momenti, propterea quod creditor creditoris pignori habens,non nomen,ſed pignus nominis,nihil iuris habeat in ipſum nomen:neque de illo ſe poſſet ingerere, quid faciat aut conſtituat creditor cũ domino pignoris ſuo debitore.Sed quò firmius ſit pign⁹pignoris,nec pro lubito debitoris qui illud dedit,inutile fiat creditori. Suntq; quibus viſum eſt, & hic creditori ius eſſe denuntiãdi, æque vt noīe obligato quaſi & hoc obligat opignori cẽſeatur in cõſequentiã obligatũ. Eoq; magis quòd ea denuntiatio profit creditori:& nemini iniquè aut cum iniuria noceat [b].Quo ſpectat & illud,quòd quemadmodũ ſolui poteſt ei qui nomen habet obligatum [i]: ſic & ei qui pignus nominis obligatum habet [k]. & vtrique competit actio & perſequutio pignoris, nec non facultas vendendi pignus [l]. Vnde ab vna obligatione ad alteram ducitur argumentum à ſimili [m]. vt quemadmodum creditor qui obligatum habuit nomen, ſolutam ſibi pecuniam compenſat cum debito: rem verò ſolutam, ſiue ſpeciem aut corpus cenſetur habere pignori [n]:Ita quoque is qui pignus nominis habet obligatum. In genere tamen actionis plærique intereſſe putant, tribuentes creditori, cui pignus eſt datum pignori, hypothecariam actionem: ad quam conſtat referendum eſſe quod dictum eſt [o]: *tam exceptionem,quàm vtilem actionem eſſe dandam.*) vt queadmodum exceptio non niſi ad ipſum pignus obligatum poſſeſſumque referri poteſt, ſi fortè, antequam ſoluatur, debitum repetatur : ita quoque actio ad idem pertinere intelligatur,dum illius non poſſeſſi à ſe creditor poſſeſ-
ſionem petit [p]. Sed qui † nomen habet obligatum, communiùs cenſetur 21
perſonalem actionem habere vtilem, quàm haberet directam is qui nomen obligauit. Sed & huic hypothecariam actionem dari exiſtimant pauciores, & fortè rectius.Inhærent enim regulæ,quæ habet,quòd perſonalem actionem fruſtra deſiderat ſibi dari creditor, contra ſui debitoris debitores [q], etiam ſi nomen eorum habeat obligatum.hoc enim mulieri pro dote agenti negatum eſt [r],quæ tamen & nomina debitorum mariti habet generaliter obligata, vt alio loco [ſ] contra Azonis ſententiã defendimus:nec videtur vrgens aliqua ratio,cur,noīe obligato, magis dicas

creditori

a l.1.§.ſi quis ſeruum. depoſiti.l.cum qui. §.1. cõmodat.
b vt in l.ſi non ſortem.§.ſi cenſum. de condic.indeb.
c vt in l.1.C. ſi res aliena pig.data ſit.
d Salic.in d.l.petenti.
e l.nomen.C.quæ res pig.
f à Bartho.in hoc §. cum pignori. & Salic.ibi.in 3. quæſtion.
g Fulgo. in fine huius §. cũ pignor.
b argum. l.2.§. itẽ Varus. de aqua plu.arcend.
i l.ſi conuenerit. 2. de pig. action.
k d.§. cũ pignori. verſ.quòd ſi dominus.
l l.2.C.ſi pign.pig.datũ ſit.
m eod.§.cum pignori. verſ. verum eſt.
n d.l.ſi conuenerit.
o in d.§.cum pignori.
p l.ſi cũ venditor.de euict.
q tot.tit.C.quando ſiſc.vel priuat.
r l.heredem mariti.C.de hered.action.
ſ in d.l.heredẽ mariti.

creditori competere vtilem perſonalem actionem, quàm vtilem rei vẽdicationem iure dominij, ſi habet obligatam rem corporalem, à debitore, eoq; domino non poſſeſſam: & quam hic vendicare directo poſſet. Cur enim hic actio creditoris, actioni debitoris non tam ſit vicina re & nomine, quàm obligato nomine debitoris? Nam quod attinet ad obligationem hypothecariam, nihil omninò intereſt, quæ quidem eſt cauſa dandæ actionis. Quod autem ex aduerſo allegatur hypothecaria actione auocari poſſeſſionem [a], plus momenti habere putarẽ, ſi ſola nomina non poſſiderentur: at nunc generaliter eſt traditum, res incorporales nõ recipere traditionem [b]. ex quarum tamen numero pleræq; obligantur, & hypothecaria actione petuntur [c]. & ſi in nomine ſit res corporalis, illius vtiq; verã poſſeſſionẽ ad ſe vocat creditor. An igitur hic diſtinguemus, quid ſit in nomine? an pecunia, vt illam petat creditor vtili perſonali actione ſibi dari, an corpus certũ, vt iã hypo^ria agat ad poſſeſſionẽ? Sed quid ſi in nomine obligato inſint vi & poteſtate partim res corporales, & partim incorporales? Veluti hæreditatẽ emit aliquis, & traditione nõ facta, obligauit nomẽ venditoris, an nunc ex vna eademq; obligatione hypothecaria dices vtramq; dari actionẽ? Profectò vix inuenies vbi ſiſtas, ſi ſemel ceperis deflectere à

22 vero tramite. i. veris & communibus iuris regulis, ſine cauſa. †At inquiunt, hypothecaria competit ad ipſam rem obligatam: creditor autem non ad nomen agit, quod eſt obligatum: ſed ad illud quod eſt in nomine. Agat ergo perſonali actione, quæ nomini & obligationi reſpondeat. Argutè quidem, ſed ſi ea, quæ peculiaria ſibi habet actio perſonalis, ceperis ſpectare: euidenter apparebit obligato nomine, creditori competere hypothecariam, & non perſonalem vtilem. Nam ſi debeatur corpus aut ſpecies, non petet creditor ſibi dari quod debetur, ſic vt eius fiat (qui proprius eſt ſcopus perſonalis actionis ex obligatione dandi) ſed petet tradi poſſidendum tenendumque, donec debitum ſoluatur. Si verò pecuniarium nomen obligatum fuerit, hic iam vti non poſſet creditor ſolito medio agendi, nẽpe cõtractu, ex quo nata eſt perſonalis obligatio. Neque etiã propriè dixeris, quod petat pecuniã ſibi dari, ſed potius tradi. alioqui ſolutione illa fieret ſua, quod verũ non eſt, ſed ſolum cõpenſatione [d]. Neq; tã diſtat quaſi poſſeſſio noĩs, à vera poſſeſſione rei, quæ eſt in nomine, vt ob id mori debuerint, ad mutãdam hic actionis ſpeciẽ. Quandoquidẽ & petitio hæreditatis (quæ indubiè in rẽ eſt, & contra poſſeſſorem exercetur [e]) etiam ob nomina datur [f]: vis tamen & poteſtas eius actionis in id exit, vt qui egit, conſequatur illud ipſum quod debetur [g], non vt habeat nomen. nam ius nominis vi ſucceſsionis factum eſt eius.

23 His igitur conſentaneũ erit dicere, †quòd excuſsio principalis debitoris ſit neceſſaria, antequam veniat creditor ad obligatum nomen. Sed hic plures habeo conſentientes [h], & hoc quoque verbis nouæ conſtitutionis

24 magis [i] accedit. Sed nec illud omittendum putaui, concurrere hic † quatuor formas contrahendæ obligationis hypothecariæ, quæ verbis magis quàm re, aut vi & poteſtate differunt. Interdũ enim obligatur nomen, interdũ cautio nominis [k], interdũ pignus nominis, & nonnunquam id quod eſt in noĩe, ſiue quod debetur [l]. veluti ſi ei qui credidit in refectionẽ dom⁹, obligetur pẽſio quã inquilinus debet, domum enim ipſam tacitè habet obligatam [m], etiã ſic, vt alıs creditoribus præferatur [n]. Ipſas verò pẽſiones, an tacitè obligatas haberet, difficilius dixeris. Fulgoſ. [o] enim negat: Odofredus [p] videtur occultius hoc admittere, dũ dixit ob id creditorẽ de pẽſionib⁹ agere, quòd ipſum ædificiũ habeat obligatũ, credẽs fortè quod hæ pẽſio

a d.l. ſi cum venditor.
b l. ſeruus. §. incorporales. de acquir. rer. donat.
c l. ſi is qui bona. §. vſuſfructus. hoc tit.
d d.l. ſi conuenerit. 2. Et hoc §. cum pignori. verſi. & verum eſt.
e l. hereditatis. C. de petit. hered.
f l. ſi debitor hereditarius. de petit. hered.
g l. quod ſi in diem. de petit. hered.
h etiã Salic. in d.l. nomen.
i in §. ſed neq;. verſic. idẽ eſt dicere. in Autent. de fideiuſſ.
k l. 2. C. quæ res pig. l. poſtquam. C. de hered. vel actione vendit.
l l. cum cõuenit. hoc tit.
m l. 1. j. titulo. 1. in quibus cauſis pignus tacitè.
n l. interdũ. qui pot. in pig.
o in d.l. cum conuenit.
p in d.l. cum conuenit.

nes velnt fructus ædificij [a] veniant conſecutiuè in obligatione pignoris. ſed neceſſe non eſt eo confugere, cùm dicat Iuriſconſultus [b], conueniſſe, vt penſiones iure pignoris tenerentur, imò vt ipſe creditor reciperet, & ſic tacitè intelligitur eis ceſſa perſonalis actio.

Incurrunt nunc in ordinem † filij nepotes, cæteriq́ue liberi, qui in po- 25
teſtate parētis ſunt [c], quos licet vendicare poſſet pater, ſicut & ſuos ciues vēdicat ciuitas [d], addita cauſa, ex iure Quiritum [e]: videlicet ratione patriæ poteſtatis, quæ fuit olim vitæ necisq́; [f]: obligare tamen non poteſt, & ne tunc quidem, cùm ob extremam inediam, victus cauſa vendere filios pater poſsit [g]. Quamuis plæriq; [h] omnes aliter exiſtimauerint, argumento ducto, vel à maiori: quaſi maius ſit vendere, quàm oppignorare: vel à ſignificatione vocabuli venditionis [i], quo omnis alienatio continetur [k]. Sed re ipſa plenius cognita, facilè apparebit non rectè argumentum duci à maiori, ex conſtitutione tam odioſa, ne dicam irrationali, qua ratione Alciatus [l] tradidit, quòd prouectioris ætatis filij olim vendi non potuerint victus cauſa, ſed tantum ſanguinolenti .i. infantes, & iāiam in lucem editi. Quare oppignorationis etiam & venditionis non omninò eadem ratio. Nam cùm venditur iamiam natus infans, nihil in ea ætate intelligit, qui quod videt ignorat [m]. vt non tam dura neque luctuoſa ei ſit abſtractio à maternis vberibus, potuitq́ue pater totum luctum abſorbere ſemel: Vbi tamen, ſi oppignoratus eſſet filius, frequentibus denuntiationibus vendendi pignoris cauſa patri factis, recrudeſceret hoc malum ſæpius. Adde quod facultas vendendi ſic eſt reſtricta, vt reipſa, & quoad commodum patris debitoris non multum ab oppignoratione diſtet: Semper enim ſic venditum filium licuit redimere, non patri tantùm, ſed & alij cuilibet reſtituto precio, quod iuſtum videri poſſet, ſi verè ſeruus eſſet: vel æquè bono mancipio dato. Et cùm infantis nullæ ſint operæ (adeò vt dubitatum ſit, an infantis vſuſfructus relinqui poſſet [n]) ſed in alendo ſumptus, quem refundere oporteret in liberatione pignoris [o]. certè ſi id facere velit pater, eodem ferè recidet redemptio venditi filij, quo luitio oppignorati. Quare in his tam exorbitantibus conſtitutionibus, præſtat inter earum metas conſiſtere: quod non obſcurè ſignificatum eſt, cum prohibitione generaliter facta [p], ne quo titulo parentes transferant liberos in alios: neque venditionis, neque donationis, neque pignoris, etiam ſub ignorantiæ prætextu, poſtea ſolùm permittitur [q] vendere ſanguinolentos, propter nimiam paupertatem victus cauſa. Friuolum quoq; eſt, quod dictum eſt de ſignificatione generali venditionis. licet enim aliquando comprehendat omnem alienationem [r], non ſolùm per contractum, ſed & per vltimam voluntatem [ſ]: vſitatior tamen eſt ſtricta ſignificatio: tenendaq; non ſolùm in conuentionibus humanis [t], verùm etiam in conſtitutionibus odioſis, & quæ contrariæ ſunt regulis iuris cōmunis [u].

Eadem eſt conditio omnium liberorū hominū†: nulli enim pignori dari 26
poſſunt [x]: licet aliud quiddā magis abominabile antiquiſsimis legibus conceſſum fuerit, ſcilicet vt corpus debitoris inter creditores diuideretur: quam legem, inquit Quintilianus [y], mos publicus repudiauit. Videtur tamen ſubinde irrepſiſſe iterum aliquid de oppignorandis liberis hominibus aduerſus conſtitutiones, vt Iuſtinianus etiam in poſtremis ſuis conſtitutionibus [z] hoc rurſus putauerit prohibendum, etiam ſub grauiſsimis pœnis: Nempe vt qui liberum hominem pignori ceperit, aut ob æs alienum in ſeruili miniſterio retinuerit, non tantùm amittat debitum, ſed tantundem quoque inferat ei quem pignori retinuit: & adhuc corporalibus

a *l. ſi nauis. de rei vendi.*
b *in d. l. cum conuenerit.*
c l. vlt. Quæ res pigno. l. qui filios. C. eod. tit.
d *l. de iure. ad municip.*
e *l. j. §. per hanc. j. de rei vendicat.*
f *l. in ſuis. in fi. de liber. & poſth.*
g *l. 1. & 2. C. de patrib. qui filios diſtrax.*
h *Accur. Bartho. & alij ad d. l. 1. C. de patrib. qui fil. diſtraxe.*
i *Fulgo. in d. l. 1.*
k *l. ſtatuliberi à cæteris. in fine. de ſtatulib.*
l *lib. 2. de verbor. ſignifi. in ea parte de limitatoria diſpoſitione. in 3. caſu excepto à 1. reg.*
m *l. 2. in fi. C. de falſa moneta.*
n *l. ſi infantis. de vſufru.*
o *l. ſi neceſſarias. de pign. action.*
p *in d. l. 1. C. de patrib. qui fil. diſtrax.*
q *in l. 2. eiuſdem tit.*
r *d. l. ſtatuliberi. & Alcia. Parerg. 3. c. 22.*
ſ *l. ſicut. §. venditionis. quib. modis pig. vel hyp. ſoluit.*
t *l. ſi quis fundū. de cōtrah. empt.*
u *Bald. in l. voluntat. C. de fideicommiſſ. Panor. in cap. 1. de his quæ fiunt à prælat. & Feli. in ca. vlt. colum. penult. de accuſa.*
x d. l. qui filios. capit. 2. de pig. l. ob æs. C. de act. & obligat.
y *lib. 7. cap. 4.*
z *in authen. vt nulli iudicum. §. quia verò.*

bus ſubdatur pœnis. Cui affine eſt, quod ſcriptum eſt[a], neminem perhorreſcere carcerem ob debita: niſi contumacia acceſſerit, dum condemnati debitores obſtinata mente nolunt ſoluere[b]. nam ſi facultates non ſufficiant, & ſic non contumacia, ſed inopia ceſſent ſoluere: liberatur à carcere, cedendo bonis[c].

27 †Spem quoq; præmiorum, quæ pro coronis athletis penſitanda ſunt, pactione priuata non dixeris pignorari[d]. quod rectè interpretatur quidam[e], non obligari ea præmia, donec adhuc in ſpe ſunt. Sed ſi debitor ſit illa adeptus, iam vtiq; obligari poſſe: imo etiam, ſi quis illa nondum ſit adeptus, ſed fecerit, ſic vt ei debeantur, placuit & hic condemnato debitori interdici commodis illorum præmiorum[f]. i. vt interpretantur[g], non ei ſolui: ſed creditori qui aduerſus eum ſententiam obtinuit. idque in vltimum ſubſidium, & ſi alia bona deſint, ſicut ſtipendia publica condemnatoria, cùm res iudicata, alijs rationibus executionem non inuenit, capiuntur in cauſam pignoris[h]. & hæc interpretatio omninò ſequenda erit, ſi cum Haloandro ibi legamus[i]: *Et eam pecuniam*) videlicet ex præmijs debitam, ac ſolutioni paratam[k], *iure pignoris in cauſam iudicati capi.*) At in alijs exemplaribus ſic legitur, quaſi diuerſum quiddam à priore parte reſponſi adiectum ſit, & in effectu duo reſponſa ſint. hoc ſcilicet modo: *Etiam pecuniæ iure pignoris in cauſam iudicati capi poſſunt.*) quod poterat habere dubitationem, cùm pignora in cauſam iudicati capta vendi ſoleant[l]. Pecunia autem non tantum non venditur, nec æſtimatur aliquo precio[m], ſed nec pignori eſſe poſſet, vt videtur, quaſi potius ſoluta victori, quàm pignorata

28 credi poſſet. † Sed aliter tamẽ deciſum eſt, capi pecuniã poſſe, in cauſam pignoris. Quid enim ſi condemnatus debeat certæ formæ aureos, & inueniatur aliam habere pecuniam, vel etiam ſi quod dêbet, qualibet pecunia ſoluere poſſet: non tamen ob hoc, ſtatim & recta via, diceretur pecunia in cauſam iudicati capta, cedere in ſolutionem: ita vt pignori eſſe nõ poſſet: ſed cõpenſaretur, vt diximus[n], cum debito. Atque ita cederet primum in cauſam pignoris, & deinde via compenſationis in ſolutum. Itaque ſi poſteriorem partem illius reſponſi ſic ſepares à priore, huius putauerim longè aliam eſſe ſententiam, nempe quod contumacia eorum qui condemnati nolunt iudicatum facere, ſicut captis pignoribus, & apprehenſione perſonæ: ſic hac quoque via poſſent coerceri, ne pro gloria cum aliis certare poſſent, quod magnum ſæpè calcar addet ad parendum rei iudicatæ:

29 ſicut meminimus eſſe, †vbi qui condemnati ſunt, non admittuntur ad exercitium artis quam profitentur, & qua quæſtum faciunt, antequam ſententiæ paruerint. Qui quidem mos, vt in pœnam contumaciæ non pateat condemnatis acceſſus ad certamen, quod propoſito præmio virtutis cauſa fit: videri poſſet fluxiſſe ex Athenienſium more, quo ij quorum nomina in arcem relata erant, vt apud Romanos ad ærarios, notabantur interim ignominia, quoad iudicatum facerent, hoc eſt, omnia ex ſentẽtia perſoluerẽt[o]: & non parum hæc iuuantur ex verbis Cæſaris[p], vbi quorundam mores & ritus deſcribens ita ait: Si quis aut publicus, aut priuatus eorum decreto non ſtetit, ſacrificijs interdicunt: hæc pœna apud eos eſt grauiſſima. quibus ita eſt interdictum, hi numero impiorum & ſceleratorum habentur: his omnes decedunt, aditumque ſermonemque defugiunt, neque his petentibus ius redditur, neque honos vllus communicatur. Quod proximè accedit ad viam executionis rei iudicatæ, quæ ab Eccleſiaſticis iudicibus obſeruatur per excommunicationes.

- a in l. nemo carcerem. C. de exact. tribut. lib. 10.
- b Alciat. ad l. vinculorũ. de verbor. ſignificat.
- c l. 1. C. qui bonis cede. poſſ.
- d l. ſpem. C. quæ res pig.
- e Salic. ibi.
- f l. commodis. de re iudicata.
- g Accurſ. Iaſon. Zaz. & alij. in d. l. commodis.
- h l. ſtipendia. C. de execut. rei iudica.
- i in fin. d. l. commodis.
- k Bartho. & Cuman. ibi.
- l l. à diuo Pio. de re iudicat.
- m l. ſi ita fideiuſſorem accepero. de fideiuſſ.
- n ex l. ſi conuenerit. 2. de pign. actione.
- o Bud. in prior. annot. vbi de Cæſar. ait.
- p lib. 7. commentariorum.

QVAE RES OBLIGATAE INTELLIGANTVR.

SVMMARIA.

1 *Obligatione generali quæ contineantur.*
2 *Obligationi generali ſimiles ſunt generales conceſſiones, priuilegia, mandata, diuiſiones, remiſſiones generales, & venditiones.*
3 *Obligatio generalis & vniuerſalis an pro eodem accipiantur.*
4 *Rei appellatio latior quàm pecunia.*
5 *Obligatione generali continentur bona futura, etiamſi id non exprimatur.*
6 *Obligatione generali non continentur ea quæ quis ſpecialiter obligaturus non fuiſſet, niſi alia nulla habuiſſet debitor.*
7 *Quod ex futura ſucceßione obuenturum eſt, an, & quomodo obligari poßit.*
8 *Res obligata, ſi conſenſu creditoris ſemel vendatur, poſteaque redimatur, an cenſeatur iterum obligata.*
9 *Sub obligatione generali an cenſeatur comprehendi ea ipſa pecunia, quã dat creditor debitori, pro qua obligat ſe & ſua omnia.*
10 *Quæ quotidiano vſui ſunt deſtinata, quomodo obligata cenſeantur.*

DEſcendendum nunc erit ad poſteriorem partẽ huius capitis, vt examinemus, quæ res in generali obligatione † intelligantur cõprehen- 1
ſæ. Et hic primum locũ obtinent reſponſa quædam Vlpiani [a], quibus non quæ veniant decidit, ſed quæ non veniant: vt ijs ſolis exceptis (quæ pauca ſunt numero) reliqua omnia, quæ generalibus verbis emiſſæ obligationis cõtinentur, obligata cenſeantur: perinde atq; ſi ſingula eſſent enumerata [b]. Excepta autem comprehendit certa quadam regula, videlicet: In obligatione generali, nõ cõtineri ea, quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter obligaturũ nõ fuiſſe, multis additis exẽplis, quæ oĩa manifeſtius apparebunt, ſi ſingulis verbis congruam interpretationem adaptauerimus.

Obligatione.) Non in ea tãtum, ſed & in aliis plæriſq; negotiorũ generibus † ſimilis regula traditur. Veluti in quibuſcunq; conceſsionibus [c], priui- 2
legiis [d], mãdatis [e], diuiſionibus [f], atq; adeò in remiſsionibus ſiue liberationibus generalibus [g] (quãmuis hæ obligationibus fauorabiliores ſint) ac deniq; (quod magis eſt huius loci) in bonorũ vẽditionibus [h], quod & hic ſignificatur nõ obſcurè, cũ dicitur: *Veſtis relinquẽda eſt debitori.*) Relinquenda, inquã, in diſtractione pignorũ. Nã ipſa obligatio hypothecæ generalis, nihil non relinquit apud debitorem, cum ſola conuentione fiat, non traditione pignorum.

Generali.) .i. indefinita & indeterminata. † Sed an idem ſit in vniuerſali? 3
Non dubium eſt, quin ſit, ex ſententia quam pleriq; omnes recipiunt, renitente ſolo (vt puto) Philippo Decio [i], qui extenſioni vniuerſalis ſermonis addictior, alio quoq; loco [k] cenſuit, feuda quæ in generali diſpoſitione nõ intelliguntur incluſa [l], comprehẽdi in vniuerſali. Nam qui dicit omne, nihil excludit [m]. Sed cum indefinita vniuerſali æquipolleat [n], non videtur hæc diſtinctio recipienda. Cùm & vniuerſalis ſermo reſtringi poſsit ad ea, quæ ſubiectæ materiæ congruunt [o].

Rerum.) Crediderim hic rerũ appellationẽ ſic accipi, vt † latior quàm pe- 4
cuniæ, cõtineat etiã ea, quæ extra cõputationẽ patrimonii ſunt [p]. Veluti filius naturalis ex ancilla, atq; ipſam ancillã concubinam, quamuis verè ſint in patrimonio, ſunt tamen quodãmodo extra computationem patrimonii, aliaq; arctiore affectione tenentur & habentur, quàm vt ex illis, ſicut ex aliis quibuslibet mancipiis, velit pater familias inſtruere familiam ſeruorum, & augere patrimonium. Quin & liberos homines appellatione rei contineri, vtputa filios legittimos & cognatos, dixit Alciatus [q], ſi quis alicui commendet res ſuas: atque ita accommodare poſſe ſequens Caij reſponſum [r] ad iſtud Vlpiani, vt hic videatur obligatio latius concepta generalioribus verbis: *Rerum quas quis habet.*) ſcilicet quolibet modo, atque etiam extra ſupputationem patrimonij. In ſequenti verò

a l. obligatiõe generali. cũ ll. ſequent. hoc tit.
b *argu. l. ſi chorus. in princip. de legat. 3. & ibi. dd.*
c *l. qui peculij. de pecul. cap. in generali. de reg. Iur. lib. 6.*
d *Fulgo. hic.*
e *l. creditor. §. Lucius, mãd.*
f *l. poſſeßionum. C. cõmunia vtriuſq; iudic. & Alberic. hic.*
g *Ang. hic. ex l. tres fratres. de pact.*
h *l. Aufidius. l. bonis venditis. de priuileg. cred.*
i *ad l. omnia. ſi certum petatur. & in cõſil. ſuo 30. ſub fin. verſ. 2. nõ obſtat.*
k *Conſil. 389.*
l *§. in generali. ſi de feud. content. ſit inter do. & agnat. vaſal.*
m *l. à procuratore. C. mandat. l. Iulian. de legat. 3.*
n *l. ſi pluribus. de legat. 2. & ibi Bartho.*
o *Dominus Zaſ. quodam cap. intellect. ſingularium, cuius inſcriptio eſt vniuerſalis ſermo ſeu ennuntiatio. &c.*
p *l. rei appellatio. de verbo. ſignif.*
q *in d. l. rei appellatio.*
r in l. ſed & quod. hoc tit.

ti verò Caij reſponſo ſtrictior ſit obligatio, earum tantùm rerum, quas quis in bonis & patrimonio habet: vt ſcilicet æquè ab vtraque obligatione intelligantur excepta, quæ hic enumerantur. Non enim puto vim faciendam eſſe in eo quod additur de tempore his verbis, *Quas eo tempore cū paciſcebatur.*) Nam & in reſponſo Vlpiani, quo dicitur obligaſſe quem omnia quæ habuit, referendum eſt ad tempus contractæ obligationis, ſcilicet, quæ tunc adhuc habebat, non quæ tunc habere deſierat: & ſic in ea parte nulla eſt differentia inter reſponſa Vlpiani & Caij.

5 *Habiturúſue ſit.*) † Hæc ſemper intelliguntur in generali obligatione cōprehendi æquè vt præſentia, etiam ſi id non exprimatur[a]. Imo etiam ſi quis ſe dicat obligare ſua[b]: quæ particula reſtrictionē ſolet inducere, ad ea quæ tempore diſpoſitionis ſua ſunt[c]. Sed & ſi conſtituat ſe nomine creditoris illa poſsidere, ea enim adiectio nondum reſtringit (ex veriore ſententia[d]) obligationem ad ſola præſentia. Sed hoc efficit hic expreſsio rerum quas quis habiturus eſt, vt per eam apertè ſignificetur, hic agi de obligatione quæ eſt in actu inter viuos: & cum quis adhuc ſperat, aut cogitat de alijs acquirendis. In ea verò diſpoſitione quæ fieret in vltima voluntate, & confertur in id tempus quo affectio, ad res hic enumeratas, ſi qua fortè vnio fuerit, non maior tamen eſſe præſumitur, quàm ad alias quaſlibet: videtur nonnullis[e] quòd earum exceptio non debeat recipi.

Quæ veriſimile eſt quenquam ſpecialiter obligaturum non fuiſſe.) Sanè, quia non potuiſſet obligare, teſtamento fortè prohibitus[f], ſiue quia noluiſſet.

6 † Si tamen nulla alia bona habeat quàm quæ hic excepta recenſentur, iam vtiq; omnia illa obligata erunt, ne irrita ſit & inutilis obligatio. Sanè generali obligatione contineri nonnunquam, id quod ſpecialiter obligare non

7 potuiſſet, tradūt nōnulli[g] in hac ſpecie: videlicet † quod quæ ex ſucceſsione qualibet acquirenda ſunt, ſub generali obligatione bonorum ſunt comprehenſa, non potuiſſent tamen ſpecialiter obligari in ſpem obuenturæ hæreditatis[h]. Quamuis fortè non malè dici poſſet, quòd cum ea res ex ſucceſſione quæſita eſt, & ſic continetur ſub generali obligatione, poſſet quoque ſpecialiter obligari. Antequam verò acquiſita eſt, obligari poſſe: non modò generaliter, ſed & ſpecialiter; hac ſola in genere addita conditione, cū ſua erit[i]. Specie verò acquiſitionis expreſſa, nempe ex ſucceſsione ſua erunt, obligari nō poſſe: non ſolum ſpecialiter, ſed nec generaliter, præſertim ſi deſignetur perſona ex cuius ſucceſsione ſperentur obuentura[k]. Res autē ſubiectæ fideicōmiſſo conditionali, pendente conditione obligari ſpecialiter poſſunt[l]: ſub generali tamen obligatione non continentur[m]. Vt nec feuda[n], etiam vbi ſpecialiter coram domino aut locum tenēte eius, & paribus curiæ, poſſent ex conſuetudine obligari ſine conſenſu proximioris agnati. Ea verò res, quæ generaliter obligatis bonis præſentibus & fu-

8 turis, ſemel à creditore liberata eſt, vtpote eius cōſenſu vendita: † etiam ſi poſtea iterū acquiſita ſit, non recidit tamen in generalem obligationē, ſub appellatione futurorum[o]. Ne in eadem re duplicetur (inquit Fulgoſius[p]) & geminetur pignus: hoc eſt, ne ea res quæ generali obligatione continebatur, primum ſub appellatione præſentium, cenſeatur poſtea comprehendi ſub altera parte eiuſdem obligationis futurorū bonorum. Nec eſt quod dicas admitti debere, hac diſtinctione temporum ſeruata, vt cum adhuc eſſet in patrimonio res ſub priore parte obligationis: ac deinde alienata & iterum recuperata, ſub altera parte obligationis futurorum cenſeatur comprehenſa. Nam tota ea obligatio præſentium & futurorū vnica eſt, ideoq; creditor qui ſemel conſenſit, vt vna res obligationem ſic cōceptam egre-

a l.ſ.C.quæ res pig.
b l.j.hoc tit.
c l.ſi ita.& ibi Bart. de auro & arg.leg.
d Lud.Rom.& Iaſ.in l.1. §.etenim incertam. de acquir.poſſ.
e Phil.Corn. conſil.61.volum.2.
f Bart.in l.codicillis.§.inſtituto. de legat.2.
g Franc.Cur.Iun.in l.vlt. C.de pact.nu.8.
h ead.l.vlt.verſ.iubemus.
i l.ſi fundus.§.aliena. hoc titulo.
k arg.l.3.§.de illo. pro ſoc.
l l.vlt.§.fin autē ſub conditione. C.commu. de legat.& fideicommiſſ.
m Alex.de Imol.in l.ſi conſtāt.nu.26. ſolu.matri.
n d.§.in generali. in tit. ſi de feud. content.ſit inter dom.& agnat.
o l.vl.C.de remiſ. pign.
p in d.l.vlt.& in l.ſicut. §.ſupernacuum. quibus modis pig.ſolu.

deretur, eſſetq́; liberata, videri debet conſenſiſſe, vt perpetuo ab ea obligatione eſſet libera, nec aliqua mutatio fieret, néve ex vna parte generalis obligationis incideret in alteram. Sanè in nouam poſteaque conceptam obligationem, ſiue ſpecialem ſiue generalem omnium bonorum, incidere deinde poſſet. Adde exceptorũ numero † eam quoq; pecuniam, qua ac- 9
cepta, debitor creditori in eam obligat omnia quæ habet, & quæ habiturus eſt. Non enim veriſimile eſt, quòd eam ipſam pecuniam erat obligaturus, qua niſi eguiſſet in alios vſus, nõ eá mutuo accepiſſet [a]: Quáuis ab alio quolibet accepto mutuo, pecunia in generali obligatione cõtineretur [b]. Poſtremò aũt, quòd numero exceptorũ adſcripta hic legimus ea, quæ in vſum quotidianũ habẽtur, referendũ eſt ad obligationẽ generaliter conuentam: quæ quidẽ, his etiá exceptis, nõ admodum multa perdit reſpectu omniũ bonorũ, quæ obligatione generaliter conuenta continẽtur, ſiue mobilia, ſiue immobilia. Ex ea verò, quæ tacitè oritur ex lege omniũ inuectorũ & illatorũ in ædes cõductas, ꝓ pẽſionibus domus, ſi hæc eximas † quæ in vſum quoti- 10
dianũ habẽtur, vix aliqua relinques ſub regula eius obligationis ſtrictiſſima. Nam nõ eſt omniũ bonorũ obligatio, ſed tantũ mobilium: nõ omnium etiá, ſed quæ inuecta illataq; ſunt: & nec horũ quidẽ adhuc omniũ, ſed quæ ſunt illata vt ibi eſſent perpetuò. Meritò ergo etiá minuta quæq́; ex ſupellectili inquilini (quæ I.C. friuola appellauit [c]) dices eſſe obligata. Imo ea quæ inferũtur in ædes cõductas, ſic tamen vt in vſu patrisfamilias & in eius ſupellectili nõ ſint, magis dices in ea obligatione legali inuectorum & illatorũ nõ contineri. Vt nec continentur in legato earũ rerum quæ in domo ſunt, vtputa merces [d], pecunia numerata [e], & nomina debitorum [f].

a *Albe. in hac l. obligatiõe.* & in l. cũ tabernã. §. vlt. hoc tit. *& ibi quoq; Fulgoſ.*
b *d. l. cum tabernam. §. vl. & l. idemq́;. in fi. qui potior. in pig.*
c *in l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.*
d *l. generali. §. vxori. de vſufr. legat.*
e *l. ſi mihi Meuia. §. vlt. de legat. 3.*
f *l. Caius. de legat. 2.*

QVIS HYPOTHECAM CONSTITVAT.

SVMMARIA.

1 *Vt hypotheca conſiſtat, neceſſe eſt rẽ in bonis fuiſſe conſtituentis.*
2 *Seruiana datur ſi quis poſſeſſione rei pigneratæ ceciderit, ad exemplum Publicianæ.*
3 *Qui vtile dominium ſeu quaſi dominium habet, hypothecam conſtituere poteſt, ſuperficiarius emphyteuticarius, vectigalis, & ſimiles.*
4 *Vectigalis fundus quis dicatur.*
5 *Venditione reſciſſa ex l. 2. C. de reſcind. vend. an reſoluatur ius hypothecæ: contrariæ ſententiæ.*
6 *Creditor pro conſeruatione ſui pignoris poteſt ſoluere vectigal.*
7 *Vſufructuarius nõ obligat rem in qua vſumfructũ habet, ſed obligans domino conſentit.*
8 *Mulier obligare hypotheca poteſt, item conſentire obligationi per alium factæ in rem ſuam.*
9 *Ratum haberi quandoq; quod ſuo nomine geſtum non eſt.*
10 *Tutor & curator pignori obligare poſſunt res minorum.*
11 *Qui præponitur adminiſtrationi rerum eccleſiaſticarum, eas obligare poſſunt.*
12 *Qui generale mandatum omniũ bonorũ habent, hypotheca obligant res alienas.*

SAEPE iam auditum eſt, quòd dominus rei eam conſtituat, & obliga-
tionem pignoris nõ conſiſtere, † niſi in eis quæ quis ex bonis ſuis facit 1
obnoxia [g]: hypotheca enim rem afficit quod nequit facere qui eius rei nõ eſt dominus. Et hoc illud eſt quod dicũt DD. [h] de hypotheca cõueniri verbis effectiuis, nõ permiſsiuis: veluti ſi cõueniatur vt res ſit obligata [i], nõ aũt ſi obligare promittat. Sed vt nõ eodem modo omnes dominiũ habent, ſed quidam directũ & plenum, alij vtile, alij quaſi dominium: Ita quoq; nõ eodẽ modo, & pari per oĩa vi & poteſtate cõſtituitur ab oĩbus his hypotheca, licet ſingula dominij genera ꝑ ſe ſufficiát ad cõſtituẽdá hypothecá, ſine præiudicio iuris alij prius quæſiti. Itaq; ſi quis à nõ domino bona fide emerit, alijq́; eá rẽ obligauerit, ac deinde à poſſeſsione ſemel traditæ rei ceciderit, quẽadmodũ hic emptorẽ quaſi dominũ Prætor tuetur Publiciana actione:
† ita & creditorẽ tuebitur Seruiana [k]. eaq; cõparatio arctiſsimè ſeruáda eſt. 2

g *l. qui filios. C. quæ res pigno. oblig.*
h *Bal. in l. ſi ſine. C. ad Velleia. Ang. in fi. d. l. obligatione generali.*
i *l. contrahitur. hoc tit.*
k l. ſi ab eo. hoc ti.

Ita vt

Ita vt vbi Publiciana dari poſſet aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem, qui ſuæ
poſſeſsionis titulũ habet [a], ibi quoq; aduerſus eundem cõpetat creditori
Seruiana.i.hypothecaria [b]. Imò etiam, vbi aduerſus verũ dominum Publi-
ciana cõpetere poſsit [c]. Nam vt confirmatur ius & cauſa emptoris, ſuperue
niente venditori domino [d]: ſic & ius creditoris cõfirmatur, qui ab empto-
re nondum domino pignori accepit [e]. Quod autem hic dictum eſt, Publi-
cianam competere ei qui dominium non habuit, nemo putet pertinere ad
excluſionem veri domini, ſi fortè is velit nõ ex iure dominij (quod diffici-
lis eſt probationis) rem vendicare: ſed leuiore iure confligere, & Publicia
na agere, allegando tantum, quòd bona fide emptã traditamq́; rem aliquã-
diu poſſederit. ſcilicet ſi aduerſarij cõditio patiatur, vt illis ſolis medijs poſ
ſit vinci: nempe quod ipſe dominus non eſt, nec iuſto titulo poſsidet. Sed
voluit Iuriſconſultus decidere [f] in ſpecie magis dubia, videlicet credito-
rem defendi poſſe, etiam ſi pignori acceperit ab eo qui dominium non ha-
buit, ſed ſola potuit vti Publiciana actione, quam nõ neceſſario deſiderat,
3 qui dominium plenum habet [g]. † Et hæc ſpectãt ad illam ſæpius factã com-
parationem iuris creditoris in pignore, cũ iure debitoris in re pignorata [h].
Eoq; referendum eſt quod diximus, etiam in ſuperficiarijs rebus conſiſte-
re hypothecam: ſicut vtiles actiones ſuperficiarij habent [i]. Ita tamẽ vt po
tior ſit cauſa domini ſoli, ſi ei non ſoluatur ſolarium [k]. Rurſus qui dominiũ
habet, quod alia de cauſa non ſit omnino firmum & ſtabile, ſed ex aliqua an
tecedente cauſa retractabile. poteſt quidem illam rẽ hypothecæ dare; ſed
ita, vt reſoluto ſuo iure, reſoluatur & ius creditoris. Veluti non ſoluto Ca
none in emphiteuticis rebus: quæ licet vendi non poſsint [l], aut ſic alienari
vt in alium transferantur, pignorari tamen eas poſſe cõmunius obtinuit [m].
& in venditis cum pacto addictionis in diem [n], vel legis commiſſoriæ. his
enim modis redit ipſo iure dominium ad priorem dominum [o]. Ac deniq;
in vectigali fundo, cui lex data eſt, vt ſi poſt certum tempus vectigal non
4 eſſet ſolutum, is fundus ad dominum rediret [p]. † Vectigalem autem fundũ
hic vocamus, nõ publicum, de quo Cicero [q] ſcripſit, quid inter prouincias
interſit in rationibus agrorum vectigalium, videlicet aliquibus impoſitum
fuiſſe vectigal certum, quod ſtipendiarium dicitur, quaſi victoriæ præmiũ
& pœna belli: alijs Cenſoriam locationẽ conſtitutam fuiſſe, ſed fundũ pri
uatũ, qui alteri cuicũq; priuato homini debet vectigal.i.reditum annuum:
In qua ſignificatione multis locis [r] in iure noſtro, de vectigali & vectigali
bus fundis legimus. Sed quid ſi non ipſo iure redeat dominium ad priſti-
num dominũ, ſed ad hæc tantùm competat perſonalis actio vt reſtituatur,
5 an idem adhuc dicendum erit? Verbi gratia, † qui ſic emit, vt venditor in
pretio deceptus, poſſet irritam facere venditionem, pignori dedit rem
emptam: an reſtituta re [s], hypotheca quoq; creditoris reſoluatur? Anceps
multum eſt quæſtio, alijs aliud opinantibus: nemine tamen hoc aſſerente,
quod eo caſu pereat emptori electio, malitne rẽ reſtituere, an pretium iu-
ſtum ſupplere: quamuis ſi pretium ſuppleat, expeditiſsima eſſet via conſer
uandi ius omnium ſine cuiuſquam iniuria. Ita enim & creditori conſerua-
retur hypotheca, & ad venditorem non iret grauamen, quod ipſe rei non
impoſuit. Sed in alias contrarias opiniones itum eſt, tenentibus nõnullis [t],
quòd pignoris ius creditori maneat ſaluum, non quidem ex eo ſolo, quòd
non ipſo iure redeat dominium ad venditorem: ſed quia nec ex neceſsita
te redit, cum poſsit emptor precium ſupplere & ſic rem retinere. Res au
tem quæ perſonali actione alicui debita eſt, fortè donata, ſi obligetur à do-
mino antequam tradatur, tranſit cũ nexu pignoris [u]. Sed alijs [x] contrarium
placuit

a vt in l. ſine autẽ. §. ſi duo bus. de Publicia.
b Fulgo. in hac l. ſi ab eo.
c vt in l. ſi à Titio. de rei vendic. & alijs notat. in glo. l. vlt. de Publicia. in rem actio.
d d. l. ſi à Titio.
e l. creditor. §. cum ex cauſa. qui pot. in pig.
f in d. l. ſi ab eo.
g l. j. §. merito. de Publicia. in rem actio.
h Fulgo. hic et Latius Caſtr. in l. ſi fundus. §. ſi res. hoc tit.
i l. tutor. §. vlt. de pig. act.
k l. etiam. qui potio. in pig.
l l. 3. C. de iure emphiten.
m Iaſ. latè in d. l. 3. colum. 24. verſic. de alijs autem quæſtionibus nũquid emphiteuſis poſsit pignorari, &c.
n l. ſi ex duobus. §. ſed & Marcellus. de in diem addictio.
o l. ſi quis hac lege. de rei vendic.
p l. lex vectigali. hoc tit.
q in Verrem act. 5.
r l. arbores. §. vlt. de vſufruc. l. ſi prædia. famil. erciſc. l. cõmu. diuidũdo. in princ. & §. j. de cõmuni diuidundo. l. j. §. j. quib. mod. vſusfr. amitta. l. j. §. j. qui ſatiſd. corãt. & in rubr. ſi ager vectig.
s ex l. 2. C. de reſcind. vẽd.
t Bar. in d. §. ſed & Marcellus. in l. ſi res diſtracta. quib. modis pig. vel hypo. ſolu. Et in l. in diẽ. de aqua plu. arcen. Fulgoſ. in d. §. ſed & Marcellus. & in d. l. ſi res. Alberic. in l. 2. C. de reſcind. vend.
u l. penul. §. Lucius Titius. de donat.
x Bald. Caſtr. Salic. in l. 2. C. de reſcind. vend.

placuit,nempe pignus reſolui. Neque tam hoc inſpici debere an ipſo iure res redeat ad priorē dominum, quàm illud,an libera voluntate eius qui accepit [a], an ex neceſsitate antecedentis cauſæ redeat: & hoc ſanè de re ſic empta dici optimè poteſt,quamuis enim emptor facultatē habeat retinendi rem,ſuppleto pretio: non ſequitur tamen,quòd ſi reſtituat eam, id libera faciat voluntate. quandoquidem ad id cogi poteſt iure actionis,quæ præcipuè competit ad reſtitutionem rei,permiſſa facultate emptori ſupplendi pretium iuſtum. Et licet dixeris, pretij ſupplementū iure actionis venire, quod vni Fulgoſio [b], contra omnium ſententiam, placuit: id nihil hic obſtat,cùm etiam ſi duorum alterum facere omnino oporteat, vtrūcunq; hic eligatur, id nō dicitur ſpontanea voluntate factum, ſed potius neceſsitate quadam [c]. Poteſtq; emptor qui ſub pacto addictionis in diem emit,melio-re conditione vēditori oblata,ipſe adhuc licitatione vincere eum,qui meliorem conditionem obtulerat,& ſic rem retinere [d]. ſi tamen reſtituat rē, nemo negauerit id eum ex neceſsitate facere, & non libera voluntate. Porrò cum hic videamus verſari periculum,non ſolius debitoris qui vectigalem vel emphiteuticum fundum poſſidet, ſed & creditoris qui pignori habet, ſi non ſoluitur vectigal: meritò † permiſſum eſt creditori, vt vel 6
ipſe ſoluat,& ſic debitori ius vtilis dominij,& ſibijpſi ius ſui pignoris conſeruet. Idq; non obſcurè ſignificatur cum dicitur [e], *Si in exolutione vectigalis tàm debitor quàm creditor ceſſaſſent*.) Ad conſeruationem enim iuris realis, ſi quid fieri aut dari debeat, non refert per quem id fiat aut detur [f]. Non dubium ergo, quin quod in conceſsione aquæ ducendæ è prædio in diem addicto, conſultè fieri reſponſum eſt [g], nempe vt exquiratur volūtas vtriuſq;,& emptoris & venditoris: id quoq; nō inconſultè fiet in pignore. vt ſiue manſerit apud emptorem,ſiue receſſerit,certum ſit voluntate domini conſtitutum eſſe pignus: Nam hoc generale eſt,quòd domini voluntas, etiam ſi ſequatur hypothecæ obligationem à non domino factam, confirmet [h] eam: & retrocurret ratihabitio ad illud tempus, quo de hypotheca conuenit,in præiudicium ipſius domini: nō autem in præiudicium alterius creditoris,cui fortè ipſe medio tēpore obligauerit [i]. Qua quidem in re, voluntas ferè eorū demum ſeruabitur, qui & pignori dare ipſi poſſent. Cùm enim præcipuè ex illo conſenſu confirmetur obligatio pignoris, cui obligare non liceret,ei nec in obligationem conſentire licebit, ſic enim obligaret. Sed † vſufructuarius, qui ex defectu iuris rem ipſe obligare non po- 7
teſt [k], conſentire tamen domino proprietatis rem obliganti poteſt [l]: ita videlicet,vt mox non ſola proprietas [m], ſed tota res pleno iuris effectu, & in præiudiciū quoq; vſufructuarij,cenſeatur obligata. Quod ſufficit reſpondere Fulgoſio [n]: qui aliorum ſententiæ obiecit, quod & ſine voluntate vſufructuarij, dominus proprietatis obligare rē poſſet. Sanè † mulier vbi ipſa 8
hypothecā conſtituere poſſet,nempe pro ſuo debito: conſentire etiā poſſet obligationi pro eodem debito,ab alio (forte procuratore vel negotiorum ſuorum geſtore) conſtitutæ. Et è contrario, vbi ipſa hypothecam nō poſſet dare, ſcilicet pro debito alterius: conſentire quoq; nō poterit in hypothecam datam è rebus ſuis: præterquam, quòd ſi prædium marito donatū receperit ab eo melius factum,maioribus ſumptibus quàm fructus fuiſſent, & illud pro viri debito obligauerit, rectè contractum erit pignus, in ea pecunia quam ipſa viro debuit ob prædium factum melius [o]. Neq; hic erit eadem cōditio mariti & alterius poſſeſſoris,qui in alieno ædificat: hic enim, ſi id ſciens faciat,perdit ſumptus & materiam: nam donare videtur. Maritus verò,quia donare nō poſſet vxori,ſumptum repetit [p]. Nec miretur hic quiſquam

a *d. l. ſi res diſtracta. in. 2. reſponſo.*

b *in d. l. 2. C. de reſcinden. vendit. nu. 9.*

c *arg. l. quæ ſub cōditione. §. ſed ſi ſub iuriſiurādi. de condit. inſtit.*

d *l. item quod dictū. §. vlt. de in diem addict.*

e *in d. l. lex vectigalis.*

f *l. qui fundum. quemad. ſeruit. amitt. l. forma. §. ſed ſi cum eo. de cenſib. Iaſon in l. vlt. C. de iure emphiteus.*

g *in d. l. in diem. de aqua plu. arcen.*

h l. ſi fundus. §. ſi neſciente domino. hoc tit.

i *Ange. in d. §. ſi neſciente. per l. ſi partē. §. ſi per fundum. in fi. in verb. vt iā nec im. quēad. ſer. amit.*

k *l. intereſt. C. de vſufruc.*

l *Accur. Bar. Ang. Salic. in d. §. ſi neſciente.*

m *vt in l. ſi cōuenerit. 2. §. ſi nuda. de pig. act.*

n *in d. §. ſi neſciente.*

o l. j. §. cū prædium vxor. hoc tit.

p *Fulgo. in d. §. cum prædiū vxor.*

9 quiſquam vim tributam eſſe voluntati domini, qui † ratum habuit quod ſuo
nomine nõ eſt geſtum: nam id tunc non licet, quando negotiũ quod geſtũ
eſt, non alia ratione ad eum qui id approbat pertinere poteſt, quàm ex ſolo
animo & intentione gerentis. Verbi gratia, ſi quis ſua pecunia emat ab ali-
quo rem, ad me nihil hoc pertinet, ſi non emat mihi [a]. At quando in eo ne-
gotio quod geſtũ eſt, inuenitur aliquid meum, vel quod me re ipſa concer
nat, etiã ſi nihil intenderit is qui geſsit mihi gerere, tunc ratione ipſius rei
quæ ad me pertinet, poſſum ratũ habere quod meo nomine non eſt geſtũ:
non ſolum ad incõmodum meum, vt hic in confirmãda obligatione pigno
ris, quod alius pro ſua obligatione dedit, verùm etiã ad meum cõmodum,
& ad actionem acquirendam [b].

a l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. de nego. geſt.
b l. mater. C. de rei vend.

10 Poſtremò, qui res aliorũ adminiſtrant, pignori quoq; eas dare poſſunt: †
Veluti tutor & curator [c]: & quidem interdum immobiles abſq; decreto [d].
Filiusfamilias, liberã peculij adminiſtrationem habens, in cauſam peculij
obligare poteſt [e]: pro alio non poteſt [f]. Qui bona Reip. adminiſtrat, hy-
pothecam pro mutuo quod in eam cauſam accepit, conſtituere poteſt [g]:
non ſolùm quidem generalem omnium bonorum, verùm etiam ſpecialem
11 in vna re [h]. Qui verò † præponitur adminiſtrationi eccleſiaſticarum rerũ,
tantùm generaliter illas obligat [i]. Procurator autem priuati cuiuſq; homi
nis, non poteſt in rebus domini conſtituere hypothecam [k], quamuis pigno
12 ris ab eo dati interdum conceſſa ſit retentio [l]. Sed ſi † generale mandatum
habeat omnium bonorũ, vel conſuetudo patriſfamilias mãdantis, vel etiam
regionis hoc admiſerit, hypothecæ dare poteſt [m].

c l. tutor. de pig. act. l. 3. C. ſi alie. res pig.
d l. vlt. §. defenſionẽ. C. de admin. tuto.
e l. ſi conuenerit. 2. §. ſi. cũ l. ſeq. de pig. act.
f l. j. §. j. quæ res pig.
g l. ſi is qui bona. in prin. hoc tit.
h eadẽ. l. ſi is qui bona. in verbis, rem eius.
i §. ſi autẽ creditor. in authent. de nõ alien. Alcia. in l. cũ ſtas. ſi cert. peta.
k l. 3. quod iuſſ.
l l. j. C. ſi aliena res.
m l. ſolutũ. §. vlt. cũ l. ſeq. de pig. act.

CVI CONSTITVATVR HYPOTHECA, ET quatenus obligetur, & pro ea agatur.

SVMMARIA.

1 *Pupillo pignus capienti, neceſſaria eſt tutoris auctoritas.*
2 *Res vni obligata, poteſt alteri obligari, etiam ſi ſecundum creditorem non feceris certiorem prioris obligationis.*
3 *Crimen Stellionatus non infamat, nec habet pœnam ordinariam.*
4 *Vendens rem duobus, falſi crimine tenetur, & grauius punitur quàm qui duobus rem obligat hypothecæ.*
5 *Deceptus in pignore accepto, perſonalem actionem ſaluam habet.*
6 *Pignori accipiens rem quã ſcit alteri obligatam, cenſetur pignus contrahi in eo tantùm, quod priorem obligationem excedit.*
7 *Si duo pariter de hypotheca pacti ſint, an pro portione debiti partes cenſeantur obligatæ, an pro dimidijs cenſeantur pacti.*
8 *Si duobus res ſit obligata, ſinguli inſolidum agant, an pro parte.*
9 *In hypothecis melior eſt conditio primi occupantis.*
10 *Res duobus in ſolidum non obligatur, niſi expreſsè hoc actum eſt.*
11 *Contractꝰ quales ſint,* Illi & illi fundum do lego, *controuerſum eſt.*
12 *In pignore duobus conſtituto, aliud eſt quàm in legato duobus relicto.*
13 *Tranſlatio hypothecæ quomodo fiat, & quæ vis.*

1 QVAMVIS † pupillo capiẽti pignus neceſſaria ſit tutoris authoritas,
propter metum pignoratitiæ actionis. i. ne ipſe pignoratitia actione
conueniatur [n]: Si tamen hypotheca ei conſtituatur, non eſt dubitandum,
quin hypothecariam habeat actionem. Sed illud potiùs examinãdum hic
erit, ſi duobus obligetur eadem res hypothecæ nomine, quatenus vtrique
2 ſit obligata & actio competat. Poteſt † autem res vni obligata, obligari ad
huc alij, etiam ſi non fecerit certiorem ſecundum creditorẽ prioris obliga
tionis: ſi ampla res fuerit, & ad modicum æris prius obligata [o]. Nam ſi illo
non expreſſo, captus eſſet in aliquo qui hypothecã ſecundo loco accepit:
3 cõmitteretur crimen ſtellionatus [p]. † quod tamen debitorẽ non facit famo
ſum [q], nec ordinariam habet pœnam, & exilij tantum temporalis pœna im
ponitur de iure [r]: etiam ſi debitor, iurata aſſertione quod ſua res eſſet, cre-
ditorem

n l. pupillo. de pig. act.
o l. ſi quis in pignore. §. vl. de pig. act.
p l. & quæ nondũ. §. qui res ſuas. hoc tit.
q l. 2. de crim. ſtellio.
r l. vlt. eo. tit.

ditorem feſellerit. Qui verò vendit duobus eandem rem, † falſi crimine te 4
netur[a]: & ob id quidem acerbius (ſi Guilhelmo antiquo interpreti credi-
mus[b]) quia magis fallit, & grauiore præiudicio alterum emptorem affi-
cit, cui ſcilicet rem non tradit[c]: cùm venditio tendat ad translationem
dominij, quod apud duos inſolidum eſſe non poteſt[d]. At in pignore de-
ceptus † creditor, obligationem perſonalem habet ſaluam: & non raro pi- 5
gnus in ſolidum pluribus obligari poteſt. Quæ ratio diuerſitatis, quam-
uis non ſatis probetur Bartholo, qui alias ſuas ſupponit[e]: ſunt[f] tamen qui
aduerſus eum Guilhelmi rationem magis probent. Quamuis enim non ſit
ex ſubſtantia venditionis, quòd in emptorem tranſeat dominium: manife-
ſtum tamen eſt, quod hoc ſpectant & intendunt, quicunque emunt & ven-
dunt. Quòd autem Iuriſconſultus, de crimine ſtellionatus agens,[g] memi-
nerit & permutationis, & dationis in ſolutum (quæ magis requirunt domi
nij translationem, vt quicquam actum cenſeatur[h]:) id feciſſe creditur, non
quòd hoc crimen committatur, ſi bis eadem res diuerſis in ſolutum detur,
vel bis permutetur, (quod nec fieri poteſt cōmodè, cū hæc habeant nomen
ab executione facti: licet conueniri poſsit cū pluribus de permutando aut
in ſolutum dando) ſed quòd ſic potius cōmittatur hoc crimen, ſi res prius
obligata, eo celato, permutetur cū alio: vel in ſolutū ei detur tanq; libera.

Porrò ſi quis omnem criminis ſuſpicionem euitare ſtudeat, prædicet
non de ea tantùm obligatione priore, quam conſtat eſſe contractam, ve-
rùm etiam eas de quibus dubitat an ſint contractæ: Sicut qui prædia ven-
dunt, prædicunt de ſeruitute aliqua, non ſemper animo excipiendi illam,
ſed quia verētur ne ex empto teneantur, mentione illius nō facta, ſi quãdo
fortè emerſerit ſeruitutē illam deberi[i]. Cùm autem prædicitur ſecundo
creditori, rem alij prius obligatam eſſe, † tunc videtur poſterior obligatio 6
in id tantùm contracta, quod priorē excedit: etiā ſi ſimpliciter ſecundo ob-
ligata ſit, ſed liberata res à primo debito, in ſolidū obligatur ſecundo: etiā
ſi expreſsim in id tantùm quod excedit obligata ſit, & ſic aliud verba ſonēt.
Plenius autem haberi hæc poterunt ex alio quodam Martiani reſponſo[k], ſi
illi congruam interpretationem adaptauerimus: *Si duo* (inquit) *pariter de
hypotheca paciſcantur.) pariter*, hoc Accurſius retulit ad tempus: videlicet,
† ſi ſimul & eodem temporis momento fuerint pacti. Quæ interpretatio, 7
quamuis nōnullis parū probetur, quaſi nō ſatis congruens diſtinctioni quæ
ſequitur, de obligatione hypothecæ pluribus facta, vel ſimul vel ſeparatim:
ea tamē improbatio nō magni effectus eſt, cùm id nō ſit infrequēs in Iuriſ-
cōſultorū reſpōſis, quòd excedāt terminos ꝓpoſitæ quæſtionis ad deciſio-
nē, diſtinctione aliqua adhibita, pleniorē & perfectiorē. Intelligēda quoq;
eſt hæc quæſtio, de pariformi hypothecæ obligatione pluribus facta: nēpe
vt vtriq; purè vel ſub eadē cōditione & vtriq; tota res obligata ſit: nō verò
ſic, vt vni purè, alteri ſub cōditione: vni tota res, alteri pars rei obligata ſit.

Vtrumq; pro quātitate debiti.) Non eodem modo omnes hæc verba intel
ligunt: in quorū interpretatione variat Accurſ. qui tamē hoc magis exiſti-
maſſe videtur, qđ his verbis voluerit ſignificare Iuriſconſultus, obligatio-
nem totius rei in ſolidū: eumq; ſequitur apertè Bart.[l] ſed nō eſt veriſimile,
quod apertiſsimis verbis dici ſic poterat, *Vtriq; in ſolidum obligari.* (quibus
in hoc ipſo. §. Iuriſconſultus etiā vſus eſt) quòd illud ſic voluiſſet I. C. di-
cendi peritiſsimus, intelligere verbis tam obſcuris, vt ex illis hoc ſignifica
ri non poſſet neq; inferri. Ex eo enim quòd res pro toto debito, ſiue tota
quantitate debiti obligata ſit, non rectè inferes quòd etiā in ſolidum ſit ob-
ligata. ſemper enim, quando non conuenit expreſsè vt pro parte ſit obli-
gata,

a *l. qui duobus. ad legem Corn. de falſis.*
b *in d. l. ſi quis in pignore. §. vlt. quē ibi refert Bar.*
c *l. quoties. C. de rei vēdic.*
d *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. commodat.*
e *in d. l. ſi quis in pignore. §. vlt.*
f *Salic. & Fulgo. ibi.*
g *in d. l. 3. verſic. maximè. de crim. ſtellion.*
h *l. j. verſic. ideoq; Pedius. de rerū permut. l. libera. C. de ſentent.*
i *l. ſi in vēditione. circa fi. commun. prædi. l. fundum mihi cum vēderes. & ibi Caſtrē. de act. empt.*
k l. ſi fundus. §. ſi duo pariter. hoc titulo.
l *in princip. d. §. ſi duo pariter.*

gata[a], cenſetur obligata pro toto debito, etiam ſi verba magis ſonent in partem, veluti in reſiduum debiti[b]. Sed nec ſatis conuenit hæc interpretatio alteri parti quæſtionis quæ ſequitur, *An pro partibus dimidijs.*) quæ præſupponit, quòd omnino pro parte & non inſolidum, res ſit vtrique obligata: ac quod de modo conſtituendarum partium ſit quæſtio. An ſcilicet viriles erũt partes & æquales in pignore, etiam ſi vni plus quàm alteri debeatur: An verò pro quantitate debiti vtriuſque cenſeatur res obligata, & ex maiore parte ei cui plus debetur: & hoc verius eſſe reſponſum eſt[c]. Aliter ſanè quàm vbi expreſsè conuenit, vt duobus res eſſet pro partibus obligata, ibi enim dimidiam partem poſſeſsionis.i.poſſeſsi pignoris apprehendent ſinguli[d], quia partis appellatione venit dimidia[e]. At hic nulla partium mentione facta in conſtituenda hypotheca, ſolo creditorũ concurſu, dum ijs ſimul obligatur vna eademq; res, fiunt partes quatenus cõcurrũt & pro quãtitate debiti vtriuſq;. Nam etiam ſi ex interuallo res eſſet eis obligata, & creditor ſecundus certior factus prioris obligationis, cenſeretur ei res obligata in id ſolum, quod prioris creditoris obligationẽ excedit[f]. Quando autem in diſparem quantitatem res ſimul obligatur duobus, neuter hic ignorare poteſt, in quam ſummam alteri res ſit obligata. neceſſe eſt ergo quòd vtrique intelligatur obligata in id quod alterius obligationem excedit: & ſic pro rata debiti vtriuſq;. Adde[g] quod cæteris paribus hoc ſeruatur in duabus perſonis quod in vna, & e diuerſo[h]: Sed in vna perſona conſtat hoc ſeruari, quòd ſi cui eodem tempore eadẽ pignora obligentur duobus cõtractibus, (veluti in centum ex empto, & in quinquaginta ex locato, vel alia cauſa) cenſentur pro modo cuiuſq; pecuniæ obligata: & ſi fuerint diſtracta à creditore, debebit preciũ pro modo cuiuſq; pecuniæ acceptum ferre[i]. Idem ergo dicendũ erit, ſi eodem tempore duobus creditoribus obligetur in diſparem quantitatẽ. Quin etiam lex ipſa, quæ ex eodem facto rẽ aliquã duobus creditoribus ſtatuit eodem tempore obligari: huius ſuæ tacitæ obligationis ſimilem omnino modũ ponit. veluti, ſi ex duorũ pupillorum pecunijs diſparis quantitatis debitor prædiũ cõparauerit, hoc eis obligatũ erit pro his portionibus, quæ in pretiũ rei fuerint expenſæ[k]. Ad eandẽ ergo normã interpretabimur pignorũ cõuẽtionẽ dubiã, quã lex ipſa ſtatuit & ſequitur in ſuis pignoribus, hoc eſt, tacitè & citra cõuentionẽ cõtractis.

Sed vterq; ſi cum poſſeſſore agat.) Cur hic ſeparatim de actione quæritur?
8 nonne quòd effectus conformat ſe ſuæ cauſæ? † ita vt ſi inſolidum res ſit obligata inſolidum quoq; agatur, ſi verò pro parte, de parte tantùm? Equidem ita crediderim & hoc illud eſſe quod hic Iuriſcõſultus velit, argumentum ducens ab obligatione ad actionem, ita ait, *An de toto quaſi vtriq; inſolidum res obligata ſit.*) Sed videri quoq; poſſet, quoad tertium poſſeſſorẽ pignoris, cenſeri obligatã eſſe rem vtriq; creditori inſolidũ, vt verè quoq; eſt inſolidum obligata vni, dimiſſo altero[l]: atq; ita has partes obligationis hypothecæ, quas creditores cõcurſu faciunt, magis conſiſtere inter ipſos creditores. videlicet, ſi alter alterius actionem inſolidum inſtitutam impedire vellet, & concurreret, quàm reſpectu tertij poſſeſſoris rei obligatæ.

Quod erit dicendum.) Nempe quod vterq; de toto agat, cùm ſit vtriq; inſolidum res obligata. Sed quem exitum habere poterunt hæc iudicia, quibus vtraque contendit aduocare poſſeſsionem[m], quæ ſimul apud duos pluréſve eſſe non poteſt[n]? An hic prius vincenti tradetur pignorum poſſeſſio, accepta cautione, de defendendo poſſeſſore aduerſus alterum? Certè eam cautionem hic nõ præſtari volunt[o], quamuis ita ſeruetur in iudicio rei vendicationis, à duobus velut dominis cõtra eundẽ poſſeſſorẽ inſtituto.

a Sicut in l. res hypotheca. hoc tit.
b l. vlt. in quib. cauſis pig. vel hypo. tacit.
c in d. §. ſi duo pariter.
d l. ſi debitor. in fi. hoc tit.
e l. nomẽ filiarũ. §. portionis. de verbo. ſignif.
f l. & quæ nondum. §. qui res ſuas. hoc tit.
g cũ Fulgoſ. in hoc. §. ſi duo pariter.
h l. ſingularia. ſi cert. peta.
i l. pupilli debitor. §. cũ in tempore. de ſolutio.
k l. idemq;. verſic. quare ſi duorum pupillorum. qui potio. in pig.
l d. §. qui res ſuas. verſic. & ſolida res ineſſe conuentioni cũ à primo creditore fuerit liberata.
m l. ſi cũ vẽditor. de euict.
n l. 3. §. ex contrario. de acquir. poſſ.
o Bart. & Fulgo. & alij in hoc. §. ſi duo pariter.

Non enim poteſt res in dominio vtriuſq; in ſolidum eſſe [a]. At in pignore
poteſt res verè duobus eſſe obligata: atque ita iniquum eſſet creditori,qui
prior litẽ vicit,in relaxanda poſſeſsione ſui pignoris,fieri aliquam difficul-
tatem præſtandæ cautionis. quandoquidem etiam ſi alter probet rem ſibi
in ſolidum eſſe obligatam,ex eo tamen non ſequitur,quòd non fuerit in ſo
lidum obligata priori. Quare quemadmodum in noxalibus actionibus [b],
ſic & in iſtis hypothecarijs † melior erit conditio occupantis: & qui prior 9
ad ſententiam peruenerit, cuius virtute cum traditam habebit poſſeſsio-
nem, potior erit altero, vel hoc ſolo quia poſsidet [c].

Sed ſi ſimul illi & illi.) Hic ſufficit nõ eſſe dictũ quicquam, an inſolidum,
an pro parte obligetur vnicuiq; res,vt cenſeatur pro parte obligata: † vtri- 10
que autẽ inſolidum non obligabitur res,niſi expreſsè hoc actum ſit [d]. At in
quies, ſi eadem res ſimul legetur duobus, intelligitur vtriq; inſolidum le-
gata [e]: quare ergo non æquè vtriq; inſolidum obligata? cùm ſimul vtrique
obligatur, quaſi hoc tacitè ſemper agi putetur. Hanc obiectionem mouit
Accurſius [f], quæ nos facile traheret ad prolixiorem diſputationẽ coniun-
ctorum in legatis, videlicet qualis ſit coniunctio in hac ſpecie, *Illi & illi
hunc fundum lego.*) † quod cõtrouerſum eſt, opinantibus nonnullis [g], ſolis 11
verbis eſſe cõiunctos, & re diſiunctós: quaſi copula (&) diuiſionẽ faciat [h].
perinde atq; ſi partium mentio facta eſſet in genere, & addidiſſet teſtator
Ex æquis partibus [i].) quo caſu re diſiunctos eſſe nemo negaret [k]. Cui opinio
ni adhærens hic Bart. dixit inter legata & pignora nõ eſſe diſcrimen, cæte
ris paribus. Nam ſi vtriq; ſeparatim ſit obligata vel legata res,intelligi inſo
lidum vtriq; legatam aut obligatam: ſi verò ſimul, iam pro parte vtrique,
hoc ſolo ſeruato diſcrimine (vt alij addunt [l]) quod legato ſeparatim fa-
cto, adhuc legatarij partes ſibi faciant concurſũ [m]. In pignoribus ve-
rò præfertur in totum qui vel minimo tempore eſt prior. Alij verò [n],quo
rum opinio & numero & pondere rationum præualet, arbitrantur in iam
dicta legati ſpecie, legatarios & re & verbis eſſe coniunctos: ad ſolidum
legatum vtroque ſuo iure vocato. ita vt repudiante altero, nihil con-
ſequatur ex iure accreſcendi, ſed ſuum retineat ex iure non decreſcen-
di. Quam quidem opinionem ſequentibus, quærenda eſt aliqua ratio di-
uerſitatis inter legata & pignora: & hanc videtur optimè deſignaſſe Ac-
curſius [o], ſi paululum iuuetur: videlicet, quòd non ſtatim cum legatur in
teſtamento aut codicillis, ius quæſitum ſit legatario: cùm omnia & diuer-
ſo tempore ſcripta, vno tempore, ſcilicet mortis teſtatoris, vires ca-
piant [p]. & ne tunc quidem ſtatim, ſed demum acceptato legato, quod re-
pudiatum videtur retro nunquam acquiſitum [q]. Sed hypotheca, quia
per conuentionem contrahitur, præſentem ſemper habet conſenſum
duorum, creditoris & debitoris: & mox conuentione abſoluta, cenſetur
conſtituta hypotheca. † Quare ſi duobus ſimul conſtituatur, neceſſe eſt 12
hic ilicò cenſeri factas eſſe partes,quæ in legato longo poſt tempore fiunt,
dum ſcilicet concurrunt ad petendum legatum: & ſi non concurrant, ſed
alter legatum repudiet, nunquam fient partes. eaque ipſa eſt ratio, cur re
obligata duobus ſeparatim, præfertur in totum qui tempore prior eſt:
Nam mox conuentione pignoris abſoluta, quæſitum fuit ei ius hypothe-
cæ, quod ſolius debitoris voluntate, non potuit ei auferri nec alij commu-
nicari. Sunt autem & alij modi concurrendi in hypothecis,etiam ex con
uentionibus ſeparatis, & longo interuallo factis: videlicet, cum earũ con
ditio vno eodemque tempore purificatur. vt ſi quis vni omnia quæ habet
& quæ habiturus eſt: alij autem, fundum aliquem cum in ſuum dominium
perueneri-

a *l. ſi vt certo loco. §. ſi duobus. commod.*
b *l. ſi quis à multis. de nox. actione.*
c *l. ſi debitor res ſuas duobus. hoc tit.*
d *Salice. hic.*
e *§. ſi eadem res. Inſtit. de legat.*
f *in glo. verb. pro parte.*
g *Bar. hic. Cy. in l. vnic. §. vbi autem. C. de caducis tollen.*
h *l. reos. §. cum in tabulis. de duobus reis.*
i *l. legata inutiliter. §. vlt. de legat. j. l. cui fundus. de cõdit. & demonſtr.*
k *l. re coniuncti. verſic. itẽ verbis non etiam re. de lega. 3.*
l *Fulgo. hic.*
m *l. ſi fornicãtẽ. C. de lega.*
n *Accur. hic. Caſtrẽ. in l. ſi plurib. de lega. j. Salic. in l. vnica. §. ſin aũt diſiunctim. C. de cadu. toll. Iaſ. in l. planè. §. ſi coniunctim. de lega. j. Alciat. in l. triplici. ad verb. videãtur. de verbo. ſignifi.*
o *in gl. ad verb. pro parte.*
p *l. 2. de teſta. tute.*
q *l. j. §. verum autem. ſi quid in fraudem patr. factum ſit.*

perueneriſ, obligauerit[a]. Et conuentione quoque, non quidem conſtitutæ hypothecæ, ſed pro parte in alium † tranſlatæ eique communicatæ:
13 vt ſi quis inſulam quam locauerat vendens pactus ſit, prioris anni penſionem ſibi, ſequentium annorum emptori ceſſuram: & ius pignorum vtrinque conſecuturum[b]. dubitari hic poſſet, quatenus emptori ex hac tranſlatitia conuentione pignora ceſſura ſint. An pro parte debiti vtriuſque, vt minus habeat in pignoribus venditor, cui vnius tantùm anni ſeruata eſt penſio, quàm emptor qui plurium annorum penſiones habet. An pro partibus dimidijs cedent eis pignora, vt ſuperius eſt diſputatum. Sed hic neutrum placuit, imo potius omnium pignorum ius pertinere inſolidum ad venditorem, quatenus exigit vnius anni penſio: & ſi quid adhuc ſuperſit penſione illa perſoluta, id ad emptoris ſpectabit ſecuritatem. Dubiam enim conuentionem ſuper pignoribus, interpretamur ex aperta conuentione ſuper principali debito penſionum ab inquilino debitarum: quæ non numero tantùm, ſed & ordine annorum fuerunt diſtinctæ. Sicut ergo primi anni penſio venditori eſt ſeruata, ſic quoque eodem ordine prima ſit eius cauſa in pignoribus: & quod ſupereſt tantùm, id habeat emptor, qui ſequentium annorum penſiones habet, ſequaturq; in pignore, ſicut ſequitur in ordine penſionum.

a l.idemq;.§.ſi tibi. qui po tio. in pigno.

b l.inſulá tibi védi di. qui pot. í pig.

DE PACTIS PIGNORVM ET HYPOTHECARVM.

SVMMARIA.

1 *Pacta pignorum quadruplicis generis.*
2 *Pacta executiua quæ ſiunt de poſſeßione rei obligata authoritate propria.*
3 *Creditorē poſſe pignus ex pacto ſua authoritate debitori auferre.*
4 *Mancipium venditum cum pacto iniectionis manuum, an poßit abduci renitente emptore.*
5 *An vidua defuncti mariti ſui bona pro dote tanq; pignora poßideat.*
6 *Pacta circa venditionem pignorum varia.*
7 *Pacta de vendendo pignore, ex interuallo poſſe interponi.*
8 *Creditor contra pacta venditionis faciens, an furti teneatur.*
9 *Pactum in rem tranſit ad quemcunq; ſucceſſorem, non autem pactum in perſonam.*
10 *Creditor cenſetur procurator debitoris, in vendēdo pignore.*
11 *Quando pignus vendendum, æſtimatur ex conditione quæ in conuentione eſt adiecta.*
12 *Conditio,* ni ſua quaque die pecunia ſoluta eſſet, *an eadem ſit cum hac,* Si qua pecunia die ſua ſoluta non erit: *& quis effectus harū conditionum.*
13 *Stipulatio* Annua bima trima die dari, *vna ne ſit an plures, inter veteres dubitatum fuit.*
14 *Mora & factum creditoris nō accipientis debitum, impedit alienationem pignoris.*
15 *Pignus à creditore vendi ex conuentione poteſt, ſed non debet, niſi forma conceptæ obligationis id requirat.*
16 *Pactum, ne liceat pignus vendere vel hypothecam, an ſeruari debeat.*
17 *Pandectæ Florentinæ Piſis olim fuerunt, eas conſuluit in dubia lectione Bartholus.*
18 *Saliceti diſtinctio probata Mudæo circa reſponſum Marcelli in.§.quæritur. l.ſi creditor. de diſtr.pig.*
19 *Nouo iure excutitur prius debitor, fideiuſſor mandatorq; ac ſponſor, antequam pignorum poſſeſſores conueniantur.*
20 *Pactum de ingredienda poſſeßione pignoris, an ſine iudice poßit exerceri.*
21 *Pactum in venditione adiectum, ne res creditoribus emptoris obligetur, aut ne cui obligetur quàm vni creditorum, an iure ſubſiſtat.*
22 *Pactum à creditore in vendendo pignore appoſitum, vt refuſo pretio recipere rem liceat, quid operetur.*
23 *Ex pacto, vt refuſo pretio res reſtituatur, à creditore in pignoris venditione appoſito, an actio detur debitori ſeu domino pignoris ſine ceßione.*
24 *Vlpianus quadruplicem actionem dat debitori, ad pignus recuperandum.*
25 *Rei vendicatio non concurrit cum perſonali actione, niſi aduerſus furem.*
26 *Ex pacto de reuendendo, an res redeat ipſo iure, ita vt rei vendicatio cōpetere poßit, an verò ſola perſonalis actio detur.*
27 *Ex pacto de reuendendo, res reſtituta manet eiuſdem naturæ cuius ante fuerat, patrimonialis vel hæreditaria ſcilicet. &c.*
28 *Actio præſcriptis verbis, an cum rei vendicatione concurrat.*
29 *Ex pacto in bonæ fidei contractu appoſito, an duplex actio naſcatur, præſcriptis verbis ſcilicet & ex contractu.*
30 *Pactum, ſi meliorem conditionem attulerit quis, quid efficiat.*
31 *Creditor vendendo pignus & cauendo de euictione, ſi duplam promittat, grauat debitorem.* 38.
32 *Creditor vendens pignus de euictione nō tenetur, niſi cauerit promiſeritue: ſed pignus ſibi obligatū eſſe, & creditorem ſe eſſe præſtare tenetur, atque etiam cæteris creditoribus potiorem.*
33 *Creditor fraudem committens circa venditionem, de euictione tenetur.*

34 *Creditor ipſe non poteſt euincere pignus venditum.*
35 *Vendicare quis nõ poteſt quod alienatum eſt ab eo in cuius hereditatẽ ſucceſsit.*
36 *Re aliena pignori data & vendita, tenetur debitor vel emptori, vel domino, vel ipſi creditori.*
37 *Phil. Decij ratio improbata.*
38 *Creditor vendens pignus, & contra morem regionis promittens duplum in cautione de euictione, non grauat debitorem.*
39 *Creditor ſi euincatur pignus venditũ ſemper conſequitur debitũ, ſed an etiam vſuras? & quid ſi excedant duplum quod ob euictionem promiſit.*
40 *Vſuræ ſi excedant duplum ob euictionem à creditore promiſſum, nõ cedunt creditorẽ, authore Accur.*
41 *Ratio boni & æqui eandem poſtulat proportionẽ in toto & in parte.*
42 *Simplo reſtituto ex cauſa euictionis agit quidem creditor ad vſuras, ſed repellitur exceptione ex bono & æquo.*
43 *Creditor vendens pignus cũ dilatione pretij ſoluendi, facit id vel cum onere ſuo vel creditoris.*
44 *Debitor inuitus non mutat ſuum debitorem actionis pigneratitiæ.*
45 *Creditor debitori mandat actionem ad ſuperfluum pretij, ex vendito pignore prouenientis ſuo periculo.*
46 *Pacta de fructibus pignorũ fiunt dupliciter, vel vt cum debito compenſentur, vel cum vſuris.*
47 *Accurſius à Mudæo notatus.*
48 *Quid antichreſis Iuriſconſultis appelletur, pro quo vulgò perperàm lectum eſt antiphonam.*
49 *An retineatur poſſeſsio pignoris donec ſoluta ſit pecunia, quãdo conuentũ fuit vt certo tempore fructus pignoris in cõpenſationẽ debiti cederent.*
50 *Alciati ſententia probata Mudæo.*
51 *Creditor poſsidens pignus, non releuatur ab onere ſatiſdandi, quaſi immobilia poſsideat.*
52 *Facultati redimendi rem reſtituto pretio, an præſcribatur triginta annis.*
53 *Prædium an poſsidendum darí poſsit loco reditus annui quoad ſors ſoluatur.*
54 *Gageria quid ſit in conſtitutione Innocentij, eaq́; à Mudæo explicata.*
55 *Gener non tenetur ad computandum in ſortem doti fructus poſſeſsionum.*
56 *Debitor vtens gratuita pecunia, an poſsit creditor de fructibus rei pignoratæ vſuras ad modum legitimum retinere.*
57 *Diſpar ratio vſurarũ in mutuo & in depoſito.*
58 *Vſuræ pacto nudo promiſſa, debentur in pignorib.*
59 *Pignus ſimpliciter cõſtitutũ, nõ in pecuniã tãtũ principalẽ vel ſortẽ, ſed etiã in vſuras cenſetur datũ.*
60 *Pignoris & ſoluta pecuniæ, an eadem ſit ratio quo ad vſuras per retentionem conſequendas.*
61 *Quomodo vſuræ poſſint deberi ex gratuita pecunia ſine ſtipulatione & pacto.*
62 *Error communis omnium interpretum.*
63 *Ratione incertitudinis & dubij euentus, ſuſtinentur quædã pacta, quæ alioqui vſuraria viderentur.*
64 *Dolo adſcribendum eſt, ſi quis nolit perſequi exigere, aut percipere quod poteſt.*

QVAMVIS hæc pacta tam ſint varia, vt in ordinem aliquẽ redigi, aut
certis regulis cõprehendi vix poſsint, in vſu tamen frequentiore inue
niũtur † quadruplicis generis: videlicet, Super occupatione hypothecarũ 1
authoritate propria, Super venditione rerũ obligatarum, vel ſola cõuen-
tione, vel traditione: idq; multum adhuc variè: Super fructibus pignorum:
Ac deniq; De acquirendo eorum dominio. De luitione verò non addo,
propterea quòd ſi de illa paciſci contingat, id præcipuè fit aut fructuum gra
tia, aut dominij ipſius rei pignoratæ. Primi generis pacta vocam' † execu 2
tiua, nempe de poſſeſsione rei obligatæ apprehendenda authoritate pro-
pria: quod præberet actio hypothecaria, eiuſq́; ſententia ritè executa. Non
poteſt autem creditor citra conuentionem vel præſidalem iuſsionem, de-
a l.pen. C. de pig. act. biti cauſa res debitoris ſuo arbitrio auferre [a]. † Sed quando ita conuentum 3
eſt, tunc poteſt creditor legem conuentionis exercere, ingrediendo poſ-
b l.3. C. de pigno. ſeſsionem authoritate propria [b]. Neque dicetur vim facere, (quæ alioqui
c l. ſi ex ſtipulatione. de acquir. poſſeſſ. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cenſeretur committi [c]) neq; clam poſſeſsionem [d] ingreſſus. Sed non impu
nè exercebitur latius, quàm forma conuentionis permittat. Ita vt ſi de ſolo
d Bar. & Salic. in d. l.3. C. de pignor. ingreſſu, primaq́; apprehenſione poſſeſsionis conuẽtum ſit, non poſsit cre
e Bart. in end. l.3. ditor in vera poſſeſsione perſiſtere abſque iudicis authoritate [e]. quod ta-
men licebit, ſi ita conuentum ſit, quòd poſsit creditor fundum obliga-
tum ingredi, poſsidere, & poſſeſsionem retinere. Sed neque in ſolis pi-
gnoribus hæc pacta recepta ſunt, verùm etiam in alijs: nam vendi po-
teſt † mancipium cum pacto iniectionis manuum, vt liceat abducere, ſi con 4
f l. Titius. de ſeruis export. tra legem venditionis fiat [f]. Poteritq́ue exerceri hoc pactum contradi-
cente debitore: ſed non ita vt ad vim res veniat, ſi de facto debitor reſi-
ſtat, ne occaſio ſit maioris tumultus, ſi priuatæ perſonæ concedatur quod
g l. non eſt ſingulis. de reg. iuris. per magiſtratum publicè fieri deberet [g], niſi fortè creditor haberet hy-
pothecæ poſſeſsionem, velut fortè ex clauſula conſtituti [h]. ſic vt non
h l. quod meo. de acq. poſſ. admiſſus ad ingreſſum poſſeſsionis cenſeretur ſpoliari, illi enim ſpo-
lio poſ-

lio poſſet in tempore occurrere & vi reſiſtere. Quòd autem quidam[a] retulit Sozinum[b] in ea eſſe ſententia, quòd creditor ingrediens poſſeſsioné pignoris, non aliter iuuari poſſet ex huiuſmodi pacto, quàm ſi exprimat ſe vti velle facultate hac ſibi à debitore cóceſſa: nó poſſum ex verbis Sozini colligere, quòd dubitauerit de animo ingredientis poſſeſsionem, ſi modò cóſtet, quòd hoc pacto munitus verè appreheńderit poſſeſsioné. Nam quis dubitet interpretationé ſic eſſe faciendá, vt id iure pacti potius, quàm per iniuriá feciſſe putetur[c]. ſed hoc potius voluit, quòd quádo quis prius in detentione rerú fuit, ſic tamen vt verè non poſsideret, vtputa iure familiaritatis[d], ſicut vxor cum marito: tunc non facilè præſumi, quòd cœperit poſtea verè poſsidere, & illius qualis qualis poſſeſsionis, præcedentis cauſam ſibi mutare, detentionemq́; in veram poſſeſsioné conuertere, niſi id verbis vel factis teſtatú vel declaratum ſit. Diſputat enim Sozinus de vidua quadam,
5 † an ſui mariti defuncti bona pro dote tanquam pignora verè poſsideret, nec ne: cum animum veræ poſſeſsionis à morte mariti non declaraſſet, neque tunc aliter tenere illa cœpiſſet cum hæredibus mariti, quàm ſolebat prius vxor cum marito tenere.
6 Secundi generis † pacta circa venditioné pignorum varia ſunt: Quædá enim ſunt de vendendo, quid ſcilicet in ea parte poſsit debeátve creditor, & quid non poſsit debitor. Alia ſunt pacta ipſius venditionis à creditore factæ, & rurſus varia: videlicet, vel ad commodum debitoris, vel vtriuſq;:
7 ad grauamen debitoris, vel vtriuſq;. † Conueniri autem poteſt de pignore vendendo, non ſolùm in ipſo contractu dati pignoris, aut contractæ hypothecæ, verùm etiam poſtea[e]. Quid enim refert quando conuenerit, cùm etiam ſi nihil conueniſſet, vendi tamen poſſet: imo etiam ſi conueniſſet, ne vendere liceat; ineſt enim tacita conditio, ſi ſoluatur[f]. Diligen-
8 ter tamen tenenda eſt forma conuentionis de vendendo præſcripta, ne † furti obligetur creditor, ſi vel in ſumma, vel in conditione, vel loco, vel ex alia aliqua parte contra conuentionem fecerit[g]. ſi tamen poſſet creditor emptorem inuenire, conuentis modis[h], aut non inuento, non denunciauerit ter debitori, antequam vendat aliter, quàm eſt conuentum. Circa formam autem conuentionis, potiſsimum erit ſpectandum, cui, quo modo, & quando permiſſum ſit vendere pignus: & ſi quidem concepta ſit
9 † in rem pactio[i], veluti hoc modo, Si non ſoluatur ad diem pecunia, pignus vendi poſſe: continebuntur omnes ſucceſſores, ad quoſcunq; tranſit obligatio principalis cum hypotheca. Si verò in perſonam dumtaxat creditoris (id eſt, ſolius creditoris, vt ipſe vendere poſſet, mentione facta & aliorum omnium omiſſa) continebitur adhuc indubiè hæres eius: nam quiſque præſumitur non ſibi ſoli, ſed & hæredi ſuo ſtipulari & paciſci[k]. Si verò cum omnium aliorum excluſione conuenerit, vt ſoli creditori vendere liceret, iam difficilius dixeris de hærede eius, an adhuc incluſus ſit, ſic enim excludi hæredem per dictionem taxatiuam alicubi traditum eſt[l]. Alijs verò[m] videtur hæredem non excludi. Certè hoc conſtat, quòd etiam ſi dicas, hoc pactum tam reſtrictum non porrigi ad hæredem creditoris, is tamen facultatem vendendi habebit, qualem creditor non facta conuentione de vendendo, habuiſſet[n]: nempe ſi in ſolutione ceſſauerit debitor, & creditor ei denunciauerit, aut ſaltem quemadmodum poſſet ipſe creditor, ſi conueniſſet, ne vendere liceat, videlicet ter denunciando debitori.

Quomodo vendat, plerunq; caueri ſolet in pactione: idq; obſeruari debebit, ſiue de tempore, ſiue de loco, ſiue quid aliud fuerit præſcriptum[o].

a *Ant. Meguſa. in tract. de pign. & hypo. in 4. parte princip. nu. 27. verſ. quinta decima & vltima conclusio.*
b *Conſil. ſuo. 131. volu. j.*
c *arg. l. merito. pro ſocio. et l. apud Labeonē. §. ſi communem. de iniurijs.*
d *l. qui iure familiaritatis. de acquir. poſſ.*
e l. ſi cóuenerit. j. de pig. act.
f *Alberi. Bal. & Fulgo. in d. l. ſi conuenerit. arg. l. quero. §. inter locatorē. locatiō. & l. qui Romæ. §. coheredes. de verb. obli.*
g l. idemque iuris. de pig. act.
h *Fulgo. ibi.*
i l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. de pig. act.
k *l. ſi pactum. de probat.*
l *in l. nō ſolū tale. de libera legat. à Bar. in l. ſi ſic ſtipulatum. 2. & ibi Angel. de verbo. oblig. & idē in l. qui in furtum. §. j. de pactis.*
m *Iaſ. in l. 2. §. itē ſi in facto. de verbo. oblig. Bart. Lud. Rom. Pau. Caſtr. in l. ſtipulatio iſta habere licere. in prin. eo. tit. Phil. Decius in l. heredem. de reg. iur.*
n *Fulgo. in d. §. de vēdēdo.*
o *l. vlt. §. ſancimus itaq. C. de iure do. impet.*

Nam in vendendo pignore † creditor eſt procurator debitoris[a]: fines autem mandati diligẽter ſeruandi ſunt[b]. Itaq; ſi conuenerit vt creditor abſq; vlla denunciatione vendat, & non auctione publica, ſed priuatim, valebit conuentio[c]: Ita tamen, vt ſi per ſordes aut gratiam abijciatur res, eamq́ue creditor alicui amico addicat minore pretio quàm oportuerat, teneatur etiam emptor debitori, ſi fortè fraudis ſit particeps, & non ſit ſoluendo creditor, qui ſic rem abiecit. 10

† Quando autem vendi poſsit, indicabit ſemper ipſa cõditio, quæ in conuentione eſt, veluti plerunq; iſta, *ſi ad diem non ſoluatur pecunia*: Sed difficultatem facit diſtributio temporum, quibus quid dari debeat, qua in re Iuriſconſultus[d] diſtinguit ſeparatq; conuentionum formulas, veluti, ſi creditor accepto pignore ſtipulatus ſit triginta annua bima trima die, refert an pactum de vendendo pignore ſic conceptum ſit, † *Si qua pecunia die ſua ſoluta non erit*, & tunc clarum eſſet, quòd ſimulatq; vel in prima vel in ſecunda præſtatione fuerit ceſſatum, pignus vendi poſſe. An verò ſic, *Niſi ſua quaq; die pecunia ſoluta eſſet.*) Hoc etiam caſu reſpondit, quòd etiam ſi in primā aut ſecũda penſione ceſſetur, vendi tamen pignus nõ poſſe, antequam omnium penſionũ dies venerit: & ſi tunc tota pecunia ſimul ſoluatur, vendi non poſſe. Quod ſanè mirum videri poteſt, nam ſi vel in vno termino ceſſetur, verum erit non eſſe ſua quaq; die pecuniā ſolutā: quare ergo purificata conditione, non æquè licet pignus vendere, ſicut ſi purificata conditione diceremus pœnā, ſi qua permiſſa eſſet, cõmiſſam[e]. Torquet hic nodus multũ Doctorum ingenia, alijs aliud diuinantibus, nec multum fortè à vero abeſt Fulgoſius[f], qui fatetur hoc pronunciatum eſſe verum, quòd nõ ſit ſua quaq; die pecunia ſoluta, & ob id quoq; pœnā mox eſſe commiſſam. quia non eſt locus purgationi moræ, ex qua in nouā obligationem iam cũ effectu venit quoq; pœna: ſed in hac conuentione vendendi pignoris, purgari poſſe moram[g], ex qua nulla alia obligatio priori adnoluitur, nec in eius locum ſuccedit. Sed cum Iuriſconſultus in diſtinctione formularum conuentionis, non fundet ſe in purgatione moræ, ſed in ipſis verbis conceptæ conditionis[h]: propius vero eſſe videtur, ſi dicamus hoc intereſſe inter iam dictas formulas conditionum, quòd in ea quæ priore loco dicta eſt, duplex ſit diſtributio expreſſa: Primum quidem pecuniæ his verbis, *Si qua pecunia*: Et deinde temporis, in his verbis, *die ſua*. In altera verò formula vnica eſt diſtributio expreſſa, nempe temporum. pecuniæ verò diſtributio non exprimitur in ipſa conditione, imò nec in principali obligatione, niſi quatenus eam ſecum trahunt hæ dictiones, *Annua bima trima die*. ita vt accipi debeat, perinde atque ſi in effectu duplex ineſſet conditio, vel potius vna duarum partium: videlicet niſi tota pecunia inueniatur tertio anno ſoluta, idq́ue tribus præſcriptis penſionibus. Oportebit ergo expectare tempus quo tota pecunia quæ promiſſa eſt, & ad quam totam refertur indiuiſim conditio, ſoluta eſſe debuit. quod ſi factum ſit, non refert iam an ſingularum penſionum termini ſeruati ſint, nec ne: quia cum tota obligatio principalis ſopita ſit & extincta, creditor fruſtra ſollicitus eſſet de vendendo pignore. Adde, quòd cùm variatum legamus apud veteres de hac ſtipulatione † *annua bima trima die dari*, vnica eſſet an tres[i], potuit fortaſſe Pomponius, has formulas conuentionum ita diſtinguens, vt diximus, in ea opinione fuiſſe: quòd non tres eſſent ſtipulationes, ſed vnica, plurium tamen penſionum, quarum ſubinde meminit. Quemadmodum alio loco[k] diximus, aliud eſſe penſionem, aliud obligationem: & ex die penſionis, non rectè inferri diem obligationis, cùm etiam pura

(Right-margin paragraph numbers: 11 beside "Quando autem…", 12 beside "Si qua pecunia…", 13 beside "annua bima trima die dari".)

a l. ſi pignori. in fin. famil. erciſc.
b l. diligenter. mandat.
c Bart. ad l. Titio. §. vlt. ad municip. Pau. Caſt. in d. l. ſi conuenerit. §. de pig. act. glo. in l. creditor. 2. ad verb. ceſſato. C. de diſtrax. pig.
d In l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. de pig. act.
e l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quos cant. l. ſi is qui du cẽta. §. cũ ita. de reb. dub.
f in d. §. ſi annua.
g arg. l. ſed & ſi alia die. in fi. verſi. vt illa verba neq; hoc feciſſe. de conſtitu. pecu.
h in d. §. ſi annua. verſic. nec verum eſt. &c.
i l. pluribus. §. de hac ſtipulatione. de verb. oblig.
k ad l. quæſitum. hoc tit. de pignor.

pura obligatio & præſens, habeat nonnunquam diem penſionis ſiue ſolutionis faciendæ. Aut certè id ſpectauit, quod vno orationis ductu conditio referatur ad totam pecuniam, de qua non dices verè, quod in ea ſoluenda ceſſatum ſit, antequam oportuit eam.i. totam eſſe perſolutam. quaſi dies non minus quàm conditio debeat in conſideratione eſſe [a]. Præſertim cum venditio pignoris ſpectet ad executionem negotij, non ad alicuius ſtipulationis commiſsionem [b]. Et hoc forte voluit hic Fulgoſius, inducens mentionem moræ. Quamuis enim ſe fundet Iuriſconſultus in ſermonis proprietate, id tamen non erit à mora alienum. quoniam hæc verba: *Sua quaque die non eſſe ſolutam pecuniam*, habet ſignificationem, qualem hæc verba edicti prætorij: *Non feciſſe reum quod conſtituit*. quæ quamuis ad tempus conſtituti pertineant [c], eam tamen ſignificationem habent,

14 ſi neq; in diem in quem conſtituit fecerit, neque poſtea. † Ita vt factũ creditoris nolẽtis accipere debitũ oblatum, vſq; ad tẽpus iudicij, ipſi noceat [d]. quod maximè debet obtinere in conuentione vendendi pignoris, cùm etiam ſi debitor paratum ſe dicat ſoluere debitum, examinatum à iudice quantum ſit, ſi creditor ceſſauerit ad iudicem venire: improba ſit venditio, ad quam proſilijt [e]: ne ſolutio debiti vnquam ſit ſera, ad impediendam pignorum alienationem, ſi offeratur priuſquam diſtracta eſſent [f].

Quæ autem hactenus de conuentione vendendi pignoris diximus, re-

15 ferenda ſunt ad † facultatem creditoris, vt poſſit, non vt debeat vendere [g], poteſt enim illis quæ in fauorem ſuum conuenta ſunt, non vti, vt in multis ſimilibus legimus [h]. Inter quæ tamẽ incõſideratius videtur relata [i] ea quoq; ſpecies, cùm quis vina emens exceperit aliqua, quæ fortaſsis habere magis expediebat: hæc enim ſi mutato conſilio accipere vellet, id ei non permitteretur inuito venditore [k]. Nam quid iuuat, ſi exceptionis factæ errorem pœniteat, cùm nihil ſuperſit ei iuris, quo poſt pœnitentiam conſequatur vina ſemel excepta, & quæ non ſunt vendita [l]? Sanè vno caſu cogitur creditor vendere pignora, antequam in perſonam agat, videlicet cum forma conceptæ obligationis requirit excuſſa eſſe pignora, veluti ſi fideiuſſor acceptus ſit in id quod minus ex pignoribus venditis eſſet redactum [m].

16 Poſtremò ſit aliquando pactum à creditore, † ne liceat debitori hypothecam vendere vel pignus [n], de quo meritò dubites, quid iuris ſit, an nulla ſit pactio quaſi contra ius poſita [o], præſertim cùm & creditor qui dominus non eſt, poſsit pignus vendere, licet conuenerit ne vẽdat [p]: an potius nulla

17 ſit venditio contra pactionem inita. Et certè † Bartholus multis locis [q] teſtatum reliquit, ſe miſiſſe Piſas, vbi tunc erãt Florentinæ Pandectæ, vt dirimeretur contentio orta ſuper reſponſo Marcelli [r], an in eo legi deberet: *Nullam eſſe cõuentionem* (quod quibuſdam [ſ] placuiſſe videtur) an potius: *Nullam eſſe venditionem*? ſic vt impediatur dominij tranſlatio, ob pactum cum eo initum, qui ius habuit in re. Quod pluribus [t] placuiſſe video. Mihi om-

18 niũ optimè videtur diſtinxiſſe † Salicetus [u], vtramq; lectionem quadam diſtinctione approbans: nimirum, quòd quemadmodum alijs aliquot locis [x], id quod dicitur, nullam eſſe venditionem aut emptionem: interpretamur ſubaudito moderamento alicuius reſtrictionis: ſic vt aliquo reſpectu teneat venditio, alio reſpectu non teneat: Ita quoque hic interpretabimur, nullam eſſe conuentionem reſpectu emptoris, in cuius præiudicium conuentio non habet vim impediendi tranſlationem dominij rei pignoratæ, quin tranſeat ad emptorem cum ſuo onere. Et nullam quoque eſſe venditionem ſcilicet in præiudicium creditoris, hoc eſt, non obſtare eam quo

a argum. l. in illa ſtipulatione. ſi calẽdis. de verb. obligat.
b Fulgo. in d. §. ſi annua. in fin.
c l. ſi duo. §. vlt. de conſtit. pecun.
d l. ſed & ſi alia die. in fi. de conſtit. pecu.
e l. ſi reſiduũ. C. de diſtra. pignor.
f l. ſi priuſquam. C. de diſtract. pig.
g l. quamuis. de pignor. act.
h in l. lex vectigali. in fin. hoc tit. l. 2. l. Sabinus. de in diem addict. l. 2. de leg. commiſſ. l. 4. §. ſed & ſi pignor. de re iudic.
i à Paulo Caſtrenſ. in d. l. quamuis.
k l. ſi vina. de peric. & cõmod. rei vendi.
l Fulgo. in d. l. ſi vina.
m l. inter creditorem. de fideiuſſor.
n l. ſi creditor. §. quæritur. de diſtract. pig.
o l. nemo paciſcendo. de pact. l. vlt. C. de pact. inter emptor. & venditor. compoſitis.
p l. ſi conuenerit. 2. in fi. de pig. act.
q in d. §. quæritur. in d. l. nemo paciſcendo. in l. filiusfami. §. diui. de lega. 1. in l. ſi ita. §. ea lege. de verbor. obligat. & in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam.
r in d. §. quæritur.
ſ Bald. in d. §. quæritur. et in d. l. ea lege.
t Bartho. omnibus preallegat. loc. Ang. & Iaſon. in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbor. obligat.
u in d. §. quæritur.
x In l. hanc legem. l. cũ ab eo. §. menſa. l. qui officij. §. qui neſciẽs. de cõtrah. empt.

minus perſequi poſſet hypothecam, etiam rigoroſius contra emptorem,
quam alioqui perſequi potuiſſet, non facta conuentione, ne debitor venderet.
Nam perſequetur hypothecam creditor, non ſolùm pro debito &
vſuris [a], verùm etiam pro eo quòd intereſt eius ex hypothecæ diſtractione [b].
Nempe quod quas actiones habuit coniunctas, perſonalem & hypothecariam,
aduerſus vnum eundemq; debitorem, tantiſper cùm is poſsideret.
ſic vt cumulare quoque eodem iudicio eas potuiſſet [c]. nunc inuenit ſeparatas,
& difficilioribus aſtringitur probationibus, vel dominij debitoris:
vel quod ſaltem obligationis tempore fuerit res in bonis debitoris [d],
de quo nullam controuerſiam mouere potuiſſet debitor, ſi adhuc poſsidés
ipſe eſſet conuentus. Ac † denique nouo nunc iure, oporter prius excu- 19
tere debitorem, fideiuſſores, mandatores, & ſponſores, antequam perueniat
creditor ad alios pignorum poſſeſſores [e]. In quorum excuſsionibus
magno ſumptu eſt opus, ac tædium multarum litium: Quem quidem ſumptum,
& quanti intereſt creditoris, hypothecaria actione poterit conſequi
ab emptore, quemadmodum ſumptum in re pignorata factum potuiſſet
conſequi [f]. Et hanc Saliceti diſtinctionem ſatis innuunt vltima verba
eiuſdem reſponſi: *Vt pactioni ſtetur.* quæ reſtrictionis cauſa videntur addita
eſſe: vt ſignificetur, non prorſus nullam eſſe venditionem, quin naſcatur
obligatio: Imò & tranſeat in emptorem dominium rei venditæ, ſi tradatur,
ſed nullam eſſe quatenus poſtulat vtilitas creditoris, qui pactus eſt nó
vendi, & vt metu eius quod intereſt pactioni, ſtetur. † Sed an hoc caſu pa- 20
ctum executiuum, de ingredienda poſſeſsione rei obligatæ authoritate
propria, exerceri poſsit contra emptorem ſine Iudice, difficilius dixeris.
Sunt [g] enim qui ita aſſerant indiſtinctè, etiamſi nó ſit diſcuſſum, nec liquidatum
ſummariè coram iudice, quòd is emptor cauſam habear à debitore,
qui creditori promiſerat non vendere: quamuis non prohibita alienatione
debitori, de illo ſummatim conſtare deberet [h]. Sed aliis [i] viſum eſt, indiſtinctè,
conuentionem illam ingrediendæ poſſeſsionis authoritate propria,
nunquam exerceri poſſe contra ſingularem ſucceſſorem: & vbi exerceri
poteſt, nullá iudiciariam liquidationé, ne ſummariam quidé requiri [k].

Aggrediamur nunc pacta venditionis, ſcilicet quæ in ipſa venditione
rei obligatæ apponit creditor, non autem quæ apponit dominus in venditione
rei ſuæ, quibus creditoribus emptoris futura ſit res pignori, aut non
ſit, niſi quòd de hoc genere pactorum id obiter attingendum ſit, contro-
uerſum eſſe, † an res ea lege empta, ne creditoribus emptoris obligaretur, 25
incidat nihilominus in generalem obligationem bonorum eius præſentium
& futurorum. & ſi dictum ſit à venditore, ne cui ſit obligata, præterquàm
vni creditorũ, qui fortè in ratione pignoris poſtremus fuit: an hunc
faciet ea conuentio, vel ſolum, vel potiorem eſſe in iure pignoris, quo ad
rem ſic emptam. Cur enim non poſsit venditor dicere legem rei ſuæ, dum
tradit, quam vellet [l]? & vt poteſt debitor præiudicare chyrographarijs
creditoribus in non acquirendo [m]: cur non æquè hypothecariis? præſertim
cùm non pendet ex ſuo ſolius arbitrio, quomodo acquirat emátue:
ſed & venditoris, quomodo vendat, etiamſi admittas, quòd fortè
non poſſet debitor præiudicare creditoribus hypothecariis omittendo
acquirere, quæ liberè, ſi voluiſſet, acquirere potuiſſet [n]. Ex aduerſo
videtur vrgere, quòd eiuſmodi lege vendita aut donata, ne alienentur,
tranſeant in dominium accipientis, ſi contra fiat: obligato eo qui contrà fecerit
in id quod intereſt [o]. Quamuis ergo cóuenerit, ne pignori ſint, ſimili
ratione non impedietur ius veri pignoris aut hypothecæ, neque ex obligatio-

[a] *l. ſi neceſſarias. §. cùm pignus. de pignoras. act.*
[b] *Salic. in d. §. quæritur.*
[c] *§. ſed neque. verſic. cõtra principales tamen in verbis ſine ambabus, in authent. de fideiuſſor.*
[d] *l. & quæ nundum. §. quod dicitur. hoc tit.*
[e] *Authent. ſed hodie. C. de actionib. & obligat.*
[f] *d. l. ſi neceſſarias. in princip. & §. cum pignus. de pignor. act.*
[g] *Bartho. in l. 3. C. de pignor. in 4. quæſtione. verſic. ſed an poſsit adhiberi remedium. num. 25.*
[h] *Barthol. eod. loco. verſic. aduertere tamen quòd contra ipſum debitorem.*
[i] *Salic. in d. l. 3. num. 19. C. de pignor.*
[k] *Salic. in eadem l. in 11. quæſt.*
[l] *l. in traditionib. de pact. l. legẽ. C. eo. tit. l. qui abſenti. §. 1. de acquir. poſſeſſ.*
[m] *l. qui autem. quæ in fraud. credit.*
[n] *l. in fraudem. §. idemq; iuris. de Iur. fiſci. Pet. Ancharan. conſil. 102.*
[o] *l. ea lege. C. de condict. ob cauſam.*

gatione poſtea contrahenda,neque ex obligatione prius contracta. Vn-
de hæc quæſtio multum anceps vtrinque ſuos aſſertores habet[a]. Et fortè
ſecuriſsimum hic eſſet,ſi quis in alienatione rei ſuæ id velit efficere,ne cre
ditoribus acquirentis valeat ad hypothecam dominium rei:ſic in traditio-
ne reſtringere,vt non diutius ſit accipientis,quàm donec eam ſeruauerit
non obligatam, neque obligare eam tentauerit, alio aliquo in dominium
eiuſdem rei ex eo tempore ſubſtituto, vt iure fieri receptum eſt[b].

Porrò in eo genere pactorum,quæ apponit creditor in venditione pi-
22 gnoris,occurrit primo loco illud,quo conuenit,† vt refuſo pretio rem re-
ſtituat emptor:vel vt recipere eam liceat.Et hoc quidem dupliciter, vel
conceptis verbis in perſonam creditoris,vt ſibi liceat reddere pecuniam,
& pignus recuperare,vt in reſponſo Marcelli[c]. Vel in perſonam debito-
ris,vt ſi emptori ſoluerit pecuniam pretij,liceat ei recipere rem ſuam, vt
in reſponſo Vlpiani[d].Et vtrolibet modo verba conceperis, certum erit,
23 actionem competere creditori,quam debitori præſtet.An † autem ipſi de-
bitori aliqua actio competat,ſuo ipſius iure,etiamſi non præſtetur ei à cre
ditore,plus habet dubitationis:nam in reſponſo Vlpiani,quo verba cōuen
tionis ad debitorem ſunt relata,aſſcriptum eſt,quòd & ipſe debitor actio-
nem habet, quaſi dicas, ſine ceſsione. In altero verò Marcelli reſponſo
hoc tacetur:& ſolùm datur debitori aduerſus creditorem actiò,vt ſi quas
actiones habeat,ei cedat:quaſi nullam niſi ceſſam à creditore habere poſ-
ſit.Quod etiam quidam[e] fatentur:ſed communius[f] placuiſſe video, etiam
hoc caſu,debitorem ſuo nomine habere actionem,non quidem ex eo ſo-
lo,quòd in vendendo pignore ſit procurator debitoris:(quod ſolùm ad a-
ctionem perſonalem ei non ſufficeret[g].) Sed quia etiam contrahit ſuper
re[h] domini:& repræſentans imaginem debitoris[i], plus iuris habet in re
obligata vendenda:quàm ſimplex & nudus procurator[k]. Hic enim fines
mandati cuſtodire debet,aut non transferet dominium. Creditor verò,e-
tiam contra domini voluntatem vendit:imò & contra pactum, ne vende-
ret,& de pretio fidem habet[l].Vnde clarum fit,quòd in vendendo pigno-
re,domini loco ſit:quoad facultatem vendendi: Procuratoris verò loco,
quoad vtilitatem:quæ cedit debitori.Sed Marcellus in ſuo reſponſo nul-
24 lam deſignauit actionis ſpeciem.Vlpianus verò quadruplicem †. Vnam,
qua cogatur creditor debitori præſtare actionem: & hæc eſt pignoraticia
actio:ne quid ſcilicet lucri vel commodi, ex pignore, vel qualibet illius
occaſione,apud creditorem permaneat:cùm ei debitum perſolutum eſt[m].
Alia eſt quæ præſtatur, & hæc eſt actio ex vendito, formata ex pacto in
venditione ex incōtinenti appoſito[n]. Aut actio præſcriptis verbis, vt fiat
quod pacto conuenit[o].Aliæ verò duæ,nempe rei vendicatio,& in factum
actio,debitori competunt,ſuo ipſius iure, & abſq; vlla ceſsione credito-
ris.At inquies, quomodo defendi poterit,rei vendicationem dari, quæ nō
niſi domino datur,cum virtute pacti de reuendendo, nō redeat dominium
ad debitorem ipſo iure,& ſine traditione?Hoc enim,ſpeciali iure, in du-
plici tantùm pactorum genere receptum dicitur[p]. videlicet in pacto legis
25 commiſſoriæ,& addictionis in diem[q]. †Neque videtur rei vendicationem
poſſe concurrere cum perſonali actione,quæ condictio vocatur[r].cùm re-
ceptiſsima ſit regula,quòd nemo rem ſuam condicat,niſi à fure[ſ]. Variè ad
hæc reſponſum eſt. Sunt enim[t] qui exiſtiment, non ſolùm ex duplici illo
pactorum genere reſolui dominium,verùm etiam ex pacto de reuenden-
do,quaſi & illud ad rationem dominij pertineat, & rem afficiat, ſimili ra-
tione qua dicitur hoc ſpeciali iure conſtitutum, de lege commiſſoria, &
addictio-

a *Pet. Anchor. præallegato conſil. 101. Soзi. conſ. 75. vol. 4. Anton. Neguſam. in tract. de pignor. 4. parte principali. verſic. quarto quæritur. nu. 33.*

b *l. qui abſenti. §. 1. de acquir. poſſeſs. l. illud. C. de legat. Salic. in authēt. ſi quas ruinas. nu. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

c l. ſi creditor. in princ. de diſtra-ction. pignor.

d l. ſi cum vende-ret. de pig. act.

e *Salic. in d. l. ſi creditor.*

f *Accur. ibi in gloſſ. verbo cedat. quē ſequuntur ibi Batho. Ang. & Fulgo.*

g *l. poſſeſsio quoq;. §. & ſi poſſeſsio. de acquir. poſſeſs. l. 1. C. per quas perſonas.*

h *l. quod procurator ex re. de procurat. Fulg. in d. l. ſi creditor.*

i *Salic. in l. 1. C. per quas perſonas.*

k *Caſtrenſ. ibi. nu. 9.*

l *l. eleganter. §. ſi vendiderit. de pign. act.*

m *Argum. l. creditoris. de fur. & l. qui proprio. §. procur. vt in cæteris. de procurat.*

n *d. l. ſi cùm venderet.*

o *l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor.*

p *Alexan. conſil. 10. vol. 1. latè Iaſon in l. ab emptione de pactis.*

q *l. ſi quis hac lege. de rei vendicatione.*

r *§. appellamus. Inſtit. de action.*

ſ *l. vlt. vſusfruct. quemad. caue.*

t *Paulus Caſtrenſ. in d. l. ſi cum venderet. Gui. Pa. conſil. 49.*

addictione in diem, nimirum ob frequentiam illorum pactorum [a], quaſi frequentiæ fuerit indulgendũ, & aliquid peculiaris iuris tribuendũ [b]. Nam hodie videmus hæc pacta redimendi rem, ſiue rurſus emendi eodem pretio, frequentiſsima eſſe. Communiore tamen calculo [c] probatur diuerſa ſententia: ex pacto reuendendi ſolam perſonalem actionem oriri: nec 26
quicquam illud facere ad tranſlationem dominij: vt refuſo pretio redeat ipſo iure, & abſque traditione ad priorem dominum. Alia igitur via tentata eſt à Fulgoſio [d], quæ quamuis ipſi authori penè diſplicuerit, Iaſoni [e] tamen placuit, videlicet quòd in reſponſo Vlpiani creditor vendidit non rem pignoratam, ſed pignus.i. ius ſuum quod in pignore habuit, illo manente in dominio debitoris, quaſi hoc indicet forma pacti, quo adhuc res ſua dicitur. Neq; enim creditore vendente ius ſuum, tranſit in emptorem dominium rei obligatæ [f]. Sed non video, quomodo huic interpretationi accommodari poſsit quod ſequitur: creditorem mandare debitori actionem ex vendito, ad rem ſuam recuperandam, ſi non ea ipſa vendita ſit: ſed ius tantùm pignoris, cuius ipſe debitor in re ſua eſt incapax [g]. Dicendum ergo, quòd non ſolùm virtute legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, redeat dominium rei venditæ ad priorem dominum, verùm etiam vbicunque aliud pactum, ſic eſt conceptum, vt ſonet in reſolutionem contractus ipſo iure [h]. Sicut enim non transfertur ex nuda traditione dominium abſque titulo: ita nec poteſt conſiſtere apud eum qui empti titulo [i] accepit, reſoluta ipſo iure emptione [k]: tunc enim recipitur res non nouo aliquo & acquiſitiuo titulo: † ſed veteri iure, quo poſſide- 27
batur antequam venderetur: & perinde, atque ſi non eſſet facta venditio, redit res in priſtinam cauſam [l], aſſumpta iterum propria natura, ita vt ſi prius patrimonialis res fuerit, talis quoque cenſeatur, poſtquam recepta eſt [m], ſicut redhibita res hæreditaria eſt [n], venitque in reſtitutionem fideicommiſſariæ hæreditatis, reſtituto hæredi pretio redemptionis: perinde ac ſi ſemper in bonis teſtatoris manſiſſet [o]. Huiuſmodi autem eſt pactum in reſponſo Vlpiani, vt debitor rem ſuam reciperet, ſiue rurſus caperet, cum effectu acquiſitionis [p]. In reſponſo verò Marcelli, non fuit conuentum, vt debitor rem ſuam reciperet: ſed vt recuperaret reddita pecunia, & ſic in effectu, vt rurſus emptam haberet, eodemque pretio tranſcriptam [q].

Quarti quoque generis actio in factum ſiue præſcriptis verbis, non minus ſecum dubitationis trahit, quomodo illa hic competat: & † ma- 28
ximè quomodo cum rei vendicatione concurrat: quum nemo rem ſuam, niſi à fure condicat. Sunt qui tradant [r], alternationem illam in Vlpiani reſponſo, *Vendicare rem, aut in factum agere*, pertinere, non ad vnum eundemque caſum, in quo ſimul vtrique actioni ſit locus: ſed ad diuerſos, ita vt nunc huic, nunc illi actioni ſit locus, pro diuerſitate caſuum. Vendicationi quidem, cùm ipſo iure redit dominium ad priorem dominum. Actioni verò in factum, cùm ſola obligatio perſonalis eſt nata ad reuendendam rem. Sed ne id ſequendo notetur tacitè Vlpiani reſponſum, tanquam non ſatis conueniens propoſitæ quæſtioni, de vi & effectu huius ſolius pacti, ſi ſoluerit debitor pecuniam pretij emptori, licere ei rem ſuam recipere, præſtabit fortè admittere hic concurſum earum actionum in vna eademque ſpecie. Vt quemadmodum legatarius rem legatam vendicat ratione dominij ciuilis, id eſt, quod habet artificio ſolius iuris ciuilis, & in perſonam agit, tanquam non habeat, ſed nanciſci velit dominium naturale, idem per traditionem hæredis,

& ſic

[a] Barbo. Ang. & alij ad l. 1. de donat.
[b] l. iuſto. in princip. de vſu capt.
[c] l. ipſius. Caſtrenſ. in l. ſi à te. C. de pact. inter emp. & vendit. Fulgo. in d. l. ſi cum venderet. Cuma. in d. l. 1. de donat. Iaſon in l. ab emptione. colum. 3. verſic. & ex hoc confunditur. de pact. Zaz. conſil. 12. vol. 1.
[d] in d. l. ſi cum venderet.
[e] in d. l. ab emptio. de pact.
[f] Caſtrenſ. in l. ſi conuenerit. 3. de pig. act.
[g] l. neq; pignus. de reg. iur.
[h] Alberic. in l. traditionibus. C. de pact. Cy. in l. 1. C. de reb. alien. non alie. Bald. & Salic. ad l. ea l. C. de condict. ob cauſam. Caſtrenſ. ad l. qui abſenti. §. 1. & Alex. eod. de acquir. poſſ. Raph. Cu. ad l. 1. de donat.
[i] l. nunquam nuda. de acquir. rerum domin.
[k] Argum. l. veſtranius. in verbis. vt quemadmodũ incipere. de fide iuſſ.
[l] l. voluntate. verſic. idẽq; eſt in omnibus. quib. mo. pig. vel hyp. ſoluit.
[m] Philip. Dec. conſil. 88.
[n] l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. in ſi. de petit. hæredi.
[o] Philip. Dec. conſil. 238.
[p] l. aliud eſt capere. & ibi. Alciat. in principio. de verbor. ſignific.
[q] l. ſi vir vxori. & ad illã. Bud. de præſcript. verb.
[r] Salic. in d. l. ſi cum venderet.

226

& ſic iure gentium[a]: Ita quoque hic debitor vendicet rem tanquam iuris artificio ſuam, non expectata traditione aut reſtitutione, & in perſonam agat, vt emptor adimpleat quod conuenit, & rem reſtituat aut tradat: quod etiam non inutiliter quis ſtipulari poſsit de re ſua[b]. Et quamuis va-
29 riè tractatum ſit, cùm pactum adijcitur contractui bonæ fidei, † an duplex naſcatur actio: vna ex eo ipſo contractu: & altera in factũ, ſiue præſcriptis verbis. Communius[c] tamen eſt creditum duas naſci. Et qui id[d] nō ſic paſſim in quocunque pacto recipiendum putant: ſed ſolam ex cōtractu naſci actionem. In hac tamen ſpecie, vbi de reſoluendo contractu pactum eſt, admittunt & alij[e], vbi contrahens vt fidem ſeruet contractus, præciſè cogi poteſt, quod in hac ipſa fit ſpecie, quòd emptor qui ex contractu rem recipit, non poteſt illius fidem fallere: ſed omni modo cogendus eſt implere quod conuenit, & refuſo pretio rem reſtituere. Et præſertim vbi res rurſus redijt ad priorem dominum, ſic vt vendicare poſſet. quamuis alioqui non ſatis tutum eſſet, generaliter aſſerere, ex huiuſmodi pactis ſemper præciſè cogi emptorem, vt reuendat & tradat: & non liberari ſoluendo quod intereſt[f].

30 In communem fauorem addicit † creditor emptori pignus in diem, ſi fortè alius meliorem conditionem interim obtulerit, quam oblatam, licet alius qui rem ſuam diſtraxit, poſsit ſpernere, & primi emptoris ius firmare: creditoris tamen arbitrio, in re debitoris ſic diſtracta, relinqui hoc nō debet. ſi modò is idoneus ſit, qui meliorem conditionem obtulit[g]. Quo argumento, ſi quis pactus reſolutionem venditionis, promiſerit alicui ſeruitutem in re ſic vendita, ſi ad eum redeat, non poſſet iure reſolutionis obuenientè non vti[h].

In grauamen verò vtriuſque, ſuum & debitoris, paciſcitur creditor,
31 quando de euictione cauit, & duplam promittit. † Debitoris enim hic eſt grauamen, vt qui tametſi de euictione teneretur, etiam non promiſſa[i]: ceſſante tamen promiſsione creditoris, non teneretur ad duplā. Imò nec fortè in totum id quod intereſt emptoris: ſed de pretio tantum & vſuris eius à tempore moræ. Quod quidem ſic conſtitutum[k] in pignore iudiciali, quod ab apparitore iudicatum exequente diſtractum eſt. Accurſius[l] auſus eſt extendere ad pignus conuentum, à creditore diſtractum: & nemo, inquit Fulgoſius[m] ei contradicit. Ipſe tamen dubitat, propterea quòd in cauſam iudicati capiantur & diſtrahantur pignora, inuito debitore condemnato: ideoque non eſt æquum teneri eum amplius quàm in rem eius verſum eſt: hoc eſt: Quatenus liberatus eſt à creditore ex precio rei. Pignus verò conuentum venditur à creditore, vel ex debitoris mandato, ſi vendi conuenit: vel ex tacito eius conſenſu, cùm pignori daret. Sic enim qui voluit antecedens, cenſetur quoque voluiſſe & conſequens: nempe, vt vendi poſſet, ſi in ſolutione ceſſetur. æquum ergo eſſet, durius cum eo agi, & teneri in id quod intereſt emptoris, quaſi ipſemet debitor vendidiſſet, quod vendidit creditor, ipſius procurator.

In grauamen verò creditoris cedit ea conuentio, vt qui ſe ſubiicit duplæ periculo, nonnunquam abſq; regreſſu aduerſus debitorē[n], cùm tamen ſuo iure immunis eſſe poſſet ab omni euictionis periculo quoad emptorē. *Creditor enim verus ſub pignore ceteris potior, iure creditoris vendens, cum poſſit, rem pignoratam bona fide, & neſciens alienam eſſe, ipſe quidem non e-*
32 uincit: ſed † de euictione à domino facta, non tenetur amplius, quàm vt cedat emptori contrariam pignoraticiam actionem, niſi de euictione promiſerit.
Quo quidem breui axiomate multa ſum complexus, quæ, de hac re, ab alijs

a *Iaſ. in l. qui exceptionē. §. ſi pars. de cōdict. indeb.*

b *l. ſi rem tradi. l. nemo rē ſuam. in 2. reſponſo. de verbor. obligat.*

c *l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit. l. ſi vir vxori. de præſcript. ver. Bartho. & alij in l. in bonæfidei C. de pact. & alii in l. iuriſgentium. §. quinimò. de pact.*

d *Alciat. cap. 1. 5. paradox. & in d. l. in bonæfidei.*

e *Loriot. in tit. de pact. tranſact. axio. 26.*

f *Philip. Corne. conſil. 4. 241. 246. vol. 1. Franciſc. Aret. conſil. 6. Ludo. bel. conſil. 25. in 4. dubio.*

g *l. Sabinus. cum l. ſequen. de in diem addict.*

h *Raph. Cum. ad l. in diē. in prin. de aqu. plu. arcē.*

i *l. ſi plus. §. 1. de euict. l. reſcriptū. §. ſi alieno. de diſtract. pignorum.*

k *in d. l. ſi plus. §. 1.*

l *in d. l. reſcriptum. §. ſi aliena. in gloſ. ad verbum tenetur.*

m *in d. §. ſi aliena.*

n *l. ſi pignore. §. ſi creditor cum vēderet. de pig. act.*

aliis diffuſè ſunt tradita. Et imprimis quidem, quod de creditore diximus, obtinet, ſiue ipſe conuentũ pignus vendat, ſiue curet in cauſam iudicati capta pignora vendi[a]. Præſtare enim debet ſe verũ creditorem, & pignus ſibi obligatũ eſſe. ſicut qui vendit, vt procurator aut tutor, debet præſtare ſe talem[b]. Nec hoc tamen ſatis eſt, ſed & cæteris omnibus ſe in pignore potiorem præſtet, neceſſe eſt[c]. Et euincente alio creditore per hypothecariam actionem, vtique de euictione tenetur, quí alij in pignore cædens, diſtraxit rem pignoratam, tacens alium eſſe potiorem. hoc enim ius ſuum concernit, ſuumq́ue eatenus negotium gerit creditor[d]. Et quidem hoc nondum ſatis eſt, ſed reſtrictionis cauſa addit: *Si iure creditoris vendat.* non ſi iure communi[e]. hoc eſt, eo iure, quo quilibet venderet rem ſuam[f], ſicut in dubio cenſeretur vendidiſſe, ſi ſimpliciter vendat. Niſi quod putant nonnulli[g], ſatis eſſe, ſi vel ex adiecta tantùm mentione qualitatis creditoris, deprehendi poſsit, quòd iure creditoris vendiderit. Quod equidem admiſerim, ſi ſatis conſtare poſsit, quod ipſam rem pignoratam vendidit ſolenni more, quo ſolent vendi pignora. Secus verò ſi vendidiſſet, vt creditor & iure ſuo, ius quod habet in pignore: quod in dubio quidam putant[h] ſolum eſſe venditum, etiamſi dicat creditor ſe pignus vendere[i]. Rem autem pignoratam ita maximè videbitur iure creditoris vendidiſſe, ſi hoc exprimat ſe facere ſecundum iura conuentionis, vel legis: hoc eſt, ex poteſtate ſibi à debitore, vel à lege conceſſa, & ſolenni more, quem penè ſingulæ regiones habent vendendi pignora. Subieci, *cum poſsit.* Nam debet ritè facta eſſe venditio rei pignoratæ, vt euictionis periculum non redundet in creditorem[k]. Adeò vt dubitem, num ex hac reſtrictione aliquid relaxari poſsit. videlicet. vt ſatis ſit, quòd ſaltem iuſto errore creditor putauerit ſe poſſe vendere. Licet enim quidam[l] ita relaxent: alij[m] tamen omninò reſtrictioni adhærent. Certè ſi fraudem admiſerit, vel deceperit emptorem creditor, vbi reſciuiſſet ſe à debitore deceptum in pignore, eò quòd is rem alienam obligaſſet, malitiq́ue hoc periculum ad emptorem redundare, fretus beneficio legis, quæ à periculo euictionis eum eximit: iam abutitur legis beneficio, & ſe ipſe decipit: ſicut enim æquum eſt, inſcium creditorem vinculo euictionis non aſtringi: † ita quoque eum 33
qui fraudem admiſit, vel decepit, non excuſari[n]. ſicut ad euictionem eiuſq; periculum aſtringitur venditor, ob dolum, etiamſi cum emptore pactus ſit, ne euictionem præſtet[o]. Sic & curator bonis datus, & creditor in poſſeſsionem bonorum miſſus, de dolo tenentur[p], & ex eiſdem veræ philoſophiæ præceptis dolum deteſtantibus emanauit Pauli reſponſum[q], quo doli dat actionem in dominum, cuius conſilio ſeruus domini debitor in peculio mutuam accepit pecuniam, vt domino ſoluat. decepto alio, qui ei ſeruo credidit. quod reſponſum ad liberos quoque homines extendunt[r]. Quod autem ipſemet † creditor non euincat, æquiſsima ratione eſt in- 34
ductum[ſ]: ſiue iure dominii euincere vellet, per rei vendicationem: ſiue iure creditoris, ex alia cauſa crediti, per hypothecariam actionem. Priore enim caſu, obſtaret ei exceptio rei venditæ & traditæ[t], cùm nulla ſit ei iuſta cauſa vendicandi, cuius replicatione aduerſus eam exceptionem vtatur[u]: quandoquidem nec fideiuſſor euictionis audiretur, ſi ex ſuo ipſius poſtea obueniente vel cognito iure, vendicare rem vellet[x].

Poſteriore verò caſu, ſi ad hypothecariam actionem confugeret ipſe creditor, iam de euictione teneretur, cùm præſtare debeat, ſe cæteris omnibus potiorem in pignore, ex ea cauſa, ex qua pignus diſtrahit[y]. Ita vt in hac vna ſpecie, eluceſcat duplex ratio illius conſtitutionis[z], † qua quis 35
prohi-

a *l. qui erat. famil. ercisc. l. ſi pignora. de euict. d. l. ſi plus. §. 1. eod. tit. l. à diuo Pio. §. ſi poſt addictũ. de re iudicat. l. ſi ob cauſam. C. de euict.*

b *Bartho. in l. procurator. §. qui pro euictione. de procurat. Fulgo. in fi. l. 1. C. creditor. euict. pigno. nõ debe.*

c *d. l. 1. in fi.*

d *l. penult. de pig. act.*

e *l. ſi mandato Titij. §. mandat.*

f *Salic. in l. penul. de diſtr. pign. ex l. j. §. j. ſi ager vectig. vel emphiteu. petat.*

g *Salic. in d. l. penul. per l. poſt mortem. §. 1. Quãdo ex fac. tut.*

h *Carolus Molineus in tracta. de contractibus vſurarijs. nu. 348.*

i *argum. l. cum poſterior creditor. de diſtra. pig.*

k *d. l. penul. de pig. act.*

l *Salic. in l. 1. C. creditor. euict. pig. non debe.*

m *Fulg. in ead. l. 1. per l. ſeruos. C. ſi vendi. pig. aga. & ipſe Salic. in d. l. penul. de diſtract. pig.*

n *l. 2. C. credito. euict. pig. non deb.*

o *l. emptorem. §. ſententiã Iulians. & in fi. eius l. de act. empt.*

p *l. prætor ait. §. eſt ſterea. de bonis auth. iudi. poſſi. Accur. ad l. de curatore. de curat. bon. dand.*

q *in l. ſeruus tuus. de dolo malo. & ibi. Alberic.*

r *Alberic. in d. l. ſeruus tuus.*

ſ l. ſed etſi is. de diſt. pig.

t *Odofri. in d. l. etſi is.*

u *vt in l. j. in fi. de excep. rei vendit. & tradit.*

x *l. exceptione. C. de euict.*

y *d. l. 1. C. credito. euict. pignor. non debe.*

z *l. cum à matre. C. de rei vendicat. & ibi Gaſtren.*

prohibetur vendicare id quod alienatum eſt, ab eo, in cuius hæreditatem
ſucceſsit: Nimirum, quia teneret eum de euictione actio [a]. & huius pericu
lo ceſſante, non poſſet adhuc contrauenire facto defuncti, ex cuius perſo-
na lucrum ſentit [b]. Quarum quidem rationum priorem, accommodabis
ad creditorē qui vendidit, eiuſque hæredem, ſi ipſe tentet euincere hypo-
thecaria actione. Poſteriorē verò, ſi iure dominij vendicare intēdat. Sanè
euicta re ab alio iure dominij, hoc debet creditor præſtare emptori, quod
abſque ſuo incommodo potuit: Scilicet, vt actiones, quas aduerſus debi-
torem habet (habet autem ſemper ad minus contrariam pignoraticiam) ei
cedat [c]. nō quidē ſolùm cum ab initio de cedēdis actionibus conuenit [d]: ve
rùm etiā ſi id nō cōuenerit. Nam licet inutilis videri poſsit actio creditori,
qui iā ſuum recepit, quod nec cogitur cuiquā reſtituere, cùm de euictione
non teneatur: fit, vt actio inutilis cedenti, proſit ceſsionario. quia non ea-
dem eſt ratio repellendi vtrunq; [e]; cum magna enim iniuria emptoris lo-
cupletaretur debitor, liberatus à creditore, ſi & ab emptore omninò cēſe-
retur liberatus: ſicút ab eo liberatus eſt creditor, vſq; adeò, vt etiā nōdum
ſolutum pretiū poſsit creditor petere, poſtquam res euicta eſt [f]. Neq; hic
dicas [g], ſolutione debiti ipſo iure tolli ſolā obligationē principalis debiti,
quod ſolutum eſt: nā eā ſublata, ex conſequenti quoq; tollitur hypothecæ
36 obligatio [h]. Igitur † re aliena pignori data & vēdita, ſemper tenetur debi-
tor [i]: vel emptori, ſi euicta res ſit, & à creditore debitor fuit liberatus, eo
quòd creditor non debeat emptori reſtituere pretiū ex aliqua cauſa: vide-
licet, vel ex cauſa euictionis ab eo pmiſſæ [k]: vel quia res ſit in cauſa redhi-
bitionis: vel quia alia qualibet ratione poſsit inempta fieri [l]. vel domino rei
pignoratæ & venditæ, ſi nondum ea euicta ſit: velitq; ratam habere vēdi-
tionem rei ſuæ, non ſuo noīe factam, etiā ſtatim, & non in vltimū ſubſidiū
re perempta aut vſucapta [m]. vel denique ipſi creditori, ſcilicet euicta re pi-
gnorata, cùm de euictione teneretur creditor, vel alia aliqua ratione factū
ſit, vt apud creditorē nō ſit permāſurū pretium. Eſt ergo in ſuſpēſo libera-
tio debitoris à creditore, quàm diu, creditore euictionis noīe obligato, in-
certū eſt, an euinceretur res, nec ne [n]: ita vt ſi euictionis tēpora lapſa ſint, &
in ſecuro ſit res emptori, videatur ab initio venditionis, pretijq; accepti,
debitor à creditore liberatus. Sed ſi euinci eā cōtingat, nulla cenſeatur vn
quam facta liberatio: & durat interim verè obligatio & actio, eaque tan-
quam interim ceſſans potius quàm extincta [o], cedi quoq; poſſet [p]: ſed non
exerceri, antequam velut in lucē reducta per euictionē, vel ablatū à credi-
37 tore pretiū, ex alia qualibet cauſa. Nā quod dicitur reſpōdiſſe † Philippum
Deciū, nō veterem actionē tunc exerceri, ſed aliam, nēpe vtilē ex empto,
minimè ſequēdum puto: neq; in illius improbatione multū laborandū erit,
cùm apertiſsimè reſpōderit I. C. [q] quis cū quo, & ad quid agat eo caſu, quā-
do creditori eſt ablatū pretiū, videlicet quòd creditor cū debitore agat, &
debitū perſequatur. Quibus verbis, tā clarè deſcripta priſtina actio perſo-
nalis ex obligatione principali, cui hypoca acceſſerat, ſed inutilis, quia rei
alienæ, vt nō poſsit alijs verbis clarius exprimi aut deſignari. Sed & pigno
raticiā cōtrariam actionē eo caſu dari, ex alio reſpōſo [r] manifeſtū eſt. Mul-
tumq; diuerſa eſt ab hac illa facti ſpecies, in qua poſt euictionē vēditi pi-
gnoris, ex empto agit cōtra debitorē, vel ipſe creditor, ſi in ſolutū accepe-
rit pign [s], & ſic quodāmodo emerit [ſ]: vel emptor ſi ab apparitore emerit iu
dicatū exequēte, & ex pretio liberat' ſit debitor à creditore [t]. Nā & ſic vide
bitur in effectu emiſſe ab ipſo debitore: quādoquidē vulgo dici ſolet: *Quod factū iudicis reputetur factū partis*, hoc eſt, quod fit à iudice pign' creditori

G addicen-

a l. vendicantem. de euict.
b l. ex qua perſona. de reg. iur.
c l. in creditore. de euict.
d l. Modeſtus. de ſolutio.
e Ang. in d. l. in creditore.
f l. cum ea conditione. de euiction.
g cum Fulgo. in d. l. in creditore.
h l. item liberatur. in princip. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.
i l. reſcriptum. §. ſi aliena. de diſtra. pignor.
k d. §. ſi aliena. & d. l. ſi mandato Titij. §. creditor mandat.
l l. ſi creditor. in 2. reſponſe de ſolutio.
m Fulgo. in d. §. ſi aliena. et in l. mater. C. de rei vendicat.
n d. §. ſi aliena. in fi. in verb. arbitror interim quid ratio.
o l. qui res. §. aream. de ſolutio.
p Auth. Neguſanti. contra Riuium & Decium. in 1. membro. 6. partis ſui tractatus. de pig. verſic. fine num. 42.
q in fi. d. §. ſi aliena.
r l. ſi pignore. §. ſi creditor cum venderet. & ibi Caſtrenſ. de pig. act.
ſ l. eleganter. in princip. de pig. act.
t l. ſi plus. §. 1. de euict.

ditorem feſellerit. Qui verò vendit duobus eandem rem, † falſi crimine te 4
netur [a]: & ob id quidem acerbius (ſi Guilhelmo antiquo interpreti credi-
mus [b]) quia magis fallit, & grauiore præiudicio alterum emptorem affi-
cit, cui ſcilicet rem non tradit [c]: cùm venditio tendat ad tranſlationem
dominij, quod apud duos inſolidum eſſe non poteſt [d]. At in pignore de-
ceptus † creditor, obligationem perſonalem habet ſaluam: & non rarò pi- 5
gnus in ſolidum pluribus obligari poteſt. Quæ ratio diuerſitatis, quam-
uis non ſatis probetur Bartholo, qui alias ſuas ſupponit [e]: ſunt [f] tamen qui
aduerſus eum Guilhelmi rationem magis probent. Quamuis enim non ſit
ex ſubſtantia venditionis, quòd in emptorem tranſeat dominium: manife-
ſtum tamen eſt, quod hoc ſpectant & intendunt, quicunque emunt & ven-
dunt. Quòd autem Iuriſconſultus, de crimine ſtellionatus agens, [g] memi-
nerit & permutationis, & dationis in ſolutum (quæ magis requirunt domi
nij tranſlationem, vt quicquam actum cenſeatur [h]:) id feciſſe creditur, non
quòd hoc crimen committatur, ſi bis eadem res diuerſis in ſolutum detur,
vel bis permutetur, (quod nec fieri poteſt cōmodè, cū hæc habeant nomen
ab executione facti: licet conueniri poſsit cū pluribus de permutando aut
in ſolutum dando) ſed quòd ſic potius cōmittatur hoc crimen, ſi res prius
obligata, eo celato, permutetur cū alio: vel in ſolutū ei detur tanq; libera.

Porrò ſi quis omnem criminis ſuſpicionem euitare ſtudeat, prædicet
non de ea tantùm obligatione priore, quam conſtat eſſe contractam, ve-
rùm etiam eas de quibus dubitat an ſint contractæ. Sicut qui prædia ven-
dunt, prædicunt de ſeruitute aliqua, non ſemper animo excipiendi illam,
ſed quia verētur ne ex empto teneantur, mentione illius nō facta, ſi quādo
fortè emerſerit ſeruitutē illam deberi [i]. Cùm autem prædicitur ſecundo
creditori, rem alij prius obligatam eſſe, † tunc videtur poſterior obligatio 6
in id tantùm contracta, quod priorē excedit: etiā ſi ſimpliciter ſecundo ob-
ligata ſit, ſed liberata res à primo debito, in ſolidū obligatur ſecundo: etiā
ſi expreſsim in id tantùm quod excedit obligata ſit, & ſic aliud verba ſonēt.
Plenius autem haberi hæc poterunt ex alio quodam Martiani reſponſo [k], ſi
illi congruam interpretationem adaptauerimus: *Si duo* (inquit) *pariter de
hypotheca paciſcantur.*) *pariter*, hoc Accurſius retulit ad tempus: videlicet,
† ſi ſimul & eodem temporis momento fuerint pacti. Quæ interpretatio, 7
quamuis nōnullis parū probetur, quaſi nō ſatis congruens diſtinctioni quæ
ſequitur, de obligatione hypothecæ pluribus facta, vel ſimul vel ſeparatim:
ea tamē improbatio nō magni effectus eſt, cùm id nō ſit infrequēs in Iuriſ-
cōſultorū reſpōſis, quòd excedāt terminos ꝓpoſitæ quæſtionis ad deciſio-
nē, diſtinctione aliqua adhibita, pleniorē & perfectiorē. Intelligēda quoq;
eſt hæc quæſtio, de pariformi hypothecæ obligatione pluribus facta: nēpe
vt vtriq; purè vel ſub eadē cōditione & vtriq; tota res obligata ſit: nō verò
ſic, vt vni purè, alteri ſub cōditione: vni tota res, alteri pars rei obligata ſit.

Vtrumq; pro quātitate debiti.) Non eodem modo omnes hæc verba intel
ligunt: in quorū interpretatione variat Accurſ. qui tamē hoc magis exiſti-
maſſe videtur, qđ his verbis voluerit ſignificare Iuriſconſultus, obligatio-
nem totius rei in ſolidū: eumq; ſequitur apertè Bart.[l] ſed nō eſt veriſimile,
quod apertiſsimis verbis dici ſic poterat, *Vtriq; in ſolidum obligari.* (quibus
in hoc ipſo. §. Iuriſconſultus etiā vſus eſt) quòd illud ſic voluiſſet I. C. di-
cendi peritiſsimus, intelligere verbis tam obſcuris, vt ex illis hoc ſignifica
ri non poſſet neq; inferri. Ex eo enim quòd res pro toto debito, ſiue tota
quantitate debiti obligata ſit, non rectè inferes quòd etiā in ſolidum ſit ob-
ligata. ſemper enim, quando non conuenit expreſsè vt pro parte ſit obli-
gata,

a *l. qui duobus. ad legem Corn. de falſis.*
b *in d. l. ſi quis in pignore. §. vlt. quē ibi refert Bar.*
c *l. quoties. C. de rei vēdic.*
d *l. ſi vt certo. §. ſi duobus. commodat.*
e *in d. l. ſi quis in pignore. §. vlt.*
f *Salic. & Fulgo. ibi.*
g *in d. l. 3. verſic. maximè. de crim. ſtellion.*
h *l. j. verſic. ideoq; Pedius. de rerū permut. l. libera. C. de ſentent.*
i *l. ſi in vēditione. circa ſi. cōmun. prædi. l. fundum mihi cum vēderes. & ibi Caſtrē. de act. empt.*
k l. ſi fundus. §. ſi duo pariter. hoc titulo.
l *in princip. d. §. ſi duo pariter.*

gata [a], cenſetur obligata pro toto debito, etiam ſi verba magis ſonent in partem, veluti in reſiduum debiti [b]. Sed nec ſatis conuenit hæc interpretatio alteri parti quæſtionis quæ ſequitur, *An pro partibus dimidijs.*) quæ præſupponit, quòd omnino pro parte & non inſolidum, res ſit vtrique obligata: ac quod de modo conſtituendarum partium ſit quæſtio. An ſcilicet viriles erũt partes & æquales in pignore, etiam ſi vni plus quàm alteri debeatur: An verò pro quantitate debiti vtriuſque cenſeatur res obligata, & ex maiore parte ei cui plus debetur: & hoc verius eſſe reſponſum eſt [c]. Aliter ſanè quàm vbi expreſſè conuenit, vt duobus res eſſet pro partibus obligata, ibi enim dimidiam partem poſſeſsionis.i.poſſeſsi pignoris apprehendent ſinguli [d], quia partis appellatione venit dimidia [e]. At hic nulla partium mentione facta in conſtituenda hypotheca, ſolo creditorũ concurſu, dum ijs ſimul obligatur vna eademq; res, fiunt partes quatenus cõcurrũt & pro quãtitate debiti vtriuſq;. Nam etiam ſi ex interuallo res eſſet eis obligata, & creditor ſecundus certior factus prioris obligationis, cenſeretur ei res obligata in id ſolum, quod prioris creditoris obligationẽ excedit [f]. Quando autem in diſparem quantitatem res ſimul obligatur duobus, neuter hic ignorare poteſt, in quam ſummam alteri res ſit obligata. neceſſe eſt ergo quòd vtrique intelligatur obligata in id quod alterius obligationem excedit: & ſic pro rata debiti vtriuſq;. Adde & quod cæteris paribus hoc ſeruatur in duabus perſonis quod in vna, & è diuerſo [g]: Sed in vna perſona conſtat hoc ſeruari, quòd ſi cui eodem tempore eadẽ pignora obligentur duobus cõtractibus, (veluti in centum ex empto, & in quinquaginta ex locato, vel alia cauſa) cenſentur pro modo cuiuſq; pecuniæ obligata: & ſi fuerint diſtracta à creditore, debebit preciũ pro modo cuiuſq; pecuniæ acceptum ferre [h]. Idem ergo dicendũ erit, ſi eodem tempore duobus creditoribus obligẽtur in diſparem quantitatẽ. Quin etiam lex ipſa, quæ ex eodem facto rẽ aliquã duobus creditoribus ſtatuit eodem tempore obligari: huius ſuæ tacitæ obligationis ſimilem omnino modũ ponit. veluti, ſi ex duorũ pupillorum pecunijs diſparis quantitatis debitor prædiũ cõparauerit, hoc eis obligatũ erit pro his portionibus, quæ in pretiũ rei fuerint expenſæ [i]. Ad eandẽ ergo normã interpretabimur pignorũ cõuẽtionẽ dubiã, quã lex ipſa ſtatuit, & ſequitur in ſuis pignoribus, hoc eſt, tacitè & citra cõuentionẽ cõtractis.

Sed vterq; ſi cum poſſeſſore agat.) Cur hic ſeparatim de actione quæritur?
8 nonne quòd effectus conformat ſe ſuæ cauſæ? † ita vt ſi inſolidum res ſit obligata inſolidum quoq; agatur, ſi verò pro parte, de parte tantùm? Equidem ita crediderim & hoc illud eſſe quod hic Iuriſcõſultus velit, argumentum ducens ab obligatione ad actionem, ita ait, *An de toto quaſi vtriq; inſolidum res obligata ſit.*) Sed videri quoq; poſſet, quoad tertium poſſeſſorẽ pignoris, cenſeri obligatã eſſe rem vtriq; creditori inſolidũ, vt verè quoq; eſt inſolidum obligata vni, dimiſſo altero [l]: atq; ita has partes obligationis hypothecæ, quas creditores cõcurſu faciunt, magis conſiſtere inter ipſos creditores. videlicet, ſi alter alterius actionem inſolidum inſtitutam impedire vellet, & concurreret, quàm reſpectu tertij poſſeſſoris rei obligatæ.

Quod erit dicendum.) Nempe quod vterq; de toto agat, cùm ſit vtriq; inſolidum res obligata. Sed quem exitum habere poterunt hæc iudicia, quibus vtraque contendit aduocare poſſeſsionem [m], quæ ſimul apud duos pluréſve eſſe non poteſt [n]? An hic prius vincenti tradetur pignorum poſſeſſio, accepta cautione, de defendendo poſſeſſore aduerſus alterum? Certè eam cautionem hic nõ præſtari volunt [o], quamuis ita ſeruetur in iudicio rei vendicationis, à duobus velut dominis cõtra eundẽ poſſeſſorẽ inſtituto.

a Sicut in l. res hypothecæ. hoc tit.
b l. vlt. in quib. cauſis pig. vel hypo. tacit.
c in d. §. ſi duo pariter.
d l. ſi debitor. in fi. hoc tit.
e l. nomẽ filiarũ. §. portionis. de verbo. ſignifi.
f l. & quæ nondum. §. qui res ſuas. hoc tit.
g cũ Fulgoſ. in hoc. §. ſi duo pariter.
h l. ſingularia. ſi cert. peta.
i l. pupilli debitor. §. ſi in tempore. de ſolutio.
k l. idemq;. verſic. quare ſi duorum pupillorum. qui potio. in pig.
l d. §. qui res ſuas. verſic. & ſolida res ineſſe conuentioni cũ à primo creditore fuerit liberata.
m l. ſi cũ vẽditor. de euict.
n l. 3. §. ex contrario. de acquir. poſſ.
o Bart. & Fulgo. & alij in hoc. §. ſi duo pariter.

Non enim poteſt res in dominio vtriuſq; in ſolidum eſſe [a]. At in pignore
poteſt res verè duobus eſſe obligata: atque ita iniquum eſſet creditori, qui
prior litē vicit, in relaxanda poſſeſsione ſui pignoris, fieri aliquam difficul-
tatem præſtandæ cautionis. quandoquidem etiam ſi alter probet rem ſibi
in ſolidum eſſe obligatam, ex eo tamen non ſequitur, quòd non fuerit in ſo
lidum obligata priori. Quare quemadmodum in noxalibus actionibus [b],
ſic & in iſtis hypothecarijs † melior erit conditio occupantis: & qui prior 9
ad ſententiam peruenerit, cuius virtute cum traditam habebit poſſeſsio-
nem, potior erit altero, vel hoc ſolo quia poſsidet [c].

Sed ſi ſimul illi & illi.) Hic ſufficit nō eſſe dictū quicquam, an inſolidum,
an pro parte obligetur vnicuiq; res, vt cenſeatur pro parte obligata: † vtri- 10
que autē inſolidum non obligabitur res, niſi expreſsè hoc actum ſit [d]. At in
quies, ſi eadem res ſimul legetur duobus, intelligitur vtriq; inſolidum le-
gata [e]: quare ergo non æquē vtriq; inſolidum obligata? cùm ſimul vtrique
obligatur, quaſi hoc tacitè ſemper agi putetur. Hanc obiectionem mouit
Accurſius [f], quæ nos facile traheret ad prolixiorem diſputationē coniun-
ctorum in legatis, videlicet qualis ſit coniunctio in hac ſpecie, *Illi & illi
hunc fundum lego.*) † quod cōtrouerſum eſt, opinantibus nonnullis [g], ſolis 11
verbis eſſe cōiunctos, & re diſiunctos: quaſi copula (&) diuiſionē faciat [h].
perinde atq; ſi partium mentio facta eſſet in genere, & addidiſſet teſtator
Ex æquis partibus [i].) quo caſu re diſiunctos eſſe nemo negaret [k]. Cui opinio
ni adhærens hic Bart. dixit inter legata & pignora nō eſſe diſcrimen, cæte
ris paribus. Nam ſi vtriq; ſeparatim ſit obligata vel legata res, intelligi inſo
lidum vtriq; legatam aut obligatam: ſi verò ſimul, iam pro parte vtrique,
hoc ſolo ſeruato diſcrimine (vt alij addunt [l]) quod legato ſeparatim fa-
cto, adhuc legatarij partes ſibi faciant concurſu [m]. In pignoribus ve-
rò præfertur in totum qui vel minimo tempore eſt prior. Alij verò [n], quo
rum opinio & numero & pondere rationum præualet, arbitrantur in iam
dicta legati ſpecie, legatarios & re & verbis eſſe coniunctos: ad ſolidum
legatum vtroque ſuo iure vocato. ita vt repudiante altero, nihil con-
ſequatur ex iure accreſcendi, ſed ſuum retineat ex iure non decreſcen-
di. Quam quidem opinionem ſequentibus, quærenda eſt aliqua ratio di-
uerſitatis inter legata & pignora: & hanc videtur optimè deſignaſſe Ac-
curſius [o], ſi paululum iuuetur: videlicet, quòd non ſtatim cum legatur in
teſtamento aut codicillis, ius quæſitum ſit legatario: cùm omnia & diuer-
ſo tempore ſcripta, vno tempore, ſcilicet mortis teſtatoris, vires ca-
piant [p]. & ne tunc quidem ſtatim, ſed demum acceptato legato, quod re-
pudiatum videtur retro nunquam acquiſitum [q]. Sed hypotheca, quia
per conuentionem contrahitur, præſentem ſemper habet conſenſum
duorum, creditoris & debitoris: & mox conuentione abſoluta, cenſetur
conſtituta hypotheca. † Quare ſi duobus ſimul conſtituatur, neceſſe eſt 12
hic ilicò cenſeri factas eſſe partes, quæ in legato longo poſt tempore fiunt,
dum ſcilicet concurrunt ad petendum legatum: & ſi non concurrant, ſed
alter legatum repudiet, nunquam fient partes. eaque ipſa eſt ratio, cur re
obligata duobus ſeparatim, præferetur in totum qui tempore prior eſt:
Nam mox conuentione pignoris abſoluta, quæſitum fuit ei ius hypothe-
cæ, quod ſolius debitoris voluntate, non potuit ei auferri nec alij commu-
nicari. Sunt autem & alij modi concurrendi in hypothecis, etiam ex con
uentionibus ſeparatis, & longo interuallo factis: videlicet, cum earū con
ditio vno eodemque tempore purificatur. vt ſi quis vni omnia quæ habet
& quæ habiturus eſt: alij autem, fundum aliquem cum in ſuum dominium
peruene-

a l. ſi vt certo loco. §. ſi duobus. commod.
b l. ſi quis à multis. de nox. actione.
c l. ſi debitor res ſuas duobus. hoc tit.
d Salice. hic.
e §. ſi eadem res. Inſtit. de legat.
f in glo. verb. pro parte.
g Bar. hic. Cy. in l. vnic. §. vbi autem. C. de caducis tollen.
h l. reos. §. cum in tabulis. de duobus reis.
i l. legata inutiliter. §. vlt. de legat. j. l. cui fundus. de cōdit. & demonſtr.
k l. re coniuncti. verſic. itē verbis non etiam re. de lega. 3.
l Fulgo. hic.
m l. ſi forti dianū. C. de lega.
n Accur. hic. Caſtrē. in l. ſi plurib. de lega. j. Salic. in l. vnica. §. ſin aūt diſiunctim. C. de cadu. toll. Iaſ. in l. planè. §. ſi coniunctim. de lega. j. Alciat. in l. triplici. ad verb. videātur. de verbo. ſignifi.
o In gl. ad verb. pro parte.
p l. 2. de teſta. tute.
q l. j. §. verum autem. ſi quid in fraudem patr. factum ſit.

peruenerit, obligauerit[a]. Et conuentione quoque, non quidem conſti-
13 tutæ hypothecæ, ſed pro parte in alium † tranſlatæ eique communicatæ:
vt ſi quis inſulam quam locauerat vendens pactus ſit, prioris anni penſio-
nem ſibi, ſequentium annorum emptori ceſſuram: & ius pignorum vtrin-
que conſecuturum[b]. dubitari hic poſſet, quatenus emptori ex hac tranſ-
latitia conuentione pignora ceſſura ſint. An pro parte debiti vtriuſque,
vt minus habeat in pignoribus venditor, cui vnius tantùm anni ſeruata
eſt penſio, quàm emptor qui plurium annorum penſiones habet. An pro
partibus dimidijs cedent eis pignora, vt ſuperius eſt diſputatum. Sed hic
neutrum placuit, imo potius omnium pignorum ius pertinere inſolidum
ad venditorem, quatenus exigit vnius anni penſio: & ſi quid adhuc ſu-
perſit penſione illa perſoluta, id ad emptoris ſpectabit ſecuritatem. Du-
biam enim conuentionem ſuper pignoribus, interpretamur ex aperta
conuentione ſuper principali debito penſionum ab inquilino debita-
rum: quæ non numero tantùm, ſed & ordine annorum fuerunt diſtinctæ.
Sicut ergo primi anni penſio venditori eſt ſeruata, ſic quoque eodem
ordine prima ſit eius cauſa in pignoribus: & quod ſupereſt tantùm, id
habeat emptor, qui ſequentium annorum penſiones habet, ſequaturq́; in
pignore, ſicut ſequitur in ordine penſionum.

a l.idem§.§.ſi tibi. qui pot. in pigno.

b l.inſulã tibi vẽdi di. qui pot.ĩ pig.

DE PACTIS PIGNORVM ET HYPOTHECARVM.

SVMMARIA.

1 *Pacta pignorum quadruplicis generis.*
2 *Pacta executiua quæ ſiunt de poſſeſſione rei obligatæ authoritate propria.*
3 *Creditorẽ poſſe pignus ex pacto ſua authoritate debitori auferre.*
4 *Mancipium venditum cum pacto iniectionis manuum, an poßit abduci renitente emptore.*
5 *An vidua defuncti mariti ſui bona pro dote tanq; pignora poßideat.*
6 *Pacta circa venditionem pignorum varia.*
7 *Pacta de vendendo pignore, ex interuallo poſſe interponi.*
8 *Creditor contra pacta venditionis faciens, an furti teneatur.*
9 *Pactum in rem tranſit ad quemcunq; ſucceſſorem, non autem pactum in perſonam.*
10 *Creditor cenſetur procurator debitoris, in vendẽdo pignore.*
11 *Quando pignus vendendum, æſtimatur ex conditione quæ in conuentione eſt adiecta.*
12 *Conditio, ni* ſua quaque die pecunia ſoluta eſſet, *an eadem ſit cum hac,* Si qua pecunia die ſua ſoluta non erit: *& quis effectus harũ conditionum.*
13 *Stipulatio* Annua bima trima die dari, *vna ne ſit an plures, inter veteres dubitatum fuit.*
14 *Mora & factum creditoris nõ accipientis debitum, impedit alienationem pignoris.*
15 *Pignus à creditore vendi ex conuentione poteſt, ſed non debet, niſi forma conceptæ obligationis id requirat.*
16 *Pactum, ne liceat pignus vendere vel hypothecam, an ſeruari debeat.*
17 *Pandectæ Florentinæ Piſis olim fuerunt, eas conſuluit in dubia lectione Bartholus.*
18 *Saliceti diſtinctio probata Mudæo circa reſponſum Marcelli in.§.quæritur. l.ſi creditor. de diſtr.pig.*
19 *Nouo iure excutitur prius debitor, fideiuſſor mandatorq́; ac ſponſor, antequam pignorum poſſeſſores conueniantur.*
20 *Pactum de ingredienda poſſeſſione pignoris, an ſine iudice poßit exerceri.*
21 *Pactum in venditione adiectum, ne res creditoribus emptoris obligetur, aut ne cui obligetur quàm vni creditorum, an iure ſubſiſtat.*
22 *Pactum à creditore in vendendo pignore appoſitum, vt refuſo pretio recipere rem liceat, quid operetur.*
23 *Ex pacto, vt refuſo pretio res reſtituatur, à creditore in pignoris venditione appoſito, an actio detur debitori ſeu domino pignoris ſine ceßione.*
24 *Vlpianus quadruplicem actionem dat debitori, ad pignus recuperandum.*
25 *Rei vendicatio non concurrit cum perſonali actione, niſi aduerſus furem.*
26 *Ex pacto de reuendendo, an res redeat ipſo iure, ita vt rei vendicatio cõpetere poßit, an verò ſola perſonalis actio detur.*
27 *Ex pacto de reuendendo, res reſtituta manet eiuſdem naturæ cuius ante fuerat, patrimonialis vel hereditaria ſcilicet. &c.*
28 *Actio præſcriptis verbis, an cum rei vendicatione concurrat.*
29 *Ex pacto in bonæ fidei contractu appoſito, an duplex actio naſcatur, præſcriptis verbis ſcilicet & ex contractu.*
30 *Pactum, ſi meliorem conditionem attulerit quis, quid efficiat.*
31 *Creditor vendendo pignus & cauendo de euictione, ſi duplam promittat, grauat debitorem.* 38.
32 *Creditor vendens pignus de euictione nõ tenetur, niſi cauerit promiſeritue: ſed pignus ſibi obligatũ eſſe, & creditorem ſe eſſe præſtare tenetur, atque etiam cæteris creditoribus potiorem.*
33 *Creditor fraudem committens circa venditionem, de euictione tenetur.*

34 *Creditor ipſe non poteſt euincere pignus venditum.*
35 *Vendicare quis nõ poteſt quod alienatum eſt ab eo in cuius hæreditatẽ ſucceſsit.*
36 *Re aliena pignori data & vendita, tenetur debitor vel emptori, vel domino, vel ipſi creditori.*
37 *Phil. Decij ratio improbata.*
38 *Creditor vendens pignus, & contra morem regionis promittens duplum in cautione de euictione, non grauat debitorem.*
39 *Creditor ſi euincatur pignus venditũ ſemper conſequitur debitũ, ſed an etiam vſuras? & quid ſi excedant duplum quod ob euictionem promiſit.*
40 *Vſuræ ſi excedant duplum ob euictionem à creditore promiſſum, nõ cedunt creditori, authore Accur.*
41 *Ratio boni & æqui eandem poſtulat proportionẽ in toto & in parte.*
42 *Simplo reſtituto ex cauſa euictionis agit quidem creditor ad vſuras, ſed repellitur exceptione ex bono & æquo.*
43 *Creditor vendens pignus cũ dilatione pretij ſoluendi, facit id vel cum onere ſuo vel creditoris.*
44 *Debitor inuitus non mutat ſuum debitorem actionis pigneratitiæ.*
45 *Creditor debitori mandat actionem ad ſuperfluum pretij, ex vendito pignore prouenientis ſuo periculo.*
46 *Pacta de fructibus pignorũ fiunt dupliciter, vel vt cum debito compenſentur, vel cum vſuris.*
47 *Accurſius à Budæo notatus.*
48 *Quid antichreſis Iuriſconſultis appelletur, pro quo vulgò perperàm lectum eſt antiphonam.*
49 *An retineatur poſſeſsio pignoris donec ſoluta ſit pecunia, quãdo conuentũ fuit vt certo tempore fructus pignoris in cõpenſationẽ debiti cederent.*
50 *Alciati ſententia probata Budæo.*
51 *Creditor poſsidens pignus, non releuatur ab onere ſatiſdandi, quaſi immobilia poſsideat.*
52 *Facultati redimendi rem reſtituto pretio, an præſcribatur triginta annis.*
53 *Prædium an poſsidendum dari poſsit loco reditus annui quoad ſors ſoluatur.*
54 *Gageria quid ſit in conſtitutione Innocentij, eaq; à Budæo explicata.*
55 *Gener non tenetur ad computandum in ſortem dotis fructus poſſeſsionum.*
56 *Debitor vtens gratuita pecunia, an poſsit creditor de fructibus rei pignoratæ vſuras ad modum legitimum retinere.*
57 *Diſpar ratio vſurarũ in mutuo & in depoſito.*
58 *Vſuræ pacto nudo promiſſæ, debentur in pignorib.*
59 *Pignus ſimpliciter cõſtitutũ, nõ in pecuniã tãtũ principalẽ vel ſortẽ, ſed etiã in vſuras cenſetur datũ.*
60 *Pignoris & ſolutæ pecuniæ, an eadem ſit ratio quo ad vſuras per retentionem conſequendas.*
61 *Quomodo vſuræ poſsint deberi ex gratuita pecunia ſine ſtipulatione & pacto.*
62 *Error communis omnium interpretum.*
63 *Ratione incertitudinis & dubij euẽtus, ſuſtinẽtur quadã pacta, quæ alioqui vſuraria viderentur.*
64 *Dolo adſcribendum eſt, ſi quis nolit perſequi exigere, aut percipere quod poteſt.*

QVAMVIS hæc pacta tam ſint varia, vt in ordinem aliquẽ redigi, aut
certis regulis cõprehendi vix poſsint, in vſu tamen frequentiore inue
niũtur † quadruplicis generis: videlicet, Super occupatione hypothecarũ 1
authoritate propria, Super venditione rerũ obligatarum, vel ſola cõuen-
tione, vel traditione: idq; multum adhuc variè: Super fructibus pignorum:
Ac deniq; De acquirendo eorum dominio. De luitione verò non addo,
propterea quòd ſi de illa paciſci contingat, id præcipuè fit aut fructuum gra
tia, aut dominij ipſius rei pignoratæ. Primi generis pacta vocam' † execu 2
tiua, nempe de poſſeſsione rei obligatæ apprehendenda authoritate pro-
pria: quod præberet actio hypothecaria, eiuſq; ſententia ritè executa. Non
poteſt autem creditor citra conuentionem vel præſidalem iuſsionem, de-
biti cauſa res debitoris ſuo arbitrio auferre [a]. † Sed quando ita conuentum 3
eſt, tunc poteſt creditor legem conuentionis exercere, ingrediendo poſ-
ſeſsionem authoritate propria [b]. Neque dicetur vim facere, (quæ alioqui
cenſeretur committi [c]) neq; clam poſſeſsionem [d] ingreſſus. Sed non impu
nè exercebitur latius, quàm forma conuentionis permittat. Ita vt ſi de ſolo
ingreſſu, primaq; apprehenſione poſſeſsionis conuẽtum ſit, non poſsit cre
ditor in vera poſſeſsione perſiſtere abſque iudicis authoritate [e]. quod ta-
men licebit, ſi ita conuentum ſit, quòd poſsit creditor fundum obliga-
tum ingredi, poſsidere, & poſſeſsionem retinere. Sed neque in ſolis pi-
gnoribus hæc pacta recepta ſunt, verùm etiam in alijs: nam vendi po-
teſt † mancipium cum pacto iniectionis manuum, vt liceat abducere, ſi con 4
tra legem venditionis fiat [f]. Poteritque exerceri hoc pactum contradi-
cente debitore: ſed non ita vt ad vim res veniat, ſi de facto debitor reſi-
ſtat, ne occaſio ſit maioris tumultus, ſi priuatæ perſonæ concedatur quod
per magiſtratum publicè fieri deberet [g], niſi fortè creditor haberet hy-
pothecæ poſſeſsionem, velut fortè ex clauſula conſtituti [h]. ſic vt non
admiſſus ad ingreſſum poſſeſsionis cenſeretur ſpoliari, illi enim ſpo-
lio poſ-

a *l. pen. C. de pig. act.*
b l. 3. C. de pigno.
c *l. ſi ex ſtipulatione. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.*
d *Bar. & Salic. in d. l. 3. C. de pignor.*
e *Bart. in ead. l. 3.*
f *l. Titius. de ſeruis exportan.*
g *l. non eſt ſingulis. de reg. iuris.*
h *l. quod meo. de acq. poſſ.*

lio poſſet in tempore occurrere & vi reſiſtere. Quòd autem quidam[a] retulit Sozinum[b] in ea eſſe ſententia, quòd creditor ingrediens poſſeſsioné pignoris, non aliter iuuari poſſet ex huiuſmodi pacto, quàm ſi exprimat ſe vti velle facultate hac ſibi à debitore cóceſſa: nó poſſum ex verbis Sozini colligere, quòd dubitauerit de animo ingredientis poſſeſsionem, ſi modò cóſtet, quòd hoc pacto munitus verè apprehéderit poſſeſsioné. Nam quis dubitet interpretationé ſic eſſe faciendá, vt id iure pacti potius, quàm per iniuriá feciſſe putetur[c]. ſed hoc potius voluit, quòd quádo quis prius in detentione rerũ fuit, ſic tamen vt verè non poſsideret, vtputa iure familiaritatis[d], ſicut vxor cum marito: tunc non facilè præſumi, quòd cœperit poſtea verè poſsidere, & illius qualis qualis poſſeſsionis, præcedentis cauſam ſibi mutare, detentionemq́; in veram poſſeſsioné conuertere, niſi id verbis vel factis teſtatũ vel declaratum ſit. Diſputat enim Sozinus de vidua quadam,
5 † an ſui mariti defuncti bona pro dote tanquam pignora verè poſsideret, nec ne: cum animum veræ poſſeſsionis à morte mariti non declaraſſet, neque tunc aliter tenere illa cœpiſſet cum hæredibus mariti, quàm ſolebat prius vxor cum marito tenere.

6 Secundi generis † pacta circa venditioné pignorum varia ſunt: Quædá enim ſunt de vendendo, quid ſcilicet in ea parte poſsit debeátve creditor, & quid non poſsit debitor. Alia ſunt pacta ipſius venditionis à creditore factæ, & rurſus varia: videlicet, vel ad commodum debitoris, vel vtriuſq;:
7 ad grauamen debitoris, vel vtriuſq;. † Conueniri autem poteſt de pignore vendendo, non ſolùm in ipſo contractu dati pignoris, aut contractæ hypothecæ, verùm etiam poſtea[e]. Quid enim refert quando conuenerit, cùm etiam ſi nihil conueniſſet, vendi tamen poſſet: imo etiam ſi conueniſſet, ne vendere liceat; ineſt enim tacita conditio, ſi ſoluatur[f]. Diligen-
8 ter tamen tenenda eſt forma conuentionis de vendendo præſcripta, ne † furti obligetur creditor: ſi vel in ſumma, vel in conditione, vel loco, vel ex alia aliqua parte contra conuentionem fecerit[g]. ſi tamen poſſet creditor emptorem inuenire, conuentis modis[h], aut non inuento, non denunciauerit ter debitori, antequam vendat aliter, quàm eſt conuentum. Circa formam autem conuentionis, potiſsimum erit ſpectandum, cui, quo modo, & quando permiſſum ſit vendere pignus: & ſi quidem concepta ſit
9 † in rem pactio[i], veluti hoc modo, Si non ſoluatur ad diem pecunia, pignus vendi poſſe: continebuntur omnes ſucceſſores, ad quoſcunq; tranſit obligatio principalis cum hypotheca. Si verò in perſonam dumtaxat creditoris (id eſt, ſolius creditoris, vt ipſe vendere poſſet, mentione facta & aliorum omnium omiſſa) continebitur adhuc indubiè hæres eius: nam quiſque præſumitur non ſibi ſoli, ſed & hæredi ſuo ſtipulari & paciſci[k]. Si verò cum omnium aliorum excluſione conuenerit, vt ſoli creditori vendere liceret, iam difficilius dixeris de hærede eius, an adhuc incluſus ſit; ſic enim excludi hæredem per dictionem taxatiuam alicubi traditum eſt[l]. Alijs verò[m] videtur hæredem non excludi. Certè hoc conſtat, quòd etiam ſi dicas, hoc pactum tam reſtrictum non porrigi ad hæredem creditoris, is tamen facultatem vendendi habebit, qualem creditor non facta conuentione de vendendo, habuiſſet[n]: nempe ſi in ſolutione ceſſauerit debitor, & creditor ei denunciauerit, aut ſaltem quemadmodum poſſet ipſe creditor, ſi conueniſſet, ne vendere liceat, videlicet ter denunciando debitori.

Quomodo vendat, plerunq; caueri ſolet in pactione: idq; obſeruari debebit, ſiue de tempore, ſiue de loco, ſiue quid aliud fuerit præſcriptum[o]. Nam

a *Ant. Meguſa. in tract. de pign. & hypo. in 4. parte princip. nu. 27. verſ. quintadecima & vltima concluſio.*
b *Conſil. ſuo. 131. volu. 5.*
c *arg. l. merito. pro ſocio. et l. apud Labeonẽ. §. ſi communem. de iniurijs.*
d *l. qui iure familiaritatis. de acquir. poſſ.*
e l. ſi cõuenerit. j. de pig. act.
f *Alberi. Bal. & Fulgo. in d. l. ſi conuenerit. arg. l. quero. §. inter locatorẽ. locati. & l. qui Romæ. §. coheredes. de verb. obli.*
g l. idemque iuris. de pig. act.
h *Fulgo. ibi.*
i l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. de pig. act.
k *l. ſi pactum. de probat.*
l *in l. nõ ſolũ tale. de libera legat. & Bar. in l. ſi ſic ſtipulatus. 2. & ibi Angel. de verbo. oblig. & idẽ in l. qui in furtum. §. j. de pactis.*
m *Iaſ. in l. 2. §. itẽ ſi in facto. de verbo. oblig. Bart. Lud. Rom. Pau. Caſtr. in l. ſtipulatio iſta habere licere. in prin. eo. tit. Phil. Decius in l. hæredẽm. de reg. iur.*
n *Fulgo. in d. §. de vẽdẽdo.*
o *l. vlt. §. ſancimus itaq; C. de iure do. impet.*

a l. ſi pignori. in fin. famil. erciſc.
b l. diligenter. mandat.
c Bart. ad l. Titio. §. vlt. ad municip. Pau. Caſt. in d. l. ſi conuenerit. 7. de pig. act. glo. in l. creditor. 2. ad verb. teſtato. C. de diſtrax. pig.

Nam in vendendo pignore † creditor eſt procurator debitoris [a]: fines au- 10
rem mandati diligẽter ſeruandi ſunt [b]. Itaq; ſi conuenerit vt creditor abſq;
vlla denunciatione vendat, & nõ auctione publica, ſed priuatim, valebit
conuentio [c]: Ita tamen, vt ſi per ſordes aut gratiam abijciatur res, eamq́ue
creditor alicui amico addicat minore pretio quàm oportuerat, teneatur
etiam emptor debitori, ſi fortè fraudis ſit particeps, & non ſit ſoluendo cre
ditor, qui ſic rem abiecit.

† Quando autem vendi poſsit, indicabit ſemper ipſa cõditio, quæ in con- 11
uentione eſt, veluti plerunq; iſta, *ſi ad diem non ſoluatur pecunia*: Sed diffi-
cultatem facit diſtributio temporum, quibus quid dari debeat, qua in re Iu
riſconſultus [d] diſtinguit ſeparatq; conuentionum formulas, veluti, ſi credi
tor accepto pignore ſtipulatus ſit triginta annua bima trima die, refert an
pactum de vendendo pignore ſic conceptum ſit, † *Si qua pecunia die ſua ſo-* 12
luta non erit, & tunc clarum eſſet, quòd ſimulatq; vel in prima vel in ſecun-
da præſtatione fuerit ceſſatum, pignus vendi poſſe. An verò ſic, *Niſi ſua*
quaq; die pecunia ſoluta eſſet.) Hoc etiam caſu reſpondit, quòd etiam ſi in pri
mã aut ſecũda penſione ceſſetur, vendi tamen pignus nõ poſſe, antequam
omnium penſionũ dies venerit: & ſi tunc tota pecunia ſimul ſoluatur, ven
di non poſſe. Quod ſanè mirum videri poteſt, nam ſi vel in vno termino
ceſſetur, verum erit non eſſe ſua quaq; die pecuniã ſolutã: quare ergo pu-
rificata conditione, non æquè licet pignus vendere, ſicut ſi purificata con-
ditione diceremus pœnã, ſi qua permiſſa eſſet, cõmiſſam [e]. Torquet hic no
dus multũ Doctorum ingenia, alijs aliud diuinantibus, nec multum fortè à
vero abeſt Fulgoſius [f], qui fatetur hoc pronunciatum eſſe verum, quòd nõ
ſit ſua quaq; die pecunia ſoluta, & ob id quoq; pœnã mox eſſe commiſſam,
quia non eſt locus purgationi moræ, ex qua in nouã obligationem iam cũ
effectu venit quoq; pœna: ſed in hac conuentione vendendi pignoris, pur
gari poſſe moram [g], ex qua nulla alia obligatio priori adnoluitur, nec in
eius locum ſuccedit. Sed cum Iuriſconſultus in diſtinctione formularum
conuentionis, non fundet ſe in purgatione moræ, ſed in ipſis verbis con-
ceptæ conditionis [h]: propius vero eſſe videtur, ſi dicamus hoc intereſſe in-
ter iam dictas formulas conditionum, quòd in ea quæ priore loco dicta eſt,
duplex ſit diſtributio expreſſa: Primum quidem pecuniæ his verbis, *Si qua*
pecunia: Et deinde temporis, in his verbis, *die ſua*. In altera verò formula
vnica eſt diſtributio expreſſa, nempe temporum. pecuniæ verò diſtribu-
tio non exprimitur in ipſa conditione, imò nec in principali obligatio-
ne, niſi quatenus eam ſecum trahunt hæ dictiones, *Annua bima trima die*.
ita vt accipi debeat, perinde atque ſi in effectu duplex ineſſet conditio:
vel potius vna duarum partium: videlicet niſi tota pecunia inueniatur ter-
tio anno ſoluta, idq́ue tribus præſcriptis penſionibus. Oportebit ergo ex-
pectare tempus quo tota pecunia quæ promiſſa eſt, & ad quam totam re-
fertur indiuiſim conditio, ſoluta eſſe debuit. quod ſi factum ſit, non refert
iam an ſingularum penſionum termini ſeruati ſint, nec ne: quia cum to-
ta obligatio principalis ſopita ſit & extincta, creditor fruſtra ſollici-
tus eſſet de vendendo pignore. Adde, quòd cùm variatum legamus apud
veteres de hac ſtipulatione † *annua bima trima die dari*, vnica eſſet an tres [i], 13
potuit fortaſſe Pomponius, has formulas conuentionum ita diſtinguens,
vt diximus, in ea opinione fuiſſe: quòd non tres eſſent ſtipulationes,
ſed vnica, plurium tamen penſionum, quarum ſubinde meminit. Quem-
admodum alio loco [k] diximus, aliud eſſe penſionem, aliud obligatio-
nem: & ex die penſionis, non rectè inferri diem obligationis, cùm etiam

d In l. ſi neceſſarias. §. ſi annua. de pig. act.

e l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ſi quis caut. l. ſi is qui du cēta. §. cũ ita. de reb. dub.
f in d. §. ſi annua.
g arg. l. ſed & ſi alia die. in fi. verſi. vt illa verba neq; hoc feciſſe. de conſtitu. pecu.
h in d. §. ſi annua. verſic. nec verum eſt. &c.
i l. pluribus. §. de hac ſtipulatione. de verb. oblig.
k ad l. quæſitum. hoc tit. de pignor.

pura

pura obligatio & præſens, habeat nonnunquam diem penſionis ſiue ſo-
lutionis faciendæ. Aut certè id ſpectauit, quod vno orationis ductu con-
ditio referatur ad totam pecuniam, de qua non dices verè, quod in ea
ſoluenda ceſſatum ſit, antequam oportuit eam.i. totam eſſe perſolutam.
quaſi dies non minus quàm conditio debeat in conſideratione eſſe [a]. Præ-
ſertim cum venditio pignoris ſpectet ad executionem negotij, non ad ali-
cuius ſtipulationis commiſsionem [b]. Et hoc forte voluit hic Fulgoſius,
inducens mentionem moræ. Quamuis enim ſe fundet Iuriſconſultus in
ſermonis proprietate, id tamen non erit à mora alienum. quoniam hæc
verba: *Sua quaque die non eſſe ſolutam pecuniam*, habet ſignificationem, qua-
lem hæc verba edicti prætorij: *Non feciſſe reum quod conſtituit*. quæ quam-
uis ad tempus conſtituti pertineant [c], eam tamen ſignificationem habent,
14 ſi neq; in diem in quem conſtituit fecerit, neque poſtea. †Ita vt factū cre-
ditoris nolētis accipere debitū oblatum, vſq; ad tēpus iudicij, ipſi noceat [d].
quod maximè debet obtinere in conuentione vendendi pignoris, cùm e-
tiam ſi debitor paratum ſe dicat ſoluere debitum, examinatum à iudice
quantum ſit, ſi creditor ceſſauerit ad iudicem venire: improba ſit venditio,
ad quam proſilijt [e]: ne ſolutio debiti vnquam ſit ſera, ad impediendam pi-
gnorum alienationem, ſi offeratur priuſquam diſtracta eſſent [f].

Quæ autem hactenus de conuentione vendendi pignoris diximus, re-
15 ferenda ſunt ad † facultatem creditoris, vt poſſit, non vt debeat vendere [g],
poteſt enim illis quæ in fauorem ſuum conuenta ſunt, non vti, vt in multis
ſimilibus legimus [h]. Inter quæ tamē incōſideratius videtur relata [i] ea quoq;
ſpecies, cùm quis vina emens exceperit aliqua, quæ fortaſsis habere ma-
gis expediebat: hæc enim ſi mutato conſilio accipere vellet, id ei non
permitteretur inuito venditore [k]. Nam quid iuuat, ſi exceptionis factæ em
ptorem pœniteat, cùm nihil ſuperſit ei iuris; quo poſt pœnitentiam con-
ſequatur vina ſemel excepta, & quæ non ſunt vendita [l]? Sanè vno caſu co-
gitur creditor vendere pignora, antequam in perſonam agat, videlicet
cum forma conceptæ obligationis requirit excuſſa eſſe pignora, veluti ſi
fideiuſſor acceptus ſit in id quod minus ex pignoribus venditis eſſet re-
dactum [m].

16 Poſtremò ſit aliquando pactum à creditore, † ne liceat debitori hypo-
thecam vendere vel pignus [n], de quo meritò dubites, quid iuris ſit, an nulla
ſit pactio quaſi contra ius poſita [o], præſertim cùm & creditor qui dominus
non eſt, poſsit pignus vendere, licet conuenerit ne vēdat [p]: an potius nulla
17 ſit venditio contra pactionem inita. Et certè † Bartholus multis locis [q] te-
ſtatum reliquit, ſe miſiſſe Piſas, vbi tunc erāt Florentinæ Pandectæ, vt di-
rimeretur contentio orta ſuper reſponſo Marcelli [r], an in eo legi deberet:
Nullam eſſe cōuentionem (quod quibuſdam [s] placuiſſe videtur) an potius: *Nul
lam eſſe venditionem*: ſic vt impediatur dominij tranſlatio, ob pactum cum
eo initum, qui ius habuit in re. Quod pluribus [t] placuiſſe video. Mihi om-
18 niū optimè videtur diſtinxiſſe † Salicetus [u], vtramq; lectionem quadam di
ſtinctione approbans: nimirum, quòd quemadmodum aliis aliquot locis [x],
id quod dicitur, nullam eſſe venditionem aut emptionem: interpretamur
ſubaudito moderamento alicuius reſtrictionis: ſic vt aliquo reſpectu te-
neat venditio, alio reſpectu non teneat: Ita quoque hic interpretabimur,
nullam eſſe conuentionem reſpectu emptoris, in cuius præiudicium con-
uentio non habet vim impediendi tranſlationem dominij rei pignoratæ,
quin tranſeat ad emptorem cum ſuo onere. Et nullam quoque eſſe ven-
ditionem ſcilicet in præiudicium creditoris, hoc eſt, non obſtare eam quo

a argum. l. in illa ſtipula-tione. ſi calēdis. de verb. obligat.
b Fulgo. in d. §. ſi annua. in fin.
c l. ſi duo. §. vlt. de conſtit. pecun.
d l. ſed & ſi vlin die. in fi. de conſtit. pecu.
e l. ſi reſiduū. C. de diſtra. pignor.
f l. ſi priuſquam. C. de diſtract. pig.
g l. quamuis. de pignor. act.
h in l. lex vectigali. in fin. hoc tit. l. 3. l. Sabins. de in diem addict. l. 2. de leg. commiſſ. l. 4. §. ſed & ſi pignor. de re iudic.
i à Paulo Caſtrenſ. in d. l. quamuis.
k l. ſi vina. de peric. & cō-mod. rei vendi.
l Fulgo. in d. l. ſi vina.
m l. inter creditorem. de fideiuſſor.
n l. ſi creditor. §. quæritur. de diſtract. pig.
o l. nemo paciſcendo. de pact. l. vlt. C. de pact. inter emptor. & venditor. compoſitis.
p l. ſi conuenerit. 1. in fi. de pig. act.
q in d. §. quæritur. in d. l. nemo paciſcendo. in l. filiusfami. §. diui. de lega. 1. in l. ſi ita. §. ea lege. de verbor. obligat. & in l. ea lege. C. de condict. ob cauſam.
r in d. §. quæritur.
ſ Bald. in d. §. quæritur. et in d. l. ea lege.
t Bartho. omnibus præal-legat. loc. Ang. & Iaſon. in l. qui Romæ. §. cohære des. de verbor. obligat.
u in d. §. quæritur.
x in l. hanc legem. l. cū ab eo. §. menſa. l. qui officij. §. qui neſciēs. de cōtrah. empt.

minus perſequi poſſet hypothecam, etiam rigoroſius contra emptorem, quam alioqui perſequi potuiſſet,non facta conuentione, ne debitor venderet.Nam perſequetur hypothecam creditor, non ſolùm pro debito & vſuris [a],verùm etiam pro eo quòd intereſt eius ex hypothecæ diſtractione [b].Nempe quod quas actiones habuit coniunctas,perſonalem & hypothecariam,aduerſus vnum eundemq; debitorem,tantiſper cùm is poſsideret.ſic vt cumulare quoque eodem iudicio eas potuiſſet [c].nunc inuenit ſeparatas,& difficilioribus aſtringitur probationibus, vel dominij debitoris:vel quod ſaltem obligationis tempore fuerit res in bonis debitoris [d], de quo nullam controuerſiam mouere potuiſſet debitor,ſi adhuc poſsidet ipſe eſſet conuentus.Ac † denique nouo nunc iure, oportet prius excu- 19
tere debitorem,fideiuſſores,mandatores,& ſponſores, antequam perueniat creditor ad alios pignorum poſſeſſores [e]. In quorum excuſsionibus magno ſumptu eſt opus,ac tædium multarum litium: Quem quidem ſumptum,& quanti intereſt creditoris, hypothecaria actione poterit conſequi ab emptore,quemadmodum ſumptum in re pignorata factum potuiſſet conſequi [f]. Et hanc Saliceti diſtinctionem ſatis innuunt vltima verba eiuſdem reſponſi:*Vt pactioni ſtetur.* quæ reſtrictionis cauſa videntur addita eſſe: vt ſignificetur,non prorſus nullam eſſe venditionem, quin naſcatur obligatio:Imò & tranſeat in emptorem dominium rei venditæ,ſi tradatur, ſed nullam eſſe quatenus poſtulat vtilitas creditoris,qui pactus eſt nō vendi,& vt metu eius quod intereſt pactioni,ſtetur.† Sed an hoc caſu pa- 20
ctum executiuum, de ingredienda poſſeſsione rei obligatæ authoritate propria, exerceri poſsit contra emptorem ſine Iudice,difficilius dixeris. Sunt [g] enim qui ita aſſerant indiſtinctè,etiamſi nō ſit diſcuſſum,nec liquidatum ſummariè coram iudice,quòd is emptor cauſam habeat à debitore, qui creditori promiſerat non vendere : quamuis non prohibita alienatione debitori,de illo ſummatim conſtare deberet [h]. Sed aliis [i] viſum eſt,indiſtinctè, conuentionem illam ingrediendæ poſſeſsionis authoritate propria,nunquam exerceri poſſe contra ſingularem ſucceſſorem:& vbi exerceri poteſt,nullâ iudiciariam liquidationē, ne ſummariam quidē requiri [k].

Aggrediamur nunc pacta venditionis,ſcilicet quæ in ipſa venditione rei obligatæ apponit creditor,non autem quæ apponit dominus in venditione rei ſuæ,quibus creditoribus emptoris futura ſit res pignori, aut non ſit,niſi quòd de hoc genere pactorum id obiter attingendum ſit, controuerſum eſſe, tan res ea lege empta,ne creditoribus emptoris obligaretur, 21
incidat nihilominus in generalem obligationem bonorum eius præſentium & futurorum.& ſi dictum ſit à venditore, ne cui ſit obligata, præterquàm vni creditorū, qui fortè in ratione pignoris poſtremus fuit:an hunc faciet ea conuentio,vel ſolum,vel potiorem eſſe in iure pignoris, quo ad rem ſic emptam.Cur enim non poſsit venditor dicere legem rei ſuæ, dum tradit, quam vellet [l]? & vt poteſt debitor præiudicare chyrographarijs creditoribus in non acquirendo [m]: cur non æquè hypothecariis? præſertim cùm non pendet ex ſuo ſolius arbitrio, quomodo acquirat emátor: ſed & venditoris, quomodo vendat, etiam ſi admittas, quòd fortè non poſſet debitor præiudicare creditoribus hypothecariis omittendo acquirere, quæ liberè, ſi voluiſſet, acquirere potuiſſet [n]. Ex aduerſo videtur vrgere, quòd eiuſmodi lege vendita aut donata, ne alienentur, tranſeant in dominium accipientis,ſi contra fiat:obligato eo qui contra fecerit in id quod intereſt [o].Quamuis ergo cōuenerit,ne pignori ſint, ſimili ratione non impedietur ius veri pignoris aut hypothecæ, neque ex obligatio-

gatio-

a l.ſi neceſſarias.§. cùm pignus.de pignorat.act.
b Salic.in d.§.quæritur.
c §.ſed neque.verſic. cōtra principales tamen in verbis ſine ambabus, in authent.de fideiuſſor.
d l.& quæ nundum. §. quod dicitur.hoc tit.
e Authent.ſed hodie. C.de actionib.& obligat.
f d.l.ſi neceſſarias.in princip.& §.cum pignus. de pignor.act.
g Bartho.in l.3. C.de pignor.in 4.quæſtione.verſic.ſed an poſsit adhiberi remedium.num.25.
h Barthol.eod.loco. verſic. aduertere tamen quòd contra ipſum debitorem.
i Salic.in d.l.3.num.19.C. de pignor.
k Salic.in eadem l.in n. quæſt.
l l.in traditionib.de pact. l.leg.C.eo.tit.l.qui abſenti.§.1.de acquir. poſſeſſ.
m l. qui autem . quæ in fraud.credit.
n l.in fraudem. §. idemq; iuris.de Iur.fiſci.Pet.Ancharan.conſil.101.
o l.ea lege.C.de condict. ob cauſam.

gatione poſtea contrahenda, neque ex obligatione prius contracta. Vnde hæc quæſtio multum anceps vtrinque ſuos aſſertores habet[a]. Et fortè ſecuriſsimum hic eſſet, ſi quis in alienatione rei ſuæ id velit efficere, ne creditoribus acquirentis valeat ad hypothecam dominium rei: ſic in traditione reſtringere, vt non diutius ſit accipientis, quàm donec eam ſeruauerit non obligatam, neque obligare eam tentauerit, alio aliquo in dominium eiuſdem rei ex eo tempore ſubſtituto, vt iure fieri receptum eſt[b].

Porrò in eo genere pactorum, quæ apponit creditor in venditione pi-
22 gnoris, occurrit primo loco illud, quo conuenit, † vt refuſo pretio rem reſtituat emptor: vel vt recipere eam liceat. Et hoc quidem dupliciter, vel conceptis verbis in perſonam creditoris, vt ſibi liceat reddere pecuniam, & pignus recuperare, vt in reſponſo Marcelli[c]. Vel in perſonam debitoris, vt ſi emptori ſoluerit pecuniam pretij, liceat ei recipere rem ſuam, vt in reſponſo Vlpiani[d]. Et vtrolibet modo verba conceperis, certum erit,
23 actionem competere creditori, quam debitori præſtet. An † autem ipſi debitori aliqua actio competat, ſuo ipſius iure, etiamſi non præſtetur ei à creditore, plus habet dubitationis: nam in reſponſo Vlpiani, quo verba conuentionis ad debitorem ſunt relata, aſcriptum eſt, quòd & ipſe debitor actionem habet, quaſi dicas, ſine ceſsione. In altero verò Marcelli reſponſo hoc tacetur: & ſolùm datur debitori aduerſus creditorem actiò, vt ſi quas actiones habeat, ei cedat: quaſi nullam niſi ceſſam à creditore habere poſſit. Quod etiam quidam[e] fatentur: ſed communius[f] placuiſſe video, etiam hoc caſu, debitorem ſuo nomine habere actionem, non quidem ex eo ſolo, quòd in vendendo pignore ſit procurator debitoris: (quod ſolùm ad actionem perſonalem ei non ſufficeret[g].) Sed quia etiam contrahit ſuper re[h] domini: & repræſentans imaginem debitoris[i], plus iuris habet in re obligata vendenda: quàm ſimplex & nudus procurator[k]. Hic enim fines mandati cuſtodire debet, aut non transferet dominium. Creditor verò, etiam contra domini voluntatem vendit: imò & contra pactum, ne venderet, & de pretio fidem habet[l]. Vnde clarum fit, quòd in vendendo pignore, domini loco ſit: quoad facultatem vendendi: Procuratoris verò loco, quoad vtilitatem: quæ cedit debitori. Sed Marcellus in ſuo reſponſo nul-
24 lam deſignauit actionis ſpeciem. Vlpianus verò quadruplicem †. Vnam, qua cogatur creditor debitori præſtare actionem: & hæc eſt pignoraticia actio: ne quid ſcilicet lucri vel commodi, ex pignore, vel qualibet illius occaſione, apud creditorem permaneat: cùm ei debitum perſolutum eſt[m]. Alia eſt quæ præſtatur, & hæc eſt actio ex vendito, formata ex pacto in venditione ex incótinenti appoſito[n]. Aut actio præſcriptis verbis, vt fiat quod pacto conuenit[o]. Aliæ verò duæ, nempe rei vendicatio, & in factum actio, debitori competunt, ſuo ipſius iure, & abſq; vlla ceſsione creditoris. At inquies, quomodo defendi poterit, rei vendicationem dari, quæ nó niſi domino datur, cum virtute pacti de reuendendo, nó redeat dominium ad debitorem ipſo iure, & ſine traditione? Hoc enim, ſpeciali iure, in duplici tantùm pactorum genere receptum dicitur[p], videlicet in pacto legis
25 commiſſoriæ, & addictionis in diem[q]. † Neque videtur rei vendicationem poſſe concurrere cum perſonali actione, quæ condictio vocatur[r], cùm receptiſsima ſit regula, quòd nemo rem ſuam condicat, niſi à fure[s]. Variè ad hæc reſponſum eſt. Sunt enim[t] qui exiſtiment, non ſolùm ex duplici illo pactorum genere reſolui dominium, verùm etiam ex pacto de reuendendo, quaſi & illud ad rationem dominij pertineat, & rem afficiat, ſimili ratione qua dicitur hoc ſpeciali iure conſtitutum, de lege commiſſoria, & addictio-

a *Pet. Ancbor. præallegato conſil. 102. Sozi. conſ. 75. vol. 4. Anton. Neguſam. in tract. de pignor. 4. parte principali. verſic. quarto quæritur. nu. 33.*
b *l. qui abſenti. §. 2. de acquir. poſſeſſ. l. illud. C. de legat. Salic. in authen. ſi quas ruinas. nu. 3. C. de ſacroſanct. Eccleſ.*
c l. ſi creditor. in princ. de diſtractione pignor.
d l. ſi cum venderet. de pig. act.
e *Salic. in d. l. ſi creditor.*
f *Accur. ibi in gloſſ. verbo cedat. quæ ſequuntur ibi Batho. Ang. & Fulgo.*
g *l. poſſeſſio quoq;. §. & ſi poſſeſſio. de acquir. poſſeſſ. l. 1. C. per quas perſonas.*
h *l. quod procurator ex re. de procurat. Fulg. in d. l. ſi creditor.*
i *Salic. in l. 1. C. per quas perſonas.*
k *Caſtrenſ. ibi. nu. 9.*
l *l. eleganter. §. ſi vendiderit. de pign. act.*
m *Argum. l. creditoris. de fur. & l. qui proprio. §. procur. vt in cæteris. de procurat.*
n *d. l. ſi cùm venderet.*
o *l. 2. C. de pactis inter emptor. & venditor.*
p *Alexan. conſil. 10. vol. 1. latè Iaſon in l. ab emptione de pactis.*
q *l. ſi quis hac lege. de rei vendicatione.*
r *§. appellamus. Inſtit. de action.*
s *l. vlt. vſusfruct. quemad. caue.*
t *Paulus Caſtrenſ. in d. l. ſi cum venderet. Gui. Pa. conſil. 49.*

addictione in diem, nimirum ob frequentiam illorum pactorum[a], quaſi frequentiæ fuerit indulgendũ,& aliquid peculiaris iuris tribuendũ[b]. Nam hodie videmus hæc pacta redimendi rem,ſiue rurſus emendi eodem pretio,frequentiſſima eſſe. Communiore tamen calculo[c] probatur diuerſa 16 ſententia: ex pacto reuendendi ſolam perſonalem actionem oriri: nec quicquam illud facere ad tranſlationem dominij: vt refuſo pretio redeat ipſo iure,& abſque traditione ad priorem dominum. Alia igitur via tentata eſt à Fulgoſio[d], quæ quamuis ipſi authori penè diſplicuerit, Iaſoni[e] tamen placuit,videlicet quòd in reſponſo Vlpiani creditor vendidit non rem pignoratam,ſed pignus.i. ius ſuum quod in pignore habuit, illo manente in dominio debitoris,quaſi hoc indicet forma pacti,quo adhuc res ſua dicitur. Neq; enim creditore vendente ius ſuum, tranſit in emptorem dominium rei obligatæ[f]. Sed non video,quomodo huic interpretationi accommodari poſſit quod ſequitur:creditorem mandare debitori actionem ex vendito, ad rem ſuam recuperandam,ſi non ea ipſa vendita ſit:ſed ius tantùm pignoris, cuius ipſe debitor in re ſua eſt incapax[g]. Dicendum ergo, quòd non ſolùm virtute legis commiſſoriæ, aut addictionis in diem, redeat dominium rei venditæ ad priorem dominum, verùm etiam vbicunque aliud pactum, ſic eſt conceptum, vt ſonet in reſolutionem contractus ipſo iure[h]. Sicut enim non transfertur ex nuda traditione dominium abſque titulo:ita nec poteſt conſiſtere apud eum qui empti titulo[i] accepit, reſoluta ipſo iure emptione[k]: tunc enim recipitur res non nouo aliquo & acquiſitiuo titulo: † ſed veteri iure, quo poſſide- 17 batur antequam venderetur: & perinde,atque ſi non eſſet facta venditio, redit res in priſtinam cauſam[l], aſſumpta iterum propria natura, ita vt ſi prius patrimonialis res fuerit, talis quoque cenſeatur, poſtquam recepta eſt[m], ſicut redhibita res hæreditaria eſt[n], venitque in reſtitutionem fideicommiſſariæ hæreditatis, reſtituto hæredi pretio redemptionis: perinde ac ſi ſemper in bonis teſtatoris manſiſſet[o]. Huiuſmodi autem eſt pactum in reſponſo Vlpiani, vt debitor rem ſuam reciperet, ſiue rurſus caperet, cum effectu acquiſitionis[p]. In reſponſo verò Marcelli, non fuit conuentum, vt debitor rem ſuam reciperet: ſed vt recuperaret reddita pecunia, & ſic in effectu, vt rurſus emptam haberet, eodemque pretio tranſcriptam[q].

Quarti quoque generis actio in factum ſiue præſcriptis verbis, non minus ſecum dubitationis trahit, quomodo illa hic competat: & † ma- 18 ximè quomodo cum rei vendicatione concurrat: quum nemo rem ſuam, niſi à fure condicat. Sunt qui tradant[r], alternationem illam in Vlpiani reſponſo, *Vendicare rem, aut in factum agere*, pertinere, non ad vnum eundemque caſum, in quo ſimul vtrique actioni ſit locus: ſed ad diuerſos, ita vt nunc huic, nunc illi actioni ſit locus, pro diuerſitate caſuum. Vendicationi quidem, cùm ipſo iure redit dominium ad priorem dominum. Actioni verò in factum, cùm ſola obligatio perſonalis eſt nata ad reuendendam rem. Sed ne id ſequendo notetur tacitè Vlpiani reſponſum, tanquam non ſatis conueniens propoſitæ quæſtioni, de vi & effectu huius ſolius pacti, ſi ſoluerit debitor pecuniam pretij emptori, licere ei rem ſuam recipere, præſtabit fortè admittere hic concurſum earum actionum in vna eademque ſpecie. Vt quemadmodum legatarius rem legatam vendicat ratione dominij ciuilis, id eſt, quod habet artificio ſolius iuris ciuilis, & in perſonam agit, tanquam non habeat, ſed nanciſci velit dominium naturale, idem per traditionem hæredis,

& ſic

a Barbo. Ang. & alij ad l.1. de donat.
b l. iuſto. in princip. de vſu cap.
c l. ipſius. Caſtrenſ. in l. ſi à te. C. de pact. inter emp. & vendit. Fulgo. in d. l. ſi cum venderet. Cuma. in d. l. 1. de donat. Iaſon in l. ab emptione. column. 3. verſic. & ex hoc confunditur. de pact. Zaz. conſil. 12. vol. 1.
d in d. l. ſi cum venderet.
e in d. l. ab emptio. de pact.
f Caſtrenſ. in l. ſi conuenerit. 3. de pig. act.
g l. neq; pignus. de reg. iur.
h Alberic. in l. traditionibus. C. de pact. Cy. in l. 1. C. de reb. alien. non alie. Bald. & Salic. ad l. ea l. C. de condict. ob cauſam. Caſtrenſ. ad l. qui abſenti. §. 1. & Alexand. de acquir. poſſ. Raph. Cu. ad l. 1. de donat.
i l. nunquam nuda. de acquir. rerum domin.
k Argum. l. veſtranius. in verbis. vt quemadmodũ incipere. de fide iuſſ.
l l. voluntate. verſic. idẽq; eſt in omnibus. quib. mo. pig. vel hyp. ſoluit.
m Philip. Dec. conſil. 88.
n l. ſi poſſeſſor. §. ait ſenatus. in ſi. de petit. hæredi.
o Philip. Dec. conſil. 238.
p l. aliud eſt capere. & ibi. Alciat. in principio. de verbor. ſignific.
q l. ſi vir vxori. & ad illã. Bud. de præſcript. verb.
r Salic. in d. l. ſi cum venderet.

226

& ſic iure gentium[a]: Ita quoque hic debitor vendicet rem tanquam iu-
ris artificio ſuam, non expectata traditione aut reſtitutione, & in perſo-
nam agat, vt emptor adimpleat quod conuenit, & rem reſtituat aut tradat:
quod etiam non inutiliter quis ſtipulari poſſit de re ſua[b]. Et quamuis va-
29 riè tractatum ſit, cùm pactum adijcitur contractui bonæ fidei, † an duplex
naſcatur actio: vna ex eo ipſo contractu: & altera in factũ, ſiue præſcriptis
verbis. Communius[c] tamen eſt creditum duas naſci. Et qui id[d] nõ ſic paſ-
ſim in quocunque pacto recipiendum putant: ſed ſolam ex cõtractu naſci
actionem. In hac tamen ſpecie, vbi de reſoluendo contractu pactum eſt,
admittunt & alij[e], vbi contrahens vt fidem ſeruet contractus, præciſè cogi
poteſt, quod in hac ipſa ſit ſpecie, quòd emptor qui ex contractu rem reci
pit, non poteſt illius fidem fallere: ſed omni modo cogendus eſt implere
quod conuenit, & refuſo pretio rem reſtituere. Et præſertim vbi res rur-
ſus redijt ad priorem dominum, ſic vt vendicare poſſet. quamuis alioqui
non ſatis tutum eſſet, generaliter aſſerere, ex huiuſmodi pactis ſemper
præciſè cogi emptorem, vt reuendat & tradat: & non liberari ſoluendo
quod intereſt[f].

30 In communem fauorem addicit † creditor emptori pignus in diem, ſi
fortè alius meliorem conditionem interim obtulerit, quam oblatam, licet
alius qui rem ſuam diſtraxit, poſſit ſpernere, & primi emptoris ius firmare:
creditoris tamen arbitrio, in re debitoris ſic diſtracta, relinqui hoc nõ de-
bet. ſi modò is idoneus ſit, qui meliorem conditionem obtulit[g]. Quo argu
mento, ſi quis pactus reſolutionem venditionis, promiſerit alicui ſeruitu-
tem in re ſic vendita, ſi ad eum redeat, non poſſet iure reſolutionis obue-
niente non vti[h].

In grauamen verò vtriuſque, ſuum & debitoris, paciſcitur creditor,
31 quando de euictione cauit, & duplam promittit. † Debitoris enim hic eſt
grauamen, vt qui tametſi de euictione teneretur, etiam non promiſſa[i]: ceſ-
ſante tamen promiſſione creditoris, non teneretur ad duplã. Imò nec for-
tè in totum id quod intereſt emptoris: ſed de pretio tantum & vſuris eius
à tempore moræ. Quod quidem ſic conſtitutum[k] in pignore iudiciali,
quod ab apparitore iudicatum exequente diſtractum eſt. Accurſius[l] au-
ſus eſt extendere ad pignus conuentum, à creditore diſtractum: & nemo,
inquit Fulgoſius[m] ei contradicit. Ipſe tamen dubitat, propterea quòd in
cauſam iudicati capiantur & diſtrahantur pignora, inuito debitore con-
demnato: ideoque non eſt æquum teneri eum amplius quàm in rem eius
verſum eſt: hoc eſt: Quatenus liberatus eſt à creditore ex precio rei. Pi-
gnus verò conuentum venditur à creditore, vel ex debitoris mandato, ſi
vendi conuenit: vel ex tacito eius conſenſu, cùm pignori daret. Sic enim
qui voluit antecedens, cenſetur quoque voluiſſe & conſequens: nempe,
vt vendi poſſet, ſi in ſolutione ceſſetur. æquum ergo eſſet, durius cum eo
agi, & teneri in id quod intereſt emptoris, quaſi ipſemet debitor vendi-
diſſet, quod vendidit creditor, ipſius procurator.

In grauamen verò creditoris cedit ea conuentio, vt qui ſe ſubiicit du-
plæ periculo, nonnunquam abſq; regreſſu aduerſus debitorẽ[n], cùm tamen
ſuo iure immunis eſſe poſſet ab omni euictionis periculo quoad emptorẽ.
*Creditor enim verus ſub pignore cæteris potior, iure creditoris vendens, cum poſ-
ſit, rem pignoratam bona fide, & neſciens alienam eſſe, ipſe quidem non e-*
32 *uincit: ſed † de euictione à domino facta, non tenetur amplius, quàm vt cedat
emptori contrariam pignoraticiam actionem, niſi de euictione promiſerit.*
Quo quidem breui axiomate multa ſum complexus, quæ, de hac re, ab
alijs

[a] *Iaſ. in l. qui exceptionẽ. §. ſi pars. de cõdict. indeb.*

[b] *l. ſi rem tradi. l. nemo rẽ ſuam. in 2. reſponſo. de verbor. obligat.*

[c] *l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit. l. ſi vir vxori. de præſcript. ver. Bartho. & alij in l. in bonæ fidei C. de pact. & alii in l. iuriſgentium. §. quinimò. de pact.*

[d] *Alciat. cap. 1. 5. paradox. & in d. l. in bonæ fidei.*

[e] *Loriot. in tit. de pact. tranſact. axio. 26.*

[f] *Philip. Corne. conſil. 4. 241. 246. vol. 1. Franciſc. Aret. conſil. 6. Ludo. bol. conſil. 25. in 4. dubio.*

[g] *l. Sabinus. cum l. ſequen. de in diem addict.*

[h] *Raph. Cum. ad l. in dič. in prin. de aqu. plu. arcẽ.*

[i] *l. ſi plus. §. 2. de euict. l. reſcriptũ. §. ſi alieno. de diſtract. pignorum.*

[k] *in d. l. ſi plus. §. 1.*

[l] *in d. l. reſcriptum. §. ſi aliena. in gloſ. ad verbum tenetur.*

[m] *in d. §. ſi aliena.*

[n] *l. ſi pignore. §. ſi creditor cum videret. de pig. act.*

aliis diffuſè ſunt tradita. Et imprimis quidem, quod de creditore diximus,
obtinet, ſiue ipſe conuentũ pignus vendat, ſiue curet in cauſam iudicati
capta pignora vendi [a]. Præſtare enim debet ſe verũ creditorem, & pignus
ſibi obligatũ eſſe. ſicut qui vendit, vt procurator aut tutor, debet præſtare
ſe talem [b]. Nec hoc tamen ſatis eſt, ſed & cæteris omnibus ſe in pignore po
tiorem præſtet, neceſſe eſt [c]. Et euincente alio creditore per hypotheca-
riam actionem, vtique de euictione tenetur, quí alij in pignore cædens, di
ſtraxit rem pignoratam, tacens alium eſſe potiorem. hoc enim ius ſuum
concernit, ſuumque eatenus negotium gerit creditor [d]. Et quidem hoc
nondum ſatis eſt, ſed reſtrictionis cauſa addit: *Si iure creditoris vendat.*
non ſi iure communi [e]. hoc eſt, eo iure, quo quilibet venderet rem
ſuam [f], ſicut in dubio cenſeretur vendidiſſe, ſi ſimpliciter vendat. Niſi
quod putant nonnulli [g], ſatis eſſe, ſi vel ex adiecta tantùm mentione
qualitatis creditoris, deprehendi poſsit, quòd iure creditoris vendiderit.
Quod equidem admiſerim, ſi ſatis conſtare poſsit, quod ipſam rem pigno
ratam vendidit ſolenni more, quo ſolent vendi pignora. Secus verò ſi ven
didiſſet, vt creditor & iure ſuo, ius quod habet in pignore: quod in dubio
quidam putant [h] ſolum eſſe venditum, etiamſi dicat creditor ſe pignus ven
dere [i]. Rem autem pignoratam ita maximè videbitur iure creditoris vendi-
diſſe, ſi hoc exprimat ſe facere ſecundum iura conuentionis, vel legis: hoc
eſt, ex poteſtate ſibi à debitore, vel à lege conceſſa, & ſolenni more, quem
penè ſingulæ regiones habent vendendi pignora. Subieci, *cum poſsit.*
Nam debet ritè facta eſſe venditio rei pignoratæ, vt euictionis periculum
non redundet in creditorem [k]. Adeò vt dubitem, num ex hac reſtrictione
aliquid relaxari poſsit. videlicet. vt ſatis ſit, quòd ſaltem iuſto errore cre-
ditor putauerit ſe poſſe vendere. Licet enim quidam [l] ita relaxent: alij [m]
tamen omninò reſtrictioni adhærent. Certè ſi fraudem admiſerit, vel de-
ceperit emptorem creditor, vbi reſciuiſſet ſe à debitore deceptum in pi-
gnore, eò quòd is rem alienam obligaſſet, malitque hoc periculum ad em-
ptorem redundare, fretus beneficio legis, quæ à periculo euictionis eum
eximit: iam abutitur legis beneficio, & ſe ipſe decipit: ſicut enim æquum
eſt, inſcium creditorem vinculo euictionis non aſtringi: † ita quoque eum 33
qui fraudem admiſit, vel decepit, non excuſari [n]. ſicut ad euictionem eiuſq;
periculum aſtringitur venditor, ob dolum, etiamſi cum emptore pactus ſit,
ne euictionem præſtet [o]. Sic & curator bonis datus, & creditor in poſ-
ſeſsionem bonorum miſſus, de dolo tenentur [p], & ex eiſdem veræ philoſo-
phiæ præceptis dolum deteſtantibus emanauit Pauli reſponſum [q], quo do
li dat actionem in dominum, cuius conſilio ſeruus domini debitor in pe-
culio mutuam accepit pecuniam, vt domino ſolnat. decepto alio, qui ei
ſeruo credidit. quod reſponſum ad liberos quoque homines extendunt [r].
Quod autem ipſemet † creditor non euincat, æquiſsima ratione eſt in- 34
ductum [ſ]: ſiue iure dominii euincere vellet, per rei vendicationem: ſiue
iure creditoris, ex alia cauſa crediti, per hypothecariam actionem. Priore
enim caſu, obſtaret ei exceptio rei venditæ & traditæ [t], cùm nulla ſit ei iu-
ſta cauſa vendicandi, cuius replicatione aduerſus eam exceptionem
vtatur [u]: quandoquidem nec fideiuſſor euictionis audiretur, ſi ex ſuo
ipſius poſtea obueniente vel cognito iure, vendicare rem vellet [x].

Poſteriore verò caſu, ſi ad hypothecariam actionem confugeret ipſe
creditor, iam de euictione teneretur, cùm præſtare debeat, ſe cæteris om
nibus potiorem in pignore, ex ea cauſa, ex qua pignus diſtrahit [y]. Ita vt
in hac vna ſpecie, eluceſcat duplex ratio illius conſtitutionis [z], † qua quis 35
prohi-

a l. qui erat. famil. erciſc. l. ſi pignora. de euict. d. l. ſi plus. §. 1. eod. tit. l. à di-uo Pio. §. ſi poſt addictũ. de re iudicat. l. ſi ob cau-ſam. C. de euict.
b Bartho. in l. procurator. §. qui pro euictione. de procurat. Fulgo. in fi. l. 1. C. creditor. euict. pigno. nõ debe.
c d. l. 1. in fi.
d l. penult. de pig. act.
e l. ſi mandato Titij. §. mandat.
f Salic. in l. penul. de diſtr. pign. eu l. 3. §. 3. ſi ager veitig. vel emphiteu. pe-tat.
g Salic. in d. l. penul. per l. poſt mortem. §. 1. Quãdo ex fac. tut.
h Carolus Molinæus in tracta. de contractibus vſurarijs. nu. 348.
i argum. l. cum poſterior creditor. de diſtra. pig.
k d. l. penul. de pig. act.
l Salic. in l. 1. C. creditor. euict. pig. non debe.
m Fulg. in ead. l. 1. per l. ſer uos. C. ſi vendi. pig. aga. & ipſe Salic. in d. l. pe-nul. de diſtract. pig.
n l. 2. C. credito. euict. pig. non deb.
o l. emptorem. §. ſententiã Iuliani. & in fi. eius l. de act. empt.
p l. prætor ait. §. eſt ſtterea. de bonis auth. iudi. poſsi. Accur. ad l. de curatore. de curat. bon. dand.
q in l. ſeruus tuus. de dolo malo. & ibi. Alberic.
r Alberic. in d. l. ſeruus tuus.
ſ l. ſed etſi is. de diſt. pig.
t Odofri. in d. l. etſi is.
u vt in l. 1. in fi. de excep. rei vendit. & tradit.
x l. exceptione. C. de euict.
y d. l. 1. C. credito. euict. pi-gnor. non debe.
z l. cum à matre. C. de rei vendicat. & ibi Caſtren.

prohibetur vendicare id quod alienatum eſt, ab eo, in cuius hæreditatem
ſucceſsit: Nimirum, quia teneret eum de euictione actio [a]. & huius pericu
lo ceſſante, non poſſet adhuc contrauenire facto defuncti, ex cuius perſo-
na lucrum ſentit [b]. Quarum quidem rationum priorem, accommodabis
ad creditorē qui vendidit, eiuſque hæredem, ſi ipſe tentet euincere hypo-
thecaria actione. Posteriorē verò, ſi iure dominij vendicare intēdat. Sanè
euicta re ab alio iure dominij, hoc debet creditor præſtare emptori, quod
abſque ſuo incommodo potuit: Scilicet, vt actiones, quas aduerſus debi-
torem habet (habet autem ſemper ad minus contrariam pignoraticiam) ei
cedat [c]. nō quidē ſolùm cum ab initio de cedēdis actionibus conuenit [d]: ve
rùm etiā ſi id nō cōuenerit. Nam licet inutilis videri poſsit actio creditori,
qui iā ſuum recepit, quod nec cogitur cuiquā reſtituere, cùm de euictione
non teneatur: fit, vt actio inutilis cedenti, proſit ceſsionario. quia non ea-
dem eſt ratio repellendi vtrunq; [e]; cum magna enim iniuria emptoris lo-
cupletaretur debitor, liberatus à creditore, ſi & ab emptore omninò cēſe-
retur liberatus: ſicút ab eo liberatus eſt creditor, vſq; adeò; vt etiā nōdum
ſolutum pretiū poſsit creditor petere, poſtquam res euicta eſt [f]. Neq; hic
dicas [g], ſolutione debiti ipſo iure tolli ſolā obligationē principalis debiti,
quod ſolutum eſt: nā ea ſublata, ex conſequenti quoq; tollitur hypothecæ
36 obligatio [h]. Igitur † re aliena pignori data & vēdita, ſemper tenetur debi-
tor [i]: vel emptori, ſi euicta res ſit, & à creditore debitor fuit liberatus, eo
quòd creditor non debeat emptori reſtituere pretiū ex aliqua cauſa: vide-
licet, vel ex cauſa euictionis ab eo ꝓmiſſæ [k]: vel quia res ſit in cauſa redhi-
bitionis: vel quia alia qualibet ratione poſsit inempta fieri [l]. vel domino rei
pignoratæ & venditæ, ſi nondum ea euicta ſit: velitq; ratam habere vēdi-
tionem rei ſuæ, non ſuo noīe factam, etiā ſtatim, & non in vltimū ſubſidiū
re perempta aut vſucapta [m]. vel denique ipſi creditori, ſcilicet euicta re pi-
gnorata, cùm de euictione teneretur creditor, vel alia aliqua ratione factū
ſit, vt apud creditorē nō ſit permāſurū pretium. Eſt ergo in ſuſpēſo libera-
tio debitoris à creditore, quàm diu, creditore euictionis noīe obligato, in-
certū eſt, an euincetur rēs, nec ne [n]: ita vt ſi euictionis tēpora lapſa ſint, &
in ſecuro ſit res emptori, videatur ab initio venditionis, pretijq; accepti,
debitor à creditore liberatus. Sed ſi euinci eā cōtingat, nulla cenſeatur vn
quam facta liberatio: & durat interim verè obligatio & actio, eaque tan-
quam interim ceſſans potius quàm extincta [o], cedi quoq; poſſet [p]: ſed non
exerceri, antequam velut in lucē reducta per euictionē, vel ablatū à credi-
37 tore pretiū, ex alia qualibet cauſa. Nā quod dicitur reſpōdiſſe † Philippum
Deciū, nō veterem actionē tunc exerceri, ſed aliam, nēpe vtilē ex empto,
minimè ſequēdum puto: neq; in illius improbatione multū laborandū erit,
cùm apertiſsimè reſpōderit I.C. [q] quis cū quo, & ad quid agat eo caſu, quā-
do creditori eſt ablatū pretiū, videlicet quòd creditor cū debitore agat, &
debitū perſequatur. Quibus verbis, tā clarè deſcripta priſtina actio perſo-
nalis ex obligatione principali, cui hypo[ca] acceſſerat, ſed inutilis, quia rei
alienæ, vt nō poſsit alijs verbis clarius exprimi aut deſignari. Sed & pigno
raticiā cōtrariam actionē eo caſu dari, ex alio reſpōſo [r] manifeſtū eſt. Mul-
tumq; diuerſa eſt ab hac illa facti ſpecies, in qua poſt euictionē vēditi pi-
gnoris, ex empto agit cōtra debitorē, vel ipſe creditor, ſi in ſolutū accepe-
rit pign[us], & ſic quodāmodo emerit [ſ]: vel emptor ſi ab apparitore emerit iu
dicatū exequēte, & ex pretio liberat[us] ſit debitor à creditore [t]. Nā & ſic vide
bitur in effectu emiſſe ab ipſo debitore: quādoquidē vulgo dici ſolet: ***Quod
factū iudicis reputetur factū partis***, hoc eſt, quod fit à iudice pign[us] creditori

addicen-

a l. vendicantem. de euict.
b l. ex qua perſona. de reg. iur.
c l. in creditore. de euict.
d l. Modeſtius. de ſolutio.
e Ang. in d. l. in creditore.
f l. cum ea conditione. de euiction.
g cum Fulgo. in d. l. in creditore.
h l. item liberatur. in princip. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluit.
i l. reſcriptum. §. ſi aliena. de diſtra. pignor.
k d. §. ſi aliena. & d. l. ſi mandato Titij. §. creditor mandat.
l l. ſi creditor. in 2. reſponſo de ſolutio.
m Fulgo. in d. §. ſi aliena. et in l. mater. C. de rei vendicat.
n d. §. ſi aliena. in fi. in verb. creditor interim quid ratio.
o l. qui res. §. aream. de ſolutio.
p Auth. Neguſanti. contra Riuium & Decium. in 1. membro. 6. partis ſui tractatus. de pig. verſic. ſine num. 42.
q in fi. d. §. ſi aliena.
r l. ſi pignore. §. ſi creditor cum venderet. & ibi Caſtrenſ. de pig. act.
ſ l. eleganter. in princip. de pig. act.
t l. ſi plus. §. 1. de euict.

addicente in ſolutum,vel alij vltimo licitatori,hoc cenſeri factum.i.in ſolutum datum aut venditum ab ipſo debitore,qui ſponte contraxit obligationem,in cuius conſequentiam cum mora ſoluendi fit,ad diſtractionem pignoris conuenti vel iudicialis deuentum eſt.

Sed † non ſemper ad debitoris grauamen ſpectat, quòd creditor, cùm 38
pignus venderet,duplum ꝓmiſerit[a]: quid enim ſi præter omnem cõſuetudinem & regionis & debitoris ita promiſerit?nec vllum emolumentũ talis venditio attulit,ſed potuiſſet eo pretio vendere,etiamſi non tam ſecurum emptorem feciſſet. Certè non poſſet videri id feciſſe,vt bonus paterfamilias,& proinde regreſſum pignoraticiæ cõtrariæ actionis nõ haberet, ad id quod intereſt eius in pignore deceptũ nõ eſſe: videlicet ad id quod ex cauſa ſuæ ꝓmiſsionis,euictione ſecuta,ſoluere emptori debuit. Si quid aũt illorũ trium quæ iã diximus,habeat creditor,quo ꝓbabiliter dici poſsit motus,vt tantã ſecuritatẽ emptori ꝓmitteret:recuperabit à debitore quicquid emptori præſtiterit. Imò etiã, antequam præſtet, alio remedio cõſultũ ei erit[b]: videlicet vt ſi quæ alia habeat pignora,ab eodem debitore,& in eandem cauſam,nõ vẽdita:illa perſoluto etiam debito principali retineat, donec ei caueatur ab eo quod euictionis nomine promiſit indẽnem eum futurũ,& ſic perſoluto debito principali,retinetur adhuc pignus propter debitum quod incidere poſſet[c]. Qualis quidẽ cautio præſtatur etiam inter cohæredes de luendis[d] pignoribus, & marito reſtituẽti vxori domum dotalem,cuius gratia de damno infecto cauerat[e].

a l.ſi pignore. §. ſi creditor cũ venderet. de pig. ac.

b l.ſi neceſſarias. §.1.de pig.act.

c Bald.in d.l.ſi neceſſarias.§.1.

d l.heredes.§. idem obſeruatur in pignorib.famil. erciſcun.

e l.cum mulier. de dotis re petitione.ſolut. matrim.

Non poteſt tamen tãta eſſe culpa creditoris in promiſsione dupli,cõtingente euictione,quin ſaltem debiti ſummã cõſequatur à debitore[f], qui euictione ſecuta,cenſetur ab eo nunquam liberatus[g]. † An autem & vſu- 39
ras in debito hic includamus, ſic vt & illas ſtipulatus creditor, petat cum ſorte poſt euictionem,difficilius dixeris. Erit diſtinguẽdum, an ſimplum, an duplum,ex cauſa euictionis creditor promiſerit: Si ſimplum tantùm,repelletur ab vſurarum petitione[h], quaſi non debeat debitor cenſeri feciſſe morã ſoluendi ex tempore,quo pretium pignoris percepit creditor, donec illud,euictione ſecuta,reddat emptori. Nam nec ſic aufertur ab eo commodum quod fuit in medio tẽpore in vſu pecuniæ pretij. Nã cõſequitur ab eo emptor preciũ,cũ vſuris totius tẽporis,vt qui medio tẽpore perceperit fructus vẽditi pignoris,quos vt bonæfidei poſſeſſor (qualis quilibet præſumitur) fructus interim fecerit ſuos. Cõpenſabit ergo vſuras ſibi debitas creditor,cum vſu pecuniæ pretij:ne qualecunque cõmodum è pignore apud eũ remaneat,ſed cedat potius debitori,à quo cauſam habet,etiãſi res fuerit aliena[i]. Et in illo cõſiſtit doli exceptio,quã ea in parte dicimus obſtare creditori[k],qui cõtra boniũ & æquũ vſuras pecuniæ peteret, ꝓ eo tẽpore quo fuit ſoluta,vſumq; pecuniæ habuit,initiata liberatiõe debitoris atq; ſuſpenſa ex eo, an res pignorata vendita euinceretur,nec ne. Si verò duplum præſtitit creditor ex ſua promiſsione emptori,iam petet à debitore quas ſtipulatus eſt vſuras,medij quoq; tẽporis,quo,poſt pignoris venditionẽ,vſque ad euictionẽ,tenuit. *Quia et nihil ſolutũ eſſe,vt auferri non poſſit,palam factum eſt*. Nihil,inquam,ei ſolutum eſſe:hoc eſt , nullũ ex ſolutione cõmodum habuiſſe,& ne vſum quidẽ pecuniæ pretij medio tẽpore:cùm dupli nomine plus fuerit emptori ſoluendum, quod abſorbet omnem vtilitatem,quam medio tempore ex vſu pecuniæ cenſeretur habuiſſe[l]. Quid ergo, ſi in vſu pecuniæ medij temporis plus fuerit commodi, quàm in duplo præſtando diſpendij ? quod facilè in hac regione euenire poteſt, vbi ex conſuetudine, non niſi triginta annis , etiam inter

præſentes

f l.nec enim. de pig.act.

g l. reſcriptum.§. ſi alienã. de diſtract.pig.

h d.l.nec enim. verſic. ſed ſi ſimplum.

i d.l.reſcriptum.§. ſi aliena. verſic. & ſi maiores fructus. & verſic. & cũ per iniuriam.

k in d.l.nec enim.in fi.

l Accur.in d.l. nec enim. ad verb.factum eſt.

præſentes completur vſucapio rerum immobilium, videlicet, ſi ea penè
cõpleta, incipiat primum cõtra emptorẽ bonæfidei agere dominus: an inte
gras adhuc vſuras, totius medij temporis, conſequetur creditor, quia du-
plum ſoluit emptori: An potius id quod amplius eſt in vſu pecuniæ,
tanti temporis commodi, quàm in duplo pretij id non conſequetur, quaſi,
quoad illud reſiduum, putetur tantùm ſimplum præſtitiſſe? Scidit hic ſe
opinio. Nam ſunt [a] qui velint quod reliquas vſuras conſequetur adhuc
creditor: neq; eas cum vſu pecuniæ cõpenſabit. vt quemadmodum ipſius
eſſet iactura, ſi dupli onus vtilitatem excederet vſurarum, hiſq; ſolis con-
tentus deberet eſſe creditor, ita quoque eius commodo cedat, ſi fortè v-
ſuræ excedant duplum, vt integras eas habeat nihil ob vſum pecuniæ pre-
tij diminutas. & vt nõn audiretur creditor, ſi priore caſu reliquum onus du
pli, quatenus excedit vſuras, vellet in debitorem reijcere: Ita nec poſte-
riore caſu audiendus ſit debitor. ſi velit effugere onus vſurarum ab eo ꝓ-
40 miſſarum, quatenus excedunt duplum [b]. †Accurſius [c] tamen, & cum eo nõ-
nulli [d] in cõtraria ſentẽtia ſunt: videlicet, quod non conſequetur creditor
eas vſuras, quæ duplũ, quod emptori præſtitit, excedunt. Quod vt manife-
ſtius fiat, ſic habete. Ex pretio pignoris vẽditi perſolutum ſit creditori, ita
quòd ſi euictio non eſſet ſecuta, debitor plenè liberatus eſſet à creditore:
oportet pretiũ diſtracti pignoris, quod apud creditorẽ remãſit, æquale fuiſ
ſe pecuniæ ei debitæ: atq; ita quãtæ ſunt vſuræ pecuniæ debitæ, tantũ quoq;
eſt emolumẽti in vſu pecuniæ pretij medij tẽporis: duplũ ergo emptori à
creditore præſtitũ, cuius occaſione permittitur creditori petere vſuras,
eatenus peti eas permittet, quatenus cũ dupli quãtitate cõcurrũt: vt effect9
reſpõdeat ſuæ cauſæ. In exceſſu verò eadem ſubeſt æquitas, quæ eſt in ſim-
plo ſoluto: eaq; ſuadet, vt vſuras debitas compenſet creditor cum vſu pe-
cuniæ pretij. Nã eadẽ eſt ratio totius & partis [e]. Et ſic, eo caſu, doli excep-
tio æquè obſtat in vſurarũ parte, excedente alterum ſimplum: ſicut cum in
ſimplũ tãtum eſt ſolutum, obſtat in totũ, ne vllæ vſuræ petãtur. Et hæc de-
ductio bene expẽſa inuenietur apertior & ſolidior, quàm aliorũ [f] quorun-
dam, qui Accurſio quoq; adhærendũ putarunt. Nã quod illi dicunt, reſpon
dentes aduerſarijs, ad rationes eorum quas paulò ante attulimus, quomo-
do damnũ ſi quod ſua culpa ſentiãt, procurator, negotiorũ geſtor, ſoci9, id
ſibi meritò imputare debeãt. Lucrũ verò nõ æquè ſit eorũ, ſed domini aut
ſocietatis [g]. quaſi ſic quoq; creditor dupli, damnũ, quod incõſultius ꝓmiſit,
ferre debeat: ſed cõmodum vſurarũ nõ ſit habiturus: ſubuerti facilè poſſet,
ſi dicas, quod creditor nõ expectat vſurarũ commodum, ex eadẽ cauſa, ex
qua dupli dãnum ſuſtinet. In hoc enim dãnum incidit ex improuida ſua ꝓ-
miſsione, quã in vẽditione pignoris fecerat. Vſuras verò cõſequetur ex i-
pſius ſtipulatione, cùm primum cõtraheret eã obligationẽ, in quã accepit
pignus vel hypothecam. Et velis nolis ad rationem boni & æqui hic ſolum
41 eundum eſt, †quæ ſanè, ſeruata proportione, eadẽ eſt in toto & in parte.
Nam ſi ſola verba ſpectes rationis à Iuriſcõſulto adductæ [h], cur duplo ſolu-
to emptori, petat creditor vſuras debiti, quas eſt ſtipulatus: videbitur vtiq;
non male quoque conuenire ſimplo ſoluto. Illo enim reſtituto à credito-
re emptori poſt euictionem, palam per eam euictionem factum eſt, nihil
ſic eſſe ſolutum creditori, vt auferri ei non poſſet: imò quòd non ſit re ipſa
iam ei ablatum. Reſtituit enim pretiũ quod non cenſetur vnquam perue-
niſſe ad eum cum debuerit reſtituere [i]. Atque ita, ſi in cortice verbo-
rum conſiſtas, eadem ratio videretur ſuadere, quod vel ſimplo ſoluto,
reuiuiſceret priſtina debitoris obligatio, cum omni ſua cauſa: hoc eſt,

a Barth. & Salic. cum Richard. in d. l. nec enim.
b Arg. l. 1. C. de ſolutio.
c in l. allegata gloſſ. ad verb. facta.
d Alber. & Fulg. in d. l. nec enim.
e l. quæ de tota. de rei vendicat.
f Fulg. in d. l. nec enim.
g l. ſi quis negotia. de nego. geſt. l. qui proprio. §. procurator. de procurat. l. nõ ob eam rem. pro Soc.
h in d. l. nec enim. in verb. quia nihil ei ſolutum.
i Fulgo. in d. l. nec enim. ex l. ſi poſſeſſor. §. bonæ fidei. de petit. hered.

cum vſuris, præſertim ſtipulatis, & quæ non dependet ex ſolo iudicis ar-
bitrio:ſed in neceſsitatem obligatiõis ſunt deductæ.cùm enim ablato cre
ditori pretio putetur nihil vnquam ei ſolutum,cur non exerceretur nunc
priſtina actio,quemadmodũ exerceri potuiſſet,ſi nunquam vẽdidiſſet pi-
gnus quod nunc eſt euictũ? Atq; ita quidẽ ſummo iure res ſe haberet,& ad
vſuras quoq; ſimplo tãtum reſtituto emptori,agi poſſet†,& verè agi poſſet: 42
Ita quòd ipſo iure actio competat.Sed vſuras petenti creditori obſtabit
doli exceptio,ex ratione boni & æqui.propterea quod ab omni æquitate
ſit alienũ,quod creditor duplex referat cõmodũ occaſione vnius eiuſdẽq;
pecuniæ,& eodẽ tẽpore [a].Nẽpe,quòd vſuras illius habeat ex ſua ſtipula-
tione,tanquam morã ſoluendi feciſſet debitor,ita quòd medio quoq; tem
pore quo pignus fuit vẽditum & nondum euictũ, in mora fuiſſet, & quod
nihilominus retineat vſum pecuniæ pretij pignoris,quod ad conſequen-
dam ſolutionẽ(quæ aliquandiu etiã firma ſtetit)ipſe creditor vendiderat.
Aliud † adhuc eſt pactum creditoris in venditione pignoris,quod ſemper 43
alterutrius oneri eſt,vel creditoris,vel debitoris,videlicet quando vendit
data dilatione ſoluendi pretij, quibus enim modis fit, vt non improbetur
in venditione creditoris promiſsio dupli,in euentũ euictionis. (Nimirum
ſi quid maioris emolumẽti ſic facta vẽditio attulerit,vel ex more regionis,
aut debitoris ita facta ſit.)eiſdem quoq; modis excuſabitur, data emptori
dilatione ſoluendi pretium.quamuis alioqui non poſsit creditor, in præiu
dicium debitoris, de alieno vllam gratiã facere emptori:ſed tantùm in ſuũ
ipſius præiudicium [b].Quando ergo creditori ad culpam imputari non po-
teſt, quòd fidẽ de pretio habuit,nõ liberabitur ab eo debitor,antequàm pe
cuniã pretij ſoluerit emptor [c].Si pluris vẽdiderit creditor,quàm ei debeba
tur,reſiduũ ſi nõ accepit,nõ reddit debitori:ſed actionem ei aduerſus em-
ptorẽ mãdat [d].Si verò delegare velit,nõ audiet eũ ſi nolit debitor [e]: ſic e-
nim liberaretur creditor,qui mãdata tãtum actione ipſe nõ liberatur. † Nõ 44
cogitur autem debitor,idẽq; creditor pignoraticiæ actionis,mutare inui-
tus debitorem,videlicet vt pro creditore,quẽ obligatũ habuit, ex recepto
pignore,nunc debitorẽ habeat emptorẽ pignoris,& derelicta pignorati-
cia actione,aſſumat ſibi ſolam ex vendito actionem,contra emptorem [f].
†Mandat itaq; debitori creditor actionem,ad ſuperfluum pretij, periculo 45
ſuo [g] i.creditoris.Aliter ſanè,quàm ſi vẽdita res, vẽditori per vim aufera-
tur,antequam eã emptori tradat.Hic enim mãdabit actionẽ emptori,peri-
culo emptoris [h].Nulla enim interuenit vẽditoris culpa,etiam ſi ſuſcepiſſet
cuſtodiam,quæ aduerſus vim non æquè valet,vt aduerſus furta. Aequum
eſt ergo,vt venditor liberatus non ſuſtineat periculum,aut ſumptum litis
ab emptore inſtituendæ,aduerſus raptorem:ſed in pignore vẽdito, & fide
de pretio habita,Aequũ eſt adhuc teneri creditorẽ, cuius fortè aliqua cul
pa detegetur,quòd incõſultè de pretio fidẽ habuerit ei,qui nunc inueni-
tur non eſſe ſoluẽdo,cùm venit dies ſoluendi pretij: & præſumitur retro
quoq; non ſoluendo fuiſſe, niſi probet creditor lapſas poſtea facultates.

Incurrunt nunc in ordinẽ pacta de pignorũ fructibus,†de quorũ cõpen 46
ſatione dupliciter paciſcimur, Videlicet vel vt cũ debito cõpenſentur,vel
vt cũ vſuris eius.Prioris generis pactũ,de quo in Modeſtini reſpõſo [i] legi
mus,Accurſio [k] viſum eſt ſuperuacaneũ:cùm idipſum fieret, etiãſi non ita
cõueniſſet.Nẽpe quod fructus,ex quibus cõſecutus eſt creditor debitũ [l].
(vtputa ſi functionẽ recipiãt cum eo quod debetur,vel à creditore ſint cõ-
ſumpti,vt ſic deſcendere oporteat ad æſtimationem pecuniariã) imputa-
rẽtur creditori in ſortẽ,ſi nõ debeãtur vſuræ [m],vel quatenus excedũt vſuras,
in quas

a contra l.qui bis idem.de verbor.oblig.
b l.eleganter.§.ſi vendiderit. de pignorat. actio. & ibi Caſtrenſ.
c l.quæſitum. in prin.de diſt.pig.
d d.§.ſi vendiderit.
e l.penult.de pig. actio.
f Fulgoſ.in d. l. penult. de pig.act.ex l. ſi mandato meo.manda.
g d.§.ſi vendiderit.
h l.ſi ea ret. de act.empti. & ibi Caſtrenſ.
i l. Caius. de pig. act.
k ibi in gloſ.
l l.1.C.de diſtract.pig.
m l.1.& 2.C.de pign.act.

in quas primo imputantur:& deinde quod ſupereſt in ſortem[a]. At non ſa
47 tis † expendit Accurſius integram pacti formã, videlicet: *Vt creditor pignus*
ſuum in compenſationem pecuniæ ſuæ certo tẽpore poſsideret. In cõpenſatione,
inquam, veræ adæquationis:Ita vt nõ imputet in partẽ tãtum debiti,ſi inte-
rim pauciores fructus percipere eũ contingat,nec reddat ſuperfluũ,ſi ma-
iores perceperit:ſed ex poſſeſsiõe pignoris,certo tẽpore cõuento retẽta,
ſibi integrè ſatisfactũ putet:quaſi ab initio totius illius temporis fructus,
quantoſcunq; naſci interim contingeret,in ſolutum accepiſſe putetur: &
in effectu emiſſe,pretio eius quantitatis pecuniæ,quæ debebatur ei,vt ex-
pectet vtrunq; euentũ,ſiue vbertatis,ſiue ſterilitatis.quod vtiq; ſic nõ fie-
ret,niſi eſſet conuentũ.Et quamuis fructus imputentur in debitum, vel v-
ſuras eius,non ſic tamen cõpenſantur,vt adæquentur,niſi ita conuenerit.

Poſterioris generis pactum,videlicet,cùm conuenit vt creditor perci
peret fructus pignoris aut hypothecæ in vſuras debitæ pecuniæ, vocarũt
48 Iuriſconſulti[b] anticreſim:† vbi ineptè legerunt plærique,& non minus ri-
diculè interpretati ſunt antiphonam pro prætorio pignore, quod ex pri-
mo decreto contrahitur,& præparatorium eſt ſecundi decreti. Cui quidẽ
prætorio pignori,ex omnibus quæ in Martiani reſponſo[c] leguntur, nihil
cõuenit,quàm illud ſolum,quod in fine dicitur, in factũ actionẽ dari.Nam
ea actio,ad oĩa quæ incidunt circa prætoriũ pignus,dãda eſt[d]: ſiue vtilis a-
ctio exẽplo pignoraticiæ[e], & non pignoraticia[f]. Quod autem à Martia-
49 no eſt dictum,† retineri poſſeſsionem,donec ſoluta ſit pecunia: nõ poſſes
in vniuerſum attribuere pignori prætorio,hoc enim ob varias cauſas con-
trahitur. Aliquando ob contumaciã nõ ſiſtentis iudicio, & tunc tollitur,
cùm ſe defendit,& expẽſas refundit is, in cuius bonis prætoriũ pignus eſt
conſtitutũ[g].Aliquãdo ob debitũ nõ ſolutum:& tunc illo ſoluto tollitur[h].
Idq; generalius definit I.C.his verbis:*Nam quòd ſi integra re fieret,in poſſeſ-*
ſionem non mitteretur:id cùm effertur,à poſſeſsione diſcedere debet.Rurſus quod
in Martiani reſponſo ſubijcitur,creditorem in vſuras percipere fructus,id
quoq; in prætorio pignore non dixeris obtinere,ſi intelligas, quẽadmodũ
ipſe I.C.quòd quantocunq; tẽpore creditor poſſederit, multoſq; fructus
perceperit,nunquam minuetur aliquid ex ſorte,ſed vſuris tantum. Et con
tra quoq; etiãſi ex pretio fructuũ non cõperiatur ſatiſfactũ legitimæ quãti
tati vſurarũ, id quod deeſt,nõ ſupplebitur,ſed in vſuras pecuniæ percipiet
creditor fructus pignoris,quos naſci cõtinget:adæquata illorũ inter ſe cõ
pẽſatione,per cõuentionẽ ab initio factã. Quod vtique non ſic ſeruatur in
prætorio pignore,cuius fruct⁹ imputãtur in vſuras primũ, & deinde quod
ſupereſt in ſortẽ[i].Quod vſq; adeo eſt verũ,vt quẽadmodũ creditor tene-
tur de fructibus cõuenti pignoris quos potuiſſet percipere[k]: ſic quoq; te-
neatur de fructib⁹ prætorij pignoris,hoc ſolo diſcrimine,quòd cõuento pi
gnore teneatur,ſiue culpa,ſiue dolo omiſerit percipere.Sed qui prætoriũ
habet pign⁹,ita demũ tenebitur,ſi dolo nõ pceperit de quo ſolo tenetur[m].

Reiecta ergo hac interpretatiõe,de prætorio pignore,alia erit ſequẽda,
50 quã docuit Alciat⁹[n], † videlicet vt dicatur antichreſis cõtracta, cũ vſus pi-
gnoris ꝓ vſu pecuniæ cõceditur.hoc eſt,cũ ita pign⁹ datur, vt eius vſum &
fructũ pro vſuris pecuniæ creditor ſibi cõputet. Et hic iã inuenietur ma-
gna vicinitas huius conuẽtionis,cũ illa,qua venditur res, ſeruata facultate
recuperandi eam refuſo pretio[o]. In re tamen ipſa non parum eſt diſcrimi-
nis.Nam per venditionem non ſolùm poſſeſsio:ſed & dominium rei verè
tranſit ad emptorẽ,Per oppignorationẽ verò ſic cõtractã, nullo modo do
miniũ,&nec poſſeſsio quidẽ omnimodo trãſit, ſed poſsidet adhuc debitor

a *l.is cui. §. quæri poterit. Vt in poſſ. legat. cauſa.*
b in l.ſi pecuniam, de pig.act.& l. ſi is qui bona.§.1. de pign.
c *l.ſi is qui bona.§. 1.*
d *l.prætor ait. in principio. de bon. auth. iudic. poſſ.*
e *d.l.is cui. §. quæri poterit. vt in poſſeſſ. legat.*
f *Accur. ad l.1. de pig. act. & ibi Fulgo.*
g *Authen. & qui iurat. C. de bonis autho. iud. poſſ.*
h *l. cum qui, de priuileg. credit.*
i *in l.ſi pecuniæ. in fi. vt in poſſ. legat. &c.*
k *d.l.is cui. §. quæri poterit. vt in poſſ. legat. & l. Titia. de ſolutio.*
l *l.2. C. de pig. act.*
m *l.prætor ait. §. eſt ſterea. de bon. auth. iudi. poſſi.*
n *cap.3. diſſunct.2.*
o *l.2. C. de pactis inter emptor. & vendit.*

quoad implendam vſucapionem[a]. †nec releuatur creditor ab onere ſatiſ- 51
dãdi, qui ſic pignori rẽ poſsidet, quaſi immobilia poſſideat[b]. Adde, quòd
ſimulatq; debitũ eſt ſolutũ, vel creditore nolẽte recipere depoſitũ, depe-
rit per ſe qualis qualis illa poſſeſsio creditoris[c], quod non dixeris de em-
ptore, antequam à poſſeſsione recedat. In ratiõe quoq; præſcriptionis nõ
parũ intereſt. nã vẽdita re cũ pacto de reuẽdendo, verior eſt in iure opi-
nio eorũ, quib⁹ viſum eſt illi facultati quã ſibi vẽditor ſeruauit, vt rẽ retu- 52
ſo pretio recuperet, præſcribi 30. annis[d]. Pignori verò accepta res, quãto-
cunq; tẽpore debitor in ſolutione ceſſauerit, nunquam vſucapitur à credi
tore[e]. Sed quo hæc manifeſtiora fiant, operæpretium duxi ſingulis verbis
Martiani, cõgruam adaptare interpretationẽ. Quod ergo ait: *Si antichreſis
facta ſit*, ita accipiem⁹: *ſi facta*. i. ſi expreſſè cõtracta ſit. Nẽpe ſi cõuenerit, † 53
vt cùm pro centũ aureis à te acceptis, quotãnis ſex tibi ſoluere debuiſſem,
tu, velut annui reditus noĩe, quoad ſoluã, poſsideas prædiũ aliquod meum,
faciasq́; fructũ tuũ, quem ferè ſolet quotãnis eius pretij reddere. Hic iã, ex
conuẽtione noſtra cõmodũ vſus pecuniæ æquatũ eſt cõmodo fructuũ pi-
gnoris. Cuiuſmodi cõuentio principũ cõſtitutionibus nõ fuit incognita[f].
& nec fortè ſacris Canonibus, Nã talis cõuentio ſignificari videtur in cõ-
ſtitutione Innocẽtij[g], vbi eã videtur vocaſſe gageriã, loquens de pignore
rei immobilis cõſtituto eccleſiæ in re quã ab ea debitor tenebat in feudũ.
Nam ferè ſemper fit, vt res immobiles fructũ ferẽtes, nõ aliter creditorib⁹
pignoris titulo tradãtur, quàm vt fructus eius habeat creditor ꝓ vſuris de-
bitæ pecuniæ. Nã alioqui, quis creditor vellet multis in colẽdo fundo pi-
gnorato moleſtiis, particulatim ſibi ſolui, & vix tandem ex fructibus mul-
torum annorũ colligi creditũ, quod vna vice numerauit, cùm particularis
ſolutio multa habeat incõmoda[h]. Atq; ita intellecto vocabulo illo Galli-
cò magis quàm Latino †*Gageria*, videri poſsit (de quo tamen latius erit co 54
gitandũ) ſententiã illius cõſtitutionis Innocẽtij hanc eſſe, quòd anthicre-
ſim quam in pignoribus paſsim permiſſam legimus, iuſta ꝓportione ſerua-
ta (vt nõnulli tradũt[i]) voluerit quoq; permittere prælatis eccleſiæ, non ſic
paſsim, & in quibuſlibet prædiis pignoratis[k], ſed in iis quæ ab ipſa eccleſia
ad debitorẽ peruenerunt, eiq́; in feudũ ſunt cõceſſa, & adde, ſi lubet, in em
phiteuſim. ſic vt eccleſia ſibi ſemper directũ dominiũ retinuerit, quaſi res
facile redeat ad ſuã naturã. Alioqui cõtentio finẽ nõ accipiet, ſi ſurſum &
deorſum illius cõſtitutionis interpretationẽ vertere cœperis. Imò nec ea
fortè interpretatio ſatis cõuenire videbitur verbis eius Canonis, quem ho
die nõnulli in vſum reducere tẽtant, ab antiquioribus[l] tamẽ excogitatũ,
ſed parum eis probatum: videlicet, quòd ibi onus ſeruitij, in quo debitor
ideó; vaſallus eccleſiæ ratione feudi tenebatur, correſpõdebat emolumen
to fructuũ feudi: atq; ita prælatus inueniẽs aliud cũ quo cõpenſet fructus,
(nẽpe cũ ſeruitio debito, quod interim vaſall⁹ nõ præſtat) nõ debeat fruct⁹
imputare in ſortẽ: ne duplex inde cõmodũ referat debitor, videlicet, vt &
minuatur ex fructib⁹ quod creditori debet, & vt à ſeruitio interim exhi
bendo ſit liber. Hoc tamẽ ſequi dubitauerim, nõ quin per ſe veriſsimũ ſit,
ſed quòd deciſio illius canonis non videatur fundari in remiſsione ſerui-
tij, tãquam in cauſa finali, vt ex eo dicas effectum ſuæ cauſæ cõmenſurari
debere, & quatenus remittitur onus ſeruitij, fructus nõ imputari in ſortẽ.
Sed cõſecutiuè potius hæc verba canonis *Ita videlicet quàm diu, &c.* accipi
debere, vt ſignificetur, quòd donec fructus, vel dum fructus computãtur,
non in ſortẽ, ſed in vſuras ſortis (cùm ſcilicet ita cõuentũ eſt, iuſta & ſoli-
da proportione ſeruata, qualis adhiberetur in pẽſione annua empti redit⁹)

Hoc

[a] l. ſerui nomine. de vſucap.
[b] l. 2. §. creditor. qui ſatiſd. cogan. nr.
[c] Fulgo. in d. l. ſi is qui bona. §. 1. ex verb. textus eo vſq; retinet, &c.
[d] Fel. ad rubr. de præſcrip. col. antepen. ſub finem. et in c. ſi diligenti. col. 4. verſ. 2. corollarium de foro cõpetenti. Ang. conſil. 55. incipiente Guilhelm⁹ & Franciſ. us vendiderunt. Ioan. Balbus in tractatu præſcriptionum. in 4. parte. 5. partis principalis. 3. quæſtione.
[e] l. pignori. & ibi Caſtren. de vſucap.
[f] l. ſi ea pactione. & l. ſi ea l. C. de vſur.
[g] in cap. 1. de feud.
[h] l. planè. famil. hercíſ.
[i] Alberic. in l. ſi ea lege. C. de vſur.
[k] c. cum quæſtus. de vſur.
[l] Panor. in d. c. 1. de feud. in 2. interpre. & Io. Imolenſ. in 3.

Hoc quoq; fieri, & cõſequens eſſe, quòd interim debitor, idemq; vaſallus,
qui ſic domino directo oppignorauit feudum, nullum præſtet pro eo ſerui
tium. tum quia illud fructuum eſt onus (quos non percipit) tum etiam ne
reſurgat inæqualitas: & non ſit iuſta proportio fructuum pignoris, cum an
nua reditus empti penſione & ſeruitio. Et hæc quidem videntur prima fa
cie æquiora, vt dicas conuentum, in caſu conſtitutionis Innocentij, credi-
torem ſuos facere fructus, veluti loco reditus annui, qui ea pecunia pote-
rat emi: quàm quod dicas, abſq; conuentione ſola ratione directi dominij
fieri, vt creditor non imputet fructus pignoris in ſortem. Neq; enim ad ac
quiſitionem dominij multum facit directũ dominium, ſed ea in parte præ-
ualet vtile, quod etiam ab ea vtilitate nomen habet.
55 Porrò quod alio loco [a] conſtitutum eſt, † generum non cõpelli ad com
putandum in ſortem dotis fructus poſſeſsionum pro dote obligatarũ, cer-
tiſsimum eſt à pleriſq; [b] intelligi tunc locum habere, cùm pactus eſt gener
de lucrandis fructibus. Sed & ſi id non cõuenit, cùm tamen non omnino
confidat ſocero abſq; pignore, videri poteſt [c] accepiſſe illud, confiſus iuri
ſcripto, quo permittitur ei lucrari interim fructus, atq; ita accipi quaſi id ta
citè eſſet conuentum. Quod verò Paulus iuriſconſultus [d] reſpōdit, cum
56 debitor † gratuita pecunia vtitur, poſſe creditorem de fructibus rei ſibi pi-
gnoratæ, ad modum legitimum vſuras retinere: Id ſanè tam generale eſt,
& ex generalitate nimia obſcurum, vt quod voluerit diuinari vix poſsit. Vt
minimè mirandum ſit, quod alij aliter hoc explicant. Et quidem in primis
Accurſius [e] dubitare videtur, depoſitámne pecuniam an mutuo datam in-
57 telligat, non paruo periculo & diſcrimine. quando in his cõtractibus tam †
diſpar ſit vſurarum ratio. In depoſita enim pecunia non tenetur depoſita-
rius ad vſuras, niſi vel ex mora, iudicis officio [f]: vel ex ſtipulatiõe, vel pacto
iure [g] actionis, cùm vt vtatur pecunia permiſſum ei [h] eſt: vel extrinſecus
id euenit, propter delictum furti, in contrectanda pecunia depoſita com-
miſsi, qua vti non poterat [i]. Extra hos caſus vſque adeo non debet vſuras,
vt nec conuentione expreſſa ad eas obligari poſſet. Cùm ſine ſorte non
conſiſtant vſuræ, & depoſitarius nullius hic ſortis vſum aut dominium ha-
buit, quare id eſſet, nedũ contra naturã depoſiti, verùm etiam omnino con
tra bonã fidem: deſiderari vſuras ab eo qui reſtituendi moram non fecit, &
qui purum beneficium in ſuſcipienda pecunia præſtitit, abſq; vlla merce-
de & facultate vtendi [k]. Cùm ergo vſuræ in depoſita pecunia vel omnino
nõ veniant, (ſcilicet vbi nec morã fecit reſtituendi debitor, nec facultatẽ
habuit vtendi, nec vſus eſt) vel vbi veniunt (ſcilicet mora reſtituendi fa-
cta, vel cum conueniſſet vt vti poſſet vſuris præſtitis) iure actionis aut iu-
dicis officio peti poſsit: viſum eſt [l], reſponſum illud Pauli, qua conceditur
ſola retentio non petitio vſurarum, non pertinere ad contractum depoſi-
tæ pecuniæ, ſed potius referri debere ad mutuam pecuniam: cuius vſuræ
non petuntur, niſi in ſtipulationem venerint [m]. Sed hic rurſus ſe ſcidit opi
nio, opinãtibus quibuſdam [n], quòd ſaltem nudo pacto promiſſæ ſint, quòd
licet ad efficacem obligationem earumq; petitionem non ſufficiat [o], ad re
tentionem tamen (.i. ad hoc vt retineri pro vſuris æquè vt pro ſorte poſ-
ſint pignora vel fructus eorũ) vtiq; ſufficere. Quod rationem habet, cum
58 pignora † conuentione pacti (etiam nudi & ad actionem non efficacis)
vſuris quoque obſtricta [p] ſint: hoc eſt, cum in vſuras quoque ſunt accepta,
59 quod etiam ſemper in dubio intelligitur eſſe factum, † quando ſimpliciter
ſunt accepta. quaſi debitoris ſit vſuras excipere, & oppignorationem re-
ſtringere ad ſolam ſortem, ea lege apertè dicta, ſi nolit videri in omnem

a in. c. ſalubriter. de vſur.

b Io. And. & Ant. de Butr. in d. c. ſalubriter. Imol. in l. in inſulam. §. vſuras. ſolu. matri. Alexan. cõſil. 27. volu. 4. Soci. 88. volu. 4.

c Caſtr. in l. j. de pig. act.

d in. l. cũ debitor. in quibus cauſis pig. tac.

e in gl. j. d. l. cũ debitor.

f l. die ſpõſaliorũ. §. qui pecuniam. depoſ.

g l. Lucius. in fi. eo. tit.

h l. ſi ſacculũ. §. j. depoſ.

i l. 3. C. depoſ.

k d. l. Lucius. ſub fi. depoſ.

l Alberi. & Fulgo. in d. l. cum debitor.

m l. quamuis. C. de vſuris.

n Accur. in d. l. cũ debitor. in gl. verbi, retinere. verſic. dic. tamen ſecundum Iereanum, & bene, quod ſaltem pacto. &c.

o d. l. quamuis.

p l. per retentionem. C. de vſur.

a *Accur. in d. l. cũ debitor. & Caſtren. in d. l. per retentionem.*
b *in d. l. cum debitor. in gl. verbi retinere. in verbis, aliud eſt pecunia ſoluta.*
c *Caſtr. in d. l. per retentionem.*
d in l. in his. §. eidẽ autẽ reſcripto. de ſolut.
e *Accurſ. in d. §. eidem. ad verb. exoluere. & Fulgo. in d. l. cum debitor.*
f *in d. §. eidem.*
g *in d. §. eidem.*

cauſam pignora eſſe data[a]. Sed an ſolutæ † ſimpliciter pecuniæ eadem ſit 60
ratio, (hoc eſt, an præſens in vſuras quoque facta eſſe intelligatur) difficilius dixeris in hac ſpecie, in qua vſuræ non debentur ſummo iure vt poſsint eximi. Accurſius enim[b], & cum eo alij nonnulli[c], putant diuerſam eſſe rationem in ſolutione, quæ non intelligitur ſic facta, niſi in id quod ſummo iure debetur, & exigi poſſet: pro quibus ſtat apertiſsimè reſponſum Iuriſconſulti[d], quo ipſum interpretatur, quomodo intelligi hoc debeat quod dicimus, ſimpliciter ſolutam pecuniam, intelligi primum ſolutam in vſuras, nempe in eas vſuras, quas debitor cogeretur exoluere iure actionis, cùm naturaliter & ciuiliter ex ſtipulatu debeantur: non verò in eas quarum nomine nulla eſt actio, ſed competit tantùm facultas retinendi. Itaque mirum eſt inueniri qui dicant, videri[e] & in eas vſuras ſolutum: interpretantes verba Iuriſconſulti[f], de omnibus vſuris quas debitor cogitur exoluere: ſiue iure actionis, ſiue ſolius retentionis. Nam ſi tam generaliter intelligas, nulla erit reſtrictio ex illis verbis Iuriſconſulti[g], *Ad eas vſuras videtur pertinere, &c.* quæ tamen, inſpectis præcedentibus, omnino dici debent cauſa reſtrictionis appoſita: eritque notiſsima reſtrictio, ſi dixeris, adiecta ad diſcrimen earum vſurarum, quarum ſola retentio conceditur creditori, ex eo quod poſsidet: velut ex pignore aut fructibus eius. Sed ſi nihil poſsideat, non eſt ei conſultum actione, neque permiſſa petitio. Alij verò intelligunt illud Pauli reſponſum, eum nullo modo vſuræ ſunt promiſſæ, nec ſtipulatione, nec pacto nudo, ſed omnino gratuita eſt pecunia, id eſt, gratis credita, non fœnerata. At quomodo hic iam, inquies, induces † mentionem vſurarum gratuitæ pecuniæ? Certè quia liberalitas vnius, videlicet creditoris, qui ſine fœnore pecuniam credidit, deſiderat & prouocat alterius quoque, vtputa debitoris, aliquam liberalitatem[h]. nempe, vt non tam acerbè fructus dati pignoris repetat, aut in ſortem imputet, quin ſaltem aliquam eorum partem, vſque ad modum legitimum vſurarum, relinquat creditori. Nam inhumanum eſſet, debitorem cum creditore, à quo gratis mutuum habuit, tam exactè fructuum pignoris rationem inire velle: quod adhuc cogeret eum, velut ad nouum beneficium: nempe vt pecuniam totam, vna vice creditam, recipiat creditor per particulares ſolutiones ex fructibus collectas, tam exactè & rigidè, vt nullam fructuum partem poſſet creditor acceptam ferre in vſuras, ſed in ſortem imputare deberet omnes. Hic ergo vſuræ, quæ nullius conuentionis iure debentur, nunc ſaltem tradito pignore retinebuntur ex fructibus eius, ſicut ex ipſo pignore poſſent retineri: ſi ſaltem nudo pacto eſſent promiſſæ: Ita vt hic ſunt tres velut gradus conſequendarum vſurarum. Nam ſi ſtipulando promiſſæ ſint, iudicio & iure actionis poterunt peti[i]. Si verò pacto nudo promiſſæ ſint, etiam in ſtricti iuris contractu, retentio dabitur pignoris, quoad ſoluantur[k]. Si verò nullo modo promiſſæ ſint, dabitur retentio ex fructibus pignoris[l].

61

h *arg. l. ſi verò nõ remuneran. §. idem Papinianus. Mandat.*

i *l. f. C. de iudic.*
k *l. per retentionem. C. de vſufruct.*
l *d. l. cum debitor.*

Et in fundum aut in ædes aliquis inducatur.) Hæc verba mouerunt doctores, vt vulgo putarent omnes prætorium pignus hic intelligi: cùm, ceſſante aut latitante debitore, mittitur creditor à prætore in poſſeſſionem bonorum debitoris. † Sed errant tota via, nec hic ab ipſo debitore inducitur creditor in poſſeſsionem pignorum, quæ non ſola conuentione, ſed re ipſa, & traditione ei obligantur. Porrò cùm ruſtici prædij fructus plerúmque incertiores ſint, ex ſterilitate vel vbertate, quàm vrbani: inueniemus alia ratione hanc conuentionem excuſari ab ex- 62
ceſſu

ceſſu legitimi modi vſurarum, in vno genere prædiorum, quàm in alio. In
ruſticis quidem prædijs, propter incertum natura fructuum euentum[a]: In
vrbanis verò, in quibus penſio aut merces conductionis conuentione con
ſtituitur, ſi vberiore ſorte poterat contrahi locatio, quàm pro modo legi-
timo vſurarum, non cenſebitur tamen creditor, qui pro vſuris inhabitat do
mum ſui debitoris, contraxiſſe fœnus illicitum: ſed potius conductam vi-
lius habere habitationem[b].

Cum in vſuras fructus percipiat.) Hoc eſt, in locum vicemq; penſitatio-
nis vſurarum, quas à debitore conſequeretur, ſinit debitor vt fruatur cre-
ditor incerto commodo fructuum pignoris. Sed an ea conuentio permiſ-
ſa ſit? Et quidem puto non dubitandum, quin quod Cæ. conſtitutiones[c]
eas tolerant, ita intelligi debeat, quod excuſent eas ab exceſſu legitimi
modi vſurarum: non autem in totum ab vſura. Et proinde vbi in vero mu
tuo ita conueniſſet, pactio rata nõ eſſet[d]: & quod nonnulli[e] aliter tradi-
diſſe videntur, † ratione incertitudinis & dubij euentus, ſuſtineri ea pacta,
63 ſic vt non tantùm tollatur ſuſpicio, ſed & ipſum crimen vſuræ: verum eſſe
poterit in alio genere contractus, quàm mutui: videlicet in emptione re-
ditus annui permiſſa[f], vel in venditione rei cum pacto reuẽdendi eodem
pretio. nam loco annuæ penſionis, quæ empto reditu ſolui deberet, poſſit
conueniri, quòd vſq; ad redemptionem ſiue extinctionem reditus, ſorte
reſtituta poſſideat creditor aliquod prædium debitoris, ex quo fructus fa-
ciat ſuos: quorum pretium, deductis impenſis ſeminis & culturæ, ſolet vt
plurimum reſpondere quotannis annuæ penſioni. Nam, re penitius inſpe-
cta, nihil aliud hoc eſt, quàm volenti creditori aliud pro alio, videlicet fru
ctus prædij ꝓ pecunia reditus annui ſoluere: quod indubiè eſt permiſſũ[g].

Aut locando.) Qui hæc ad prætorium pignus referũt, hinc notàrunt, cre
ditorem miſſum in poſſeſsionẽ bonorũ debitoris, locare illa poſſe. Quod
alio loco[h] manifeſtius eſt deciſum, ita vt non ſolum poſsit, verùm etiam
debeat locare: præſtat enim dolum malum[i], & fructus imputat in vſuras
vel ſortem[k]. † Dolo autem aſcribitur[l], ſi quis nolit perſequi quod poteſt:
64 ſi nolit exigere quod poteſt: & ſic quoque, ſi nolit fructũ percipere ex pi-
gnore quem poſſet[m], & quem perceptum deberet imputare in ſolutio-
nem. Quare nõ rectè videtur tradidiſſe Baldus[n], creditori miſſo in poſ-
ſeſsionem domus debitoris ſui, non imputari ſi illam non locauerit: cùm
neſciat, quanto tempore ſit in poſſeſsione manſurus. Nam de tempore
prætor loçutus non eſt, ſed arbitrio permiſit creditoris, vt boni viri, quan
to tempore locet[o].

Aut ipſe percipiendo habitandoq;.) Ecce qui inhabitat dicitur ipſe fructũ
percipere, & habitare quoq; dicitur creditor. Vnde non omnino plena eſt
& abſolutiſsima deſcriptio Iuriſconſulti[p], quòd habitare dicamus vel in
ſuo, vel in conducto, vel in gratuito. Non enim conſtat omnibus ſuis mẽ-
bris, cum & in fundo pignorato dicatur habitare creditor: niſi quod fortè
hic dici poſſet habitare in conducto, quaſi conduxiſſe videatur domũ quan
titate vſurarum ſuæ pecuniæ, quæ alioqui quotannis ſoluenda ei eſſet à de
bitore[q]. Ac neſcio an iuri ſatis conſonum ſit quod nonnulli[r] tradunt, cre
ditorem qui domum pignoratam inhabitauit, cùm nec illam nec aliam erat
conducturus, nihil eo nomine imputare, aut in ſortem, aut in vſu-
ras, ſed integrum debitum æquè percipere: nam hic in-
habitatio habetur pro fructu.

DE PA-

a l. ſi ea lege. C. de vſur.

b l. ſi ea pactione. C. eo. tit. de vſuris.

c d. l. ſi ea lege. & l. ſi ea pactione. C. de vſur.

d Bald. in fi. ad l. ſi ea pactione.

e Alberi. ad l. ſi ea lege. et Tiraq. in repet. l. ſi vnq;. ad verb. donatione largitus. num. 19. C. de reuoc. donat.

f in extrauag. duab. Marti. H. ſub tit. de empt. & vendit.

g l. 2. §. j. ſi cert. peta. l. j. §. an poteſt. de conſtit. pecu. l. pretij cauſa. C. de reſ. in. vend. l. cum à quo. C. de ſolut.

h in l. in venditione. §. j. de bon. auth. iud. poſſ.

i l. prætor ait. §. eſt præterea. eod. tit.

k l. j. §. quæri poterit. vt legat. nomine.

l in l. dolus. manda.

m gl. in d. l. in venditione. §. de tẽpore. ad verba, ex culpa. & ibi Bart.

n ad Authẽ. & qui iurat. colũ. antepen. verſi. pone miſſus ſum in poſſeſsione cuiuſdã domus, &c. C. de bon. auth. iud. poſſ.

o d. §. de tempore.

p in l. j. §. habitare. de his qui ſui vel alie. iur.

q d. l. ſi ea lege. in fi. C. de vſufruct.

r Bal. in præall. Authen. et qui iurat. Pau. Caſt. in fi. l. j. C. de pig. act. & in fi. d. l. ſi ea pactione. & ibi quoq; Fulgoſ.

DE PACTO LEGIS COMMISSORIAE.

SVMMARIA.

1 *Pactum legis commiſſoriæ generale eſt, conſtans varijs formis ſub conditione ſi ad diem non ſoluatur pecunia.*
2 *Pactum legis commiſſoriæ, in pignoribus reprobatum eſt, tam directum quàm indirectum.*
3 *Leges quandoq; non ſolùm in futurum quid prohibent, ſed etiam præterita reſcindunt.*
4 *Pactum legis cōmiſſoriæ reprobatū in pignoribus, non habita vlla diſtinctione cauſæ debiti.*
5 *Pactum legis commiſſoriæ non ſolum prohibitū eſt in pignorib. ſed quibuſlibet alijs rebus debitoris.*
6 *Quæ frequentioris vſus gratia in conſtitutionibus referuntur, non reſtringunt conſtitutionem.*
7 *Pactum, vt liceat rem aliquam debitoris creditori habere, ſi ad diem pecunia ſolueretur, prohibetur, & tacitam cōtinet hypothecam.*
8 *Pactum legis commiſſoriæ, etiam in generali obligatione pignoris prohibetur.*
9 *Pactum legis commiſſoriæ, etiam iuramento non firmatur.*
10 *Pactum legis cōmiſſoriæ conſuetudine nō firmatur.*
11 *Pactū legis cōmiſſoriæ, vt ſi ad diem pecunia nō ſolueretur, dominium vtile maneret apud debitorē, directo tranſeūte ad creditorem, etiā improbatur.*
12 *Conuentio hæc cū debitore inita, ſi intra certū tempus pecunia ſoluatur pign⁹ reſtitui, quid operetur.*
13 *Pactum legis commiſſoriæ prohibitum inter creditorem & debitorē, an prohibeatur etiam inter debitorem & fideiuſſorem.*
14 *Promiſsio vēdendi, à venditione multum diſtat.*
15 *Mudæi diligēs & acuta obſeruatio, in verbis Scæuolæ.*
16 *Fideiuſſor ſi ſoluerit pro debitore, an credi debeat ſoluiſſe veluti in pretium emptionis pignoris, in caſu Scæuolæ.*
17 *In reſponſo Scæuolæ ponendam eſſe negationem putat Mudæus.*
18 *Cur pactum legis cōmiſſoriæ toleratur potius in fideiuſſore, quàm creditore.*
19 *Creditor ſi per fideiuſſorem tanquam tertiam perſonam fraudem faciat legi cōmiſſoriæ, nihil agit.*
20 *Pactum legis commiſſoriæ ex interuallo contractui pignoris adiectum, prodeſſe ad exceptionem & retentionem vulgò creditum eſt.*
21 *Pactū legis cōmiſſ. ex interuallo appoſitum, nō ſemper facit ceſſare fraudis ſuſpicionem.*
22 *Mudæus communem opinionem impugnat, ab eaq; recedit.*
23 *Auaritia creditorum & artes prauæ.*
24 *In cauſam dotis, cur potius pignora, quàm fideiuſſores dentur.*
25 *Verba legum ita componenda, vt notabilior ſit deciſio, & de caſu magis dubio.*
26 *Ex Marcelli reſpōſo in l. Titius. de pig. act. cōem opinionē non probari oſtendit Mudæus.*
27 *Verba ambigua conuentionum, interpretanda vt actus valeat potius quàm pereat.*
28 *Pactū, vt niſi intra certū tempus pecuniā mutuam ſolueret, ceſſurū ſe hypothecæ, quid operetur.*
29 *Pactum, vt poſsit pignus dari in ſolutum creditori inuito, non improbatur.*
30 *Pactum, vt pignus pro debito ſoluatur, quatenus tolerari poſsit.*
31 *Venditio fieri poteſt hac conditione, vt ſi eius menſuræ fundus non tradatur, ex alio fundo eiuſdem menſuræ fundus ſeu fundi portio tradatur.*
32 *Locator, præſtando ædes æquè commodas inquilino, liberatur euictis prioribus ædibus.*
33 *Conſtāte matrimonio dos cōmutari poteſt, vel ex re in pecuniam, vel ex pecunia in rem.*
34 *An dos commutari conſtāte matrimonio poſsit ſub hac cōditione, ſi ad diem pecunia non ſolueretur.*
35 *Quædam permittuntur acceſſoriè quæ non principaliter.*
36 *Accurſij lapſus volentis reſtringere hanc conditionem, ad contractum mutui tantùm.*
37 *An pacto effici poſsit, vt intra certū tempus ſors nō ſoluatur, vel pignus redimatur.*
38 *Pactū legis commiſſ. quando improbatum in vniuerſum ſit in pignoribus.*
39 *Qui promiſit, die obligationis cedente, pignora in ſolutū dare, non cōtraxit legem cōmiſſoriam.*

POSTREMO veniamus ad pacta quæ ſpectant & tendunt ad acquiſitionē dominij rei pignoratæ, † latiſsimè à multis[a] tractata, & vno no- 1
mine appellata Legis cōmiſſoriæ[b], ad ſimilitudinem emphiteuticæ rei, quæ domino directo cōmittitur, quādo ceſſatur in ſolutione canonis[c]. & mercium, quæ ob non ſolutum vectigal cadunt in cōmiſſum, & deſinunt eorū eſſe, qui vectigal fraudare voluerūt[d]. Nam ſic quoq; pignus cēſeretur creditori cōmiſſum, non ſoluta ad diem pecunia. Igitur legem cōmiſſoriam licebit venditori dicere, & apponere venditioni rei ſuæ: ſiue directis verbis id fiat, veluti ſi ad diem non ſoluatur precium, res ſit inempta: quo caſu vēditori dabitur vendicatio rei ſuæ[e]. Siue verbis obliquis & inflexis, veluti quòd emptor non ſoluens ad diem pretium, cogatur rem reddere: quo caſu dabitur in perſonam actio ex vendito, ad rem recuperandam[f]. † Sed in 2
pignoribus hanc legem creditori non licet dicere, neque directis verbis: veluti vt ſi ad diem non ſoluatur pecunia, pignus ſit creditoris. Neq; obliquis, videlicet vt in ſolutum tunc dare debeat vel vendere debitori pro debito. Nam vtraq; forma conuentionis, eandem habet captionem & aſperitatem: neq; in re ipſa multum intereſt, cùm vis atq; poteſtas vtriuſq; pacti eo recidat, vt creditor pro debita pecunia ad diem non ſoluta, conſequatur

a *ad l. Titius. de pig. act. l. vlt. de cōtrahē. empt. l. ſi fundus. §. vlt. de pignor. l. quæſitū. de ſolut. c. j. de feud. dat. inuicem. l. commiſſo. c. ſignificante. de pignor.*
b *in rubr. & l. vlt. C. de pact. pig.*
c *l. 2. C. de iure emphit.*
d *l. cōmiſſa. de public. vectig. & commiſſ.*
e *l. cōmiſſoriæ. C. de pact. inter empt. & vendit.*
f *l. qui ea lege. C. de pact. inter empt. & venditor. Alex. toto cōſi. 10. volu. j.*

quatur dominium pignoris. Quod ſanè nimis aſperum durumq; viſum eſt,
cùm ferè nõ oppignoretur res, niſi ſuperualens debito: & debitores conſti
tuti inter ſpem conſulendi neceſsitati rerũ familiarium, habita pecunia: &
metum amittendæ occaſionis inuentæ & oſtenſæ pecuniæ, quam creditor
non alia lege dare vellet mutuam: facillimè, dum huc & illuc impelluntur,
conſentient in leges mutui nimium graues. & ſic exercerent impunè cre-
ditores deteſtabilem auaritiam, & ſæpè plus quàm vſurariam. Licet enim
iſtud pactũ non contineat in ſe formalem vſurá (quia hic non eſt debitum
ſucceſsiuum, pro rata temporis & ſortis) continet tamen veram pœná in
fraudem vſurarum: & ſæpè quidem ſupra legitimum modum earum. Quæ
res tanto odio digna viſa eſt, vt nõ futuris tantùm negotijs lata ſit lex quæ
huiuſmodi pacta improbat, ſed nec ante facta patiebatur eſſe rata: voluitq;
Conſtantinus lege [a] ad populum lata, etiam præteritis mederi: ſi quis for- *a d.l. vltima.*
3 tè tunc, mole legis commiſſoriæ preſſus, laborauerit debitor. Vt vidimus †
aliquando in alijs [b] legem ſic ferri, vt quid in præteritum tempus reprehen *b in c. cum tu. de vſur.*
dat, ſcilicet eam rem quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefaria eſt, vt etiam ſi lex
non eſſet, magnoperè vitanda fuerit [c]. Sortis tamen petitio, etiam ſub pi- *c Cic. in Verrem act. 3.*
gnoris (vt credo) ſecuritate, manet ſalua: reiecta tantũ adiectitia lege pi-
gnorũ cõmiſſoria [d]. quæ non in ſolo cõtractu mutui eſt prohibita, quam- *d d. l. vlt. in fi. C. de caduc. pignor.*
uis in eo apertius tenderet ad improbum fœnus, ſed & in alio quolibet ge
nere contractuum aut obligationum, in quarũ ſecuritatem creditor ſibi de
4 pignore aut hypotheca proſpexerit [e]. † Nam conſtitutio hæc prohibẽs ge *e Alex. conſi. 178. nu. 7.*
neraliter & indiſtinctè, lata eſt aduerſus creditores, nõ diſtinguẽdo ex qua
cauſa eis debeatur: & de pignoribus, nõ diſtinguendo in quam cauſam ac-
cepta aut cõuentione ſola ſint obligata. Sed & in pignoribus doti obliga-
tis, legimus [f] conuentionem legis cõmiſſoriæ ſimilem, & obliquis verbis fa *f in l. quamuis ſtipulatũ. de ſolutio.*
ctá: videlicet de eo vt pignora in ſolutũ dentur, eſſe inané & abſq; effectu:
& hæc ſit prima extẽſio regulæ prohibẽtis in pignoribus legẽ cõmoſſoriá.
5 Secundo extenditur, vt non ſit prohibita tantùm hæc cõuentio † in pi-
gnoribus. i. in rebus debitoris, quæ expreſsim pignori aut hypothecæ ſunt
obligatæ: ſed & in alijs quibuſlibet rebus debitoris. Ita vt de pignoribus
credi debeat eſſe dictum gratia frequentioris vſus: eo quòd vt plurimum
euenire ſolet, vt de rebus obligatis pro debito, & non de alijs ſic conueni-
6 retur. † Quæ autem gratia frequentioris vſus dicta ſunt, nõ habent vim re-
ſtrictionis in cõſtitutionibus [g]. Ideoq; ſi nullo conſtituto pignore aut hy- *g glo. j. l. j. C. de his qui ad eccleſ. confug. & in cle. j. ad verb. præſidentes. de reſcript. Iaſ. ad l. j. ſolu. matrimo.*
potheca, conuenerit, quòd res aliqua debitoris, ſi ad diem pecunia nõ ſol-
uatur, ſit creditoris: quamuis ſint quibus [h] ea cõuentio placuit, minimè ta-
men probanda erit. Nam eadem eſt ratio captionis & illaqueationis debi *h Bal. in tit. de feud. da. in vicem legis commiſſ.*
toris, ſiue res prius fuerit expreſsè obligata, ſiue non: Alioqui facilè eſſet
fraudem huic legi facere, & auaritiam captioſam exercere. ſi, omiſſa tan-
tùm obligatione & oppignoratione, liceret paciſci, aut ſtipulari acquiſitio
nem dominij alicuius rei, ad debitorem pertinentis. & ſic æquè ad ſcopum
ac finem, quem ſpectat creditor, pertingere: hoc ſolum cauendo, ne qua
mentio fieret oppignorationis expreſsis verbis conuentionis. cùm inte-
7 rim tamen fructum pignoris haberet creditor. † Nam ſi ea conuentio vale
ret, nõ malè quis diceret contractam eſſe hypothecam illius rei de qua con
uenit, vt dominio creditoris adijceretur, ſi nõ ſoluat ad diẽ debitor. Quan
doquidem hypotheca ſolo conſenſu contrahitur, & nullá deſiderat verbo
rum proprietatem [i]. Eſſet enim creditor factus ſecurior, & quidem rebus: *i l. contrahitur. de pign.*
Securitas autẽ, quæ non perſonis, ſed rebus ei facta eſt, pignoraticia eſt [k]. *k l. habere. §. cauũ. de ver bor. ſignif.*
Et huc ſpectat, quòd hypothecam dicimus eſſe contractá, quando conue-
nit, vt

nit, vt debitore in ſolutione ceſſante, liceat creditori aliquam rem debito-
ris vendere [a].
Tertiò nihil refert, ſpecialiter, an generaliter † res ſit obligata, de qua 8
conuenit, vt pro debito non ſoluto fieret creditoris. Et æquè improbata
eſt pactio, licet non deſint qui contrarium aliquādo reſponderint [b], qui &
opinionem mutarint [c]. Quod ſatis colligi poteſt ex præcedēti extenſione,
argumēto ductō à maiori. Si enim nō admittitur talis cōuentio de re nullo
modo obligata, multo minus admittitur de ea quæ in genere eſt obligata.

Quartò, quamuis debitor huic legi commiſſoriæ ſic ſe ſubdiderit, vt e-
tiam promiſerit, non vſurum ſe aduerſus eam legis auxilio, cui ſponte re-
nunciauit: nihilò firmior ob id erit cōuentio [d]. cùm non ſolùm debitorum
fauore, ſed & creditorum magno odio lex lata ſit, quæ omnem memoriam
legis commiſſoriæ in pignoribus prorſus abolet.

Quintò, † imò nec iuſiurandum, tam iniquæ conuentioni, vinculum fir- 9
mitatis addit, vt multorum [e] fert opinio, etiam ſi iuſiurandum eſſet ſeruan-
dum, quod tamen relaxare cogitur creditor [f].

Sextò, † conſuetudine quoq; multò minus firmabitur [g], ſi apertè peccet 10
cōuentio in prohibitionē legis cōmiſſoriæ, licet in dubio aliquid tribuen-
dū ſit cōſuetudini, ad excuſationē conuentionū, quæ in aliqua regione paſ
ſim ab optimis & grauiſsimis quibuſq; viris in cōmercijs ineuntur: etiam
ſi aliquā ſpeciem videantur habere illicitæ cōuentionis [h]. Et contra quoq;
pacta inuſitata & inſolita, fraudis ſuſpicione non carent [i].

Denique, non tunc ſolum improbanda eſt conuentio, cum pleno perpe
tuoq; dominio creditoris rem pignoratā adijcit: verùm etiam, cum ei tri-
buit directū tantùm dominium, & vtile ſinit eſſe apud debitorē. † Ita vide- 11
licet, vt deinceps eam rē, velut beneficiariā, teneat in feudū à creditore [k].
quamuis hoc tolerabilius videri poterat, cū debitor maneat in poſſeſsione
rei & fructus, ratione vtilis dominij, ſuos faciat. Sed nihil lucri voluit lex
creditori cedere ex pignore, & ne tantillum quidem, quod beneficio eius
poſsideret debitor, & aliquod ſeruiciū creditori, vt domino directo, pro
feudo exhiberet

Poſtremò, vix hoc creditori concedendū videtur, vt cōueniat cū debi-
tore, ſi intra certū tēpus pecunia ſoluatur, pignus reſtitui: † nam ſi hoc ſpe 12
ctes quod expreſsis verbis continet cōuentio, ſuperflua videri poſſet: cùm
hoc inſit cōtractui pignoris, vt debito quādocunq; ſoluto, pignus reſtitua
tur. niſi quis fortè dicat, valere ad cōmodum debitoris: quaſi videatur taci-
tè cōuentum, quòd nō ante diem pignus vēdetur. Si verò reſpicis ad id qđ
à cōtrario ſenſu conuētioni ineſt, nempe poſt illud tēpus, etiā ſi pecuniam
debitā offerat debitor, pignora nō reſtitui: inuenies conuentionē peccare
in cōſtitutionē, quæ prohibet legē cōmiſſoriam in pignoribus, & quá vide-
rentur cōtrahētes, qui luitioni certo tēpore reſtrinxerint, reſpexiſſe. Argu
mentū enim à cōtrario ſenſu rectè ducitur in cōtractibus, nō ſolùm bonæ fi
dei [l], ſed & ſtricti iuris [m]. Vnde legimus [n], de conuentione quadā dubitatū,
nō tam ob id quod expreſsis verbis cōtinebat, (videlicet reſtitui venditori
prædium, ſecundo traditum emptori, ob euictionis periculum: ſi prius non
eſſet euictum. hoc enim tam apertè permiſſum eſt, vt imperiali deciſione
non egeat) quàm ob id quod ex contrario ſignificabatur: videlicet nō re-
ſtitui, ſi prius traditum euinci contingeret. de quo mox plura.

Sed nunc videamus, an è diuerſo reſtringēda quoq; ſit prohibitio legis
cōmiſſoriæ, quòd bene conſtituta definitione eius de quo quæritur. ſ. veræ
legis cōmiſſoriæ in pignorib. rariſsimè imò potius nunq; fieri dixeris, licet
ſubinde

a l. creditor. §. poſt diuiſionem. qui pot. in pig. Bal. in fine. l. creditoris. C. de pignor.
b Steph. Bertran. conſi. 154. in. 4. volum.
c idem conſi. 97. volu. 4.
d Odofre. & Sali. ad l. vl. C. de pact. pig.
e Alberi. ad rub. C. de pact. Bart. ad l. ſi quis pro eo. nu. 10. verſi. quartò dixi. de fideiuſſo. & ibi quoq; Angel. Pa. in. c. ſignificante. de pignor.
f arg. c. j. & c. debitores. de vſuris.
g arg. c. vlt. de conſuetud. Bal. ad l. 2. C. quæ ſit lōg. cōſue. colū. 3. verſi. 3.
h Bart. ad l. ſi quis fugitiuus. §. apud Labeonē. de Aedil. edict. Phil. Decius conſi. 170.
i Bar. & Ang. ad l. ſi quis ſub conditione inſtit. Angel. ad l. pen. C. de euict.
k c. j. de feud. da. in vicem legis commiſſ.
l l. inter ſocerum. §. cū inter. de pact. dot.
m l. pecuniā. ſi cert. pet. s.
n in l. 2. C. de pact. pig.

ſubinde occurrat forma aliqua conuẽtionis, legi commiſſoriæ ſatis vicina, quæ iure eſt recepta. Itaq; vt plenius & perfectius cõuẽtiones probatas ab improbatis dinoſcamus & ſeparemus, lubet aliquas conuentionũ formulas ſubijcere, ex quibus vulgò creditũ eſt, prohibitionẽ legis cõmiſſoriæ relaxari. Quæ quidẽ omnes ad triplicem diſtinctionẽ ſpectãt, videlicet perſonarum contrahentium, temporis quo contrahitur, & formæ contractuum. Perſonarũ diſtinctio ea adhiberi ſolet, vt ſolum inter creditorẽ & debitorẽ
13 putaretur prohibita lex cõmiſſoria: † & nõ inter debitorem & fideiuſſorẽ. Cùm Sceuola reſponderit [a], ſi prædia creditori pignorata creditor permiſerit fideiuſſori empta ſibi habere, ſi ſtatuto tempore eum non liberaſſet, emptionẽ eſſe contractam. vbi cum prætij nulla fit mentio, ſine quo tamen emptio nõ contrahitur, veriſimile eſt, quod pro debito per fideiuſſorẽ creditori ſoluto, intelligantur eſſe empta. Sic enim pleriq; omnes [b] hactenus reſponſum Sceuolæ ſunt interpretati, exceptis pauciſsimis [c], qui, cum nulla ſit mentio facta pretij, quo pignora fideiuſſori eſſent empta, intellexerunt ab initio cõueniſſe, vt iuſto pretio tunc æſtimanda, eſſent empta. Qualem conuentionem Martianus [d] etiam inter creditorem & debitorem in ipſa pignoris datione, inire permiſit. Sed bene expenſis verbis, quæ leguntur in illis reſponſis Iuriſconſultorum, inuenietur non parũ inter ea diſcriminis. Nam vbi id fideiuſſori permiſit debitor, legimus ſub cõditione emptionẽ eſſe factam, & contractã eſſe obligationem. Vbi verò ſic inter debitorem & creditorẽ conuenit, nõ aliud dicitur, quàm videri quodammodo conditionalem eſſe venditionẽ: coniunctis ſimul his verbis, *videri quodam modo*. ex quorum vtroq; licet notare aliquam improprietatem. Nimirum, quòd ibi nondum ſit contracta venditio, ſed aliquod eius initium factũ ex
14 promiſsione, de vendendo pignore iuſto pretio: quæ quidem † promiſsio vendendi à venditione multũ diſtat [e]. Sed & fortius pro cõmuni opinione & interpretatione vrgent illa verba Sceuolæ, *Non vt in cauſam obligationis, ſed vt empta habeat*. Ad quæ referendum eſt indubiè verbum principale totius orationis *ſoluerit*. Iam autem quod ſoluit fideiuſſor, vt empta haberet pignora, quis iure negabit id pretium fuiſſe emptionis: & ſic liberationem debitoris, quam fideiuſſor apud creditorem fecit, ceſsiſſe ei in ſolutionem pretij pignorum: quæ quidem pignora fideiuſſor à debitore firmo iure emere potuit. Sed non æquè creditore vendente, nam tunc ipſe emere non potuiſſet, quin ſemper luendi facultas manſiſſet ſalua: non debitori tantùm [f], ſed & ſequentibus creditoribus [g]. In cauſam autem obligationis intelligeremus eſſe ſolutum, ſi fideiuſſor ſoluiſſet animo repetendi à debitore, & vt ipſum debitorẽ haberet obligatum [h], & pignora quoq; quæ pignori obligata fuerunt [i]. Sed quando ſoluit vt pretium emptionis, & vt empta haberet pignora, abdicauit à ſe in perpetuũ pecuniã quæ ſolu-
15 ta eſt, nec de repetitione cogitauit. Vnde veriſimile mihi fit, † quòd hic ab initio non fuerit contracta, aut concluſa aliqua venditio & emptio, vt nec ſub conditione quidem. Sed quod debitor iuſſerit, id eſt, expreſsè conſenſerit & fideiuſſori eam conditionem obtulerit, vt poſsit pignora quæ creditori dederat, habere empta, ſi intra triennium nõ liberatus, ipſe creditori pro debitore ſoluiſſet. fideiuſſor autẽ nondũ aſtrinxerat ſe, neq; apertis verbis conſenſerat, quòd vellet habere empta. acceptauerat tamẽ oblatam conditionem, vt poſsit habere empta: reſeruans hoc ſuo arbitrio. Ita Iuriſcõſultus, ad eliciendũ conſenſum fideiuſſoris in emptionem, quem nullis verbis declarauerat, colligere nititur ex interuallo interueniſſe: idq; ex rebus & factis ipſis. Et idcirco diſtinguit, quo animo ſoluerit fideiuſſor creditori,

a in.l.vlt.in princ. de cõtrah. emp.

b Bar.Bal. Caſtrẽ. Salic. & alij. ad d.l. vlt. & ad l. Titius. de pig. act.

c Io.Imol. in.c. ſignificãte. de pignor. Andr. de Iſer. Aluaro. & Prepoſi. in c. j. de feud. dat. in vic. legis commiſſ.

d in l. ſi fundus. §. poteſt. de pignor.

e Iaſ. ad l. in bonæ fidei. de eo quod certo loco.

f l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpondit. manda. l. Paulus. de fideiuſſ. l. j. C. de dolo malo.

g l.2. de diſtr. pig.

h §. ſi quis autem. Inſtit. de fideiuſſ.

i l. fideiuſſor. §. et. 2. de pig. l.2. C. mandat.

an,vt in cauſam obligationis haberet pignora,hoc eſt,vt ei obligata eſſent ſimul cũ debitore, ſimul ad reſtituendum quod ſoluerat: an verò,vt empta haberet pignora,ſecundũ conſenſum debitoris,ab initio verbis declaratũ. At quomodo,inquies,dinoſci poterit? an † in cauſam cõtrahendæ obligationis, an verò magis in præcium fideiuſſor ſoluerit? Tacet hoc Sceuola, velut à conſulente nõ ſatis fortè declaratũ. Sed etſi verbis declaratum hoc nõ eſſet à fideiuſſore, videndũ tamẽ erit, num apparere poſsit ex circũſtantia facti, quod cũ ipſo creditore geſtũ eſt. Veluti ſi fideiuſſor curauerit cũ ſolueret, cedi ſibi actiones contra debitorẽ,& pignora: credi poſſet, in cauſam obligationis ſoluiſſe, cediq; ſibi actiones voluiſſe: quibus aliquando à debitore repeteret, quod ꝓ eo ſoluiſſet. Sed ſi ſola pignora creditori tradita, curauerit ſibi tradi, negligens obligationẽ perſonalem, tanquam ea nunquam vſurus, magis credi poſſet ſoluiſſe, vt empta haberet, quàm in cauſam obligationis: atq; ita ea ſolutione ſic eo animo facta, non eſſe contractam obligationẽ, ſcilicet reſtituendæ pecuniæ. Nam veriſimile eſt, in fine reſponſi Sceuolæ deeſſe negationem, † quæ addi deberet, vt legamus, *& non contractam eſſe obligationem*: Quaſi ſemper alterutrum faciat ſolutio, videlicet emptionẽ, ſi ſoluerit in precium pignoris: vel obligationẽ debitoris, ſi ſoluerit creditori animo repetendi à debitore. vtrumq; autẽ ſimul nõ poteſt hic operari vna eademq; ſolutio, ſicut nec condictionẽ indebiti, & liberationem [a]. † Sed cur magis cũ fideiuſſore, quàm cum creditore ſic cõtrahi poteſt? An quia lex, vt putant nonnulli [b], non tam ſuſpectã habuit cauſam fideiuſſoris, de ſola indemnitate & liberatione ſolliciti, quàm creditoris, captioſè inhiantis ad lucrũ ex acquiſitione pignorum: maximè cùm hic ſit veriſimilis coniectura, quòd quantitatẽ debitæ pecuniæ, quæ adhuc triennij vſuris creſcere potuit, non exceſsit precium pignorũ, quibus ſolis noluit creditor eſſe cõtentus, niſi & fideiuſſorẽ ad pignora adijceret debitor. Adde, quòd fideiuſſor ſui officij quod fideiubendo præſtet, poteſt aliquã remunerationem habere, ab eo pro quo ſatiſdedit [c]. Taceo, quòd cũ debitor in tam magnã quantitatẽ pecuniæ, & vſq; ad verum valorem pignorum ea obligauerit, videatur quodammodo alienaſſe. Licet enim ita teneat cõmunis opinio [d], illum tamen errorẽ alio [e] loco confutauimus. & ſufficit magis hic eſſe periculum à creditore, quàm à fideiuſſore: atque ita cautius ei fuiſſe prohibendũ. ita tamen, vt ſi qua fraus † creditoris per fideiuſſorem, vt interpoſitam perſonam, poſsit apparere: ea quoque magis deteſtanda ſit tanquam fraus legi facta [f].

16 (margin, line 4) · 17 (margin, line 17) · 18 (margin, line 22) · 19 (margin, line 35)

Secunda diſtinctio, quæ vulgò hic adhiberi ſolet, eſt temporis. Nam ſtatim & in initio cõtractus, dicta lex cõmiſſoria pignorũ, nullas habet vires: neq; ad actionem, ſi de conſequendo dominio hypothecæ cõuenerit, neq; ad exceptionẽ vel retentionẽ traditi pignoris. Ex interuallo verò dicta lex cõmiſſoria, ad actionẽ quidem non valet [g], ſed ad exceptionẽ & retentionẽ traditi pignoris † creditur [h] valere: hac data [i] ratione diuerſitatis, inter legẽ quæ cõfeſtim, & quæ ex interuallo dicitur: quòd in principio cõtractus, cũ debitor pecunia indiget, ꝑmitteret quiduis cupido creditori captioſas leges præſcribẽdi: accepta verò pecunia nõ æquè. Quare legiſlatores occurrere voluerũt præſenti periculo, qđ facilius frequẽtiuſq; eueniret. Sic s.c. Velleiano ꝓhibetur mulier ꝓ alijs fideiubere, non ſoluere: quia facilius ſe obligat, q̃ ſoluat [k]. Sic quoq; renũciationẽ exceptiõis nõ numeratæ pecuniæ volunt firmiorẽ [l] eſſe, ſi ex interuallo fiat, q̃ ab initio, debitore ad pecuniã anhelãte: Et pactũ reuẽdendi, à princip. vẽditionis factũ, ſi & modicũ ſit precũ, magis appoſitũ eſſe ad fraudẽ ſimulatæ vẽditionis, & veri cõueti pignoris,

a l. ſi nõ ſortem. §. ſi decem aut Stichum. de condict. indeb. l. qui hominem. §. vlt. de ſolut.
b Io. Imol. recitans hãc cõmunẽ interpretationẽ in d. c. ſignificãte. de pignor.
c l. hoc iure. §. Labeo. de donatio. & ibi Bar.
d Cy. Fulgo. Caſtr. Alex. & aliorũ in l. qui poſt. C. de legat. Bar. in l. qui habebat. de legat. 3. Alberi. & Bal. & Alex. in l. ſciendum. §. poſſeſſor. qui ſatiſda. cogan.
e ad. §. ſed & ſi rem ſuã. Inſtit. de legat.
f arg. l. pupillus. §. ſed & ſi per interpoſitam. de author. tuto.
g l. q̃uis. de ſolut.
h l. Titius. de pig. actio.
i à Bart. in d. l. quãuis. ab eodem. Fulgo. Caſtrẽ. Salice. in d. l. Titius.
k l. ſed ſi ego. l. quãuis. §. interdum. ad Velleia.
l Bar. ad ſi. l. ſi ex cautiõe. C. de non num. pecun.

20 (margin, beside "traditi pignoris † creditur valere")

21 gnoris, q̄; ſi ex interuallo fiat [a]. quãuis nec hoc modo effugere poſsit † om
nẽ fraudis ſuſpicionẽ, ſed minuere tantũ [b]. Imo etiã nõnunq̃; augere, ꝓ facti
varietate & perſonarũ conditione, dũ nihil non excogitãt callidi & cupidi
creditores, quò liberius & aliquo iuris colore ſuã exerceant [c] auaritiã. Sed
22 cõmuniori & hactenus receptæ opinioni accedere hic nõ poſsũ, † vt tãti re
ferre non credã, an traditũ ſit pignus, an ſola cõuentione obligatum. & an
in initio cõtractus, & an ex interuallo lex cõmiſſoria dicta ſit. Nam ſi credi
tor ipſe pignus poſsideat, nõ minor, ſed maior eſt cauſa captionis, maiuſq̃;
piculũ, maiorq̃; rõ ſuccurrẽdi debitori. Et qđ ex interuallo, poſt numera-
tã pecuniã, creditor nõ ſic ſuis legibus & cõditionib. vt in ipſo articulo tẽ-
poris debitorẽ aſtrĩgeret, id nõ niſi ad mutuã pecuniã pertinet. Prohibitio
verò legis cõmiſſ. in pignoribus, ad quoſlibet cõtractus, imò nec oĩum mo
ribus id quadrat: ſed ijs tantũ debitorib⁹ cõuenit, qui diſſolutiores in re fa
miliari, famæ atq; noĩs diſpendiũ negligunt. Alioqui ſi viri boni debitores
ſint, nõ minus ſtimularet eos ratio tuẽdi honoris, accepta pecunia, ne fide
iuſſores appellẽtur, ne debiti cauſa in ius vocẽtur, q̄; ab initio ſtudiũ conſe
23 quẽdæ pecuniæ. Et ſi vſq; eo feruet ferturq̃; auaritia creditoris, † vt nolit vl
lã ſui cõmodi occaſionẽ amittere: inueniet ſanè etiã poſt numeratã pecu-
niã, quo facilè debitorẽ ſuis legibus captioſè cõſtringat. ſi ſimulet ſe ilicò
velle ad prætorẽ ire, & poſtulare, vt ex edicto bona poſsidere liceat: & de
currere ad alia extrema & inimiciſsima debitori iura: Nã præclarè ait Cic.
[d] quòd cui⁹ bona ex edicto poſsidẽtur, huius oĩs fama & exiſtimatio cũ bo „
nis ſimul poſsidetur. De quo libelli in celeberrimis locis ꝓponũtur, huic „
ne perire quidẽ tacitè obſcureq̃; cõceditur, cui magiſtri fiũt, & domini cõ „
ſtituũtur, qui, qua lege, & qua cõditione, pereat pronũciant. De quo hoĩe „
præconis vox prædicat, & preciũ cõficit, huic acerbiſsimũ viuo vidẽtiq̃; fu „
nus ducitur, ſi fun⁹ id ſit habẽdũ, quo nõ amici cõueniũt ad exequias coho- „
neſtandas, ſed bonorũ emptores, vt carnifices, ad reliquias vitæ lacerãdas, „
& diſtrahẽdas. hæc ille. Cui cõſonat in iure noſtro, quòd tametſi lex nullũ „
fraudibus locũ det, & ne libertates quidẽ in fraudẽ creditorũ dare ꝑmittat,
vnũ tamẽ ſeruũ ꝑmittit domino multa debenti habere hæredẽ, cuius potius
noĩe q̄; defuncti, bona vẽdantur: vt vel ſic ab ea ignominia liberetur domi
nus [e]. Taceo hic grauiſsimã excoĩcationis pœnã, imò & carceres quib⁹ ho
die cõpelliũtur debitores iudicatũ facere. Nũ hæc oĩa virũ bonũ, ſed multa
debẽtẽ, ad tã iniquas pactiones creditorũ traherẽt? tã ex interuallo poſt ac
ceptã pecuniã, q̄; ab initio ſpes accipiẽdi mutui? Certè in cõſtit^one^ Conſtã
tini, ad populũ, qua legẽ cõmiſſ. in pignore prohibet [f], nullo verbo ſubindi
catur huiuſmodi diſtinctio temporũ. neq; ibi quicq̃; ad relaxandã prohibi
tionẽ, ſed ad eã intendendã ſpectant oĩa. Alioq̃; loco [g] defenditur conuen
tio ex interuallo inita, non ex tẽpore quo facta eſt, ſed & materia quã in ſe
continet: de quo mox plura. Et rurſus alio loco [h], vbi ex interuallo om-
nes fatentur legem commiſſoriam ſic prohiberi, ne valeat ad actionem
conſequẽdi dominij rei obligatæ: nihil inuenitur in ipſo Iuriſconſulti re-
ſponſo diſtinctũ, ſolãne conuẽtione, prædia obligata eſſent hypothecæ, an
re ipſa cõtracta eſſet obligatio, & creditrici tradita pignori. hoc enim ſolũ
ibi dicitur, quòd doti erãt obligata. Tametſi nõ ignorẽ eſſe qui doceant [i],
dotis cauſa hypothecã cõuentione cõſtitui, & obligari poſſe: ſed nõ pigno
ri tradi. ne qua cauſa perfidiæ in cõnubio generetur, deſiderãte fortè mari
to vſum rerũ, quas pignori fortè marito dedit. Quod licet aliquãdo obiter
ſecuti [k] videamur: nunc tamẽ obſtare videtur, qđ alijs locis [l] Iuriſcõſultus
apertiſsimè dixit, maritum ob dotem pignora dediſſe, vxorem accepiſſe,

[a] Pa. conſil. 69. volu. 3. verſic. tertio me monet inter uallum.
[b] Alberi. ad l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.
[c] Alex. conſi. 119. et in ſeq. conſil. volu. 4.
[d] pro Pub. Quintio.
[e] §. licet autẽ. Inſtit. quib. ex cauſ. manu. nõ licet.
[f] d. l. vlt. C. de pact. inter empt. & vendit.
[g] in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit.
[h] in d. l. quamuis.
[i] Pau. Caſt. ad d. l. quãuis. Sali. ad l. j. verſi. ego puto. C. ne fideiuſſ. dot. dẽt.
[k] ad l. res hypothecæ. hoc titulo.
[l] in l. quod autẽ. §. ſi vxor à marito. & §. ſi tibi marito. de dona. inter vir. & vxo.

quibus quidem verbis ſi ſignificari poſsit nō traditum,ſed ſola cōuentione
obligatū pignus. meliore ratione dices quod in eo reſponſo [a] (quod vnicū
habent alij, quo ſuſtineāt ex interuallo legē cōmiſſoriam rectè dici à credi
tore pignus poſsidente) nō ſatis quoq; appareat, quòd ibi re cōtracta eſſet
pignoris obligatio: Nam ibi alterū tantùm dicitur,videlicet quòd creditor
pignus accepiſſet. Et licet addatur, *futurumq; eſſet vt id diſtraheret*, non eo
magis tamen ſignificari debet pignus quàm hypotheca: cùm creditor non
minus hypothecam,quàm pignus poſsit vedere [b]. Vnde fortaſsis alia ratio
diuerſitatis poterit dari, † cur in cauſam dotis obligētur,aut dentur pigno- 24
ra, & non æquè fideiuſſores: Quòd ipſa pignora non petant ſe liberari: Fi-
deiuſſores verò,vel paululum labentibus magiſve ſuſpectis facultatibus,&
moribus debitoris pro quo interceſſerunt, ipſi importunè inſtant vrgentq;
vt liberentur, vel vt idoneè eis de indemnitate caueatur [c]. Vel ſortè quòd
pignora dando legem in hoc imitetur maritus, cuius omnia bona tacitè
pro dote ſunt obligata,ſic vt etiam cæteris creditoribus mulier ſit potior [d].
Sed nec illud ſatis conſtat in Vlpiani reſponſo [e], quo tempore de prædijs
doti obligatis conuenerit, vt in ſolutum pro dote darentur: nam ea ver-
ba, *Dirempto matrimonio*, referunt plerique omnes ad verba, *dare in ſolu-
tum*, & quod ſpoponderit id ſtipulando vxori maritus conſtante adhuc
matrimonio. Quod tamē ſequi dubitauerim: Nam ſi lubeat ſic interpretari
illud reſponſum, quaſi in eo improbetur lex commiſſoria pignorum, non
video, cur non æquè dici poſſet, ſtipulatā eſſe mulierem, cum dos daretur,
& in initio contractus: quàm alio quolibet tempore conſtantis matrimo-
nij. Quare potius crediderim, ſtipulatam eam fuiſſe ſoluto matrimonio.
vt ea verba, *Dirempto matrimonio*, iungantur verbo, *ſpoponderit*, cui proxi-
mè cohærent. Hoc enim pro regula traditur [f], verba † legum, quæ aliter 25
atque aliter compoſita, alium ſenſum reddunt, ſic componi debere, vt
notabilior ſit earum deciſio: & de caſu magis dubio. Vt certè hic erit
notabilior, ſi dirempto matrimonio dicas maritum ſpopondiſſe, quàm ſi
dicas, conſtante matrimonio ſpopondiſſe, dare in ſolutum dirempto ma-
trimonio. Nam hoc in genere ſatis cognitum eſt, regulariter non niſi ſo-
luto matrimonio reddi dotem, aliúdve pro ea quod conuenerat. Et ſi tem
pore conſtantis matrimonij dixeris ita conuentum, inuenietur duplex ra-
tio prohibitionis, cur ea conuentio non teneat. Vna quidem generalis,
qua prohibetur inter coniuges, quæſito etiam alio titulo, donatio, qua al-
ter pauperior,& altera fieret ditior. hoc ergo qualiquali commodo haben
di in ſolutum prædia pignorata pro dote, non potuit donari vxor à ma-
rito: Et alia cauſa ſpecialis, quæ ſpectat ad hanc legem commiſſoriam.
Vnde quàm diu ſubeſt generalis illa ratio, & ſtat adhuc matrimonium,il-
li potius cauſæ in probationem pacti attribuimus vt ex alijs Iuriſconſul-
torum reſponſis [g]. Sed cùm dirempto matrimonio, ſtipulatur id vxor, &
ſpondet maritus, hic iam generaliore cauſa prohibitionis ceſſante, ma-
gis eluceſcit & vim ſuam exercet altera ſola, quæ ſpecialis eſt [h]: & tunc
primum verè conſpicimus,ob id ſolum improbatam eſſe pactionem, quòd
contineat legem commiſſoriam in pignoribus.
Porrò in reſponſo Marcelli [i], † quod ferè hactenus omnium oculos ob- 26
fuſcauit, vt crederent, pactum legis commiſſoriæ in pignoribus ex inter-
uallo ad retentionē valere, manifeſtiſsimum erit,non inueniri legē cōmiſ-
ſoriam,ſi vel ſolum cōmiſsi nomen expēderimus. Hoc enim ſemper futurū
reſpicit,nempe vt nō mox addicātur creditori pignora,ſed ſint addicēda ſi
ad diē ſoluta nō fuerit pecunia. A quo ſanè lōgiſsimè abeſt facti ſpecies,de
qua

a d.l.Titius. de pig. act.

b l. fideiuſſor. 2. §. Lucius Titius. & ibi latius diximus. hoc tit.

c l. Lucius. in verb. ex perſona debitoris. manda.

d l. aſsiduis. qui pot. in pig.

e d.l. quamuis.

f à Dño Praeſ. in Loco à ratione legis larga, in.3. eius princ. de extenſione in pœnalibus. verſic. Circa quod ſcias, quòd quando lex poteſt dupliciter punctuari.

g In d. l. quod autem. §. ſi vxor à marito. & §. ſi ſibi maritus. de donat. inter virum & vxo.

h §. affinitatis. Inſtitu. de nupt.

i d.l.Titius.

qua in eo reſponſo, nam continebat præſentem venditionem: vt in verbis
Quæro an hanc venditionem, & iterum in verbis, *Vt fundum certo pretio emptũ
haberet*, ſcilicet mox in præſenti & purè, non addita (vt alio loco [a]) aliqua
conditione, niſi intra tempus debitor creditori ſoluiſſet, & pignus liberaſ-
ſet. Multis autem locis [b] teſtatũ eſt, æquè pignus vt aliã quamlibet rem, ex
bonis debitoris in ſolutũ dari poſſe, vel vendi pro debito: Sed non licet ab
initio paciſci ceſſurum id in ſolutũ, vel venditum iri pro debito, ſi ad diem
non ſoluatur pecunia. Quod quidẽ eſſet verè legis cõmiſſoriæ pactum: ſo-
lentq; cautiores eſſe homines ad præſens damnũ, quàm ad futurũ periculũ
præcauendũ. cùm tenebras offundit ſpes melioris fortunæ, & cõſequendæ
alicũde pecuniæ, quã ſic in tẽpore debitor creditori ſoluat, vt veriſimiliter
ſperet, nõ euẽturã cõditionẽ, ſub qua promiſit ſe in ſolutũ daturũ pignus ꝓ
debito. Itaq; in eo reſpõſo Marcelli, habem⁹ ſpeciẽ facti illius, qđ generali
cõſtitutione [c] eſt deciſum: nõ idcirco minus ratã eſſe vẽditionẽ, quòd ſum
ptibus neceſſarijs vrgẽtib. vel debito, ea facta ſit. Et quãuis retractari poſ-
ſit vẽditio pignoris à creditore facta fideiuſſori [d], hãc tamẽ venditionẽ, ſic
ab ipſo debitore creditori factã, reuocari nõ poſſe: etiam ſi poſtea ſortẽ &
vſuras debiti offerat. Sed nec ſatis conſtat, quòd in eo reſponſo Marcelli
cõuenerat de ipſo pignore, vt illud emptũ haberet creditor, imò potius cõ
trariũ colligitur ex eo, quòd debitor ne diſtraheretur pignus, cõſenſit cre
ditori, vt fundũ potius haberet emptũ: fundũ (inquã) aliũ & diuerſum ab op
pignorato: vt hunc cõſeruare poſſet nõ diſtractũ. Niſi intelligas, quòd ma
luit debitor ipſe vẽdere creditori, q̃; pati vt à creditore ſuo iure vẽderetur:
quod plerũq; non ſine nota verecundiæ debitoris fit. Ac deniq; non ſatis
cõſtat, quod in reſponſo Marcelli, fundus fuit creditori addictus pro debi-
to: cũ dicat cõuentũ, quod certo precio haberet emptũ, & forte maiore pe
cunia, quàm ei debebatur. præſertim ſi id dicas nondũ ſolutum fuiſſe, neq;
fundum traditum: ſed ſtetiſſe adhuc contractum in finibus conuentionis.
Alioqui enim, ſi precium diceres ſolutum, vel cum debito compenſatũ, ne
ceſſe eſſet fateri, quod illud nõ maius debito fuiſſet. alioqui enim nulla ra-
tio admitteret reuocare eam vẽditionẽ, offerẽdo tantũ ſortẽ & vſuras, quæ
debebãtur: ſi quid amplius creditor pretij nomine debitori ſoluiſſet. Nec
ſanè digna fuiſſet quæſtio tanto iuriſconſulto, an reuocari ea venditio poſ
ſet, offerendo ſortem & vſuras quæ debebantur: niſi alterum præſuppo-
nas, videlicet vel rem fuiſſe adhuc vtrinque integram, vel precium æqua
compenſatione cum debito fuiſſe contributum.

a in prin. l. vlt. de cõtrah. empt.
b in l. elegantur. in prin. de pig. act. in l. cum duran. C. de pigno. l. ſi prædium. C. de euict.
c in l. nõ idcirco minus. C. de reſcind. vendit.
d l. ſi mandato. §. Paulus. manda. l. j. C. de dol. mal.

Succedit nunc tertium & vltimũ caput diſtinctionis, Ex formulis con-
uentionũ ad legem cõmiſſoriam tradendum: Quarũ aliquæ receptæ, aliæ
prorſus reiectæ ſunt. Quas quo melius ſeparemus, quibuſdam velut gra-
dibus à permiſsis conuentionibus paulatim ad improbatas progrediemur.

Imprimis autẽ hic erit tenendum, quòd vt in cæteris omnibus, ſic in hoc
27 quoque genere verba ambigua † conuentionum in ea parte ſint interpre-
tanda: vt actus potius valeat quàm pereat [e], & in partem meliorem, quæ
ſuſpicione delicti caret [f].

e l. quoties. de reb. dub.
f l. merito. pro ſocio.

Qui igitur pactus eſt, niſi intra certũ tẽpus pecuniam quã mutuã accepit
ſolueret, ſe hypothecæ ceſſurũ creditoribus: generaliter locutus de ceden
28 do, nec expreſſo modo quo cederet, † nõ debet credi hoc pactus, ſic ſe ceſ-
ſurũ, vt hypotheca trãſferatur illicita pactiõe legis cõmiſſoriæ, in dominiũ
creditoris: ſed poti⁹ relaxaturũ ſe poſſeſsionẽ hypothecæ, ſiue ipſi credito
ri, ſi fortè is poſsidere malit, & hypothecã in pign⁹ vertere: ſiue emptori, ſi
ſuo iure vẽdere creditor eã malit [g], vbi nulla eſt lex cõmiſſ. nec aliud pactũ

g l. j. C. de pact. pigno.

a Fulgo. in d. l. ſ.

illi ſimile [a], (quamuis aliter vulgò interpretari ſoleat) ſed tantũ ambiguitatem. quæ ex generalitate ſermonis conſurgit, flectimus in melioré partem: vt conuentum videatur id potius, de quo conueniri poterat, & quod legibus eſt conforme, quàm quod illis maximè aduerſatur.

Pactũ verò illud, † quòd inuito creditori debitor poſſit, ſed non debeat 29
inuitus dare pignus in ſolutum, tam procul abeſt ab omni ſuſpicione captionis & aſperitatis creditoris, aut illaqueationis debitoris, vt dici non debeat hoc pactum probatum eſſe, tanquam legi commiſſoriæ repugnans.

Quinetiam ſi conuenerit in effectu, quòd debeat pignus pro debito ſol
ui, † nondum id ſatis erit ad hanc ſpeciem legis cõmiſſoriæ improbandam, 30
ſi id non extorſerit creditor ſui commodi gratia: conſenſeritq; debitor ad facilius obtinendum dilationem ſoluendi, velut acceſſoriè, in cõpenſationem conceſſæ dilationis, ſed æquè principaliter de illo conuentum ſit, vt de alio quod in contractu eſt principale. Quod vt manifeſtius fiat, præuiæ cognitionis gratia, aliã ſpeciem cõuentionis attingã, quæ minimè videtur accedere ad pignora & hypothecas: ex qua tamen quod de pignore quærimus & agimus, facilius cognoſcetur. Videlicet, † ſi cui vendidero pauca 31
iugera terræ, ex agro meo Titiano multũ amplo, ita pactus, vt niſi ad diem tradidero ex eo agro, tradere debeam ad eandem menſurã ex alio aliquo meo agro: non erit illicita conuentio, etiam ſi ex poſteriore agro ego magis nolim vendere, tu verò magis deſideras empta habere. Cùm hic nihil acceſſoriè in fraudem vſurarum vel quæſtus, ex conceſſa dilatione cõuentum ſit, vendi enim poſſunt diſiunctiuè res plures, data electione empto-

b l. ſi ita diſtrabatur. l. ſi in emptione. §. ſi emptio. de contrab. empt.

ri quã velit habere emptam, vel venditori quã malit eſſe venditã [b], quare ergo non poſſet ad tempus venditori, poſtea verò emptori, electio tribui. Eritq; apertius quod dicimus, ſi res quæ ſic venditæ ſunt, eiuſmodi ſint, vt conſtet, quòd earũ vna vno tempore emptori potuit eſſe vſui, & alia alio tempore: ſic vt nullam earũ (niſi ſuo tempore traderetur) empturus fuiſſet. Et vt hæc nunc applicemus ad materiam pignorũ, ſi cui fundum vendideram, cũ proprietatis quæſtionem ab alio pateretur, alium fundum tradidero, ea lege, vt ſi prior non euincatur, hunc obtineam, & iterũ mihi reſtituatur. ſed ſi priorem euinci contigerit, vt illius loco hunc ſeruet emptor, nõ

c l. 2. C. de pact. pigno.

erit improbanda conuentio [c]. & hunc tamen fundum, ſecundo loco traditum, trãſtuli ad emptorem ad ipſius ſecuritatem, titulo pignoris & hypothecæ, pro euictione prioris. & quidem non abſq; emptionis inſtrumẽtis, hoc eſt, conuentione habita, quòd hic, loco illius fortè euincendi, cenſe-

d Fulgoſ. in d. l. 2.

tur venditus. Ita vt hic, in effectu, duæ ſint venditiones diuerſarũ rerum [d], prior quidem pura, & vtrinq; prima traditione adimpleta: poſterior verò ſub conditione euictionis rei prius venditæ. quæ nõ minus in fauorem debitoris, qui venditor eſt: quàm in fauorẽ creditoris & emptoriſq; facta videri poteſt. nimirũ, vt venditor periculo euictionis liberaretur, alio æquè bono fundo tradito emptori loco venditi & euicti. Quo quidem modo venditor euicta re liberari ſummo iure non potuiſſet: ſed in pecunia numerata præſtare debuiſſet, quanticunq; intereſſet emptoris, fundum primo loco venditum nõ eſſe euictum: quamuis locator ædium liberari poſſet euictis ædi-

e l. ſi quis domũ. in princ. & l. cum in plures. in ſi. princ. loca.

f Salicet. in d. l. ſi quis domum.

g l. qui autem. §. j. de conſtit. pecu. l. illud. §. ſi metu. de eo quod met. cauſ.

bus, præſtando alias æquè cõmodas inquilino [e]. † Conductor enim ſolum 32
vſum ſpectat rei conductæ, quem æquè explere ei poteſt alia res nõ minus ipſi commoda, quàm quæ locata fuit [f]: ſicut & ſecuritatem quam creditor expectat ex ſatiſdatione vnius fideiuſſoris, explere ei poteſt ſatiſdatio per alium æquè idoneum [g]. At emptor ſpectat dominium fundi, vt in eo ædificet, & pro libito quod volet de illo conſtituat: ſic vt non omnẽ vtilitatem,

quam

quam ex emptione ſperauit, explere ei poſsit alius fundus non emptus. & niſi placuerit illum empti loco habere, ad id cogi non poſsit. Ergo iſta conuentio in commodum venditoris facta (per quam ſe reduxit ad ſimilem cauſam obtinendæ liberationis à periculo euictionis, in qua, ex iuris benigna diſpoſitione, conſtituitur locator, etiamſi nihil ſuper eo conueniſſet ab initio) non ſubijcit ipſum legi commiſſoriæ.

Huc quoque pertinet, quod quæri ſolet de dote in pecunia promiſſa:
33 & de re aliqua, loco illius pecuniæ ad diem non ſolutæ, danda. Nam † conſtante quidem matrimonio, permutari dotem poſſe, ex pecunia in re, aut
34 ex re in pecunia, omninò probatum eſt [a]. Sed † an permitti ea permutatio poſsit, ſub hac conditione, ſi ad diem pecunia non ſoluatur, controuerſum eſt [b]. Et verius eſſe videtur, inſpici debere qua mente & fine ita contractum ſit, an vt dilationem aliquam obtineret, qui dotem in pecunia promiſit, quam ad manum non habebat; vt tunc conuentio non valeat. An verò non ob defectum pecuniæ, ſed quod fortè generi mores vellet cognoſcere, antequam fundum daret ſocer, bene perpenſam habens rationem ſui patrimonij: ſic vt illud pactum videatur adieciſſe, tanquã partem principalem contractus, veramque dotem, ab initio ſub conditione, conuentam: non vt dotis acceſsionem, ac veluti vſurarium commodum dilatæ ſolutionis pecuniæ, vt his modis valeat conuentio: quæ certè ſi ex interuallo interponeretur, poſt dotis obligationem ſemel purè in ſola pecunia conſtitutæ acquiſitam, magis videretur appoſi, ad redimendam dilationem, vel nimis rigidam ſtrictamque debiti exactionem. quando autem à principio apponitur, cenſetur pars principalis contractus, & extremum legitimæ conuentionis.

a l. ita conſtante. de iure dot. l. ſi mulier dotis cauſa. l. cum mulier. in primo reſpõ, ©. de pact. dota.
b à Meguzan. in tractat. de pign. in 4. parte princip. nu. 8. verſic. quinto fallit regula. & à domino Moli. in tract. de contract. vſura. num. 372.

Sed etſi acceſſoriè, ac velut in pœnam moræ debitoris, conuenerit creditor de habendo pignore: non quidem perpetuò, ſed ad tempus, donec pecunia ſoluatur, non hæc improba lex commiſſoria, ſed permiſſa antichreſis cenſebitur contracta [c].

c l. ſi is qui bona. §. 1. hoc tit.

Ac denique, ſi conuenerit de habendo pignore, etiam in perpetuum, non tamen pro debito, ſed iuſto pretio poſtea arbitrando, valebit adhuc conuentio [d], quamuis non nominetur perſona, cui æſtimatio pretij ſit relicta, licet enim in venditione hoc non toleraretur, neque ea ſic contracta valeret, niſi nominaretur is cui detur arbitrium conſtituendi pretium [e]. Attamen in pacto de vendendo (quod hic potius factum eſſe intelligitur) nulla eſt ratio, cur illud non valeat, etiamſi in genere conuenerit, de vendenda re, nulla pretij mentione facta, ne in genere quidem. quanto magis ergo valere debebit, ſi hoc addatur, quod iuſto pretio venderetur: quamuis taceatur, cuius arbitrio illud ſtatui debeat. Vel, vt alij [f] volunt, tolerari hoc non poſſe, in venditione per ſe principaliter facta, nulla alterius contractus gratia: ſed hic ſuſtineatur ratione principalis contractus, tam eius, ex quo principalis obligatio naſcitur, quàm pignoris, cui acceſſoriè hæc conuentio & quodam modo conditionalis venditio adijcitur. Sicut & a-
35 lijs locis videmus † nonnunquam permitti in acceſsione, quod nequaquam in principali permittendum eſſet. veluti quod etſi de alia re, quæ rei principaliter venditæ accederet, venditor ſenſerit, & de alia emptor, hoc tamen non nocere contractui venditionis, quamuis noceret diſſenſus in re principali [g]. Imò fortè non malè dixeris, hic non tam pretium, quàm pretij augmentum, conferri in alterius arbitrium: quaſi dictum eſſet, pignus emptum eſſe pro debito, & quanti pluris æſtimatum erit: quod quidem augmentum, videtur poſſe conferri in arbitrium incertæ perſonæ,

d l. ſi fundus. §. poteſt. de pign.
e §. pretium autẽ conſtitui. Inſt. de empt. & vendit. l. ſi merces loca.
f Bald. in l. in vendentis. C. de contrah. empt. & vendit. Fulgo. in hoc §. poteſt.
g l. ſi in emp. in princ. de contrab. emp. l. inter ſtipulantem. §. 1. de verbor. obligat.

vel non nominatæ,cùm etiam quodammodo arbitrio alterius contrahentium tacitè poſsit cõmitti:cùm ita conueniri poſsit,vt res ſit empta aureis centum,& quanti pluris eá emptor védiderit[a].Vnde etiam nonnullis[b] viſum eſt,quòd ſi arbitrio certæ perſonæ cõmiſſum eſſet augmentũ pretij, & is nõ arbitraretur,nõ tantum ob id irritã fieri venditionẽ, quaſi ſufficiat pretiũ eſſe certũ, quamuis incerta ſit cauſa accidentalis augmenti pretij. † Lapſus eſt ergo Accurſius[c],qui hæc ſpeciali ratione permitti in mutuo 36
putauit,eò quòd debitores vix aliter inuenirent pecuniam. Nam cur non eadẽ ratione creditoribus aperit legẽ cõmiſſoriam,in mutuo, vt ſic quoq; facilius mutuũ detur? Certè alij[d] melius ſolum cõtractum mutui hic penè exceperunt,propterea quod qui mutuũ dat, nullũ certum lucrũ ſtipulari poſsit,propter officium dati mutui,etiam prætextu dilationis ſoluẽdi,præſertim quod debitori ſit damnoſum: Ius autem emendi & acquirendi rem debitoris,etiam iuſto pretio,lucrum eſt,ſiue commodum in iure conſiderabile,damnũ adferens debitori,qui vel inuitus,ſi ad diem non ſoluat, re ſua carere deberet.Nã ſi hæres æquo pretio iubeatur rem aliquã vendere, legatũ erit vtile legatario[e].cui addo,quòd niſi cõmodũ aliquod expectaret ex ea cõuentione,creditor facilè cõtentus eſſet vulgari pacto[f],vt ceſſante debitore,poſſet rem obligatã cuilibet vendere:nec ab illo pacto recedens,curaſſet ſibi ſoli ſeruare facultatẽ emẽdi. Ita vt præpoſtera ſuperſtitione hic in manifeſto periculo videantur ſecuri,qui cõmendant[g] cõſilium,quo vti conſueuerunt fœneratores paciſcẽtes, ſi nõ ſoluatur ad diem pecunia,pignus emptum foret,eo pretio,quod tunc arbitrabitur cõmunis aliquis amicus debitoris & creditoris.

Poſtremò,an ſicut valet conuentio,vt quàm diu debitor vſuras ſoluet, creditor non poſsit ſortẽ petere[h]:ſic quoq; è diuerſo,valet,†vt aliquandiu 37
ſors non poſsit ſolui,nec pignus redimi: ſed oporteat debitorẽ vſuris incumbere:etiamſi ſoluere paratus ſit,iuſtam habet dubitationem.Sunt qui[i] negent valere,cùm adimat debitori libertatem liberandi ſe ab obligatione. Sed communius receptum eſt[k], diſtingui debere, qua mente & fine ita ſit contractum:nam ſi id factum ſit ad obuiandũ damno creditoris,vtiq; valere.veluti ſi veriſimilis fuerit ſuſpicio mutationis monetæ, in qua creditor mutuum dedit,quod paulò poſt cum dãno ſuo reciperet.aut ſi qua alia ſimilis iuſtaq; cauſa fuerit,ob quam videri poſsit creditorem fuiſſe ſollicitum,non tam de lucro captando,quàm de damno vitando.

Relinquitur ergo ex iam dictis,tunc demum legem commiſſoriam in pignore cenſeri improbatam,†quando conuenit inter creditorem & de- 38
bitorem,vt res pignorata perpetuò addicatur creditori,pro quãtitate debiti,non purè,& in præſenti:ſed in futurum. & ſub hac conditione, ſi ad diem non ſoluatur pecunia, vt ſic creditor,aliquo ſuo commodo acquirendo dominium pignoris, facilius indulgeat debitori dilationem ſoluendi.Et certè hæc conditio,ſi pecunia ad diem non ſoluatur,potiſsimum in hac lege commiſſoria, videtur ſpectanda. Alioqui,ſi promittatur aliud pro alio ſolui,etiam in futurũ,& fortè pignus pro eo debito, pro quo eſt obligatum.non tamen mox erit improbanda conuentio,ſi ea nõ ſit ad obtinendam dilationem ſoluendi facta,& ſub conditione nunc dicta.Ideoq; qui promiſit die obligationis cedente pignora in ſolutum dare,non contraxit legem commiſſoriam hic improbatam.† Non enim conuenit cõmit- 39
ti pignora, ſiue in commiſſum cadere creditori, niſi ad diem ſolueretur pecunia,imò conuenit,non ſolui vnquam pecuniam,quæ debebatur. ſed conditione eueniente obligationis, vel die, ſolui pignus loco pecuniæ.

Qua

a l. hæc venditio. §. vlt. de contrah. empt.
b Salic. ad l. vltimam. in 2. quæſt. C. de contrahen. empt. contra Bald. ibi.
c hic in gloſſ. verbi æſtimandum.
d dñs Molineus in præællegat. tractat. num. 360.
e l. etſi æquo ¶tio. de lega. 1.
f l. pactum vulgare. C. de pig. act.
g Bar. in l. 3. C. de pact. pig. & ibi Salic.
h l. itẽ quia. §. vlt. de pact.
i Caſtrenſ. in d. l. itẽ quia. §. vlt.
k à Barth. & alijs. in l. qui Romæ. ad princ. de verbor. oblig. Alex. ad d. §. vlt. l. item quia.

Qua ratione potiſsimum fieri puto, quod excuſetur conuentio, à vitio legis commiſſoriæ in duobus caſibus [a], quos ſuperius latius attigi, népe quod ibi conuenerit pignus in ſolutum dari, non quidē ſi nō ſolueretur ad diem pecunia debita: ſed potius, ne illa vnquam ſolui deberet. & vt ab illius obligatione videretur quodámodo receſſum, alia re pro alia promiſſa, vt iam dici non poſsit committi pignora, niſi pecunia ſoluatur, cuius nulla expectatur ſolutio.

[a] d. l. quīnit. de ſolutio. & l. 2. C. de pact. pig.

DE VI ET EFFECTV PIGNORVM ET HYPOTHECARVM.

SVMMARIA.

1 *Effectus pignorum ad tria membra redigitur, quæ variè iterum ſubdiſtinguuntur.*
2 *Quicquid cōmodi vel incōmodi fortuitò accidit in pignore, id omne ad debitorem pertinet.*
3 *Probatio amiſsionis pignoris cui incūbat, quando conuenit vt amiſsio pignorum liberet debitorem.*
4 *Reſidui appellatione venit etiam totum.*
5 *Pignoris oblatio ex euentu quandoque creſcit.*
6 *Pignus expreſſè obligatum pro eo quod ex transactione promittitur, an cenſeatur pro veteri debito obligatum.*
7 *Tutoris omnia bona tacitè ſunt obligata pro administratione bonorum pupilli.*
8 *Interpretatio acuta reſponſi Scæuolæ, in l. fin. ff. in cauſ. pig. ta. con.*
9 *Tranſactione facta animo nouandi, quandoque rediri poſſe ad priſtinam obligationem, ex doli cauſa.*
10 *Tacitam pignorum obligationem reuiuiſcere quandoque cum principali actione.*

QVAERENTI aliquem huius tractatus exitum, quem difficilius fuit inuenire, quàm principium: tandem viſum eſt, conſtitui poſſe hoc vltimum caput, de vi & effectu pignorum & hypothecarum. quod
1 tametſi latiſsimè pateat, † aliquo tamen ordine in tria potiſsimum membra partiri poſſe credimus: diſtinctis tribus temporib', videlicet ante actionē, in actione, & in iudicati executione. Ante actionem quidem, vel nullo ad eam habito reſpectu, maximè de duobus quærimus, cuius periculo ſint pignora & hypothecæ, de quo extant reſponſa Iuriſconſultorū [b], & conſtitutiones principum [c]. Et quàm diu obligata maneant. Et hic præter aliqua reſponſa [d] & conſtitutiones [e], offerent ſe integri tituli de remiſſione, de luitione pignorum, Quibus modis pignus vel hypᵒᵗᵃ ſoluatur, Si antiquior creditor pig. vend. &c. In actione autem facilis erit diſtinctio per vulgaria capita, quibus detur actio (referendo huc titulū: Qui potiores in pignore. & iterum alium: De his qui in priorum creditorum locum ſuccedunt) Cōtra quem detur actio, (quod vno atque altero reſponſo eſt expeditum [f]) Ad quid detur actio, (quod nec ipſum latè patet [g]) Et deniq;, quid probandum ſit agenti. quod paucis quidem [h] locis propoſitū habemus, ſed difficilē habet tractatum, & in quo præclara ingenia ſudaſſe leguntur. In executiōe verò iudicati, hoc potiſsimum quæritur, ſi res obligata non reſtituatur creditori, qualiter lis æſtimanda ſit. Quomodo in litem iurandum [i], Ac deniq;, de diſtractione pignorum. Reuertamur nunc ad primū articulū, Cuius periculo ſint pignora: ſiue ad quem ſpectet eorū interitus. Et hic quidem ſe
2 offert Iuriſconſulti regula [k], quòd † quicquid commodi ſiue incōmodi fortuitò acceſsit, id omne ad debitorem pertinet. Taceo de dolo, & culpa creditoris, qui ex his cauſis ipſe obligatur [l]: ſicut & ex caſu fortuito, cuius periculum in ſe ſuſcepit, vel apertis verbis, vel paulò latentius, ſcilicet ſi conuenerit, vt amiſsio pignorum liberet debitorem [m]. Diſtinctionem verò caſuum fortuitorum, quæ lucem adferre poſſet quæſtioni hactenus contro-
3 uerſæ, † cui incumbat probatio amiſsionis pignoris, & fortuiti caſus, alio loco tradidimus [n]. In qua opinione ac diſtinctione, viſo poſtea clegantiſsimo Philippi Cornei conſilio ſiue reſponſo [o], magis atque magis confirmor.

[b] in l. ſi inter colonum. §. quicquid de pig. & in l. amiſſi. de fideiuſſor.
[c] in l. quæ fortuitis. l. pignus. C. de pig. act. l. ſicut. C. de pig.
[d] l. ſi ſuperatus. l. qui pignori plures res. l. grege. C. etiāſi creditor. de pig. l. cum quis ſibi. §. vlt. de ſolut.
[e] l. præſes. l. quamuis perſonali. C. de pignor.
[f] l. ſi fundus. §. in vendicatione. l. pignoris perſecutio. de pignorib.
[g] d. §. in vendicatione. & §. ſequenti.
[h] l. ante omnia. de probat. l. & quæ nonnū. §. quod dicitur. de pigno. l. cū res. C. ſi aliena res pig. data ſit.
[i] l. ſi fundus. §. ſi pluris. l. ſi inter colonum. §. ſi res pignorata non reſtituitur. de pignor.
[k] l. ſi inter colonū. §. quicquid commodi. de pigno.
[l] d. l. ſi cū venderet. §. vlt. cum l. ſequent. de pig. ac. l. ſicut. C. de pig.
[m] l. qui fortuitis. in ſi. C. de pig. act.
[n] in d. l. qui fortuitis.
[o] 318. lib. 4.

Porrò

Porrò quod legitur [a], amiſsi ruina pignoris damnum, etiam ad fideiuſſoris periculum ſpectare: non ita accipiendum eſt [b], quaſi plus debeat, vel ſtrictius obligetur, nunc fideiuſſor amiſſo pignore, quàm prius. Sed quod exciderit à ſecuritate pignoris, quod alioqui à creditore ad eum pro debitore ſoluentem transferendum fuiſſet, ſi non interijſſet [c]. & quod iam ſtatim recta via conueniri poſſet, non excuſſo pignore, etiamſi forma fideiuſsionis ad excuſsionem pignoris apertè remittat. Veluti ſi ita ſit acceptus fideiuſſor, quanto minus ex pretio diſtracti pignoris ſeruare poſsit. Quibus [d] quidem verbis, totum debitum eo caſu continetur, cùm certum ſit, nihil ex pignore poſſe ſeruari, quod interijt, & † reſidui 4
appellatione veniat etiam totum [e]: ita vt quodammodo ex euentu creſcat fideiuſſoris obligatio, propter pignoris interitū. Sicut & alio loco [f] creſcit præter expectationem pignoris obligatio, † videlicet, vbi inter hæ- 5
redes tutoris & pupilli, cùm ex adminiſtratione tutelæ diceretur adhuc centum debere, ſic eſt tranſactum, vt quinquaginta darētur, & ex ea ſumma maiore parte ſoluta, nempe quadraginta, pignus eſt acceptum in reſiduam quantitatem: obligabitur hoc pignus in veterem contractum, hoc eſt, in omni illo, quicquid ex adminiſtratione tutelæ inuenietur deberi, ſi tranſactioni non ſtetur. Quæ ſanè mira vis eſſet obligationis pignoris, & verè mirandum incrementum, ſi ex illo Sceuolæ reſponſo inferre velimus, vt pleriſq; viſum eſt [g], † quòd pignus expreſsè obligatū pro eo quod 6
promittitur ex cauſa tranſactionis, cenſeatur tacitè eſſe obligatum pro veteri debito, de quo fuit tranſactum: ſi tranſactioni non pareat is qui pignus dedit, quod ſanè, ſi pro eo alius ſic pignus dediſſet, rationem nō haberet [h]. At nec ſatis compertum habeo, an etiam eo ipſo pignus dante qui tranſigit, tam latè ad quaslibet tranſactiones de quacunque obligatione factas extendi poſſet. Quod ibi Sceuola reſpondit, more ſuo, ſecundum ea quæ proponerentur. Proponebatur autem de tali ſpecie veteris contractus & obligationis, quæ pro ſe tacitam pignorum obligationem habet annexam: nimirum de actione tutelæ, cùm † tutoris omnia bona tacitè ſint ob- 7
ligata pro adminiſtratione bonorum pupilli [i]. Vnde quæſtio ibi propoſita ſic poteſt intelligi, an in veterem contractum res obligata eſſet, hoc eſt, an ea ipſa res, nunc in cauſam tranſactionis obligata, adhuc maneret obligata in veterē cauſam, pro eo quod actione tutelæ peti poterat: obligata, inquam, non quidē expreſſa cōuentione nunc primū facta in tranſactione, ſed iure. i. tacitè, & obligatione quadam legali: ſicut prius ea ipſa res, cum cæteris omnibus bonis tutoris, nunc ad hæredem eius trāslatis, fuerat obligata: Vt veriſimillimum ſit, aduerſus aliorū [k] ſententiā, hoc pignus in cauſam tranſactionis datum fuiſſe, ex ijs rebus quæ à defuncto tutore ad hæredem eius peruenerant. † Alioqui ſi de proprijs hæredis rebus datū eſſet, nō 8
rectè dubitatū fuiſſet, an eſſet (ſicut adhuc poſt tranſactionē) in veterē contractū iure obligatū, ſi nunquam antea ꝓ illo fuiſſet. Nā diſcurrēdo per reliquas omnes ſpecies principaliū obligationū, quæ ſecū trahūt tacitū pign[9], apparebit, quòd ſemp illud ab initio habeāt annexū, & quod nō ex interuallo tēporis acceſſerat. Neq; ob id ſtatim putabimus [l], nullā rationē dubitādi eſſe in reſpōſo Sceuolæ, ſi intelligatur de pignore, quod ex bonis tutoris ab initio generaliter & tacitè obligatū datū ſit. nam videri poterat in totū à veteri obligatione receſſum: & per trāſactionē fuiſſe deciſam actionē tutelæ: ita vt extincto principali debito ex adminiſtratiōe tutelæ cōtracto, extincta quoq; ſit tacita obligatio pignorū, quæ illi acceſſerat. Poterat quoque prima facie videri, quod hæc res nunc expreſsè pignori data

eidem

[a] in l. amiſsi. de fideiuſſor.
[b] teſte P. Caſtrenſ. in d. l. amiſsi.
[c] l. 2. de pignor. l. 2. C. manda.
[d] d. l. amiſsi.
[e] l. cæterorum. de verbor. ſig. l. 2. de hære. inſtituēd.
[f] in l. vlt. in quibus cauſ. pig. vel hypo. taci. cōtrah.
[g] Bartho. Salic. Fulgoſ.
[h] arg. l. item quæritur. §. qui impleto. verſic. ſed hoc ita verum. locat.
[i] l. pro officio. C. de adminiſtrat. tuto.
[k] Alberic. & Fulgo. in d. l. vltim.
[l] cum Fulgo. ibi.

eidem creditori,in aliam cauſam,nempe tranſactionis,conſenſu creditoris liberata eſſet à generali obligatione tacita:etiamſi vſu veniat,vt ad priſtinam obligationem actionemque tutelæ aliquando tranſactione non ſeruata redeundum ſit.Sed nihilominus à Sceuola aliud reſpõſum eſt,durare adhuc taciti pignoris obligationem,in ea etiá re, quæ in aliam cauſam, nẽpe tráſactionis , eidem creditori poſtea expreſſa cõuentione data eſt pignori.Idq́; reſpõdit ſecundũ ea quæ præponerẽtur,& reſpiciens,vt opinor, ad naturá tranſactionũ,quæ nõ perimunt ipſo iure actiones, ſed exceptione ſubmouent [a],niſi Aquiliana interceſſerit ſtipulatio.& deinde acceptilatio [b],quæ vtiq; in reſpõſo Sceuolæ,non proponebátur interueniſſe ; ſed hoc ſolum,quòd tranſactio eſſet facta.quod intelligi poteſt,ſimpliciter pacto conuẽto:& nõ Aquiliana ſtipulatione [c],& ſic animo nouandi veterem
9 actionem tutelæ.Nõ tamen negauerim,quin etiá ſi nouandi animo † tranſactio facta eſſet,aliqua adhuc via ſupereſſe poſſet,qua redeat aliquãdo vſus veteris obligationis,actionisq́; tutelæ,& cũ ea quoq; vſus taciti pignoris.videlicet,ſi dolus hæredis tutoris in tranſigẽdo interueniſſet [d]:ſic enim ſola ſupereſſet de dolo actio,qua vetus illa actio tutelæ reſtituatur [e].& quidẽ cum ſuis pignoribus tacitè obligatis,& alijs qualitatib⁹. Sanè reſtitutio in integrum , quæ ceſſante dolo immodicè læſo hæredi pupilli concederetur , viſa eſt nonnullis [f] eo referri non poſſe:cùm illa reponat vtrinque omnia in ſtatũ priſtinum,in quo erant,antequam tranſigeretur [g]: & tunc, vti illi opinantur,ea res quæ nunc in cauſam tráſactionis eſt pignori data, non fuit obligata in cauſam adminiſtratiõis tutelæ;eo quòd hæredis eſſet, & nunquam defuncti tutoris fuiſſet.In quo falli eos iam diximus,& latiorẽ huius reſponſi vſum facimus . Nam cum eis non diſtinguimus, quomodo, quaue ratione id factum ſit,quod vires receperit vetus tutelæ actio : An quia hæres tutoris ipſe tranſactionis placitis nõ ſtetit,neq; paruit: an quia dolum in tranſigendo commiſerit:an verò quòd re ipſa immodicè hæredẽ pupilli læſerit:ſic vt beneficium reſtitutionis in integrũ mereatur . Vt nec diſtinguit Sceuola:ſed hoc tãtum in genere præſupponit(quod & omninò neceſſarium eſt)veteri actioni tutelæ rurſus datum eſſe locum. Et ſi quid fortè diſtinguendũ putaſſet,in modo quo vires recepiſſet priſtina actio,id vtiq; vel vno verbo obiter attigiſſet.Et præſertim cùm reſpondere ſe diceret ſecundum ea quæ præponerentur.Vnde nõ video, qua ratione trahi poſſet reſponſum illud Sceuolæ ad tranſactiones initas ſuper quaſcunq; obligationes,etiam quæ tacitam hypothecam non habeant annexam , & pignus quod expreſſè datum eſt,in quantitatem reſtantẽ ex cauſa tranſactionis,dici poſsit obligatum in veterem cauſam.Niſi fortè hæc verba *pignoraticiæ obligationes* in reſponſo Sceuolæ *in reſiduam quãtitatem* referas, non ad eam tantum,quæ ex tranſactione ſoluenda adhuc reſtat; ſed ad omnem,quæ adhuc debetur:debetur autem re vera,& ſummo iure , ex veteri quoq; cauſa adminiſtratæ tutelæ,cùm ex tranſactione non agi , ſed excipi tantùm poſsit [h], ita vt vbi ea exceptio ceſſat,obligetur pignus cum effectu in quantitatem reſiduam,hoc eſt,ex veteri cauſa adhuc debitam. Sed hanc interpretationem nec alij pro ſe aſſument , quoniam ſic dicere oporteret expreſsis verbis,licet generalibus,de pignore in veterem quoq; cauſam conuentum eſſe,non autem iure & lege,hoc eſt,tacitè,quod Sceuola dixit,obligari.Magis ergo conuenire putauerim noſtram interpretationem,ſecundum quam reſponſum hoc Sceuolæ pertinebit,ad ſequẽ-
10 tem articulum quem nunc aggredimur.† Quamdiu pignora obligata maneant,quod tam cõſtans ac firma ſit taciti pignoris cauſa, vt etiam ſi ſuper

a *l. qui cum tutoribus. de tranſact. l. cum proponas ab ea. in fi. C. de trãſact.*
b *l. vt reſponſum. C. de tranſact.*
c *l. 2. de tranſact.*
d *Fulgo. in d. l. vlt.*
e *l. ſub. prætextu. i. l. fi. C. de tranſact.*
f *Barth. & Fulg. in d. l. fi.*
g *l. vnica. C. de reputat. quæ fi. in iud. in integrum reſtit.*
h *l. qui cum tutoribus. de tranſact. l. fine apud acta. l. cum proponas. C. de tranſact.*

debito

debito principali cui adhæret, tranſactum ſit, ſi tamen aliquando redeat, ex quacunque cauſa, vſus priſtinæ obligationis, & actionis, illi adhuc dicamus inhærere tacitè pignorum obligationem, etiamſi fortè receſſum fuiſſet, aliquando à priſtina illa obligatione, per nouationem: quæ non tam facilè ſe extendit ad pignus tacitum legale: quàm ad conuentum [a], vel ad fideiuſſores acceptos, qui ipſi in ſe ſponte certam obligationis formam ſuſceperunt [b]. Quando enim ipſa actio, cui ex iuris diſpoſitione inhæret pignus, reuiuiſcit, & iterum cum effectu exercetur, reſurgit & pignus illi inhærens. Sicut quando iure reſtituitur actio in patrem, loco filiæ emancipatæ, quæ in ſe paternam obligationem contra Senatuſconſultum Velleianum ſuſceperat, pignora dante patre. Hæc tenebuntur pro reſtitutoria actione, quæ in patrem datur, loco inutilis actionis, quam in ſe filia pro patre acceperat [c]: inſpecta potius prima cauſa & origine obligationis, (quæ ab initio tenebat patrẽ qui pignora dedit) quàm titulo obligationis [d].

a l. nouatio. de nouatio. l. vnic. in princ. C. etiã ob cyro. pecu. pig. reti. poſſ.

b l. nouatiõe. C. de fideiuſ.

c l. ſi paternam. verſic. pignora tacitum. cum verſi. ſequen. C. ad Velleia.

d arg. l. 3. C. ad Macedo. Salic. ad d. l. ſi paternam.

QVIBVS MODIS PIGNVS VEL HYPOTHECA SOLVATVR.

SVMMARIA.

1 *Soluitur pignus directò & in conſequentiã principalis debiti, idque vel expreſsè, vel tacitè.*
2 *Pignus vel hypotheca ſola conuentione conſtans, an ipſo iure tollatur pacto de non petendo, vel ſi pignus remittatur, an ſolùm per exceptionem.*
3 *Conſenſus ſolius tutoris, an ſufficiat ad pignoris remiſsionem.*
4 *Procurator in rem ſuam paciſcitur remiſsionem pignoris.*
5 *Procurator omnium bonorum, an pignus remittere poſsit.*
6 *Procurator etſi ſolutionem accipere poſsit, non tamen gratis, vel alio recepto quàm debeatur, debitorem liberare poteſt.*
7 *Procurator debitoris rectè paciſcitur domino liberationem, idq́; pactum domino prodeſt ad doli exceptionem in ſubſidium.*
8 *Remiſsio debitori facta prodeſt & heredi, & fideicommiſſario vniuerſali.*
9 *In parte pro indiuiſo poſſeſſa, ſi fiat remiſsio pignoris, reliqua pars nihilominus inſolidum pignori manet ſubiecta.*
10 *Pacta quæ tacitè inducunt pignoris remiſsionem, veluti ſi creditor conſentiat alienationi pignoris.*
11 *Creditor conſentiens alienationi, poteſt modũ præſcribere alienatiõi, quo heredẽ debitoris excludat.*
12 *Venditionis verbum ex lege 12. tab. omnem alienationem complectitur.*
13 *Vxor conſentiens alienationi prædij dotis nomine ſibi obligati, cum illud in dotem datur communi filiæ, & filia abſtineat poſtea hereditate paterna, aduerſus filiam omnem actionem amiſit.*
14 *Creditor conſentiens hypothecam ſibi conſtitutam alij obligari, quid hic operetur conſenſus.*
15 *Titulo debet congruere legis interpretatio, quæ ſub eo eſt poſita.*
16 *Renunciationes omnes ſtrictè ſunt accipiendæ, & habent in ſe donationis vim, quæ nunquam præſumitur.*
17 *Occaſio conſenſus præſtiti in renunciatione pignoris inſpici debet.*
18 *Creditor conſentiens ſimpliciter alienari pignus, an ſi debitor donauerit, videatur ſibi ſindicaſſe.*
19 *Creditor conſentiens intra certum tempus alienari pignus, tempore illo elapſo debitor vendere non poterit.*
20 *Conceſſa ad tempus, poſt tempus cenſentur prohibita, & prohibita ad tempus, poſt illud cenſentur permiſſa.*
21 *Conſenſus creditoris expreſſus requiritur in alienatione pignorum, non ſufficit illum ſcire & pati venditionem.*
22 *Fiſco hypothecas vendente, cur creditores ſilentio amittunt hypothecariam actionem.*
23 *Creditor tabulis venditionis pignoris ſubſcribens, ius pignoris remiſiſſe credendus eſt.*
24 *Creditor quando tacito conſenſu cenſeatur ius pignoris remiſiſſe.*
25 *Duo creditores pignus ſimul ementes, an inuicem cenſeantur remiſiſſe ius pignoris.*
26 *Creditor vtens proteſtatione, quod ſaluo iure pignoris conſentiat venditioni, ſeruat ius ſuũ pignoris.*
27 *Conſenſum creditoris ſequi debet effectus venditionis, donationis, vel alterius contractus, non ſimulatio.*
28 *Debitor ſi poſt venditionem inueniatur pignus adhuc poſſidere, ſimulata cenſetur venditio, nonnunquam hac in parte à Mudæo concliatum.*
29 *In vna eademq́; re, & ex vnica obligatiõe pignus non duplicatur.*
30 *Mudæi paraphraſtica interpretatio reſponſi Marcelli, in l. ſicut. §. ſuperuacuum. quibus modis pign. & hypoth. ſol.*
31 *Simulatione aut fraude interueniente, iuuandus eſt creditor, qui conſenſit alienationi.*
32 *Debitor vel eius heres non debent in lucro verſari, cum iniuria creditoris.*
33 *Creditor ſi conſenſerit venditioni, eaque venditio reſoluta fuerit, retinet ſaluum ius pignoris.*
34 *Venditione per iudicem reſoluta, manebit quandoque ſaluũ ius pignoris creditori, cuius duo exempla adfert Iuriſconſultus.*
35 *Creditor chirographum pignorationis reddens debitori, remittit ius pignoris.*
36 *Plus operatur reſtitutio chirographi pignorationis, quàm ipſius pignoris reſtitutio.*
37 *Modi qui pertinent ad diſſolutionem pignoris.*
38 *Creditor vendens pignus pro debito, deſinit habere ius pignoris in ea re.*
39 *Interitu rei obligatæ ſoluitur pignus, & etiam mutatione.*
40 *Præſcriptione tollitur hypothecaria actio, item iureiu-*

iureiurando.

41 *Sola oblatione alterius ſatiſdationis nō tollitur pignus.*

42 *Si pignora obligata ſint, donec pecunia ſoluta, vel ſatiſfactum ſit, quid hęc verba operentur.*

43 *Conſtitutum non inducit prioris obligationis nouationem.*

44 *Modi quibus pignora & hypothecæ tollantur ad duo genera referri poſſunt.*

45 *Paratus ſoluere, videtur pignus liberaſſe, et quis dicatur paratus.*

46 *Oblatio quæ verbo tantum fit, quid operetur, & ea quæ reipſa fit tam extra iudicium, quàm in iudicio.*

47 *Solutio debiti liberat pignus.*

48 *Negotiorum geſtor debitoris, ſi à creditore emerit nomen debitoris etiam pignora habet obligata.*

49 *Nego. geſtor poteſt emere pignora debitoris: ſed non fideiuſſor.*

50 *Poſſeſſor rei obligatæ offerendo debitum, repellit creditorem ab hypothecaria actione.*

51. *Poſſeſſor rei obligatæ, an ſi ſoluere paratus ſit debitum, cogere poßit creditorē, ad cedendas actiones contra debitorem.*

52 *Creditori non tantum ſolui debet ad pignoris liberationem, ſed etiam alij voluntate eius.*

53 *Inducta & illata in partem ædium conductarum, ſunt priori locatori obligata.*

54 *Solui debet integrum debitum. & in proba moneta, ad hoc vt pignoris liberatio fiat.*

55 *Conditio, item pœna indiuiduam faciunt obligationem.*

56 *Plurium fideiuſſorum ſingulæ ſunt obligationes, ac ob id vnus ſuam partem ſoluendo liberatur.*

57 *Remiſſo debito, ſoluitur hypotheca, etiamſi ea remißio fiat nudo pacto.*

58 *Remißio inutilis eſt, quæ fit dolo, vel metu.*

59 *Inutilis remißio quandoq; pignus liberat. Accurſij hac in re exempla expenſa à Mudæo.*

60 *Remißio debiti, quod excedit quingentos ſolidos, debet inſinuari.*

61 *Exemplum ad reſponſum Papiniani, à Mudæo adductum.*

62 *Acceptilatio debiti, item compenſatio, ſoluit hypothecam.*

63 *Debitore per ſententiam abſoluto à debito, ſoluitur hypotheca.*

64 *Si iuratum ſit, pecuniam non deberi, ſoluitur hypotheca.*

65 *Mutatione iudicij, veluti ſi dominus in ſe illud transferat, ſoluitur hypotheca.*

66 *Confuſione debito ſublato, extinguitur hypothecæ obligatio & quid de fideiuſſoria obligatione.*

67 *Fideiuſſoria obligatione extincta, cur duret pignoraticia, in reſponſo Africani.*

68 *Creditor etſi actionem perſonalem in iudicium deduxerit, & obtinuerit reum, fideiuſſores, aut mādatores eius condemnari, nihilominus hypothecaria actio adhuc ſupereſt.*

69 *Si cum debitore actum fuerit rei vendicatione, & ſuccubuerit, ſeruatur nihilominus creditori hypothecaria actio.*

70 *Creditor ſi vendiderit ius obligationis, manet tamen hypothecaria actio in ſuo robore.*

71 *Perſonali actione ſublata, quomodo dicatur vincula pignoris durare, apud Gordia. in l. intelligere, C. de luition. pignor. noua conſideratio Mudæi.*

72 *Hypothecaria actio competit creditori, heredibus eius, & ei cui nomen debitoris in ſolutum datum, venditum, aut ex alio quolibet titulo ceſſum eſt.*

73 *Qui in priorum creditorum locum ſuccedant.*

74 *Ordinem inter creditores dat ipſa lex, non conuentio contrahentium.*

75 *Paulus Iuriſconſ. recedit à Nerua & Proculi ſententia, in l. inſulam. qui pot. in pig.*

76 *Hypotheca in quam ſuccedit poſterior creditor, an ſit eadem numero, cum hypotheca prioris creditoris.*

77 *Nouatione non extinguitur legatum debitori factum.*

78 *Negotiorum geſtor debitum alienum cum vſuris ſoluens, an repetat vſurarum vſuras.*

79 *Regulæ quibus ordo inter creditores breuiter explicatur.*

80 *De ordine creditorum non eſt diſputandū, niſi plures creditores concurrant in eodem pignore, & inter ſe de pignore certent.*

81 *Exceptio de iure tertij, non excluſiuo iuris agentis, non eſt recipienda.*

82 *Prior creditor etiam auocat pignoris poſſeßionem à poſteriore creditore, qui hypothecaria actione agendo, illud conſecutus erat.*

83 *Exceptio hypothecaria quæ ſit: Item Replicatio.*

84 *Axioma compendioſe continens prælationem creditorum, & quid in ea ſpectandum.*

85 *In pignore prætorio, prælatio ex ordine temporis non habet locum.*

86 *In pignore quod in cauſam iudicati capitur, illi potiores ſunt, qui reum habent condemnatum.*

87 *Tria requiruntur, vt prior tempore reum condemnatum habens, prælatione vtatur.*

88 *In pignore conuento, non intereſt, an generaliter. an ſpecialiter bona debitoris pignori accepta ſint.*

89 *In pignore conuēto, ſi quædam expreſſa ſint, deinde vniuerſa obligata, quid iuris ſit.*

90 *Prior creditor, ſi in conuentione non ſit expreſſum, vt pignus diſtrahat, non ob id poſtponetur alteri creditori, cui hoc expreßè cautum fuit.*

91 *Traditio pignoris non facit quem præferri alteri, qui ex conuentione prius illud obligatum habebat.*

92 *Fiſcus non præfertur reipub. aut priuato tempore priori.*

93 *Res pecunia pupilli à debitore eius comparata, pupillo eſt obligata.*

94 *Creditores qui credunt in conſeruationem rei prius obligatæ, ex priuilegio præferuntur alijs creditoribus.*

95 *Ad prælationem in hypotheca, oportet impenſum eſſe in refectionem pignoris, neque ſufficit in eam cauſam creditum eſſe.*

96 *Poſterior creditor, credens in refectionem, an præferatur quibuſuis creditoribus.*

97 *Mulier ratione dotis præfertur cæteris creditoribus, etiam expreſſam hypothecam habentibus.*

98 *Mulier vt gaudeat priuilegio prælationis ex cauſa dotis, probare debet veram numerationem.*

99 *Exceptio non numeratæ dotis, quanto tempore obijci poßit, ſi de prælatione agatur.*

100 *Prælatio ex tempore conſideratur, quo principalis obligatio cœpit eſſe efficax.*

101 *Credens ſub vſuris, præfertur etiā quoad vſuras, illi creditori, cui poſtea eadē res obligata fuit ante diem obligationis vſurarum venientem.*

102 *Reſpiciendum ad fundamentum principalis obligationis, in prælatione hypothecæ ad tempus contractæ obligationis, ſiue in diem, ſiue ſub cōditione fuerit contracta obligatio.*

103 *Hypotheca ob legatum conditionale conſtituta, ſi pendente conditione alij conſtituatur purè, potior eſt tamen legatarius, tanquam prior creditor.*
104 *Si debitum principale purũ ſit, hypotheca ſub conditione, præfertur tamen hic creditor poſteriori, cui eadem hypotheca purè eſt obligata.*
105 *Sola conuentio in rebus à colono inferendis, non facit res hypothecæ eſſe pro penſione, niſi accedat inuectio aut inductio.*
106 *Mudæus Fortunio Garſia adhærens, à recepta recedit opinione, in tacitis hypothecis.*
107 *Illata in prædium ruſticum, non obligantur, niſi expreſſa conuentione: in vrbanum verò tacita conuentione.*
108 *In prælatione creditorum inſpiciendum quoque eſt, quomodo bona acquiſita ſint, de quorũ prælatione agitur.*
109 *Res futura in dominio alicui⁹, plurib⁹ pignori obligari poſſunt, in quibus etiã ſpectatur prior tẽpore.*
110 *Creditor habens generaliter omnia futura obligata, concurrit cum eo, cui fundus hac conditione, cũ in dominiũ debitoris perueniſſet, ſpecialiter obligatus eſt, cùm neuter altero prior ſit tempore.*
111 *Argumentum ſurrogationis locum non habet in prælatione pignorum.*
112 *Fiſcus in acquiſitis poſt ſuam & alterius hypothecam an præferatur, Vlpianus & Scæuola contraria videntur edidiſſe reſponſa.*
113 *Tutelæ ineſt tacita hypotheca, in bonis tutoris cũ adminiſtrantis.*
114 *Pupilli priuilegium non tranſit ad heredem.*
115 *Mudæi explanatio reſponſi Scæuolæ.*
116 *In obligatione generali omnium bonorum ſiue tacita ſiue expreſſa, veniunt etiam futura.*

PROXIMVM nunc erit videre, quibus modis pignus vel hypotheca ſoluatur. Quod quidem dupliciter fit. † Nam vel ſoluitur directò, & per ſe, manente etiam debito principali: vel ſoluitur in conſequentiam principalis debiti. Et vtroq; modo adhuc variè. Imprimis enim directò & per ſe ſoluitur pacto conuento, eoq; vel expreſſo, vel tacito. Expreſſo, ſi conuenerit, vt à pignore diſcedatur [a], vel ne res pignori vel hypothecæ ſit [b]. Sanè, ſi conuenerit, vt pro hypotheca (hoc eſt, loco hypothecæ, non autem in ſecuritatem hypothecæ, vbi fortè dubitabat creditor in ea decipi à debitore) fideiuſſor daretur, non ſufficit ſola hæc conuentio, ad liberationem pignoris, niſi & executio fuerit ſecuta, & fideiuſſor datus ſit [c]. Priores autem conuentiones ſtatim ſecum ducunt ſuam executionem, & liberant ipſo iure hypothecam [d], quæ vt ſtat ſola pignoris conuentione [e], † ita quoq;, naturali ratione [f], contraria conuentione diſſoluitur: ſic vt perſequi eam creditor omnino, & ipſo iure, deficiente actione, non poſsit. Non autem vt verſequenti obſtet exceptio, per quam tamen tollitur hypotheca, ſi non apertè ad eam relatis verbis remittatur: ſed paciſcatur tantùm creditor relatis ad actionem verbis, ne petat, neue hypothecaria agat [g]. Vt ſicut debitor, cui creditor facit pactum non petendi, nihilominus obligatus manet, etiam vtroque obligationis genere, naturali & ciuili [h], acquiſita tantum exceptione [i]: ita & nexus hypothecæ maneat, impedita tantùm hypothecaria actione, quam repellat exceptio. Pignoris verò obligatio re contracta, videtur Accurſio [k], nõ ſic perimi, ipſo iure, ſed potius exceptione elidi: ſiue creditor remittat pignus ſiue debitum. Sed cum creditor nullam niſi hypothecariam actionem habeat de pignore, ad quam impertinens eſt, an aliquando id traditum ſit, nec ne [l], imò actionem habere non poteſt, tradito pignore, niſi cùm ceciderit à poſſeſsione [m], plerìſque illa opinio Accurſij non placuit, & eandem vim eſſe putant, ſiue quis remittat pignus, ſiue hypothecam. Et leuis momenti eſt, quo Accurſij opinionem nititur defendere Fulgoſius [n], videlicet, eo quòd etiam ad obligationem venditionis emptioniſque, traditio ſuperuacanea ſit: & hæc tamen ſi facta ſit, impedit ne ſolo conſenſu venditio reſoluatur [o]. nam certè pignus æquè traditione, vt conuentione contrahitur [p], & res pignori tradita, vtique obligata eſt. Vendítio verò traditione non contrahitur: ſed conſenſu contracta, adimpletur traditione. & obligatio extinguitur, tanquam ſolutione eius quod debetur: adeò, vt ſi poſtea à poſſeſsione cadat emptor, non amplius ex empto agat: ſed vendicet eam à venditore forte poſsidente [q]. Non poteſt ergo dici traditio impertinens ad obligationem venditi, quam funditus tollit.

Sed

a l. ſoluitur. in princ. Quib. modis pig. vel hyp. ſoluit.
b l. ſicut. §. creditor. eo. tit.
c *d. l. ſoluitur. §. ſi conuenerit. in princip.*
d *l. maior. C. de pignor.*
e *l. contrahitur. de pig.*
f *l. prout quiſque. de ſolut.*
g *l. ſi tibi decem. §. de pig. & ibi Iaſon. de pact.*
h *Fortunius Gratia. ad l. ſi vnus. §. pactus, ne peteret. de pact.*
i *§. præterea debitor. inſtit. de except.*
k *in ſi. glo. mag. d. §. de pignore.*
l *l. 1. in princ. de pig. actio. l. grege. §. & in ſuperficiarijs. de pig. l. ſi prior. qui pot. in pig.*
m *d. §. & in ſuperficiarijs.*
n *in d. §. de pignor.*
o *l. ab emptione. de pact.*
p *d. l. 1. de pig. act.*
q *glo. verbi cuſtodiantur. ad authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus vendit.*

1 (margin, beside "Nam vel ſoluitur directò")
2 (margin, beside "contraria conuentione diſſoluitur")

240

Sed refert qui paciſcantur pignoris remiſsionem, imprimis enim conſenſus pupilli hic ratus eſſe non debet, niſi tutore autore cõſenſerit [a]. Cõ-
3 ſenſus verò ſolius tutoris qui loco domini eſt, cùm bene adminiſtrat [b], ſufficerit etiam abſq; iudicis autoritate interueniente ad pignoris remiſsionem [c]. Si tamen vſu veniat, vt in iudicio quæratur, an à ſolo tutore pignus rectè remiſſum ſit, exiſtimatio erit iudicis, an ſatis cõmodum pupillo fuerit remitti pignus. Sicut filijfamil. & ſerui, qui liberam habent peculij adminiſtrationem, & in eo hypothecam aliquam, hanc liberaliter, & donationis cauſa non remittent [d]. Sicut nec peculij obligari poſsit [e]. Sed ſi, vt ita paciſcerentur & remitterent non minus emolumenti acceperint, & veluti pretium cedendæ actionis, valebit remiſsio hypothecæ. cùm & ipſum debitum ſic poſſent remittere [f]. Licet enim pignoris remiſsio propriè donatio non ſit, nec inter coniuges prohibita [g], nec in teſtamentis adnumerata lucris, quorum ratione quis poſſet fideicommiſſo grauari [h]. In ijs tamen quæ aliorum res adminiſtrant, hæc remiſsio pignoris, ſi gratis fiat, donationi comparata eſt.

4 Porrò procurator, ſi quidem in rem ſuam datus ſit † (qui loco domini habetur [i]) & ſuo nomine vtiles actiones intendit, ſic vt ei non ſit præferendus dominus [k], paciſcitur remiſsionem pignoris, ex quacunque parte interuenerit, ſiue debitoris, ſiue creditoris [l]: Ex parte quidem debitoris, veluti ſi hic donauerit alicui pignus, ea lege, vt ipſe creditori ſatisfaceret, iam enim iſte, ad obligationem principalem, datus eſt in rem ſuam procurator paſsiuè, hoc eſt, vt ipſe debeat [m]. ſi verò donaſſet ſolum pignus, iam dices, non traditam adhuc ei poſſeſsionem, alioqui ipſe pignoris dominus, eiuſdemque poſſeſſor directo teneretur creditori, ſuo ipſius nomine, non vt procurator, actione hypothecaria [n]. vel ſi emptori hæreditatis, qui in rem ſuam procurator eſt, creditor hæreditarius remittat pignus. Ex parte verò creditoris, ſi emptor hæreditatis debitori hæreditario pignus remittat [o], vel ſi perſonalem & hypothecariam actionem creditor ceſſerit alicui, & hic debitori pignus remittat.

Simplex verò procurator creditoris, nec ſi generaliter mandatum
5 habeat omnium bonorum, † pignus remittere poterit [p], ſicut nec vllam ferè rem domini alienare [q], nec vllam obligationem domini nouare [r], niſi & libera ei bonorum adminiſtratio ſit commiſſa [ſ]. At poteſt procurator generalis, etiam ſine libera adminiſtratione, dominum contrahendo obligare [t]. Eſto ſanè, ex eo tamen non ſequitur, quod poſſet debitorem domini aliter, quàm ſolutione accepta liberare: talis enim liberatio ſimilis eſt ſpontaneæ alienationi rerum, quam facere non poteſt [u]. Nam & ſeruus habens peculium, etiamſi illius liberam adminiſtrationem non habeat, obligat dominum peculio tenus: ſed non alienat res peculij, nec liberat debitores peculij, niſi liberam adminiſtrationem habeat [x].

Quod autem ſolutionem recipere poſſet [y] procurator, ex eo non ſe-
6 quitur [z], † quòd gratis, vel alio recepto, quàm debeatur, debitorem liberare poſſet. Sicut nec procurator conſtitutus ad mutuum recipiendum dominum obligabit, ex ſola confeſsione recepti mutui [a]. In quo tamẽ articulo inuenio [b], quoſdã tradidiſſe diſtinctionẽ, quæ & apud D. Zaſiũ [c] legitur. Debitoris aũt procurator, etiãſi liberã adminiſtrationẽ nõ habeat, rectè tamẽ, de liberatiõe domini ſui, cũ creditore paciſcitur [d], ſi nõ ad acquirẽdã directo pacti exceptionẽ (cùm nihil ipſe pactus ſit, nec aliquis quẽ in ſua

a l. ſi conſenſit. in princip. Quibus modis pig.
b l. qui fundum. §. ſi tutor. pro empt. l. interdum. §. qui tutelam. de furt.
c Fulg. ad d. l. ſi conſenſit.
d d. l. ſicut. §. non paciſci. quib. mod. pig.
e l. 1. §. 1. quæ res pig. oblig.
f l. contra. §. ſi filius. in fi. de pact.
g l. ſi pignus. Quæ in fraudem credit.
h leg. §. vlt. & ibi. Caſtrẽſ. in fi. de legat. 3
i l. ſed etſi tantum. §. ſed ſi ſi in rem. de pact.
k l. procurator. de procura.
l d. l. ſicut. §. ſi procurator.
m arg. l. Stichus. §. Titius. de condict. indebiti.
n Fulg. ad d. §. ſi procurat.
o l. ſi cum emptore. in prin. de pact.
p d. l. ſi conſenſit. §. videamus. in princ.
q l. procurator totorum. de procurator.
r l. non abſtulit. C. de nouatio.
ſ l. procurator cui. de procurator.
t l. ſi pupilli. §. item ſi procuratori de nego. geſt. l. eũ qui. §. alioqui. C. quod cum eo.
u d. l. procurator totorum.
x l. ſi conuenerit. vt no. §. vlt. de pig. act. l. libera. de peculio. Fulg. ad l. reſcriptum. §. plerunque. de pact.
y d. §. videamus. in verbis, cui & ſolui.
z gl. in l. quia & ſolui. de pact.
a Bart. & alij. ad l. 2. §. creditum. ſi certum petatur. Ang. hic in §. videamus.
b Franciſ. Curt. iunior eod. in d. §. creditum.
c in intellect. ſingul. in eo cap. cuius inſcriptio eſt. de procuratore conſtituto ad mutuam pecuniam accip. an poſſet.
d d. §. videamus. verſi. ſed ſi cum debitoris procuratore.

ſua habeat poteſtate)ſaltem ad doli exceptionem:quæ plerunq; ſolet eſſe in ſubſidium exceptionis pacti, vbi ſcilicet obſtant ſummæ iuris anguſtiæ,quo nemo niſi ſibi, vel ei in cuius eſt poteſtate, ſtipulari aut paciſci poſsit [a]:Ita vt quacunq; ratione procurator debitoris à creditore liberat[o] ſit,id debitori prodeſſe poſsit [b]. Neq; hic ipſius procuratoris vtilitas ſpectāda erit,& an eius interſit,nec ne [c],ſicut in cōuentione,quā ſuo noīe fecit fideiuſſor [d],ſed an interſit eius,cui,vel cuius rebus liberationem eſt pactus [e],quo fit,vt hæc ſubſidiaria doli exceptio, directo, & abſq; ceſsione procuratoris,competat debitori.vt quæ ipſimet procuratori, non obligato,non potuit directo acquiri:licet actio ipſi procuratori directo acquiſita [f],non niſi ab eo ceſſa,domino acquiratur[g].

8 Hoc ſanè in dubitationē vocari non debet,quin pignoris aut hypothecæ remiſsio facta debitori,proſit & hæredi, † (quia plerunq; tam hæredibus noſtris,quàm nobiſmetipſis cauemus[h]) & fidei commiſſario vniuerſali,cui hæreditas eſt reſtituta,& qui effectu quodāmodo hæres eſt [i]. Quin etiam ſi hæredi creditor pactus fuerit,ei quoq; pactum proderit,cui ex Senatuſconſulto hæres reſtituit hæreditatem [k]. Quod enim actiones hæredi primum quæſitæ,reſtituta hæreditate tranſeant in fideicommiſſarium, niſi peculiariter cedantur [l],ex eo eſt,quòd nō ſint hæreditariæ, cùm nunquam defuncto cōpetierint. Reſtitutio autē hæreditatis nihil niſi hæreditarium tranſmittit in fideicōmiſſarium:Sed hæc cōuentio remiſsi pignoris,ad exceptionem valet,& cùm pactum in rem conceptum ſit(videlicet ne res pignori hypothecæue ſit) liberabitur, & ſoluitur hypotheca: ita vt fundamento hypothecariæ actionis ſublato,non ſit cum quo amplius agatur [m]. Quòd ſi pactus eſſet creditor hæredi,de non agendo hypothecaria actione cū eo(quo modo non tollitur funditus actio)hoc pactū fideicommiſſario non prodeſſet,eum non interſit hæredis,non peti à fideicommiſſorio[n].

9 Refert etiam de quo quis pactus ſit,videlicet an de toto pignore:an de parte. Et hic iterum refert, an de parte diuiſa,an indiuiſa. Priores conuentiones nullam habent difficultatem. Si verò de parte indiuiſa conuenerit,vel quod alienari poſsit [o]:vel ne pignori aut hypothecæ ſit, † P reliqua ſemper pars iuri pignoris inſolidum ſubiecta manet,nec obſtat creditori,hāc perſequēti, exceptio cōſenſus de alienāda alia parte. Sed cùm hic ea pars,quæ obligata manet,nō poſsit ad oculū ſecerni ab alia, in qua pacto conuento pignus remiſſum eſt,fit, vt quæcunque eius fundi pars, à quocunque poſſeſſore petatur, dimidia rectè petatur, & dimidia non recte, eritque ſic temperanda actio, & inſtituenda, vt nullius poſſeſſoris tota pars quam ipſe poſsidet: ſed cuiuſque partis pars petatur [q]. Quod vtique verum erit, quando conuenit, ne pars rei pro indiuiſo ſit pignori [r]: quia tunc quiſque liberam quoque partem, in ſua parte indiuiſa, poſsidere intelligitur. Sed ſi conuenerit de parte pro indiuiſo alienanda [ſ]:idem adhuc videtur putare Accurſius [t]. quod vix ſequendum puto. Iam enim quamuis non poſsit ad oculum decerni: aliquo tamen argumento & ſigno, extrinſecus aſſumpto, poteſt dinoſci, cuius potius pars libera eſſe debeat: nempe quæ eſt alienata conſenſu creditoris, ita vt de reliqua, quam retinuit ſibi, oporteat agere, & non liceat perſequi partem emptoris, qui ſtatim obijceret pacti conuenti exceptionem,remittendo creditorem ad partem indiuiſam ſolius debitoris, vt illam euincat, & diſtrahat pro debito: vel ſibi pro iure dominij addici curet, & ſic vel emptor, vel ipſe creditor, loco debitoris eum fundum poſsideat indiuiſim cum emptore. Cui conſonat, quod ſubiungitur [u], ſi plures rem com-

a d.l.reſcriptū.§.plerunq;. de pact.
b l.quacunque ratione. de procurat.
c contra Accur. in d.l.quacunque ratione.
d l.fideiuſſoris. de pact.
e arg.l.ſi procurator.§.qui cautio.
f l.quacunque gerimus. de act.& oblig.
g l.3.in ſi.de inſtit. l. Iulianus.§.ſi procurator. de act.empt.
h l.ſi pactum. de probatio.
i l.ſi filius famil.§.1.quod cum eo qui in alie.
k d.l.ſicut.§.pri.
l l.ſi heres pecuniam.verſ. ſed aliqua eſt dubitatio. ad Trebel.l.heres à debitore. de fideiuſſ.
m Fulgo.in d.l.ſicut.§.1.
n Fulgo.eo loco.per l.& heredi.in ſi. verſ.& in rem pacta.de pact.
o d.l.ſi conſenſit. §.ſi conuenerit.
p d.l.ſicut.§.ſi cōuenerit.
q arg.lib.1.§.quinimo.ſi pars hered.petat.
r vt in d.l.ſicut.§.ſi conuenerit.
ſ vt in d.l.ſi conſenſit.§.ſi conuenerit.
t in glo.ad verb. oportere. in hoc §.ſi conuenerit.
u in d.l.ſicut.§.ſi plures.

communem, quam pro indiuiſo poſsidebant, pignori dederunt: & cum
vno creditor ſit pactus, ne hypothecæ ſit, an huic ipſi proſit exceptio. Di-
ſtinguitur in effectu, an ſuam tantùm partem, vel potius totũ fundum pro
ſua parte cum alio communiter poſsideat, & tunc ei exceptionẽ prodeſſe.
An verò ſolidum fundum poſsideat. i. ſolus totum poſsideat, ſuam & ſocij
partem: & tunc agendo creditorem non repellat exceptio à toto, ſed à
parte tantum dimidia: quæ verè ipſius eſt pro indiuiſo, de reliqua verò par-
te ſocij, ad quam ſe non extendit pactum creditoris, poterit hypothecaria
cõueniri. Simili ergo ratione, emptorẽ non niſi pro ſua parte fundũ cũ de-
bitore poſsidentẽ iuuari dicim⁹ exceptiõe: quod cõſentiẽte creditore par-
tẽ habendã pro indiuiſo emerit. Nam & hic poteſt extrinſecus, videlicet à
poſſeſſore fieri diſtinctio partis liberatæ nexu pignoris, à non liberata.

10 Veniamus nunc ad ea quæ tacitè inducunt pignoris remiſsionẽ, †quo-
rũ numero præcipuè haberi meretur cõſenſus creditoris in alienationem
pignoris, de quo iam aliquid deguſtauimus [a]. Cõſentire autem is poteſt,
qui poſsit apertè pignus remittere [b]: & quod debitori cõceſſum erit, extẽ-
detur quoq; ad hæredẽ [c] eius, etiãſi fortè cum ad hunc res veniſſet, ipſi ro-
ganti non æquè cõceſſurus fuiſſet creditor, imò potius ab eo exacturus pi-
gnus. Sicut plærunq; fit, vt qui defuncti fidẽ fuerit ſecutus, ab hærede exi-
gat cautionem. cùm ſæpe fiat, quòd probo ſuccedat improbus [d], & ſatis di-
uiti planè inops, & qui nulla debeat quam in rem. & ſoleat impetrari ſepa-
ratio bonorũ per creditores defuncti [e]. Sed hic eſt quod ſibi imputet cre-

11 ditor, cur ſuæ conceſsionis nõ dixerit tam ſtrictum modũ, †quo hæredẽ ſibi
ignotum quis futurus eſſet, excluderet: quod ſi feciſſet iudex, eam allega-
tionem iam non reſpueret, vt ſubtiliorem, quando manifeſta eſſet credi-
toris voluntas. Sed in re ſuapte natura ad hæredem tranſmiſsibili [f], non au
diet creditorem, qui effuſo ſermone cõſenſit vendi. ſi poſtea, aliquibus ſi-
gnis & argumentis ſubtiliter excogitatis, conctur perſuadere, quòd ſoli
debitori, & non eius hæredi conſentire intenderit: ſed verbis generalibus,
conſenſus indiſtinctè præſtiti, omninò adhærebit aduerſus creditorem,
qui legem potuit apertius dicere [g]. Sed ad nouum poſſeſſorem conſenſus
ille nõ porrigitur [h]: nouũ, inquam, qui poſsidere cœpit: cùm debitor poſsi-
dere deſijſſet. Non quod hic alienauerit, aut aliquo titulo in eum tranſtu
lerit rem obligatam: ſic enim prima illa alienatione, ab ipſo debitore facta,
cõſumpta eſſet facultas alienandi ſemel à creditore data [i]: & fruſtra quære
tur, an eiuſdẽ conceſsionis virtute iterũ alienari poſſet à nouo poſſeſſore,
qui ſemel ſoluto pignore, nõ egeret amplius cõſenſu creditoris: ſed debi-
tor, nulla alienatione facta, caſu aliquo cecidit à poſſeſsione, quæ ad alium
peruenit: cui ſi promiſerit creditor vendere, & vendiderit, exceptio pro-
derit omnibus, ad quos poſtea ea res perueniet [k]. vtpote ſemel liberato in
totum pignore, quod remitti poteſt, non ei tantum qui contraxit, & il-
lud conſtituit: ſed & cuilibet alij poſſeſſori, qui non niſi pignoris poſſeſsi
gratia, & donec illud poſsidet, tenetur hyp^ria actione, non perſonali, quæ
fundum non ſequitur.

Quo autem genere, aut titulo alienationis res obligata, ad alium ex
conſenſu creditoris transferatur, nihil ferè ad diſſolutionẽ pignoris refert,
ſiue in vltima voluntate legetur, aut per fideicommiſſum relinquatur [l]. Nã
venditionis verbum ex lege duodecim tabularũ, omnem alienationẽ com

12 plectitur [m], †ſiue contrahatur vendendo, donando, permutando, aut in do-

13 tẽ dãdo [n]. Quo fit, vt ſi vxor, †maritũ ſub hyp^ca prædiorũ debitorẽ habẽs cõ-
ſenſerit ei, in dotẽ dãti, illa prædia futuro marito cõis filiæ, & hæc mortuo

a l. ſi conſenſit. §. ſi conue-
nerit.
b eadem l. ſi conſenſit. in
princ. & §. videamus.
c d. l. ſicut. §. ſi de-
bitor.
d arg. l. generali. in princ.
de reb. cred. & ibi rem.
e toto tit. de ſeparatio.
f Fulgoſ. hic ob. l. ſi mari-
to. §. ſi voluntate. So. me.
g l. veteribus. de pact.
h d. l. ſicut. §. ſi de-
bitor. in princ.
i arg. l. boues. §. hoc ſer-
mone. de verb. ſig.
k d. §. ſi debitor.
verſic. nam ſi no
uo poſſeſſori.
l d. l. ſicut. §. ven-
ditionis.
m l. ſtatu liberi à ceteris.
in fin. de ſtat. lib.
n l. ſi debitor. §. ſi
in vẽditione. in
princ. quib. mo.
pig. ſol.

patre, ab hæreditate eius ſe abſtineat: vtramque actionem amiſiſſe putetur contra filiam[a], hypothecariam quidem, quia in totum hypothecam amiſit, conſentiendo prædia obligata in dotem dari filiæ: perſonalem verò, licet non remiſerit, exercere tamen non poteſt contra filiam, ob debitum paternum, quæ patris hæreditate abſtinuit[b]. Nec per dotis retentionem cenſetur ſe immiſcuiſſe hæreditati. cùm dos viui adhuc patris, patrimoniũ exierit, ſic vt non poſſet amplius de illa diſponere[c]: cœpitque in patrimonio eſſe filiæ[d], ita vt illam abſque onere æris alieni à patre contracti, retineat, etiam ſi cùm dotaretur, adhuc in poteſtate eſſet patris[e].

De actione autem Pauliana, ſiue reuocatoria (quamuis & ea locum habere poſſet, dote in fraudem creditorum conſtituta[f]) nullam hic mentionem fecit Iuriſconſultus, vtpote qua non poſſet vti mater, quæ conſenſit filiæ in dotem dari, atque ita nihil in ipſius fraudem factum
eſt. Porrò ſi conſenſerit † creditor, hypothecam ſibi conſtitutam, ad- 14
huc alij obligari[g]: non facilè dixeris, quid hic operetur conſenſus, an remiſsionem pignoris, quo ad omnes: an verò remiſsionem tantùm ordinis inter creditores: Ita ſcilicet, vt is, cui obligari conſenſit, fiat prior & potior: eo ipſo tamen ſemper maneat creditor, ſub pignore & hypotheca, quoad debitorem, aliumve quemlibet pignorum poſſeſſorem, atq; etiam quoad creditores ſequentes ordine temporis illum, cui, ex conſenſu primi creditoris, pignus obligatum eſt. Nec vlla lege ſatis manifeſtè iſtud deciſum eſt. Nam quod vno loco[h] dicitur, eum qui ſic conſenſit ius ſui pignoris remiſiſſe: interpretantur[i] nonnulli, non quia pignus remiſerit, ſed tantum ius ſui pignoris, quod putant eſſe ius prælationis, ex ordine temporis, cùm ei omnium primo hypotheca eſſet obligata, reſtricta, quantum fieri potuit, pignoris renuntiatione[k]. Quæ interpretatio tolerabilior eſſet, ſi hoc Pauli reſponſum in eo eſſet titulo, quod de ordine creditorum agitur, & qui potiores in pignore habeantur. At nunc
titulus ipſe, cui debet congruere interpretatio, † ſuadet omninò ſolui, & 15
remitti pignus, eoque tendit argumẽtatio Pauli Iuriſconſulti, qui ſi primus creditor cõſenſerit rem obligari tertio, tradit medij creditoris meliorem cauſam eſſe effectam, ex eo, quòd primus ius ſui pignoris remiſiſſe videatur. Nihil autem expreſſè cũ medio creditore egit primus. Igitur ille conſenſus primo præiudicat, non ſolùm reſpectu tertij, cui conſenſerat eandẽ rem obligari, ſed generaliter, reſpectu oĩm, etiã eorum quibus cũ nihil eſt pact°, & in quorũ fauorẽ nihil cõſenſerat. Et in hanc partẽ citatur, quod alio loco[l] eſt reſpõſum, eũ, qui ſic cõſenſit, pign° minimè retinere poſſe. Nõ aũt hoc ſolũ à I.C^to^ dictum eſt, quod nõ poſsit ordinem ſuũ in pignore, inter creditores retinere. & hæc opinio communius placuit[m]. Monuitq; ab ea non recedendum eſſe Fulgoſius[n]. quamuis acutè diſputauerit in contrariam ſententiam[o], quam bonis rationibus inſtruit & defendit Salicetus[p], & nouiſsimè eum ſequutus Carolus Molinæus[q], tanquam naturali rationi, etiamſi lex deeſſet, magis amicam. Et hanc ſi teneas, facile erit reſpondere ad ea quæ in contrarium ſunt adducta. Nam mirum videri non debet, cùm primus creditor conſenſit tertio obligari, meliorem eſſe medij conditionem: licet cum eo nihil expreſsè ſit actum. quia cùm primus conſenſerit poſthaberi tertio, non mirum ſi & medio creditori, qui tertio antefertur, poſthabendus ſit. Nam medius vincit tertium, à quo vincitur primus. Et rurſus à Modeſtino[r] non eſt reſponſum, quòd pignus retinere non poſsit ſuum, is qui eandem rem, ſibi obligatam, alij obligari conſenſit: ſed quod non poſsit retinere pignus, cui conſenſit,

hoc

a l. Luci° Titius. eod. titulo.
b l. ſi ſucceſsione. C. de reuocand. his quæ in fraud. cred.
c l. rem quam. C. de iure dot.
d l. 3. §. verũ. verſic. proinde. de minorib.
e l. pomponius philadelph. famil. erciſc.
f d. l. ſi in ſucceſsione. & l. vlt. §. ſi à ſocero. Quæ in fraud. credit.
g l. Paulus in prin. quib. mod. pig. l. creditori qui prior. §. ſi tecũ. qui pot. in pign.
h in d. l. Paul. in princ.
i Salic. ad l. 3. C. de remiſs. pignor.
k l. iubemus. C. ad Velleianum.
l l. Titi°. §. Titi°. in fi. hoc titulo. quib. mod. pig.
m Odofre. hic Bart. in d. §. ſi tecum. Alberic. ad l. iubemus. C. ad Velleian. P. Caſtren. ad l. vir vxori. §. 1. ad Trebel.
n l. 3. in fi. quæ commuuntur. l. 2. C. de remiſs. pig.
o hic in l. Paul. & latius ad d. §. ſi tecum.
p ad d. l. 3. C. de remiſs. pig.
q in tract. commerciorũ & vſurar. nu. 613.
r in d. l. Titius. §. Titius. in fin.

hoc eſt, alienum pignus, alterius creditoris, cui illud conſtitui conſenſit, hoc, inquam, pignus non poteſt retinere, hoc eſt, non poteſt ſic hypothecaria agere (de actione enim ibi quæritur [a]) vt per hypothecariam ipſe poſſeſsionem aduocet, & rem obligatam retineat aduerſus illum cui conſenſerat obligari. Et certè ſi indiſtinctè, & quoad omnes, quorum intereſt, creditor ius pignoris perderet, dum rem ſibi obligatam conſentit & alij obligari: fruſtra dixiſſet Modeſtinus ſecundum creditorem pecuniam reipublicæ exoluiſſe, & quòd in locũ & ordinẽ reipublicæ Meuius primus creditor ſuum pignus obligari conſenſerat. Nam etiam non facta tali ſurrogatione, tertius & quiuis alius creditor, quantumuis longo ordine poſterior, eſſet primo præferendus, ſi hic omnino à iure pignoris cecidiſſet, nec amplius ſub pignore creditor eſſet. Quare cum dixerit Iuriſconſultus hanc facti eſſe quæſtionem [b], cogitari poterit, num poſsit in dubio reſponderi, ex communibus regulis, de eo qui obſcurè locutus, potuiſſet legem dicere apertius: & renunciationem iuris creditoris, qui alij obligari rem conſenſit, potius reſtringere, quàm ampliare. Sunt enim omnes
16 renũciationes ſtricti iuris, † nec in ijs veniũt alia, quàm quæ expreſſa ſunt [c], & habet omnis renunciatio in ſe vim quandam donationis, quæ nunquam præſumitur vbi alia coniectura capi [d] poteſt. Et quod hac in parte de mulierum renunciatione legimus [e], non putabimus conſtitutum ſpeciali aliquo fauore mulierum, ſed potius ex generalibus iuris regulis, de interpretanda generali renunciatione, vt reſtringatur & coarctetur ad caſum ſub-
17 iectum [f]. Certè † occaſio conſenſus præſtiti, & quæ fuerit creditori cauſa conſentiendi, inſpici omnino debet: vt ex ea conſenſum interpretemur, & ampliemus, vel reſtringamus, receptis argumentis ex coniecturis mentis creditoris, qui id veriſimiliter æquè vel minus vel magis erat conceſſurus [g]. Neque enim hic tam ſtrictè interpretabimur conſenſum creditoris, quàm prætoris, qui res pupilli certo modo permiſit alienari [h]: hoc enim ex decreto fit, quod præuia cauſæ cognitione pronunciatum, ſuis finibus conſtringendum eſt: hic verò à verbis conſenſus creditoris vſque adeo recedimus, vt ſi vendere permiſerit, & debitor donauerit, facti quæſtio ſit, an remiſſum ſit pignus. Nam ſi ideo conſenſerit vendi, vt hoc quoque ipſi expediret, ſolutione ei fortè ex pretio facienda: & debitor donauerit purè & liberaliter, manebit vtiq; res obligata: nam ſic vtilitas expectata aut ſperata, ad creditorem non poteſt venire. Sed ſi in dotẽ dederit, nõ omnino videri debebit debitor receſsiſſe ab eo quod fuit conceſſum: non ſolùm ob id quod dos, quoad maritum, oneroſam cauſam habeat [i], verùm etiã quod attinet ad vtilitatẽ creditois. quoniã dum prædium obligatũ datur in dotem, parcitur pecuniæ, quam alioqui veriſimiliter pater daturus erat, (omnino enim dotanda erat filia [k]) eaq; pecunia facilius quàm ex præ-
18 dio id quod debetur ſolui [l] poteſt. Sed an extra hos caſus, † ſi vendi ſimpliciter conſenſerit creditor, & donatum ſit pignus, ſibi præiudicauerit, Iuriſconſultus non ſatis aperit: niſi ex eo colligas, quod vno caſu negauit [m], videri hoc eum alijs caſibus aſſeruiſſe. Colligi tamen poſſet [n] in contrariã partẽ veriſimile argumentũ, ex eo, quod hic deciditur [o], ſi debitor minoris vendat quàm creditor conſenſerit vendi, nihil ei nociturum conſenſum: cur ergo non multò minus noceat ſi nihil receperit, ſed gratis donauerit debitor? Niſi dixeris, quòd quando creditor ſimpliciter conſentit vendi, non ſolicitus quo vertatur pretium, videatur quoq; non curaſſe, an illud reciperet debitor nec ne, an fortè emptori remitteret; an alio modo cõmitteret: & ſic, an ſuas facultates per hoc augeret, an minueret, ſequẽs omnino

a in verb. d. §. Titius. Quæro an actio aliqua ratio.
b in d. §. ſi tecum.
c Soci. conſi. 96. in fi. per l. emptor. §. Luci⁹. de pact. l. ſi ex pluribus. de ſolu.
d L. cum de indebito. de probatio.
e in l. iubemus. ad Velleia.
f gl. ad verb. coarctetur. in d. l. iubemus.
g d. l. ſicut. §. ſed & ſi permiſerit.
h l. ſi pupillorũ. §. ſi prætor. de reb. cor. qui ſub tute.
i l. ex promiſſione. de act. & oblig.
k l. qui liberos. de rit. nup.
l Fulgoſ. in hac. §. ſed & ſi permiſerit.
m in d. §. ſed & ſi permiſerit. in verbo, quo caſu nõ nocebit.
n cum Fulgo. hic.
o in verſ. quod conſenſerit decem vendere.

fidem debitoris pignore remiſſo. Sed quando non aliter conſenſit vendi,
quàm præſcripto pretio, indiciũ eſt quòd facultates debitoris habuit ſuſpe
ctas, easq; nollet minui, neq; oĩno fidẽ debitoris ſequi: alioqui enim nihil
eius intereſſet, conſenſum ſuum ſic reſtringere, vt non niſi præſcripto pre-
tio vendat debitor.

Refert etiam quomodo conſenſerit creditor, ſimpliciter & ſine præfini
tione temporis, vendi aut donari: † an verò intra certum tempus, puta an- 19
num aut biennium[a]. tunc enim poſt tempus id non licebit, non tam vi au-
gmenti à contrario ſenſu, quàm ex vi & natura limitati temporis. ſicut &
alijs locis eſt traditũ, conceſſa ad tempus, cenſeri poſt tẽpus prohibita[b]: † 20
& è diuerſo, prohibitũ ad tempus, poſtea permiſſum cenſeri[c]. Sic quoque
qui intra tempus non vtitur facultate, ad tempus reſtricta: renunciare in-
telligitur[d]. Sed expreſsè conſentire debet creditor, † ſcire autem & pati 21
non ſufficit ad remiſsionem pignoris, cùm ob id tacere potuerit, quòd ſci-
ret ius ſuum vbiq; durare[e]. Sanè vbi ſcire debuit quòd ius ſuum non poſſet
durare, vt puta, ſi ſeruus obligatus manumittebatur, & præſente & tacente,
qui iam liber homo, non poteſt eſſe pignori: facilius ex ſcientia & præſen
tia colligeremus conſenſum[f]. Quod ſic malim dicere[g], quàm quòd fauo-
re libertatis, ſpeciali ratione hoc conſtitutum ſit. Nam ſic facilè idem extẽ
deres[h], nõ tantùm ad ea quæ religioſa fiunt, verùm etiam ad ea, quæ ſcien-
tibus creditoribus, alienantur in pauperes: hos enim pari fauore iura pro-
ſequuntur. Quod tamen durum eſſet admittere, cùm facilè fiat vt creditor
adſit, vbi quicquam ei obligatum, relinquitur teſtamento pauperibus. Sed
nec fiſci fauore factum puto, quòd eo hypothecas vẽdente, alij creditores
hypothecariam actionẽ amittant ſilentio[i]: † Sed ob id potius, quòd haſtæ 22
fiſcalis fides non facilè debeat conuelli. Solenniter enim diſtrahit pigno-
ra fiſcus ſub haſta & auctione publica, omnibus ad eã vocatis. Sicut etiam
ſi priuatus quiſpiam creditor illa diſtraxerit, alijs omnibus prográmate ad-
monitis, (non ſola voce præconis, quæ paucis innoteſcit[k]) præſentes cre-
ditores ius ſuum non exequentes, illud amittant[l]. Porrò ſi non tantùm
tacuerit creditor, ſed aliquid etiã fecerit, quo cõfidentius emeret emptor:
(veluti ſi tabulis venditionis ſubſcripſerit[m], † vel ſecundæ obligationis & 23
impignorationis, cum in his fortè contineretur, quod nulli alij res eſſet ob
ligata[n]) iam vtique ius ſui pignoris remiſiſſe credetur, quod etiam poſte-
riore caſu, videri poteſt affirmaſſe ſe non habere[o]. Sicut hæres, pretium re
cipiens rei à ſolo cohærede venditæ, ius ſuæ partis perdit, vt rectè vẽditæ,
nec euincere eam poteſt[p]. Ac denique, vt ſuccurritur creditori decepto,
etiam vbi præter ſilentium aliquid fecit[q], ita æquum eſt, vt cum tacuit de-
cipiendi creditoris gratia, non iuuetur quo pignus amittat[r].

Eſt tamen, vbi tacito conſenſu creditor ius ſuum remiſiſſe putetur: † 24
nempe, vbi cum alio creditore, cui eadem res inſolidum obligata eſt, eam
à debitore in aſſem & indiſtinctis partibus emit[s], vel debitor cum cre-
ditore alienat[t]. ſic enim alter alteri conſenſiſſe videbitur, vel ex eo ſo-
lo, quòd ſimul & indiuiſim rem ipſius obligatam emerit: vel debitor cum
creditore vendiderit, aut in dotem dederit, quod etiam trahi ſolet ad ius
retractus, multis locis ex conſuetudine vigentis, vt ſi fratres commu-
ne prædium ſimul diſtrahant, neutri ius ſit retrahendi dimidiam à fratre
venditam, quaſi in venditione vterque alteri conſenſerit: cùm tamen re-
tractui eſſet locus, ſi alter ſine altero portionem ſuam diſtraxiſſet: vel
ſi non in aſſem, id eſt, totum fundum ſimul, ſed diſtinctis contracti-
bus, ſuam vterque partem vendidiſſet[u]. Sed an hæc tantùm obtineant,

a d. l. ſi debitor. verſi. ſed ſi intra annum.
b *l. ſi vnus. §. j. de pact. l. qui fundũ. de contrahen. empt.*
c *l. pater filium. §. fundũ. de legat. 3.*
d *l. ſi ea quæ crimen. C. qui accuſ. nõ poſſ. Bal. ad l. 2. in 8. quæſt. C. de reſcind. vendit.*
e d. l. ſicut. §. non videtur.
f *l. j. C. de remiſſ. pigno.*
g *cum Saxo. in d. l. j.*
h *cum Bal. ibi in l. j.*
i *l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pigno.*
k *l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud.*
l *l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig.*
m *d. §. non videtur. verſic. ſed ſi ſubſcripſerit.*
n *l. Titius. §. Titius. quib. mod. pig. ſolu.*
o *Ang. in d. §. Titius. per l. nõ alienum. de interior. act.*
p *l. quidã ex parte. de euictio. Alberi. ad d. §. non videtur.*
q *d. §. nõ videtur. verſic. mſi.*
r *l. 2. C. ſi alie. res pig. data ſit. l. ſi ſine. C. ad Velleia. l. mulier. C. de diſtr. pig.*
s l. Titi⁹ Sempronio. quib. mod. pig. ſol.
t *d. l. Lucius. tit. eo. in verbo, cum vxore ſua.*
u *An d. Tiraq. in cõuen. retract. §. 3. in gl. j. nu. 253. Molin. in tit. primũ conſuetud. Pariſiẽ. §. 13. nu. item. 13.*

inter

inter plures creditores ſub eodem pignore illud ſimul ementes, velut iure quodam mutuæ compenſationis, vtroq; ad alterius cõmodum pignus ſuũ
25 remittente: † an verò etiam, ſi alter eorum qui ſimul emunt, non ſit venditoris creditor, ſub pignore, difficilius dixeris. Et quidem prius illud longè expeditius eſt. cùm ſic quoque ſit inter plures fideicõmiſſo grauatos, & ſimul rem fideicommiſſo ſub■ectam vendentes. Nam & hic vterque alteri conſenſiſſe, & ius ſuum remiſiſſe creditur [a]. Sed vbi à debitore rem obligatam emit creditor cum alio quouis cui obligata non eſt, nulla hic recenſeri poteſt mutua compenſatio; neque ab vtroque alteri quicquam eſſe remiſſum. cùm non haberet alter quod remitteret, ideoq́; videri poſſet quòd ipſius portio adhuc manſerit creditori, cum quo totã rem emit, obligata. Si tamen hic in cauſa eſſe dicas, cur pignus remiſſum putetur, non tacitã aliquam compenſationem, nec mutuam remiſsionem: ſed tantùm conſenſum mutuum (in quo ſolo vtrobiq; [b] ſe fundat Iuriſconſultus) & hunc ex eo ſolo colligo, quòd ſimul in aſſem emerit, vno eodemq́; cõtractu (quod omnes fatentur) neceſſe eſt admittas idem eſſe iuris, etiam ſi is qui ſub pignore creditor non eſt, cũ vero creditore pignus emat. In quam ſententiam hoc etiam adducitur [c], quòd poſterior creditor non ſit in effectu creditor reſpectu creditoris prioris in pignore, nec egeat prior creditor vt poſterior ei quicquã de ſuo iure remittat, aut relaxet: ſed perinde ſit quo ad priorem creditorẽ, an cum eo emat poſterior aliquis creditor ſub eodem pignore, an alius quiuis qui creditor non ſit.

Debet quoque conſenſus creditoris, qui ei præiudicet in pignore, ſim
26 pliciter eſſe præſtitus, † & non hac proteſtatione adiecta, ſalua cauſa ſui pignoris [d]: In quo quidem conſenſu creditoris ſic præſtito, licet Accurſius [e] exiſtimet eſſe nugationem quandam, veriſimile tamen hoc non eſt: cùm additũ ſit, quòd multi ſoleãt ſalua cauſa pignoris conſentire. Quis autem credat, quod Iuriſconſultus recitare voluiſſet in frequenti vſu eſſe, (velut approbans illum) id quod verè nugatorium eſſet? Proinde melius alij [f] exiſtimant, hoc ſaltem operari conſenſum creditoris, ſic præſtitũ, vt excuſetur debitor à furto, quod aliàs faceret creditori [g]. ſicut à crimine ſtellionatus excuſatur apud ſecundum creditorem, ſi ei prædixerit adhuc alij rem eſſe obligatam [h].

Videamus nunc quæ ſequi debeant conſenſum creditoris, vt ei præiudi
27 cet in pignore. Et certè ſequi debet † effectus venditionis, donationis, aut alterius cuiuſq; contractus, à creditore permiſſi [i]: non quidẽ vltimus ille effectus, & quo planè perficitur alienatio, & fit dominij translatio [k], ſed quod in primis contractus iure teneat [l], vel ſaltẽ tenere poſsit, altera parte, quãuis dolo inducta, contractũ approbante [m]. & quòd traditionis neceſsitas incumbat venditori, etiam ſi fortè neuter ſit ad implendum contractũ paratus: nec venditor rem tradere, nec emptor ſoluere pretium, quamdiu alter alterũ non liberauit [n]. Si verò legari, aut per fideicõmiſſum relinqui conſenſerit creditor, debebit legatũ aut fideicõmiſſum eſſe acceptatũ [o]. vt ſic, quæ non interuenit ab initio voluntas legatarij aut fideicommiſſarij, (cum etiam ignoranti legetur [p]) ſaltẽ poſtea accedat. Nam repudiatum legatum cenſetur velut nunquam eſſe relictum [q].

Si ergo venditio ſimulata tantùm ſit, nequaquam nocebit creditori in
28 iure pignoris. † Simulatam autẽ videri, ſi poſt venditionẽ inueniatur debitor rem venditam adhuc poſsidere, reſpondit Marcellus [r]. Cuius reſponſum interpretes voluunt & reuoluunt, ſed parũ expediunt, conſtituuntq́ue præcipuam difficultatem ex Conſtitutione noua Iuſtiniani [s], qua rem quæ ſemel

a *l. cũ pater. §. libertis. l. codicillis. §. j. de legat. 2.*
b *tam in d. §. Titius. quàm in d. l. Lucius.*
c *à Fulgo. in d. l. Titius.*
d l. ſi debitor. §. ſi in vẽditione. quibus mod. pign.
e *in glo. verbi, ſalua.*
f *Fulgo. ad d. §. ſi in venditione.*
g *l. ſi is qui rẽ pignori dedit. in princ. de furt.*
h *l. & quæ nondum. §. qui res ſuas. de pignor.*
i in d. l. ſicut. §. ſi voluntate.
k eadẽ. l. ſicut. §. ſi debitor vendiderit.
l d. l. ſi debitor. §. quæritur.
m *Ang. in d. §. quæritur. ex l. Iulianus. § ſi quis colludente. de act. emp.*
n *d. §. ſi debitor vẽdiderit.*
o d. l. ſicut. §. venditionis.
p *l. cũ pater. §. ſurdo. de legat. 2.*
q *l. j. §. verũ. ſi quis in fraud. patro. l. liber homo ſuo nomine. ad legẽ Aquil.*
r in d. l. ſicut. §. ſuperuacuum.
s l. vl. C. de remiſ. pignor.

ſemel exijt è bonis debitoris conſenſu creditoris, etiam ſi poſtea recupe-
ratá ſit, conſtituit non incidere rurſus in obligationē. cùm tamen re vera
maior ſit difficultas in contextu huius reſponſi, & longiore ratiocinatione
Iuriſconſulti, vt mox dicetur, conciliata prius antinomia de qua dictū eſt,
quæ ſic ferè conciliatur[a]. Quòd Iuſtinianus præſupponit, velut notū & in
dubitatū, rem obligatam ſemel exijſſe conſenſu creditoris, obligationem,
ac verè alienatā eſſe. In Marcelli autem reſponſo, de hoc ipſo dubitatur, &
quæritur, num credi poſsit rem alienatam eſſe, & in contrarium adducitur
præſumptio ex præſenti poſſeſsione venditoris, & non ſoluta adhuc pecu-
nia, quaſi credi poſsit aut ſaltē probabiliter de eo dubitari, num ea ſola lege
creditor vendi conſenſerit, vt ex pretio ei ſolueretur. Vnde de ſola vendi
tione in hoc reſponſo proponitur: in Iuſtiniani verò conſtitutione, etiam
de donatione, permutatione, & quocunq; alio modo tranſlationis rei obli
gatæ ad alios. Ita vt ibi omnē dubitationem faciat generalis cōceptio ver-
borū hypothecariæ obligationis, quæ nominatim cōprehendit etiam futu-
ras res[b], quaſi ea res quæ ſemel conſenſu creditoris exijt præſentem obli-
gationem rerū tunc poſſeſſarum, videretur, cum iterū acquiſita eſt, incide-
re rurſus in aliam partē generalis obligationis rerū futurarum: quod Iuſti-
niano non eſt viſum congruere. † vt ſic in vna eademq; re, & ex vnica obli 29
gatione, pignus quodammodo duplicetur. Quod autem in reſponſo Mar-
celli tacitè fuerit, vel ſaltem dubitetur an ſit actū, quòd ex precio creditori
ſolueretur, putatur[c] ex eo conſtare, quòd dubitationē faciat, non tàntùm
præſens poſſeſsio debitoris, qui ſe dicit conſenſu creditoris alienaſſe, ve-
rùm etiā illud quod pecunia adhuc ſoluta non ſit. Indicium eſt ergo, quòd
tempore adhibiti conſenſus de eo fuerit actū: alioqui id nihil ad rem, quod
dicitur[d], de non ſoluta pecunia. Non deſunt tamen qui interpretātur[e], in
Marcelli reſponſo, pecuniam, non quidem illam quæ creditori debetur, &
pro qua res fuit obligata, ſed quam pretij nomine dare conuenit. quaſi, ſi
poſt longius tempus, inueniatur venditio neutra ex parte adimpleta, neq;
res tradita, neq; ſolutū pretiū, iam præſumatur venditio ſimulata. Sed ſi pre
tium ſolutū ſit, diluitur ſuſpicio ſimulationis, concepta ex præſenti adhuc
poſſeſsione debitoris, qui ſe vendidiſſe dicit. Non quod ſit imaginaria ven
ditio, pretio interueniēte, nec ſit veriſimile quòd emptor ſoluto pretio re-
linqueret tam diu poſſeſsionem apud venditorem. Aliter quàm mutato ti-
tulo, ita ſcilicet, quòd vel conduxiſſet vel precario rogaſſet, vel alio quoli
bet nouo titulo nomine emptoris, & eius conſenſu teneret. Quo quidem
caſu nulla eſt vis in præſumptione ſimulationis, ex præſenti adhuc poſſeſ-
ſione, quæ non veteri ſed nouo titulo continuata eſt. Et hæc ferè ſunt præ
cipua, quæ adferunt interpretes ad huius reſponſi interpretationē. Ex qui
bus tamen non intelliges facilè contextum totius reſponſi, quo in diuerſas
partes, nūc pro creditore, nūc verò ꝓ debitore, pulchrè ratiocinatur Mar
cellus, ac tandē ſubijcit ſalubre conſilium, quod creditori putat eſſe tutiſsi-
mum. † Sequamur ergo & nos paraphraſticè diſputationem Iuriſconſulti, 30
vt nunc in hanc nunc in illam partem inclinat. Et quidem principio, ſi cre-
ditor conſenſerit debitori, vt pignus alienet, & poſtea id alius inueniatur
poſsidere, ſufficit vtputa huic poſſeſſori, ad declinandam actionem hypo-
thecariam, quod alleget creditorem conſenſiſſe in alienationem. An autē
debitor verè alienauerit, cū iam inueniatur alius id pignus poſsidere, ma-
gnoperè quærendum non eſt, ſed promptiſsimū eſt credere, quod debitor
non ſua negligentia à poſſeſsione ceciderit: ſed eam ſciens prudensq;, iu-
ſto aliquo titulo in alium tranſtulerit. At ſi in pignoris poſſeſsione credi-
tor, cum

a à Fulgo. hic in. §. ſuperuacuum.

b in d. l. vlt. in verb. propter verbū futurarū rerū.

c à Fulgo. ibi.

d in d. §. ſuperuacuum. in verbo, veruntamen cum pecunia ſoluta non ſit.

e Bald. ibi.

tor, cum cogitat & parat actionem hypothecariam, inueniat adhuc ipſum debitorem: tunc vtiq; non ſufficeret ad repellendum creditorẽ, quòd con ſenſerit rem vendi [a], ſed meritò quæri poſſet, an etiã vendiderit debitor. Et hic proniores ſumus vt credamus non vẽdidiſſe, quandoquidem adhuc poſsidet: ita vt ab extremis temporibus, videlicet quo poſsidet debitor, cũ ei permitteret creditor alienationem, & nunc adhuc poſsidet, cùm paratur actio: liceat præſumere, quòd medio quoq; tẽpore ſemper poſſederit, nec vnquam tradiderit: & ſic nec vendiderit, niſi fortè ſimulatè. Hæc tamen præſumptio non tam potens eſt, quin cedat veritati: ſi poſsit debitor ipſe docere quòd verè vendidit & tradidit [b], cogente fortè anguſtia rei familiaris: ſed poſtea bona fide (veluti, cũ fortè ex inſperato creuiſſet hæreditas) eam rem redemit ab eodem, cui vendiderat: vel ab alio, ad quem poſtea ea res pertinere cœpiſſet. aut etiam ſi ipſe debitor, idemq; venditor, emptori hæres poſtea extiterit, quòd non poteſt aliter quàm bona fide eſſe factum. neq; poteſt concurrere aliqua ſuſpicio fraudis, qualis facilè in venditione & redemptione cõmiſceri poſſet [c]: nempe quòd debitor idcirco facultatẽ vendendi impetret à creditore, vt eũ iure ſui pignoris priuet in perpetuũ: ipſe autem re ſua obligata, necnon fructibus & emolumentis eius non careat diu, ſed ilicò redimat, ac velut ſoluto ſemel pignoris nexu, deinceps ſemper liberã rem habeat, atq; poſsideat. Ita vt meritò in his inſit doli mali ſuſpicio: nimirum vel ſimulationis, ſi verè nihil fuerit actum: ſed ſimulata tantùm venditio (vtroq; videlicet debitore, vt eo qui emiſſe diceretur, id intelligente) vel fraudis, ſi verè quidem res ſit empta, ſed vendita à debitore in fraudem creditoris: vtputa nulla alia neceſsitate ad vẽditionem cogente, nec oportunitate aut cõmoditate inuitante, quàm quòd ſic ſperabat rem à nexu pignoris liberare: & ab initio animo conceperat ſtatim illam liberam redimere, etiam ſeruans fortè in idipſum apud ſe integrũ pretium, quod ab emptore receperat. Quibus quidem caſibus creditorem vti replicatione doli mali æquiſsimũ eſt. Nam ſi pignus, quod ab initio inutiliter à debitore cõſtitutũ eſt, cum nõ eſſet dominus, conualeſcat, acquiſito ei poſtea dominio, ita vt tunc improbè & nõ abſq; dolo reſiſteret debitor creditori actionẽ mouẽti [d]: multò fortiùs in pignore quod ab initio valuit, dices, quòd magis improbè reſiſteret & exciperet de beneficio creditoris, quo permiſit ei vendere, & quo ipſe debitor tam inuerecundè eſſet abuſus: faciliùs enim replicatio quàm actio conceditur [e]. Sed ita deniũ in conſideratione erit hæc fraus aut ſimulatio, ſi pecunia adhuc non ſit ſoluta creditori, qua ſoluta, non læditur creditor, nec in aliquo ei præiudicatũ eſt. Quorſum ergo pertineret de conſilio quærere fraudis, quæ non inuenit exitum aut ſucceſſum, nec quenquam re ipſa læſerit? Hic ergo permittemus debitori in re ſua liberrimum arbitrium [f]: vt hodie vendat, cras redimat, modò ne alij noceat.
31 Vſqueadeo autem, † vbi fraus aliqua aut ſimulatio verè cõcurrit, iuuandus eſt creditor: vt etiam hæc nonnunquam egrediantur ſuũ authorem [g]. hoc eſt, vt non tantùm iuuetur creditor aduerſus debitorem, qui ſic in fraudem ſuam fecit: verùm etiam aduerſus ſucceſſorem eius, ſed vniuerſalem, vt hæredem, vel bonorum poſſeſſorem, qui quodammodo ſucceſſor eſt vitiorum defuncti [h]. Quod expeditiſsimum erit ſequi, ſi in ea ipſa re obligata, quæ ad debitorem per ſimulationem tantùm vel fraudem vendita, mox rediit, habeat quoq; titulũ generalem ſucceſsionis. At quid ſi aliunde ſit eam rem nactus, antequam fieret hæres debitoris, atq; ita illã non habeat titulo hæreditario? Hic quidem videri poſſet eum, qui in extranei locum ſucceſsit, non debitoris, qui dederat pignori, & in eo creditorem

a *hac eadẽ.l. ſicut.§. ſi voluntate. in ſi.*

b hoc.§. ſuperuacuũ. verſi. niſi qđ poteſt fieri.

c verſic. verũtamẽ cum pecunia.

d *l. rem alienã. de pign. actio.*

e *l. ſi vnus.§. pactus ne peteret. de pact.*

f *l. in re mãdata. C. mãda.*

g d.l. ſicut.§. illud videamus. i pric.

h *l. cũ heres. in prin. de diuerſ. & temp. praeſcript.*

torem fefellit,non debere metuere allegationem huius fraudis [a]. Poſſet ta
men ea eſſe fraudis ſpecies, quæ etiam huic poſſeſſori rectè obijceretur [b]:
nempe; ſi in eo verſabatur dolus debitoris, vt non poſſet creditor à poſ-
ſeſſore pecuniam recipere, eo quòd, quamuis fortè hoc actum eſſet inter
creditorem & debitorem, vt hic ipſe creditor pretium rei venditæ vſque
ad ſummã ſui debiti ab emptore perciperet, ſuo dolo tamen feſtinauit de-
bitor illud totum recipere ab emptore, ignaro conuentionis habitæ inter
debitorem & creditorem. & ob id rectè debitori, qui vendiderat ſuo qui-
dem creditori,ſoluit emptor antequam denunciaſſet ei creditor ne ſolue-
ret [c]. Imò etiam ſi nihil eiuſmodi actum eſſet, nec conueniſſet inter cre-
ditorem & debitorem, adhuc fortè non malè dixeris, quòd potuiſſet em-
ptor ſoluere creditori, & ſic liberari à debitore eodemque venditore ſuo
creditore [d]. Hoc igitur ſi aliqua arte aut via impedierit debitor, feceritq;
ne creditor ab emptore nouo poſſeſſore pretium vſque ad ſummam de-
biti reciperet, iniquiſsimum ſanè hic eſſet ludificari creditorẽ,& in lucro
verſari hæredem debitoris cũ creditoris iniuria. † Sed ei qui titulo ſingula 32
ri ſucceſsit,in ſolam rem obligatã,atq; adeo alij creditori, qui ab emptore,
cui ex conſenſu creditoris vẽditio facta eſt, admixta creditoris fraude, ni-
hil ei nocere poterit [e]. ſed audietur obijciens,exceptionẽ his aut ſimilibus
verbis conceptam, *Rectè ageres ſi non voluntate creditoris hic fundus veniſ-
ſet*. q. d. olim quidem obligatus tibi fuit,at tuo cõſenſu vẽditus,iam libera-
tus eſt, & ſi quid habeas iuſtæ querelæ de dolo debitoris, qui nõ ſoluit,vel
ſolui tibi ab emptore nõ eſt paſſus, perſequere doli authorẽ. Tutius tamẽ
fuerit cũ debitor à creditore petit permitti ſibi venditionẽ,vt id non aliter
faciat, quàm hac expreſſa lege, quò magis ei ſatisfaciat [f]: ſic enim non ſe
conijciet (vt in ſuperioribus caſibus) aduerſus debitorem aut hæredẽ eius
agens,in anguſtias probãdi dolum,ex perſpicuis indicijs [g].Sed aperto iure
cõuentionis vtetur: neq; replicatio ei neceſſaria erit, ſed promptius habe
bit remediũ. nam amputabit oẽm occaſionẽ acquirendæ exceptionis debi
tori hærediq; eius,quoniã tota cõuentione recitata, qua ei facta fuit vẽden
di poteſtas,audiet ſtatim iudex legẽ appoſitã ſoluendi ex pretio creditori,
cui ſi non adderet debitor ſe paruiſſe, iam nulla exceptione tutus erit, quæ
mereatur impugnari replicatione. Quòd ſi eo amplius,etiã cautionẽ acce
perit creditor ab empturo,vt pretiũ rei vẽditæ vſq; ad ſummã debiti ei ſol-
uat: id ſanè tutiſsimũ erit,proderitq; ei aduerſus emptorẽ, etiam ad perſo-
nalem actionẽ, quamuis prius illud cum ſolo debitore cõuentum prodeſſe
exiſtimẽ etiam cõtra emptorẽ, & quemlibet poſſeſſorẽ ad hypothecariam
actionẽ: ſicut limitato cõſenſu creditoris,de quo aduerſus eũ exciperetur.

Sed & alia via manet ſaluũ creditori ius pignoris, etiã poſt venditionẽ
factam, non in fraudem eius, neque ſimulatè: videlicet, ſi cum adhuc res
eſſet integra, & neutra ex parte adimpletus contractus, receſſum ab eo
ſit: ſiue debitor vendiderit [h], ſiue ipſe creditor [i], & ſiue placuerit contra-
hentibus à venditione & emptione recedere [k]. non inita noua reuendi-
tione, ſed priore tantùm reſoluta [l]. ſine iudicio accepto receſſum ab ea
fuerit. Vtroque enim caſu, ſicut priſtinum ius dominij vel quaſi dominij
reſtituitur debitori: ita quoque creditori ius pignoris redditur: † quod 33
ita demum remiſiſſe intelligitur, ſi emptor rem conſequatur, & retinear,
non ſi apud venditorem maneat, dum rebus integris à contractu recedi-
tur, vel ſi reddat emptor venditori. Iudicij autem quo venditio vel reſol-
uitur, vel non inuenit exitum, † duo adfert Iuriſconſultus exempla, vbi 34
vendidit debitor [m]: & vnicum vbi diſtraxit creditor [n]. Videlicet ſi debitor
qui ven-

a *arg. l. an vitium. §. ex facto propoſitũ. verſi. dicebam hunc heredem. de diuerſ. & temp. præſcrip.*
b verſi. poteſt tamẽ dici.
c *l. 3. C. de nouatio.*
d *arg. l. ſi liber homo. de nego. geſt. l. ſolutum. §. ſolutum. de pig. act. l. ſi opera. de dol. & met. excep.*
e verſic. quod ſi is fundus.
f verſic. tutius tamen eſt.
g *l. quoties. §. qui dolo. de probatio. l. dolum. C. de dol. mal.*
h l. volũtate. quib. modis pig.
i ead. l. §. creditor quoque.
k *l. ab emptione. de pact.*
l *Bal. in hac. l. voluntate. per d. §. ſupernacuum.*
m in ead. l. volũtate. verſi. & ideo ſi iudicio.
n in d. verſi. creditor quoq;.

,245

vendiderat, conuentus ex empto fuerit abſolutus, non quidem (vt opinatur Accurſius [a]) ex eo capite quòd venditionem aliqua iuris ratio impedierit, nam hoc alio loco [b] ſatis cautum eſt, hic autem maius quiddam voluit Paulus, videlicet, etiam ſi venditio valuerit, ſed fortè per iniuriam iudicis venditor ex empto conuentus fuerit abſolutus [c]. Non enim refert quo modo factũ ſit, quòd rem venditã retineat, vſqueadeo, vt etiã ſi cõdemnatus (quod erit ſecundũ exemplum accepti iudicij) rem tradere omnino noluerit: ſed quod intereſt emptoris præſtare (quod ſemper ei permiſſum eſſe nõnulli [d] tradunt) æquè adhuc maneat apud eũ obligata: licet pro re con ſenſu creditoris vẽdita præſtiterſs emptori æſtimationẽ: & ſic ex ſua parte venditionem quodammodo impleuerit. Quæ quidem exempla accepti iudicij, etiam ad creditorem qui pignus vẽdidit, applicari poſſe crediderim. Sed & aliud de eo vendente à Iuriſconſulto additũ eſt, nempe ſi ſeruus qui pignori datus erat, & à creditore venditus, redhibitus fuerit ob aliquod vitium, nam id fit inuito venditore qui actionem pati debuit: Vnde non mirabimur in debitore ſecus eſſe [e], videlicet quòd ſi generaliter obligatus omnibus ſuis bonis ſeruũ emerit, quẽ ſibi traditũ (& ſic iuri pignoris innexum) poſtea nõ conſentiente creditore redhiberi curet, poterat enim nõ agere redhibitoria, & ſic qualemqualem ſeruũ in bonis ſuis ad pignus creditoris relinquere. Sed creditor qui vendidit ſeruũ vitioſum debuit vel inuitus iudicium hoc pati. Neq; hic dicas, dominium redhibiti ſerui quẽ creditor vẽdiderat, redijſſe ad creditorem: (vt ſic nequeat ei ſua res eſſe piguori) potius quàm ad debitorem. vt nec diceres rediſſe ad procuratorem, negotiorum geſtorẽ, tutorem, vel curatorem: ſi hi aut alij quibus cõceſſum eſt alienam rem vẽdere, ſicut creditori, eam vendidiſſet: ſed ad dominũ pupillum, aliósue quorũ res fuit antequam vẽderetur, & ad hos quidem redit, non nouo aliquo titulo, vt credi poſſit, quòd res aliquando emptoris fuit nouo titulo acquiſita [f], & ſic à nexu pignoris libera [g]: ſed redit in priſtinã cauſam, hoc eſt, habebitur ab eis priſtino iure, ac titulo dominij, remoto tantùm obſtaculo alienationis, per quam prius in alium transierat. ſed apud eum, reſoluta & irrita facta venditione, neque ſine titulo perſiſtere [h]: vt nec potuiſſet ab initio abſque titulo acquiri [i].

Alia adhuc eſt ſpecies taciti pacti, quo pignus remiſſum cenſetur, ſi cre-
35 ditor debitori chyrographum pignorationis reddat [k], † ac ſi non reddat quidem, ſed iubeat tantùm reddi [l], ſic enim liberatur hypotheca ſolo conſenſu, ſicut & contracta fuit. A debito tamen principali non intelligetur receſſum [m] reſtituto pignore, imò nec ab ipſa pignoris obligatione, ſi Iaſoni creduuus [n], vt hac in parte plus operetur reſtitutio chyrographi pi-
36 gnorationis, † (quæ non poteſt in alium finem, quàm remiſsi pignoris videri facta) quàm reſtitutio ipſius pignoris: quæ vtique facta videri poteſt, vt eo vtatur debitor, maneatque obligatum nunc hypothecæ nomine, cum eſt redditum, quod prius traditum fuit pignori.

37 Sunt præterea alij modi qui directò faciũt ad pignoris diſſolutionẽ, † veluti ſi antiquior creditor pign⁹ vẽdiderit, ſequẽtis perit pignus [o], ſi inquã vẽ diderit iure creditoris, nõ quòd ipſe prius à debitore emiſſet. Nã tũc quẽadmodũ ipſe à ſequẽtib⁹ creditorib. hypothecaria cõueniri poſſet: ita nec ſecuros faciet emptores. nã cũ ipſe diſtrahit creditor antiquior, id facit ex iure ſibi quæſito antequam ſequenti obligaretur. At quando ipſe emit à debitore tunc primũ adipiſcitur ius dominij eius rei quæ tunc obligata eſt ſequẽtibus creditoribus, vt non poſſit abſq; eo onere cenſeri rem cõparaſſe.
38 Sanè quicunq; † creditor vẽdit rem pignoratã pro debito, ei ſuũ pignus perit:

a in glo. verbi, abſolutus.
b in l. ſi debitor. §. vlt. eod. titulo.
c Fulgo. hic in l. voluntate.
d Angel. hic. Alciat. de eo quod intereſt. eo. cap. quo explicat hec verba. l. vn. C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt feruntur, certam quantitatem vel naturam.
e l. ſi debitor. qb. mo. pig.
f ead. l. voluntate. verſi. ideõq; eſt in omnibus.
g d. §. ſupernacuũ. & l. vl. C. de remiſſ. pig.
h Fulgo. hic. & in l. j. C. per quas perſo. per l. Vrſñs. in verb. vt quẽadmodũ incipere. de fideicõmiſſ.
i l. nunq; nuda. de acqui. rerũ domi.
k l. creditrice. C. de remiſſ. pigno.
l Fulgoſ. in d. l. creditrice. ex verbis, iubenſe reddi.
m l. Labeo. cũ l. ſeq. de pact.
n ad d. l. Labeo. cũ l. ſeq. col. vlt. verſi. item pondera quod ex ratione.

perit [a]: niſi ita vendiderit, vt non aliter decederet à pignore, quàm ſi ei ſa-
tisfactum eſſet. Qua proteſtatione omiſſa, ac ſimpliciter & abſolutè re ven
dita, quamuis idem adhuc iuris eſſe ſubindicet Accurſius [b]: rectè tamen fe
cit, quod velut ſeſe corrigens, ilicò ſubiunxerit hoc Iuriſconſulti reſpon-
ſum [c]. ex quo videbatur hoc poſſe deduci, loqui tantùm de actione perſo-
nali quæ adhuc ſalua manet, etiam ſi in venditione proteſtatio non fuerit
adiecta: nō autem de hypothecaria actione, à qua niſi excideret creditor,
qui non addita proteſtatione pignus vendidit, non ſic locutus eſſet Iu-
riſconſultus, *Sic tamen venditionem fecit ne decederet, &c.* Sed & ſi in ſo-
lutum pignus acceperit creditor, vel ius dominij eius impetrauerit, pi-
gnoris obligatio ſtatim finita eſt, & ſi poſtea euinci contigerit, vtilis
actio ex empto ei dabitur [d]. Interitu † quoque rei obligatæ pignus ſol- 39
ui notiſsimum eſt [e]. Quali autem mutatione rei obligatæ intercidat, a-
lio loco [f] plenè diſcuſsimus. De temporibus † præſcriptionum hypothe- 40
cariæ actionis, diſtinctione facta poſſeſſorum qui hypothecaria conue-
niuntur, conſtitutiones ſunt peculiares [g]. Ac denique iureiurando perit,
ſi delato iuretur rem non eſſe obligatam [h].

Non interit † autem pignus ſi ſolum offeratur alia ſatiſdatio quam nolit 41
accipere creditor, qui vt non cogitur mutare debitorem, aut obligatio-
nem [i], ita nec acceſſoria obligationum. Niſi quod in conſtituto alium pro
alio fideiuſſorem dare poſsit, qui ſatiſdare conſtituit re ita exigente [k], &
libertatis fauore conditio mixta faciēdi dandiq́; impletur, ſi de incerto ſa-
tiſdetur [l]. Porrò ſi qua pignora obligata ſint donec pecunia ſoluta, vel ſa-
tisfactum ſit, † iam ex formula cōuentionis intelligi poterit, quod alterutro 42
facto, ea pignora liberata ſint [m]: & nō ſolum quidē ſi alia pignora data ſint
(quibus propriè ſatisfieri dicitur) verùm etiam, ſi ſit datus fideiuſſor, (quod
ſatiſdare vocant) qui vt idoneus eſt acceptus. Nam ſatisfactū intelligimus
hic, quemadmodū voluerit creditor, ſiue alijs pignoribus, ſiue fideiuſſore,
ſiue ex promiſsione [n]. Idq́; obtinet, nō ſolum vbi ſimul de vtroque fit men
tio de ſoluendo, vel ſatisfaciendo, verùm etiam vbi ſolum eſt verbum ſa-
tisfaciendi, hanc ipſam ſignificationem habet, & quidem etiam in con-
tractibus [o]: Veluti ſi quis conſtituerit ſe ſatisfacturum, liberatur ſi pigno-
ra det, vel fideiuſſorem [p]. Vt meritò dubites accedere eorum opinio-
ni [q], qui dicunt, quòd ſi debitor promittat creditori ſolutionem pecu-
niæ debitæ ad calendas Martias, vel tunc dare pignora aut fideiuſſores,
veniente die non cogi creditorem vt accipiat pignora vel fideiuſſores:
ſed vrgere poſſet debitorem, vt omnino ſoluat, eo quòd pignora vel fi-
deiuſſores dare, conuentum ſit, in fauorem creditoris, quod non debet
redundare in eius iacturam. Qui ſi velint pignoribus, aut fideiuſſoribus
non ſatisfieri poſtremæ obligationi, ex conſtituto alternatiuè facto: in-
dubiè hoc repugnaret apertis Iuriſconſultorum reſponſis [r]. Si verò pu-
tent nōn ſic liberari debitorem à prima obligatione, cuius debiti ſolu-
tionem vel ſatisfactionem conſtituit, omnino id admiſerim. Notiſsimum
enim eſt, quòd conſtitutum † non inducat prioris obligationis nouatio- 43
nem, ſiue quis conſtituat quod ipſe debet [s], ſiue quod debet alius [t]. Sed
an ilicò primam illam actionem exercere poſsit creditor, veniente die;
etiam ſi tunc offerat debitor pignora vel fideiuſſores, hic equidem ſub-
ſiſto, & cum Iaſone [u] crediderim non mox agi poſſe, ſed incertum ali-
quod tempus ineſſe iudicis arbitrio moderandū, quod ex forma cōuentio-
nis, ad dilationem videatur indultum debitori, ſi ad diem det pignora vel
idoneos fideiuſſores. Et quod aiunt conuentum id eſſe in fauorem ſolius
credito-

a l. ſi debitor. §. ſi in vēditione. verſic. ſed & ſi ipſe. quib. mod. pig.
b ibi in glo. ad verb. ſatiſfiat.
c l. quæſitū. de diſtr. pign.
d l. eleganter. in princip. de pig. act.
e ex l. ſicut. in prin. quibus modis pig. & l. ſeruo. C. de pigno.
f ad l. ſi fundus. §. res hypothecæ data. de pig.
g l. j. et. 2. C. ſi aduerſus credit. lib. 7. & l. cū notiſsimi. C. de præſcript. 30. vel 40. annor.
h l. ſoluitur. in fi. quib. mo. pig.
i l. ſi mandato meo. mādā.
k l. qui autē. §. ſi quis cōſtituerit. de cōſtit. pecu.
l l. ſtatu liber. de ſtat. libe.
m l. cum colono. quæ eſt pen. quibus modis pig.
n l. ſi rem. §. ſatisfactū. de pig. act.
o cōtra Alcia. ad l. cui præcipua. §. vlt. ad verb. perſequi. de verbo. ſignū.
p l. promiſſor Stichi. §. vlt. de conſtit. pecu.
q Bart. ad l. quamuis. de pign. act. ac Zaſi. ad l. 4. §. ſi ex conuentione. de re iudica.
r d. l. cum colono. d. l. promiſſor Stichi. §. vlt.
s l. item illa. §. vlt. de conſtit. pecu.
t l. vbi quis conſtituit. eo. titulo.
u in d. §. ſi ex conuentione. & in l. j. paulò poſt prin. Qui ſatiſda. cogan.

creditoris, dnbitauerim & illud ſequi, quamuis enim ſi de diſtrahendo pi-
gnore conuenerit, id redundet ad ſolius creditoris fauorem, vt poſsit non
debeat vendere [a]: ſi tamen conuenerit pignus dari, hoc in vtriuſque fauo-
rem conueniſſe eſt veriſimile [b]. creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditū:
& debitoris, quò facilius inueniat qui pecuniam ei credant. vel pro re hic
ſubiecta, qui creditæ pecuniæ libentius adhuc differat: quaſi reciproca in-
telligatur cōuentio, & dandi pignoris à debitore & accipiēdi à creditore.

In ordinem nunc incurrunt modi, quibus pignora & hypothecæ tol-
44 lantur, in conſequentiam principalis debiti: † qui licet multi & varij ſint,
ad duo poriſsimum genera reduci cōmodè poſſent. Nam omnes ſpectant
ad debiti ſolutionem, aut quod ſolutioni æquiualens eſt & vicinum: vel
ad iudicia, quæ de principali debito eſſent accepta. In priori genere ha-
bemus debirum obligatum, ſolutum, remiſſum, acceptilatum, compenſa-
tum, nouatum, & confuſionis iure ſublatum: his enim omnibus modis
cum debito principali perit & pignoris obligatio. Et in primis quidem
45 † qui paratus eſt ſoluere, videtur pignus liberaſſe [c]. Paratum autem va-
riè pro ſubiecta mareria, dicimus [d] aliquando eum, qui verbo offert, ſed
reipſa non ſtatim præſtare vult [e]. Aliquando verò in præſenti & reipſa [f],
& cùm non ſit par horum vis & effectus, ſic ferè quod ad noſtrum inſti-
46 tutum pertinet, diſtingui ſolet [g] verbo † offerre pecuniam debitam, non
in re præſenti & extra iudicium, hoc operatur vt venditio pignoris, quæ
ea oblatione ſpreta eſt facta, poſsit retractari [h]. Offerre aurem in præ-
ſenti pecuniam extra iudicium, plus operatur, ne hypothecaria poſsit in-
ſtitui [i]. pignus tamen traditum non liberat, vt actione pignoraticia poſ-
ſet repeti, à creditore poſsidente: quaſi ſoluto debito ſi non ſit conſigna-
tio facta [k]. Sanè ſi creditor non poſsideat, ſed quaſi recepturus pecuniam,
quæ numerationi videbatur paratiſsima, tradiderit debitori, & is poſtea
non ſoluat, ageret creditor furti, vel ad exhibendum, vel contraria pigno-
raticia actione, de reſtituendo pignore quod dolo malo debitoris cre-
ditori abeſt: & redditi pignoris exceptionem elidet doli replicatione [l].
Offerre autē in præſenti reipſa pecuniā, & in iudicio, maiorē adhuc vim ha
bet, nam efficit vt & pignoraticia actio debitori detur [m]. Offerre ſiue in iu
dicio, ſiue extra iudicium, & recuſarū conſignare, & deponere: totū nego
tium conficit. & vltimū perfectæ ſecuritatis & liberarionis gradū, necnon
pignoraticiā actionē (ſi fortè traditū ſit creditori pignus) debitori tribuit [n].

Solutio verò debiti ad liberationem pignorum præcipuam vim habet,
adeò vt nō interſit per quē ſoluatur, ab ipſo ne debitore, an eius procurato
re, an à negotiorū geſtore [o]. Et quòd hic Iuriſcōſulrus addidit, *citra emptio
nem*, ob id factū putabimus, quòd negotiorū geſtor amicus abſentis debito
48 ris, ſi emiſſet à creditore nomē debitoris, † haberet in cōſequentiā noīs em
pti, pignora quoq; eius noīs: & rectè deſideraret Seruianā actionē ſibi da-
ri. Sed ſi emiſſet pignora iure creditoris vēdita (hæc enim emere poreſt ne
49 gotiorū geſtor [p], licet nō fideiuſſor, † qui ſuā fidē quoad illū ipſum cōtractū
pro debitore interpoſuit [q]) nō recuperaret ea debitor ab amico emptore,
quantūuis debitū refundere vellet cū vſuris ſolutis. Quorū vtrūq; tamē in
illo reſpōſo Papiniani traditur, quo ponitur ſimpliciter ab amico debitoris
creditori ſolutū, & ſic per eū liberata eſſe pignora, & ad eū tranſijſſe. Sed
ita tamen, vt tāriſper dū illa poſsidet, habeat retētionē, ſiue debitor ꝓperet
eam vendicare non refuſo debito, quod pro eo ſolurum eſt, (cui propriè
obſtabit doli exceptio) ſiue poſterior aliquis creditor [r]: non autem vt ha-
beat actionem hypothecariam, ſi fortè à poſſeſsione ceciderit.

a *d. l. quamuis.*
b *ex. §. vlt. Inſtit. quib. mo. re contrah. oblig.*
c l. itē liberatur. §. qui paratus. quibus mo. pig. vel hypothe.
d *Bart. & alij ad l. prætor ait. §. ſi quis paratus fuerit. de ope. noui nunc.*
e *l. ſi debitori. de iudic. l. fundus. quæ eſt pen. C. de reſcind. vendi. l. reſiduū. C. de diſtr. pign.*
f *l. pen. qui pot. in pig. l. ſta tu liber. de ſtatu liber.*
g *cum Fulgo. in d. §. qui paratus.*
h *d. l. fundus. & d. l. ſi reſiduum.*
i *l. potior. §. vlt. & l. pen. qui pot. in pig.*
k *l. creditor. C. de pigno. l. acceptam. C. de vſur.*
l *l. 3. de pign. act.*
m *l. ſi rem alienā. §. vlt. l. aliena res. §. per creditorem. de pign. act.*
n *d. l. creditor. C. de pig. & d. l. acceptā. C. de vſur.*
o *l. ſ. in prin. quib. mo. pig.*
p *arg. huius legis à contrario ſenſu verborum citra emptionem.*
q *l. ſ. C. de dol. mal.*
r *Fulgo. ad d. l. ſ.*

Et ſanè

Et ſanè qualiſcunq; poſſeſſor † rei obligatæ, ſiue iuſtus ſiue iniuſtus, ſi of 50
ferat creditori debitum, conuentus rei vendicatione, repellet eum ab hypothecaria actione [a]. Sed an creditorem cogere poſſet, ad cedendam ei actionem quam aduerſus debitorē habuit, † opiniones variāt, varijs vtrim- 51
que rationibus inſtructæ. Et dubitationē facit, quod alio loco [b], vbi de cedenda actione dictū eſt, ſolius iuſti poſſeſſoris mētio ſit facta, quaſi iniuſto poſſeſſori nō debeat fieri ceſſio: ſed adhærēdū potius ſit regulæ, quæ dictitat, quòd etiā ſi quis creditori offerat ſolutionē, fruſtra tamē ius obligationis in ſe transferri deſideret [c]. atq; ita nōnulli [d] exiſtimant etiā hoc tēpore, ſaltem [e] ſi eiuſmodi ſit poſſeſſor, qui nec detentionē habeat cū iure retētionis: ſed tam ſit iniuſtus, vt ex interdicto aliquo poſſeſſio ei poſſet auferri. Alijs [f] aliud opinantibus, propterea quòd non ſe ingerat neq; offerat poſſeſſor ad ſolutionem, ſed iudicio hypothecariæ actionis cōuentus, mauult ſoluere, quàm pignus ad crecitorē trāsferri. vnde videretur creditorē poſſe repelli per exceptionē cedēdarū actionū, ſi fortè ipſe fecerit, quo minus actionē habeat cū principali debitore, quā poſſet cedere ſicut à fideiuſſore vel mādatore repelleretur [g]. Neq; etiā eſt creditoris cōtrouertere ius poſſeſſoris iuſti, ſui aduerſarij, in hypothecaria actione, & quē ipſe vt poſſeſſorē ſibi aduerſarium eligit, & eligere ac ſequi debuit: cū hæc actio poſſeſſorem ſequatur, quare merito melioris conditionis eſſe debebit poſſeſſor, quàm extraneus quiuis, qui neq; ipſe obligatus eſt, neq; rem pro debito obligatā tenet, ſed vltro ſe ingerit, offertq; ſolutionē, & actiones in ſe trāsferri deſiderat, fortè vt ꝓ lubito poſſit debitori eſſe moleſtus & importunus creditor. Magisq; vrgeret in cōtrariū Sceuolæ reſponſum [h], quod adductū eſt, ſi nō in quæſtione, iuſti poſſeſſoris mētio eſſet habita, ſed tantùm in reſponſione: nec vergeret hæc ceſſio nominis, in cuiuſquā præiudiciū, q; debitoris, quo tamē potior eſt poſſeſſor, etiā quāuis & quantùmuis iniuſtus in retinēdo pignore: ſi rei vēdicatione cōueniatur, quouſq; debitū quod pro eo ſoluit creditori refundatur ei [i]. Sed nec ipſi oīno creditori ad pignoris liberationem ſolui neceſſe eſt, † ſed ſufficit cuicunq; alij ſolui volūtate 52
eius [k], vel ꝓcuratori, vel ſeruo, pecunijs exigēdis præpoſito: vel alij cuicūq; accipiēti eius noīe, etiā abſq; eius volūtate, ſi poſtea ei debitor hæres extiterit, & ſic acceptā ab eo ſolutionē approbare cōpellatur, cū & ipſa ſucceſſio approbationis loco [l] ſit. Vnde ſi creditor pignus alij dederit pignori, huic quoq; creditori creditoris ad liberationē pignoris poterit ſolui [m]. Et huc pertinet qđ dicitur, quòd ſi à cōductore ædiū, partē cōduxero, & mercedē ſoluero domino ædiū, eariiq; primo locatori, liberata eſſe à me inducta & illata in partē ædiū conductam, quæ & ipſi domino ædiū obligata fuerint, † 53
ex ſua propria (vt Iuriſconſultus ait [n]) cōuentione, nō quidem mecum, ſed cum cōductore ædium inita, qui mihi earum partem locauit. Nam ex contractu domini & conductoris ædium, obligantur ei omnia inducta & illata: non ſolùm quæ verè ipſius conductoris ſunt, ſed & illa in quibus ille primus conductor idemq; locator ius pignoris habet [o], Pignus enim pignori dari poſſe notiſſimum eſt.

Refert autem quomodo ſoluatur, nam & in proba moneta ſolui debet [p], & integrè, ita vt nihil reſtet ſoluendum [q], nec ſortis nec vſurarum nomine, & nec ſumptuum quidem in pignus factorum [r]. Itaque qui pignori accepit plures res, non ſolùm non cogitur vnam liberare, niſi accepto vniuerſo quod debetur [s]. Sed & poteſt quam velit ex illis diſtrahere pro debito [t], & in eo pignoris obligatio indiuidua eſt, vt pro parte liberari non poſſit [u]. Quemadmodum † & conditio indiuiduam facit obligationē cui 55
apponitur,

[a] l. Paulus. §. qui pignoris. quib. modis pig. 1040.

[b] in l. mulier. qui potior. in pigno.

[c] l. nulla. C. de ſolutio.

[d] Bal. Alberi. & Fulgoſ. in d. l. mulier. Pau. Caſt. ad l. ſi res obligata. de lega. primo.

[e] Molin. in tract. cōtractuū & vſurar. in. 47. quæſt. in prin. nu. 338.

[f] Accur. Bart. & Salic. in d. l. mulier.

[g] l. Stichum. §. pen. de ſolu.

[h] d. l. mulier.

[i] l. ſi creditor. qb. mo. pig. l. ſi creditor. de pig. act.

[k] l. ſolutum. §. ſolutam. de pig. act.

[l] d. §. ſolutā. in princ. & l. vlt. in prin. rem rat. hab. Fulgo. in ſi. l. rem alienā. de pign. act.

[m] l. grege. §. cum pignori. de pigno.

[n] d. verſi. vnde ſi domum. in vlt. verbo.

[o] Fortun. Garcia ad l. item quia. de pact.

[p] l. eleganter. §. qui reprobos. de pign. act.

[q] l. ſi rem alienā. §. omnis pecunia. de pign. act.

[r] l. in ſumma. C. de pign.

[s] l. qui pignori plures res. de pign.

[t] l. creditoris arbitrio. de diſtract. pign.

[u] l. 2. C. de here. act. l. 2. C. ſi vnus ex plurib. hered. l. 3. C. de nego. geſt.

apponitur[a], ac ſimiliter pœna[b]: Aliud verò eſt in pluribus fideiuſſoribus
quorũ alter abſq; altero liberari poteſt, nõ ſolum ſi ipſe ꝓ ſua parte ſoluat:
cũ alter ſoluendo eſt[c]. verùm etiã, ſi creditor pro vno fideiuſſorũ ſuorum,
partẽ ſoluit quæ eũ cõtingit, vt ipſum liberet[d]: Singulorũ enim fideiuſſorũ,
56 etiam ſi ſimul fideiuſſerint, ſingulæ fideiuſsiones & obligationes ſunt, † ha-
bentq́; diuiſionis beneficium, ex epiſtola diui Adriani. Sed multarum re-
rum ſimul, & in eandem cauſam pignoratarũ, verum vnum pignus eſt, vni-
ca obligatione cõtractum, quam diximus eſſe indiuiduã. Si tamen in diuer
ſas cauſas obligationis pignoraticiæ aut hypothecariæ ſint contractæ, etiã
vnius eiuſdemq́; rei, poterũt ſingulæ ſeorſum diſſolui: ſiue ab initio ex om
nibus illis cauſis vnus idemq́; fuerit creditor[e], ſiue ab initio plures, & tan-
dem per ſucceſsionẽ vnicus[f]. quo caſu non tam particularis ſolutio (quæ
nõ minima dicitur habere incõmoda[g]) quàm ſingulorum ex diuerſis cauſis
debitorum, & ſeorſim contractorum admittitur.
57 Sed & remiſſo debito, pignus & hypotheca ſoluitur. † Remittitur au-
tem pacto[h], quo ſi id actum ſit, vt à perſona non petatur, dubitari poſſet,
an hypothecam poſsidenti proderit[i]: Nam perſonale pactum reo debenti
factum, nõ prodeſt fideiuſſori[k]. igitur nec pignorũ poſſeſſori, quod non-
nulli admittunt[l]. Accurſius[m] etiam ſi actũ ſit vt à perſona non petatur, re-
ceſſum putat ab hypotheca: ſiue eã ipſe teneat debitor, cui perſonale pa-
ctum factũ eſt, ſiue alius. Quod propius ad mentẽ Iuriſcõſulti accedere pu
to, ex ſubiecta ratione: *Sed cũ hoc pactũ cõuentum exceptionẽ perpetuã pariat,*
videlicet ipſi debitori, qui ſe & hypothecã obligauit, *Eadem & in hoc caſu
poßunt dici, vt & ab hypotheca diſcedatur.* hãc enim obligauit ipſe debitor,
cui exceptio eſt acquiſita, & quidem perpetua, vnde meritò hypotheca ſic
quoq; liberata eſt. Nam ſi ad tẽpus cõueniſſet, nõ peti pecuniam: veluti in-
tra annũ, aut biennium, idem quoq; de hypotheca intelligeretur in conſe-
quentiã conuentum[n]. Debet tamen debitum nõ inutiliter eſſe remiſſum,
alioqui ſi per pacti conuentionem inutiliter factam remiſſum fuerit, non
ſolum ipſum peti poterit, ſed & vſitato more pignora vendicari[o]. inutilis
58 autẽ remiſsio eſt quæ fit dolo vel metu[p]. † Quare ſi quis metu coactus, ac-
ceptam ſtipulationẽ fecerit, nõ ſolum redintegratur obligatio, in perſona
debitoris: ſed & fideiuſſorum eius, vt eoſdem vel alios nõ minus idoneos
adhibeat, & vt pignora quoq; in eadem cauſã reſtituantur[q]. Pignora, in-
quam, quæ tradita fuerunt creditori, & per metum debitori ſunt reſtituta,
& ſic obligatio illorum ſummo iure fuit diſſoluta, ſicut traditione fuerat
contracta. Hypotheca verò quæ ſola conuentione fit, & ex iure præ-
torio originem ducit, & quam diximus vſitato more vendicari poſſe, id
eſt, hypothecaria actione perſequi licere, apud quemcunque ſit poſſeſ-
ſorẽ, manet fortè ipſo iure illæſa: Quaſi cum prætor ciuiles obligationes
ſtricto iure ciuili interemptas, quamuis dolo vel metu ex æquitate reſti-
tuat[r], videri poſsit à ſe inuentas & introductas obligationes, conſeruaſ-
ſe illæſas à vi & dolo, ita vt nulla reſtitutione indigeant, atque ita qui-
dam ſenſiſſe videtur[s], quod nunc latius non excutio. Sed eſt vbi debi-
ti remiſsio, vel inutilis donatio, non facit inutilem pignoris liberatio-
59 nem[t], † vbi ſcilicet ea cauſa quæ facit inutilem pecuniæ debitæ remiſsio-
nem, ſiue donationem, non pertinet; neque pertingit ad pignora: quod
quomodo fiat, quia non eſt in Papiniani reſponſo adſcriptũ, itum eſt ad va
rias coniecturas. Primò enim diuinat Accurſius[u], à cõiuge coniugi ex do
nationis cauſa remiſſum eſſe, quod debetur ſub hypotheca bonorũ, eamq́;
donationẽ inutilem eſſe, ſi nõ ſit morte confirmata, pignus tamen quod in

a l. cui fun. dot. de cõdi. et demonſtr.
b l. heredes. §. in illa. fam. erciſc. l. in executione. §. pen. de verb. oblig.
c l. quoties. de ſolutio.
d l. in hu. §. ſi duos. de ſolutio.
e l. ſi prior. in prin. l. quærebatur. qui pot. in pign.
f l. vlt. quib. mod. pign.
g l. 3. in princ. fam. erciſc.
h d. l. ſoluitur. quibus mod. pig. vel hypot. ſolui.
i d. l. ſoluitur. verſi. niſi quis ducat.
k l. niſi hoc affi. de pact.
l Odofre. Alberi. & Fulgo. in d. l. ſoluitur.
m ibi in glo. verbi decedat.
n ead. l. ſoluitur. §. ſi paciſcatur creditor.
o l. debitum. C. de remiſs. pig.
p Accurſ. & doct. in d. l. debitum.
q l. illud. §. ſi metu coactus. de eo quod met. cauſa.
r d. l. ſi metu coactus.
s Fulgo. ad l. ſi vnus. §. de pig. de pact.
t l. j. §. j. quib. mod. pign.
u ibi in gl. verbi, inutilẽ.

 conſe-

conſequentiam fuit remiſſum, manere liberatum: quia lex quæ facit inuti-
lem remiſsionem debiti principalis (nempe quod donatio ſit inter virũ &
vxorem iure prohibita) nõ pertinet ad pignora, quæ alter alteri conſtante
matrimonio remittere poteſt [a]. Nam pignus remittere non eſt donare [b].
Sed non per omnia congruit hæc interpretatio, eo quòd Papinianus, ſi ſi-
gnificare voluiſſet donationem pecuniæ, quæ ex qualitate perſonarum in-
utilis eſſet, veriſimiliter id vno aliquo verbo apertius deſignaſſet: nec ſic
in genere tantùm de creditore dixiſſet, venditore & emptore eodemque
debitore: quaſi non referret quibus perſonis hæc applices. Nec in locum
venditoris induxiſſet ſucceſſorem fiſcum, ſi nihil hoc ad rem pertineret pu
taſſet. Secundum exemplum Accurſij, de patre & filiofamilias, eadem pe
nè ratione improbari poteſt, & maximè, cũ inter eos nõ conſiſtat [c] emptio,
ex qua hic ortũ habuit debitum, in cuius remiſsione donatio conſiſtebat,
quæ nec morte patris potuiſſet confirmari [d]: cùm nec eſſet proceſſum ad
traditionem [e]. Tertiò, retulit hæc Accurſius ad remiſsionem debiti inuti-
lem ob defectum inſinuationis, cùm fortè quingentos ſolidos excederet,
ita enim obtinuit, quòd & ea donatio quæ debiti remiſsione conſiſtit, de-
beat † inſinuari [f]. Sed nec hoc ſatis quadrat, cùm ob omiſſam inſinuatio- 60
nem, nec hodie inutilis fiat tota donatio: ſed vſque ad quingentos ſolidos
ſtare [g] poſsit. Pro quibus etiam (vitiato ſolo exceſſu) maneret pignus obli
gatum. Papinianus verò vult totum pignus liberatum, & debiti remiſsio-
nem totam eſſe inutilem. Quartò, fingit Accurſius debitum ex cauſa do-
nationis remiſſum, recidere in priſtinam obligationem ob ingratitudinẽ
donatarij, cui fuit remiſſum, & ſic ipſam quidem pecuniam iterum deberi:
ſed non æquè redire pignoris obligationem ſemel extinctã. Et certè, nec
hic deeſt quod improbes, ſi non illud, quod mutata voluntate debitoris, re
uocari deberet ab ingrato omnis donatio, & ſic reuiuiſcere priſtina obli-
gatio, cum omnium ſua cauſa pignorum & hypothecarum (vt Fulgoſio
placuiſſe videtur) ſaltem illud, huic exemplo obſtabit, quòd facultas reuo
candi donationem ob ingratitudinem donatarij, non extendatur ad hære-
dem donatoris [h], niſi ex eo ſolo capite, quod non ſeruentur pacta & con-
uentiones donationis, quo caſu quis non diceret æquiſsimum, vt remiſſum
debitum redeat in priſtinam obligationem, cum ſuis pignoribus & hypo-
thecis, atq; omni ſua cauſa? Aliud ergo quærendum eſt exemplum, quòd
huic reſponſo Papiniani melius cõueniat. † Et quid ſi dixerimus, hic à cre- 61
ditore ſibi conſcio delicti, quod publicationem bonorum meretur, dona-
tam, id eſt, remiſſam fuiſſe pecuniam ei debitam, in fraudem fiſci, qui ei ſuc
ceſſurus videatur, & cuius non fruſtra hic mentio facta eſt à Papiniano?
Nam ſi aliquibus modis, id eſt, veriſimilibus & ſat certis coniecturis atque
præſumptionibus perſpicuis (ſicut omnis fraus probari debet) conſtaret,
ſuſpicione pœnæ donationem eſſe factam: ea vtique, quamuis ipſo iure an
te condemnationem teneret [i], inutilis tamen eſſet donatio, & fraude de-
tecta prodeſſe ei non poſſet [k]: etiam ſi ante delictũ, ſed cogitatione mox
ſecuturi delicti eſſet facta. æquè enim reuocari poſſet, vt in fraudem fiſci
facta [l]: exemplo ſcilicet illorum, quæ in fraudem futurorũ creditorum ſunt
alienata [m]. Sed lex quæ hic inutilem facit donationem pecuniæ, nimirum
quod in fraudem fiſci facta ſit, non habet locũ in pignore liberando. i. ad il-
lud nõ pertinet: cùm non æquè pignus vt debitũ, in fraudem fiſci remiſſum
cenſeatur, quando debitor adhuc ſoluendo eſt. Vnde queadmodum in pi-
gnoribus contrahendis, & vni alicui creditorum tradendis, conſideramus
fraudem per ſe, & ſeorſum à principali contractu & debito [n]: Ita quoq; in
pignoribus

a l. etiam. C. ad Velleia.
b l. 3. in fine. de legat. 3. l. ſi pignus. quæ in fraud. cred.
c Fulgo. hic. ex l. 2. de contrah. empt.
d vt hic Ang.
e arg. l. Papinianus. de donat. inter. virũ & vxo.
f Bal. hic. et Philip. Decius ad l. ſi quis obligatione. de reg. iur. Alcia. ad l. de diſſo. de verb. ſig.
g l. Sancimus. in prin. C. de donatio.
h l. vlt. C. de reuoc. dona. c. vlt. de donat.
i l. prius cõtractũ. de dona.
k l. ſi aliquis. in. 2. reſpon. de mort. cauſ. donat.
l Bar. ad l. poſt contractũ. & ibi Cuma. in fi.
m l. ſed ſi maritus. in fi. qui & à quibus maior. liberi non fiunt.
n l. ait prætor. §. ſi cui ſolutum. l. cum vetus. quæ in fraudem cred.

248

pignoribus & hypothecis relaxandis & remittendis, ſeorſum fraus conſi-
derari[a] debet, cùm principalis debiti remiſsio, re ipſa, & conſilio fraudan
di, facta eſſe poſsit in fraudem creditorum, aut fiſci. Et hypothecæ tantum
remiſsio, pignorumque reſtitutio, non continere re ipſa fraudem, ſi ſcili-
cet adhuc ſoluendo ſit debitor, cui pignus remittitur.

Porrò cum debito per pactum remiſſo hypothecam ſolui dixerimus,
62 idem multo maiore ratione dicendum, ſi pecunia debita acceptilata † ſit[b].
Sic enim omnis obligatio pecuniæ ſoluta erit, & extincta[c], idemq́; fuerit,
ſi non repetito pignore, obligatio nouata ſit[d].

Sed & compenſationis eadem eſt ratio, ſi per hanc fortè pecunia, in
quam obligatum erat pignus, deberi deſierit. Nec enim intereſt, ſoluerit
debitor, an compenſauerit[e].

63 Abiudicato debito † creditori, cum res iudicata pro veritate habea-
tur, dicemus & pignus eſſe ſolutum: etiamſi per iniuriam iudicis debitor
abſolutus ſit[f]. Quamuis enim natura debitor maneat & curat tamen præ-
tor, vt hypotheca, ſuo iure inuenta, ſubſeruiat iuri ciuili: quo illa natura-
lis obligatio, quæ fuit aliquando ciuili obligationi iuncta, iam hac perem-
pta, omnino inefficax eſt.

Multo magis ergo ſoluetur hypotheca, ſi iureiurando delato, iuratum
64 ſit, pecuniam non deberi[h]. † quia ſic & naturalis obligatio perimitur, ve-
lut ex pactione delati & accepti iuriſiurandi[i].

Et certè, minima aliquando mutatione iudicij liberantur fideiuſſores,
65 & pignora. † Veluti ſi defenſor abſentis iudicatum ſolui cauerit: & poſtea
dominus in ſe iudicium transferat[k], ne videlicet, pro alio, aut alterius obli
gatione teneantur, quàm pro quo fideiuſſerunt. dum pro ſe, non pro do-
mino, fideiuſſor ſatiſdedit[l]. abſque quo quia ſatiſdatione ad defenſioné admitti
non[m] potuiſſet, neq; per hoc præiudicium fit actori, qui eam tranſlatio-
nem iudicij, à defenſore in dominum, non cogebatur admittere: nec ad-
uerſarium mutare. Si igitur in hoc conſenſit, eſt quod ſibi imputet[n]. Sed
qui abſentis nomine egit, & de rato cauit, ſi poſtea in litem introduxit ip-
ſum dominum, vel is ſua ſponte compareat, & in ſe iudicium transferat,
durabit adhuc ſatiſdatio defenſoris, non pro alio, quàm pro quo eſt præ-
ſtita, nempe ipſo defenſore[o].

66 Ac denique confuſione † ſublato debito (videlicet ſi creditor de-
bitori, vel debitor creditori ſucceſſerit) pignora ſoluuntur, ſic enim
veluti ſolutionis iure, ſublata cenſetur principalis obligatio[p]. Sed hic
difficultatem facit; quod Africanus reſpondit[q], ſi debitor ſucceſſerit ei,
qui pro ipſo fideiuſſerat, & ſuæ fideiuſſoriæ obligationis pignora de-
derat, pignus manere obligatum: quamuis fideiuſſoria obligatio ſit ex-
tincta, nec poſsit debitor, ſui fideiuſſoris nunc hæres, acceſſoria illa fi-
deiuſſoris obligatione pro ſeipſo teneri[r]: quamuis ſi is fideiuſſor alium
pro ſe ſubſidiarium fideiuſſorem dediſſet, is ſanè liberatus eſſet, extincta
obligatione eius, pro quo fideiuſſerat. Quo quidem diſcrimine pigno-
rum & fideiuſſorum, manifeſtum fit; quòd fideiuſſoria obligatio firmius &
fixius adhæreat principali obligationi, tãquam ſuo neceſſario fundamẽto:
quàm pignoraticia, aut hypothecaria. Quemadmodum & pignus in vnam
aliquam cauſam, pro alio debito, etiam chirographario, retineri poteſt[ſ]:
fideiuſſor verò nunquam ad aliud debitum, quàm quod in ſuam fidem re-
cepit, tenetur. Et licet fideiuſſori omnes exceptiones competant, quæ
reo principali[t]: durat tamen hypothecaria interdum ſublata principali
obligatione[u]. Inſeparabilior eſt ergo nexus fideiuſſoriæ obligationis,

a l. ſi pignus. in fin. quæ in fraud. credit.
b l. ſolutũ. §. ſiquaſi. verſic. idemq́; etſi acceptilata. de pig. act.
c §. itẽ per acceptilationem. Inſtit. quib. mod. toll. obligatio.
d ea l. ſolutum. in princ. verſic. nouata autem.
e l. debitor. 4. qui pot. in pig.
f l. ſi deferente. quib. mod. pig.
g l. Iulianus. de condict. indeb.
h d. l. ſi deferente. in princ.
i l. vlt. in princip. de iureiurand.
k l. 1. §. defenſor. quib. mod. pig.
l l. ſi ante iudicia. ſolui.
m l. qui proprio. §. qui aliũ. de procurat.
n Fulgo. in d. §. defenſor.
o l. in cauſa. §. pe. & vl. de procurat. l. Iulianus. & ibi DD. qui ſatiſd. cog. & P. Caſtrenſ. in d. l. ſi ante.
p l. Vranius. in princ. verſ. tantum, vbi ſucceſſit. de fideiuſſ. l. debitori. C. de pact.
q l. cũ quis ſibi. §. vlt. de ſolut.
r l. hæres à debitore. §. quod ſi hic ſeruus. de fideiuſſ.
ſ l. vnic. C. etiam. ob chyrograph. pecu.
t l. omnes except. de except.
u l. intelligere. C. de luit. pig.

quàm

quàm pignoraticiæ aut hypothecariæ,cum principali. Nec aliud ſanè voluit Accurſius[a],pro cauſa huius diſcriminis illud adferens,quod iam diximus,de retinendo pignore pro alio debito. Vnde à fortiori inferri potuit, fideiuſſoria obligatione extincta,pignoraticiam durare in reſponſo Africani.†Nam ibi quodammodo pignus fuit obligatum in ipſam principalem 67
obligationem debitoris,cum pignore confirmata eſſet fideiuſſoria obligatio:& hæc(ſcilicet fideiuſſoria)firmaſſet obligationem principalis debitoris,qui quamuis ipſe hoc pignus in ſuam obligationem non dederit, nunc tamen eſt dominus illius pignoris,per ſucceſsionem in hæreditatem fideiuſſoris,qui illud pro ſua obligatione, in ſecuritatem principalis obligationis facta obligauerat. Et ſi quid hic fideiuſſor reo,vel reus fideiuſſori debuiſſet:hoc vtique iure confuſionis ſublatum eſſet. At quod fideiuſſor,non reo,ſed pro eo, debuit alij: hoc non poteſt confuſionis iure dici ſublatum: nec ſolutione,vel vera,vel ficta: ſed tantùm, ob iuris impoſsibilitatem,cēſetur diſſoluta & extincta fideiuſſoria obligatio, quæ in fideiuſſore iam mortuo reſidere non poteſt. Nec in ipſius hærede, quem nunc hic nactus eſt,propterea quòd is ipſe obſtrictus ſit principali obligatione,quæ quidem duæ obligationes,principalis & acceſſoria, non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto[b].Pignoris verò à fideiuſſore dati obligatio, quamuis adhuc duret,id non niſi ſummam æquitatem habet: quamdiu ſoluta non eſt pecunia. Nec ex eo ſequitur quicquam iuri repugnās, aut quod aduerſantes aliquæ obligationes ſint in eodem ſubiecto: quia pignoris obligatio in nulla perſona reſidet:ſed in re tantùm obligata. Illudque in omnibus hypothecis præcipuè ſpectatur:an ſoluta ſit pecunia, vel eius nomine ſatisfactum.habet enim ſuas conditiones hypothecaria actio,id eſt,ſi ſoluta eſt pecunia,vel eo nomine ſatisfactum. quibus ceſſantibus,id eſt,quàm diu neutrum illorum factum eſt, hypotheca tenet[c]. atque ita frequenter argumentantur Iuriſconſulti[d].quod quia verum eſt, pignus eſſe datum,& pecuniam non eſſe ſolutam,nec eo nomine ſatisfactum,ob id pignus adhuc teneri.

Vnde interimus, quòd ad hunc locum proximè ſpectat, quòd licet creditor actionem perſonalem deduxerit in iudicium,& obtinuerit reum vel fideiuſſores,aut mandatores eius condemnari:nihilominus hypothecariam actionem adhuc ſupereſſe[e]. † Quod enim dicitur, per ſententiam 68
priorem contractum nouari[f]:intelligendum eſt,quoad curſum vſurarum, earumque quantitatem:Non verò quoad extinctionem prioris obligationis,cui potius noua accedit, ex re iudicata &[g] quamuis alia ſit voluntariæ nouationis ratio[h].Non enim ſatiſfactum eſt creditori, per hoc quod iudicati habet actionem[i].Quare etiamſi cum defenſore abſentis rei creditor egerit,& condemnari eum obtinuerit,dicimus adhuc hypothecæ obligationem durare[k].quamuis hic paulò maior videatur ratio liberandæ hypothecæ,quàm ſi cum reo fideiuſſore,vel mandatore egiſſet creditor,cùm hi vel inuiti conueniantur,& cum eis, vt obligatis, agere creditor debeat. Et ſic minor ibi in huiuſmodi neceſsitate ſubeſt ratio nouationis,quàm ſi cum eo agat creditor,qui ſe ſponte defenſioni obtulit,& quem potuit creditor non admittere, nec ſibi aduerſarium conſtituere. maximè ſi nouandi animo voluiſſet abſentem defendere: nam ita ferè diſtinguitur[l], quod animo nouandi liceat defendere inuitum debitorem(ſicut pro eo ſolui poteſt) ſed non inuito creditore, & contra, non nouandi animo defendi poteſt alius,inuito creditore,ſed non inuitus.

Rurſus, adeo firmum eſt & ſtabile ius pignoris, vt etiamſi aduerſus debitorem,

a in d.l. ſi quis ſibi.§.vlt.

b d.l.hæres à debitore.§.quòd ſi hic ſeruus.de fideiuſſor.

c l.grege.§.etiā ſi creditor.de pig.

d in l.aliquando.§.de pignore.in ſi.ad Velleian. l.ex ſextāte.§.Lasiaut.in ſi.de except.rei iudica.

e d.§.etiamſi creditor.verſicul.multo magis.& l.quamuis.C.de pig.l.vnica.verſic.quod ſi pactum.C.etiam ob chiro.pecu.

f l.vlt.C.de vſur.rei iudicat.

g l.aſtori.C.de reb.cred.

h l.aliam.de nouatio.

i d.§.etiam.verſic.ſi cum defenſore.in fin.

k d.verſic.ſi cū defenſore.

l à P.Caſt.in l.liberto.§.vlt.in ſi.de negoc.geſt.& in l.exigeñ.C.de procurator.

debitorem,qui pignus dedit,dicatur poſtea ſententia de iure dominij:ad-
69 huc tamen ſeruetur creditori hypothecaria actio [a] †. Quod locum habet, ſiue debitor qui iudicio ſuccubuit, egerit, ſiue defenderit litem [b], & ſiue ſingulari iudicio rei vendicationis, ſiue vniuerſali petitionis hæreditatis fuerit actum.Sed ſciuerit an ignorauerit creditor litem agi(niſi colluſum ſit in iudicio)multum ſanè refert [d]. Si quis ergo,cùm ſe bona fide hæredem eſſe putaret,aliquid ex ea hæreditate obligauerit, & poſtea controuerſiam de hæreditate patiatur,in qua ſuccumbat, & pronuncietur aduerſus eum pro legitimo hærede:inſpiciet nihilominus iudex,creditore agente, cauſam pignoris.cùm poſsit fieri,vt pignus rectè acceptum ſit ab eo, qui illud eo tempore habuit in bonis,& quod tamen is qui dedit,non rectè inſtituerit ex teſtamento petitionē hæreditatis:vel ex ſuo ipſius capite, vel aduerſarij,qui fortè non poſsidebat,vel titulum habebat [e], vel quòd nō ſatis probauerit,vt declarari poſsit hæres:cùm tamen creditor probare poſſit,quòd rem obligatam,tempore conſtitutæ hypothecæ, habuit in bonis ſuis.Sicut,in ſingulari iudicio rei vendicationis, debitor qui vendicabat, ſuccubuit:quia non probauit rem eſſe ſuam:ſed creditor probare poteſt, quòd habuit eam [f] in bonis ſuis,idque ipſi ad victoriam eſt ſatis.

In legatis autem & libertatibus,teſtamento relictis, aliud dicendum eſt [g]: ſi ſecundum eum proferatur ſententia,qui legittimam hæreditatem vendicabat:videlicet,quod libertates ipſo iure nō valeant,& legata non tantùm non debeantur, ſed & ſoluta repeti poſſunt [h]. Siue ſententia reſcindat teſtamentum,vt inofficioſum,& ſic in rem feratur,& rei (ſcilicet ipſi teſtamento)dicatur:Siue declaret teſtamentum eſſe nullum,in capite inſtitutionis.Generaliter enim Iuriſconſultus dixit [k]: ***Cùm ſecundum eam, qui legitimam hæreditatem vendicabat,ſententia dicta eſt.*** nec diſtinxit, quo modo,aut ex quo capite,pro eo ſit dicta [l]:an quia teſtamentum nullum eſſet,an quia inofficioſum. Quod paucis hæredibus,ac non niſi liberis, fratribus & ſororibus allegare,& ex eo capite impugnare permiſſum eſt [m]. Imò cùm dixerit,legitimum hæredem vendicare hæreditatem, veroſimilius eſt,quòd id fecerit rectà via:perinde atque ſi nullum teſtamentū ſcriptum eſſet,aut conditum:& quod cum ei teſtamentum per modum exceptionis obijceretur,replicando dixerit,illud eſſe nullum. Querela enim inofficioſi teſtamenti ſi neceſſaria fuiſſet, ab illa veriſimiliter feciſſet exordium,antequam vendicaſſet legitimam hæreditatem, cui non niſi ſubuerſo teſtamento locus eſſe [n] poteſt. præſertim, ex quo iam hæreditas à ſcripto hærede eſt adita,vt legitimus,in querela habeat aduerſarium.

Si creditor ius obligationis vendiderit,manet hypothecaria actio in
70 ſuo robore, † etiam ſi ab emptore pecuniam receperit, quia illam precij non ſolutionis nomine accipit [o].manet,inquam,non ei,qui obligationem principalem emptori ceſsit:ſed ipſimet emptori nominis, in quem transfertur,qui vendicare poteſt hypothecas,quas creditor, idemque nominis venditor obligatas habuit:& illas quoque vēdere, ſicut ipſi creditori hoc ex pacto fuerat conceſsūm [p]. Porrò an generaliter verum ſit, quod ceſsa perſonali actione,intelligatur & hypothecaria ceſsa: alio loco plenè examinauimus [q].

Nouiſsimè autem,quod Gordianus [r] reſcripſit,vincula pignoris dura-
71 re perſonali actione ſubmota: † referri ſolet, ex autoritate Accurſij, ad præſcriptionem longiſsimi temporis, 40.annorum. quæ plerunque opus eſt,ad hypothecariam actionem excludendam [ſ]. ſed cum ea præſcriptio fuerit Gordiano incognita, vt quæ à Iuſtiniano primum eſt conſtituta, præſtiterit

a l.ſi ſuperatus.de pigno.l.præſes. C.eod.tit.
b gloſſ.d.l.præſes.ad verb. debitorem.& ibi.Salic.
c d.l.præſes.
d l.iudicatæ.§.vlt.in verbo,non admonito credit. de except.rei iud.l. ſæpe. de re iud.c.pen.de ſentē. & re iudica.
e contra l.regulariter.de petit.hæredita.
f l.& quæ nondū.§. quod dicitur.de pignor.
g d.l. ſi ſuperatus. verſic. atqui aliud in legat.
h l.Papinianus.§.vlt. de inoff.teſta.
i l.poſthumus. §.ſi quis ex his.de inoffic.teſtament.
k in d.l.ſi ſuperatus.verſ. atqui.
l Fulgo.hic.in d.l.ſi ſuperatus.
m l.1.de inoffic.teſta.
n l.quàm diu poteſt.ex teſta.de acquir.hæredit.
o d.l.ſoluitur.§.ſi conuenerit,verſ. aliud eſt. quib. mod.pig.
p l.ſi à creditore.C.de acti. & oblig.& ibi Salic.& ad l.per diuerſas.in 13. quæſt.C.mandati.
q ad l.ſi in ſolutum.C.de act.& oblig.
r In l. intelligere. C.de luit.pig. Meus codex habet inſcriptionem Iuſtini.
ſ l.cū notiſsimi. C. de præſcrip.long.tempor.

præſtiterit hoc alio referre [a]: Videlicet ad illud, quod ex Aphricano [b] dixim⁹, fideiuſſoria obligatiõe extincta, per hoc quod fideiuſſor ipſum debitorem principalem habeat hæredem, adhuc pignora, in illam obligationem data, manere obligata, Idemque fuerit, ſi obligatio ſuo loco mota ſit, & alium nunc teneat debitorem: vtputa, quia tenebat eũ, qui nunc deportatus eſt, & bonorũ publicationẽ paſſus, & ſic ab obligatione exemptus, in quam ſucceſsit fiſcus [c]. Ac denique, ſi paternam obligationẽ in ſe ſuſceperint, animo nouandi, filij eius, ac filiæ emancipatæ promiſcuẽ: & pignora patris, in hanc poſteriorem nouantem obligationem, accepta ſint: ea in ſolidum tenentur, quamuis filiarum perſona, ex Senatuſconſulto Velleiano, ſubducatur ex obligatione [d]. & ſic, quoad eas, ſubmoueatur obligatio ſuo loco, nimirũ quòd ea obligatio, pro rata parte filiarum, quæ efficitur inutilis, reſtituitur in ipſum patrem. quæ reſtitutoria actio ſurrogatur in locum actionis, & obligationis, è qua ſubducitur perſona mulieris, & ſic pignora manent in ſolidum obligata [e].

Nunc autem, ad actionem hypothecariam propius deſcendentes, dicimus eam competere creditori, † cui debitoris bona obligata ſunt [f]. nec 72
non hæredibus eius, & horum vnicuiq;, pro ſua crediti parte, in ſolidum [g]. nec non ei cui nomen debitoris, cum hypothecis & acceſsionibus in ſolutum datum, venditũ, aut ex alio quolibet titulo ceſſum eſt [h]. Cùm autem hoc loco de duobus potiſsimum videndum eſt, videlicet de creditorum inter ſe ordine: & de his, qui in priorum creditorũ locum ſuccedũt: viſum eſt, ab hoc poſteriore, de quo pauciora dicentur, exordium facere.

Succedit ergo plerunque alter in alterius locum, & interdum quoque aliquis in ſui ipſius locum. † Ad quod imprimis eſt neceſſarium ita cõuen 73
tum eſſe, vt pecunia poſterioris dimitteretur prior creditor, idque ſic factum eſſe [i]. Et hæc duo, in emptore pignoris, qui à debitore emit. vt in primi creditoris locũ ſuccederet: omnino ſufficiunt aduerſus inferiores creditores [k]. Ipſe enim rem emptam, ſuamque factam, non poteſt obligatam habere. Poſterior verò creditor, in locum primi ſucceſſurus, debet cũ debitore eam quoq; conuentionem feciſſe: vt idem pignus habeat obligatum [l]. Quod, an iam ſatis ſit, an verò eo amplius oporteat etiam de ipſo ordine, & de ſucceſsione in locum primi conuentum eſſe, difficilius dixeris. & opiniones variant. Sunt [m] enim qui putent, hoc non eſſe neceſſarium, neque illud requirere Iuriſconſultum [n], cùm ſcripſit, ſecundum creditorem non aliter in ius pignoris ſuccedere, etiamſi antecedẽs creditor, eius pecunia ſit dimiſſus: niſi conuenerit, vt ſibi res eadem eſſet obligata. Quo loco ſi quid aliud neceſſariũ adhuc putaſſet, id veriſimiliter adiecíſſet, nec illis duobus contentus fuiſſet. Quæ opinio, quamuis paucioribꝰ placeat, etiam ex eo iuuatur, quòd conuentio expreſſa, de ſuccedendo in locũ primi creditoris (quam alij deſiderãt hic) nõ facilè locũ habere poſsit, vbi quis in ſuũ ipſius locũ ſuccedit [o]. Quod aũt iuris eſt in vno cõtractu, & in vna perſona ſibiipſi ſuccedẽti in pignore, quãdo crediti ſumma ex interuallo ampliatur, & pignora pignoribus adduntur: hoc quoq; in duabꝰ perſonis, & duobus contractibus, conformiter ſeruari debet [p]. Nec obſtat, quod alijs locis [q] additum eſt, de ſuccedendo in locum primi creditoris dimiſsi: Nam hoc vel additum eſt, maioris declarationis, & clarioris expreſsionis gratia, non ex neceſsitate, vbi ab ipſis contrahentibus in conuentione eſt additum [r]. Vel non pertinet ad formam pacti, nec intelligitur à paciſcentibus dictum: ſed in lege aſſcriptum, velut conſequutiuẽ [ſ]. Quaſi dicas: quòd ſi contrahentes duo illa priora deduxe-

a cum Iacob. Areti. & Fulgoſ. in d.l. intellig.
b d.l. cum quis ſibi. §. vlt. de fideiuſſor.
c l. vlt. de duobus reis. l. ſi debitori. de fideiuſſ.
d l. ſi paternam. verſi. pignora tamẽ. C. ad Velleia.
e Salic. ad fi. d.l. ſi paternam. verſi. oppono ab ex. contra. verſic. ratum pignora.
f §. item Seruiana. verſic. quaſi Seruiana. Inſtit. de actio.
g l. 2. C. ſi vna ex pluribus hered.
h l. ſi in ſolutum. l. ſi à creditore. C. de act. & obli.
i l. Ariſto. quæ res pign. oblig. poſſ. l. 1. & toto tit. C. de his qui in prior. credit. loc. ſucced.
k l. ſi potiores. C. de his qui in pri. credit.
l d.l. Ariſto. & d.l. 1. C. de his qui in prior.
m Fulgo. in d.l. Ariſto. & in l. 2. Qui pot.
n in d.l. Ariſto.
o l. 3. qui potior. in pignor.
p l. ſingularia. ff. ſi certum petatur.
q in d.l. 1. C. de his qui in prior. credit. & in l. ſi prior. §. à Titio. Qui pot. in pig.
r vt in d. §. à Titio.
ſ Fulgo. in d.l. 3. Qui potior.

deduxerint in pactum, videlicet, quod prior creditor dimittatur, hoc eſt,
ei ſoluatur pecunia poſterioris, idq́; id factum ſit, & vt poſteriori eadem
res ſit obligata, ſic fiet, & conſequens erit, vt in locum primi, ſua pecunia
dimiſsi, ipſe ſuccedat [a]. Et certè debitoris & creditoris eſt, paciſci de pig- *a d. l. 1. C. de his qui in*
nore, id eſt, vt res pignori ſit. Cùm autẽ iam pignus eſt contractum, aut hy *prior.*
potheca, non eſt eorum conuenire de ordine, aut loco inter creditores.
74 Nec hic poteſt debitor gratificari cui volet creditori [b]: † ſed ordinem dat *b l. ſcripturas. C. qui pot. in*
ipſa lex, & ex legum conſtitutione deſumere oportet, vter prior, vter ve- *pig. habe.*
rò poſterior ſit. Niſi quod aliquando ex conuentione inter contrahentes
habita, ſuper principali aut perſonali obligatione, lex interpretetur ordi-
nem in pignoribus & hypothecis, & id quidem, non ex conuentione inter
debitorem & creditorem: ſed inter creditorem & eum, in quem partẽ ſui
crediti cum hypothecis transfert: & qui ſibi in ſuo iure quæſito præiudi-
care poſſet. Veluti ſi quis inſulam aut domum, prius ad triennium locatam,
vendat alij, hac lege, vt prioris anni penſio ſibi, ſequẽtium annorũ empto-
ri cedat, pignorumq́; ius ab inquilino datorum vterq; conſequatur [c]: ſi hic *c l. inſulã. qui pot.*
iam ea pignora non ſufficiant ad penſiones totius conductionis, & quæra- *in pig.*
tur, an venditor præferri debeat, an potius pro rata cum emptore diuidat il
lorum preciũ, hic Nerua & Proculus nimis aſſeueranter reſponderunt,
ius omnium pignorum ad venditorem pertinere: & hoc tantùm quod ſu-
75 pereſt, primi anni tota penſione ſoluta, conſecuturum emptorem. † Sed
Paulo Iuriſconſulto non placuit, tam conſtanter in eam ſemper partem
reſponſum inflecti: ſed facti dixit eſſe quæſtionem. hoc eſt, in primis inſpi-
ci debere, quid inter contrahentes actum ſit, ex præfationibus contractus,
alijſve circunſtantijs & ſermonibus, qui inciderunt, de facultatibus in-
quilini: & vbi ex his, atque ſimilibus, neque in vnam, neque in alteram par-
tem, argumentum deſumi poteſt, hoc indubio intelligi hoc actum: vt qui
ordo eſt penſionum, idem ſit & ordo in hypothecis: hoc eſt, ſicut primi
anni penſio, cuius dies primo cedit, ad venditorem pertinet: ita quoque ſit
primus in iure pignorum, ex quibus tota penſio ei ſalua ſit. Et emptor, cui
ſequentium annorum penſiones ex conuentione cedunt, hoc tantùm ex
pignoribus habeat, quod perſoluta primi anni penſione ſupereſt. Quid
enim, ſi emptor, qui ſtare colono non debet, niſi ea lege emerit [d], ſuſpe- *d l. emptorem. C. de locat. & conduct.*
ctas habens conductoris facultates, & tenuem ſeu curtam eius ſupellecti-
lem in domum illatam, non aliter emere voluerit, quàm vt ius pignorum
ex æquo cum venditore haberet commune, idque in præfationibus ſit di-
ctum? Quid item, ſi cum venditor præcipua ſibi pignora, aut primam in il-
lis cauſam ſeruare vellet, obiectum ei ſit, labentibus paulatim conductoris
facultatibus, facilius tum primum, quàm emptorem ſecundi aut tertij an-
ni penſionem conſecuturum? atque ita conuentum ſit, vt vterque ius pi-
gnorum habeat: quis hic non intelligat illud inter contrahentes actum, vt
pro rata ſeruetur ex pignoribus, quod vtique deerit? Merito ergo Pau-
lus reſpondit, facti quæſtionem eſſe, & imprimis inſpici debere, quid in-
ter contrahentes tractatum & actum ſit: an hoc trahat in vnam, vel alte-
ram partem. Sed ſi nihil ſit actum, tunc in dubio inclinari iuris præſum-
ptionem ad id, quod nimis confidenter, conſtanter, & generaliter, reſpon
derunt Nerua & Proculus.

Eſt & aliud, de quo hic quæri ſolet: videlicet an hypotheca, in quam
ſuccedit poſterior creditor, ſit eadem numero cum hypotheca prioris
76 creditoris? † Et quia, quando creditor ipſe ſibi, ſiue in ſuum ipſius locum
ſuccedit, dicere non poſſumus, quòd hypotheca poſterior ſit eadem nu-

mero,cum hypotheca priore [a]: videtur quòd ne tunc quidem debeat eadem dici, cùm alter in alterius locum ſuccedit. Quod tamen communius alij crediderunt.quaſi primus creditor, cui ex pecunia ſequentis ſoluitur, intelligatur conſentire in eum ſuam hypothecam transferri.ſicut iura realia facilè de vno in alium transferuntur,& vni per alium acquiruntur. Sed certè talis tranſlatio non poteſt intelligi locum habere, quando creditor ſuccedit in ſuum ipſius locum: nihil enim ipſe in ſe transfert. Adde, quod cùm prior obligatio perſonalis, tunc iure nouationis, manifeſtè extinguatur [b]: ex conſequenti quoque hypothecam,quæ illi annexa fuit, tolli neceſſe eſt [c]. Ideoque fieri non poteſt, vt in eandem numero hypothecam hic ſuccedatur,ſed noua hypotheca contrahitur,noua etiam conuentione [d]; quæ (ſcilicet noua hypotheca) ex legis diſpoſitione, ſuccedit in locum & in ordinem primæ.vt non tam eadem, quàm eodem loco ſit, nihil obſtante nouatione,quæ nec legato obſtat, quin ſi debitori legetur quod debebat,illo poſtea nouato,& aucto, maneat vtilitas legati † vſque 77
ad quantitatem veteris debiti [e]. Et ſic hic quoque, ampliata pecunia primi debiti,& repetitis auctiſque pignoribus,quoad illā ſolam, præferēdus erit creditor,ſibi ipſi ſuccedens, ei qui medio tempore, ſub eiſdem hypothecis,credidit [f]: qua accepta,ſuperfluum pretij pignorum,quæ fortè diſtraxerit,reddet illi ſecundo creditori:dum cum eo negotium habet,& de ordine certat [g]: quemadmodum ſi non cum alio creditore, ſed cum ſolo debitore, negotium ei eſſet: ſuperfluum precium ei (ſcilicet debitori) redderet,etiamſi is fortè non eſſet verè pignorum dominus [h].

Sed hic minimè prætereundum eſſe duxi, quod diligenter Papinianus tradidit [i], quòd licet is, qui negotium gerens alterius, vel etiam ex mandato eius,creditori ſoluit ſortem & vſuras, † totam quantitatem ſolutam conuertat ſibi in ſortem.i.conſtituat & numeret ſibi in ſortem ſuæ 78
actionis, qua ſolutum repetet, ab eo pro quo ſoluit. ita vt vſuris ſorti ſolutæ,in nouam nunc ſortem, additis, tanto fœcundiores naſcantur vſuræ eius pecuniæ,quæ ſoluenti iudicio bonæfidei negotiorum geſtorum, vel mandati,eſt reſtituenda cum vſuris à tempore moræ [k]. Aliud tamen in ſecundo creditore,cuius pecunia primus creditor dimittitur.nam hic ſecundus ſuccedit in ſortem primi creditoris, & in vſuras quoque quas ſoluit: ſed ita, vt non poſsit illarum vſurarum conſequi vſuras, neque illæ, ſorti additæ, fœcundiorem prouentum facient vſurarum [l]. Nam ſecundus creditor, quoad omnia,ſic ſucceſsit in locum primi: vt non meliore,nec alio iure,vti poſsit: quàm ipſe primus fuerat vſurus, ſi creditum ei non eſſet ſolutum [m]:hic autem,ſcilicet primus creditor, non potuiſſet exigere vſuras vſurarum ſui crediti, nec illas vnquam in ſuæ ſortis augmentum vertere. Ergo nec ſecundo creditori,qui in eius locum ſucceſsit, hoc permittemus [n]. Sortem tamen primi creditoris,in quam ſecundus ſucceſsit, non amiſiſſe adhuc curſum vſurarum, quæ priori creditori ex ſtipulatione vel mora cœperunt currere,ex eadem æquitate ſequitur.&ſatis innuitur,cùm hoc ſolum negauit [o], vſurarum vſuras currere. Et quamuis ſecundus creditor non tam gerat negotium alterius, nempe vel primi creditoris, cui ſoluit,vel debitoris cuius debitum ſoluit,quàm ſuum ipſius: cùm hoc ſolum agat,vt ſibi ſui pignoris cauſam confirmet, ex eo tamen non ſequitur,quin contra debitorem habeat, ad illam ſortem ſolutam,præter hypothecariam & perſonalem actionem,ſi non ex geſto negotio [p], ſaltem illam ipſam,quam habuit primus creditor, in cuius locum ſucceſsit: generaliter enim & indiſtinctè traditum eſt [q], ius prioris creditoris tranſire ad ſe-

a Fulgo.ad d.l.3.Qui potior.

b d.l.3.in verb. nouatione poſtea facta. & in prin. d.l.ſi prior.

c l.ſolutum.in princ. verſi. nouata.de pig. act. l.vnica.C.etiam ob chyrogra. pecu.

d l.vlt.in verb.ſimiliter vt ſ.de pig.act. cōuenit. & ibi.Salic.qui potior. in pigno.

e l.vlt.in fi. de libertat. lega.

f d.l.3.&l.ſi prior. in princ.qui potior.in pig.

g Angel.in d.l.ſi prior.

h l.reſcriptum.§.ſi aliena. de diſtract.pig.

i d.l.ſi prior.§. ſciendum.

k l.atqui natura.§.nō tātum ſortem. verſ.cōtra quoq;. de negot.geſt.l.ſi vero non remunerādi.§. ſi tibi mandauerit.&. idemq;.§.1.Manda.

l d.§.ſciendum.

m dñs Molineus.in tract. contractuū & vſurarū. queſt.49.nu.349.

n l.vlt.C.de vſuris.l.vl.in prin.C.de vſur.rei iudi.

o d.§.ſciendum.

p l.antepen. §.ad eum. manda.

q in fi.l.ſi pupillorum.de reb.eor. qui ſub tutel.vel in l.vlt. C. de his qui in priori loco ſucce.

quentem, omne ſcilicet ius tam perſonalis actionis, ſaltem vtilis de credito, quàm hypothecariæ[a] actionis.

Sed vt, hoc articulo iam maturè dimiſſo, veniamus ad alterum, & vt ordinem inter plures creditores (quorum conflictus præcipuam hic difficultatem facit) paulò exactius habeamus, viſum eſt, præuiæ cognitionis gratia, aliqua præmittere: & deinde breui axiomate & pronunciato rem
79 totam complecti: † quam deinde ſingulis particulis ſeorſim repetitis plenius explicemus.

Prima regula.

Itaque hæc de ordine creditorum diſputatio nunquam locum habet,
80 niſi plures creditores concurrant in eodem pignore. † Alio enim creditore aliud pignus habente, verius dixeris, vtrunque creditorem in ſuo pignore ſolum eſſe: quam alterum altero potiorem[b].

Secunda regula.

Præterea locum non habet, niſi inter ipſos creditores, de pignore inter ſe certantes. Poſſeſſor verò hypothecæ, cuilibet creditori, etiam poſtremo, hypothecariam actionem inſtituenti, reſpondere omninò debet[c], neque audietur, ſi velit agenti obijcere, alium eſſe creditorem, in eo ipſo pignore potiorem: hoc enim eſſet obijcere de iure tertij non ex-
81 cluſiuo iuris agentis: † quæ exceptio in iudicijs non eſt recipienda[d]. Quod tunc obtinet, cùm ſimpliciter omnes creditores conuenerunt de pignore[e], ſimpliciter, inquam, i. ſic vt ſingulis ſolida res obligata ſit: non autem, vt poſteriori ſub hac conditione ſit obligata, cùm à primo erit liberata[f]. Hoc enim modo ſi poſteriori creditori obligata res eſſet, nõ rectè ageret actione hypothecaria, antequam priori eſſet ſolutũ, aut alia ratiõe ab eo pignus liberatũ[g]. Ac quidem, nondum liberatũ eſſe, ſi poſſeſſor obiecerit, meritò erit audiendus, vtpote, non tam de iure tertij excipiens, quàm de non iure agentis, qui ex hypotheca ſub conditione ſibi conſtituta feſtinat agere: antequam conditionem eueniſſe doceat[h].

Regula tertia.

Præbet autem hoc ordinis beneficium varium vſum, in iudicijs, ei creditori, qui in hypotheca prior eſt[i]. Nam valet ei ad actionem, quiſquis ex poſterioribus creditoribus rem obligatam poſſideat, etiam ſi is à debitore, vel alio quocunque poſſeſſore, per hypothecariam actionem pignoris
82 poſſeſſionem ad ſe prius aduocauerit. † Nam prior, cum eo agendo, adhuc auferet ei rem[k]. In ipſorum autem concurſu, & vtroque de pignore contendente, præualet, qui tempore præuenit[l]. Quod indubiè verum eſt, quando creditores inter ſe decertant, vt dici poſſit, quòd vtraque pars contendat de pignore[m]. At quando vterque creditor ab vna (id eſt agentium) ſtans parte, cum eodem poſſeſſore pignorum agit, ſi ſeorſum ſua vterque actione agat, nec quicquam inter ſe de ordine contendant, videndum eſſe, an hic primo euincenti, tradere debeat poſſeſſor, cautione indemnitatis ei præſtita, ſi & alter, fortè prior creditor, eandem hypothecam euincat: & adhuc poſſeſſorem inquietare pergat. vel quia cum eo lis eſt conteſtata, vel ex cautione, quam antiquus poſſeſſor etiam ſuo nomine conuentus actione reali præſtare debuit[n]. vt in alijs quibuſdam iudicijs, quæ etiam in rem ſunt, legimus conſtitutum[o]. Si verò antiquior creditor poſſideat, & ſequens ab eo vendicet, iam beneficio ordinis competit poſſidenti exceptio, quæ his verbis proponi poſſit,
Rectè ageres, ſi non ante mihi pignoris hypothecaue iure res eſſet obligata,
83 eaque vocari poterit exceptio hypothecaria. † Erit autem & replicatio, ſi fortè ſecundus creditor hypothecam poſſidens, à priore conuentus, ita exceperit: *Rectè ageres, ſi non conueniſſet inter me & eum, cui ius obligandi erat, vt mihi ea res obligata eſſet.* Nam hic replicabit prior creditor

a *Fulgo. in d. §. ſciendum.*
b *l. 2. in fi. & l. 3. §. poſt diuiſionem. in fi. qui pot. in pignor.*
c l. creditor. qui prior. verſic. ſed ſi cum alio poſſeſſore. qui pot. in pignor.
d *Cy. ad l. cum ſeruum. C. de ſeru. fugi. & pleniùs Barth. ad l. 2. de except. rei iudicatæ.*
e l. ſi prior. §. ſi ſimplicit. eod. tit.
f *l. & quæ nõdum. §. qui res ſuas. de pig.*
g *d. §. ſi ſimpliciter. & ibi gloſ.*
h *contra l. grege. §. ſi ſub conditione. verſic. ſed ſi præſer. de pignor.*
i d. l. creditori. Qui prior. in princ.
k *d. l. creditori. qui prior. in fi. princip.*
l *l. 2. in fi. qui potior. in pig.*
m *d. l. 2. in verb. vtraque parte.*
n *Inſtit. de ſatiſda. in fine princ.*
o *l. pen. de pet. hered. l. is à quo fundus. cum l. ſeq. de rei vendicat.*

Et tu rectè exciperes, ſi nō ante mihi eſſet obligata. Sed etſi poſterior creditor primum poſsidentem vicerit actione hypothecaria, cùm de ſola eſſet obligatione quæſitum, id eſt, an poſteriori creditori agenti res eſſet obligata, nec ne, & nō de iure poſſeſſoris, id eſt, non de hypotheca, neq; de prælatione primi creditoris poſsidentis & conuenti, poterit adhuc primus creditor ſic victus, etiamſi executionem iudicati paſſus ſit (quam nec effugere potuiſſet ex iure ſuo dubio, & indagine requirente, poſt ſententiam primum allegato [a]) hypothecaria actione adhuc agere contra victorem [b]. & ſic & alia inſtantia feretur, & alia ſententia, priori quoad effectum contraria; ſed verè illi non repugnans, cùm non de eadem omninò re, vtroque iudicio ſit quæſitum. Sed ſi exceptionem, quam diximus, hypothecariam ex iure prælationis prius creditor conuentus oppoſuiſſet, eaque nihil profeciſſet, non audiretur poſtea volens exceptionem conuertere in actionem, & nunc confugere ad actionē hypothecariam, qua quid ſperet conſequi non poſsidens, qui ſimili exceptione, cùm poſsideret, non potuit ſe tueri [c]? De illa enim exceptione, vtpote peremptoria, quantumuis multam indaginem requirente, plenè cognoſcere debuit iudex, aliter ſanè, quàm de obiecta compenſatione, cuius rationem quamuis non habuerit iudex (fortè, quòd non eſſet debiti ſatis liquidi) adhuc patet petitio & [d] actio.

a notatur. ad l. 4. §. condemnatum. de re iudi.

b l. duobus. lex ſextante. §. Latin'. verſic. cum autē pignoraticia. de except. rei iudicatæ.

c arg. d. l. duobus. à contrario ſenſu.

d l. quod in diem. §. primo, de compenſat.

Axioma.

His iam præmiſsis, venio ad axioma, quod totam hanc rem compendioſe complectatur, videlicet, quòd ad prælationem vnius creditoris præ cæteris in iure hypothecæ, † non oporteat diſtinguere ſpeciem pignoris 84
aut hypothecæ: an prætorium ſit, an in cauſam iudicati captum, an conuentum, nec in conuēto modum quo eſt obligatum, ſcilicet, an generaliter, an ſpecialiter, an traditione, an ſola conuentione, & an in conuentione hac ſit addita facultas vendendi, nec ne: nec denique ſolam perſonam, cui pignoris obligatio facta eſt, ſed interdū cauſam in quam eſt pignoris obligatio contracta, & maxime quidē tempus quo eſt contracta, & plerunq; quidem illud, quo inita eſt conuentio pignoris aut hypothecæ: & aliquando illud potius, quo cœpit efficaciter deberi hoc, in cuius ſecuritatem pignus datum, vel hypotheca contracta eſt.

Imprimis autem, quòd dixi, non diſtingui genera pignorum, id eo pertinet, vt non in conuento tantum pignore prior ſit potior, ſed & in eo, quod in cauſam iudicati captum eſt [e]: ſiue huius generis pignus vterque creditor habeat, ſiue iſtiuſmodi vnus, alter verò vel prætorium [f], vel conuentum [g]: ſed inter eos qui pignus habent prætorium (quod ſcilicet nulla præcedente ſententia diffinitiua, de qua exequenda agatur, pendet ex officio iudicis principaliter implorato ad cautionem) non obtinet prælatio ex ordine temporis: † ſed par eſt omnium creditorum cauſa. Velut 85
ſi pluribus, diuerſo tempore, de damno infecto caueatur [h], vel legatorum nomine [i], vel præparādæ litis gratia, latitante debitore, ſi bona eius poſſideri permittantur. Hic quoque vſque adeo non attenditur ordo temporis, vt etiam vnius creditoris miſsio in bonorum poſſeſsionem, cæteris, intra ſtatutum tempus, comparentibus proſit, abſque nouo proceſſu, aut noua immiſsione, nouoque prætoris decreto [k]. Pignus verò 86
quòd in cauſam iudicati capitur, † pro exequenda ſententia definitiua, qua debitor condemnatus eſt, conſiſtit ex autoritate iuris ciuilis, neque vni decretum, aut permiſſum prodeſt cæteris creditoribus, quorum non eſt par cauſa. vt qui fortè nondum condemnatum habeant debitorem, vel condemnato parcere voluerunt, & abſque nouatione ſentea-

e l. ſi & iure. qui pot. in pig.

f l. 2. C. qui potior. in pign.

g l. 3. C. eod. tit.

h l. ſi finita. §. ſi plures. & §. ſi ante. de damno infecto.

i l. ſi is cui. §. qui prior. vt in poſſeſſ. legat.

k l. vlt. C. de bo. autho. iu. poſsid. in princ.

ſententiæ dilationem aliquam ſoluendi indulgere. Meritò ergo in hoc
pignoris genere, qui tempore prior eſt, potior eſt iure. Sed vt præla-
87 tione hac gaudeat, tria concurrere debent. † Primo, quòd iure iudicatum
ſit[a]: nam ſi non iure iudicatum eſſet, ſententia euidenter nulla eſſet ipſo iu
re, & ſic fundamentum deeſſet executionis petẽdæ, poſſent etiã diſtracta
pignora recuperari[b]. Secundo, debet hoc pignus autoritate eius, qui po-
tuit iubere, decretum eſſe[c]. Et eſt ius iubendi omnibus ordinarijs iudici-
bus de eo quod quiſque eorum iudicauerit. Cùm autem ſuccedit autori-
tas iubentis, in vicem iuſtæ obligatiõis ex cauſa contractus[d], ita vt factum
iudicis hic cenſeatur factum eſſe partis[e], meritò hoc pignus ad hæredem
tranſit illius, in cuius perſona conſtitutũ eſt[f]. Tertio, requiritur, quòd ſit
captum poſſeſſumque: non enim ſolo decreto iudicis, interlocutione, aut
iuſsione conſtituitur pignus: multoque minus, ſi tantum iudicatũ ſit[g]; ſed
ita demum, ſi in poſſeſsionem ventum ſit[h].

In conuento pignore, non refert, ſpecialiter an generaliter, bona
88 debitoris pignori accepta ſint[i]. † Neque enim hic ſpecies derogat gene-
ri, hoc eſt, ſubſequens ſpecialis hypotheca domus creditoris, præcedenti
generali hypothecæ alterius creditoris, quia non eſt in poteſtate debi-
toris iuri prioris creditoris in aliquo derogare[k]; neque meliore loco
quenquam creditorum collocare, quàm vt quiſque primo contraxerit[l].
Sanè ſi vnus idemq; ſit creditor, cui quædam ſpecialiter, & cum hoc vni-
89 uerſa bona debitoris generaliter ſunt obligata, † quamuis ſtricta iuris ra-
tione æquale ius in omnibus habeat, iuriſdictio tamen iudicis ſic erit ex æ-
quitate temperanda, vt ſi certum ſit, quòd vniuerſum debitum poſsit ex
ijs, quæ ſpecialiter ſunt obligata, redigere: non infeſtet eos, qui quid
ex iiſdem bonis, pignori poſtea ſpecialiter acceperunt[m]. Quòd ſi fortè
hoc haberet ipſa conuentio prioris creditoris, vt ita demum cætera, id
eſt, quædam ſpecialiter expreſſa bona, & ex generali ſermone omnium bo
norum, non ſpeciali exempta, ei obligata eſſent, ſi pecunia debita de alijs
omnibus, quæ generaliter pignori accepit; ſeruari non poſſet[n], tunc hic
maius quiddã erit, quàm quod ex ſola æquitate, deficiente cõuentione, ſi-
gnificari diximus. Aequitas enim illa nihil impedit, quin creditores verè
concurrant in pignore, quoad obligationem purè eis conſtitutam. Con-
uentione verò ſic facta, quodãmodo cõcurrunt in pignore illo ſpecialiter
deſignato, quod & prior ſaltẽ ſub cõditione, ſi alia nõ ſufficiant, obligatum
habet: & quodãmodo alter eſt ſolus in eo pignore, quod purè habet obli-
gatum, ſi priori creditori reliqua ſuffecerint. Præterea æquitas illa quam
diximus, vbi conuentio ceſſat, ſolùm habet locum reſpectu aliorum cre-
ditorum: quibus quid ex eiſdẽ rebus debitoris, ſpecialiter eſt obligatum,
non autem reſpectu debitoris; qui impedire non poteſt, quin creditor,
pro ſuo ipſius arbitrio, quibus velit pignoribus diſtractis, perueniat ad
debiti ſolutionem[o]. Sed conuentio ipſi etiam debitori prodeſt, ne
ſubſidiarium pignus attingat creditor, reliquis purè obligatis, non prius
excuſsis[p].

Cùm autem ſola hac conuentione, vt res pignori ſit pro debito, hy-
potheca plenè & perfectè contracta cenſeatur[q]: non refert, an vni cre-
ditori, & non alij promiſſa ſit ex pacto eius venditio[r]: neque hoc poſte-
riorem tempore faciet potiorem. Nam etſi prior de vendendo pignore,
90 non conuenerit, † imò etiam ſi conuenerit, de non vendendo: eam ta-
mẽ facultatem à lege accepiſſe intelligitur, vt vendere poſsit[ſ]. & quam-
uis poſterior creditor facultate ſibi ex conuẽtione data vſus, vẽdiderit: ab

a d. l. ſi & iure. in primis verbis.
b l. ſi cum mulier. de re iudicata. l. 1. C. de execut. rei iudicat.
c l. 1. C. ſi in cauſam iudi. pig. capta ſint.
d d. l. 2.
e l. ſi ob cauſam. C. de euictión.
f d. l. ſi & iure. in fi.
g l. in iudicati. de re iudicat.
h l. non eſt mirum. verſic. ſciẽ. de pig. act.
i l. qui generaliter. qui pot. in pig. l. ſi generaliter. C. eo. tit.
k Fulgo. hic.
l l. ſcripturas. C. qui potior.
m l. 2. C. de pig.
n d. l. qui generaliter. verſ. quod ſi ea conuentio.
o l. creditoris. de diſtract. pignor.
p l. grege. §. ſi ſub conditione. verſic. ſed ſi præſent. de pignor.
q l. contrahitur. de pignor.
r d. l. ſi prior. §. vltim. in princ.
ſ l. ſi cõuenerit. de pig. act.

emptore tamen tam facilè reuocabit primus creditor: quàm ab eius authore, videlicet poſteriore creditore, auocare potuiſſet[a].

Imò quod magis miremur, quamuis ad ius dominij plurimum faciat traditio, ita vt poſterior emptor, cui res traditur, potior ſit priore in obtinendo dominio[b]: & ſoleat ferè ius creditoris in hypotheca, ſubſequi ius debitoris in dominio, eiſdemq; regulis metiri[c]: hic tamen ea cōparatio deficit, nec poſterior, † cui traditur pignus, potior erit priore, 91
qui de hypotheca conuenit[d]. propterea quòd hic ſola conuentione, abſque traditione, ius hypothecæ perfectiſsimè ſit inductum & conſtitutum. Ad quem quidem modum, ſicubi ius dominij poſsit emptori ex ſolo titulo emptionis acquiri, traditione etiam nondum facta (veluti eccleſiæ, monaſterijs, pauperibus, ciuitatibus ementibus[e]) hic quoq; non eſſet poſterior emptor, etiamſi traditio ei facta ſit, potior priore, hoc ſingulare beneficium habente[f].

Quod autem hic, ex priuilegio ſolius perſonæ, nulla prælationis ratio habeatur: ex eo conſtare poteſt, quòd fiſcus ſi tempore poſterior ſit, cedat nedum reipublicæ: verùm etiam cuilibet priuato, tempore priori[g]. † Diſcrimen autem, inter publica & fiſcalia, ærarium & fiſcum, hic non 92
recito: ſed ex alijs facilè haberi poterit[h]. Sed nec tempore tantum prioribus cedit fiſcus, verùm etiam ijs, qui cauſa crediti potiores ſunt[i]. Verbi gratia, inter plures creditores is cuius pecunia res comparata eſt, & ei ſpecialiter obligata, præfertur cæteris, etiam tempore priorem hypothecam in bonis debitoris habentibus[k]. Nec hic diſtinguimus, an fiſcus, an ærarium, an tractans res Cæſaris, aut alicuius reipublicæ, ſit ex ijs qui prius contraxerunt[l]. Quod enim plærique arbitrantur[m], hoc tunc ſolum obtinere, quando priuati creditoris conuentio præceſsit contractum fiſci, aut res Cæſaris agentis: id non omnibus placet[n]: neque verbis Iuriſcōſulti ſatis conſonat: Qui non dixit quòd negotiator marmorum, cui crediderat aliquis pretium, quod venditori ſolutum eſt, factus ſit conductor horreorum Cæſaris (quæ verba ſatis ſignificarent, quòd poſt contractum cum priuato creditore initum, cœpiſſet eſſe conductor) ſed dixit, quòd fuit horreorū Cæſaris conductor. Quæ verba magis indicant prius conductorem fuiſſe, quàm debitorem priuati, ſub pignore emptorum, & ex credita pecunia ſolutorum marmorum. Et certè, ſi reſponſum hoc Iuriſconſulti fundatum fuiſſet in vulgatiſsima illa regula, Qui prior eſt tempore, potior eſt iure: non video cur hic, ſuo more addidiſſet ſuo reſponſo Scæuola hæc verba: *Secundum ea quæ proponerentur*, quaſi non temporis rationem habuiſſet, ſed illud perpendiſſet, quod in facti propoſiti ſpecie erat additum, pretia lapidum venditores, ex pecunia creditoris accepiſſe; quod otioſè additum eſſet, ſi is creditor prius de pignore conueniſſet: quàm debitor Cæſaris horrea conduxiſſet. Creditorem autem hic intelligite, qui ſub pignore credidit lapidum: alioqui enim, vbi non eſſet conuentum de pignore, nihil ad prælationem faceret creditoris, quòd eius pecunia perueniſſet ad venditorem, & ne hoc quidem, quòd in eum tantùm vſum eſſet credita. Nam in primis conſtare debet, rem eſſe pignori, antequam de ordine quæratur. Sanè ſi qua res ex nummis pupilli comparata ſit à debitore, ea ipſa omninò obligata erit pupillo, † præ cæteris omnibus eius creditoribus[o]. & ſi ſic emiſſet ipſe tutor pu- 93
pilli, iam & vtilis rei vendicatio pupillo competeret[p], electione ei data, an hypothecaria, an vtili rei vendicatione malit agere[q]. Neque per hoc vlla iniuria fit prioribus creditoribus: nam ea res ſi non eſſet pecu-

a *d.l.creditori.qui prior.in fin.princ. qui pot. in pig.*

b *l.quoties. de rei vendic.*

c *P.Caſtrenſ.ad l.ſi fundus.§.ſi res hypo. data. de pignor.*

d d.l.ſi prior.§. vl. verſic.nam & in pignor.

e *l.vlt.C.de ſacroſanct. Eccleſ.*

f *Iaſon in prima limitatione.d.l.quoties.*

g l.ſi pignus.qui pot.in pig.

h *ex l.non eſt ambigendū. de bo.poſſe.l.cum qui vectigal.l.inter publica.de verb.ſignificat.l.2.§.hoc interdictum.ne quid in loc.pub.ex Buda. ad tit. de offic.quæſto.Barth.ad l.1.C.de iure fiſci.lib.10.*

i l.vſtim.§.vlt.qui potio.in pig.

k l.licet.C.qui potior.

l *d.l.vlt.§.vlt.*

m *Accur.Barth.Bald.Angel.in d.§.vlt.*

n *non.Fulgo.ibi.*

o l.idemq;.qui potior.in pig.

p *l.ſi vt propoſuis.C.de rei vendic.*

q *Barth.& Bald.ad.d.l.ſi vt propoſuis.*

pecunia pupilli comparata, in bonis debitoris non eſſet, cur ergo inuideam pupillo, ſi pretium quod ſibi abeſt, imprimis ex ea re conſeruet, & ſi quid adhuc ſuperflui ſit, hoc cedat in commodum eorum, exemplo illorum, qui quid crediderunt in conſeruationem rei alijs prius
94 obligatæ[a]. qui merentur ex priuilegio prælationem, † non ſolùm inter creditores chirographarios[b]: verùm etiam inter eos, qui hypothecam bonorum debitoris habent. Imò & hoc ipſum, ſpeciali legis beneficio conceſſum eis eſt, vt tacitam habeant hypothecam[c], non ſolùm, ſi domino ædificij mutuam dederint pecuniam, reſtituendi illius & inſtruendi cauſa: verùm etiam, ſi redemptori operis mutuum dederint, mandante domino ædificij. Hoc tamen inter illud priuilegium, quod inter chyrographarios creditores, & inter hypothecarios datur diſcriminis eſt: quod facilius illud, quàm hoc acquiratur, & diutius quoque conſeruetur. Nam ad illud obtinendum non multum refert, an quis ob reſtitutionem[d]: an ob extructionem nouam[e] crediderit. In pignore verò obtinendo, & inter plures prælatione habenda, conſideratur ſola reſtitutio & reſtauratio: quæ tunc fieri intelligitur, cùm deſtructæ rei veſtigia adhuc apparent[f]. hæc enim fauorabilior eſt[g], eiuſque maior paſsim in iure eſt habita ratio, quàm nouæ extructionis[h]. nam & compelluntur domini ad refectionem[i], ne vrbs deformetur ruinis: non admiſsis ob id legatis tignorum, quæ ædibus impoſita ſunt[l]. Et quod magis ad hunc locum facit, ei ſoli propriè conuenit ratio prælationis inter creditores, ab ipſo Iuriſconſulto tradita[m]. nempe quòd huius creditoris pecunia ſaluam fecit alijs ſui pignoris antecedentis cauſam. Quòd, vbi quid noui ab initio extruitur, vel de nouo acquiritur, dicere non poſſes. Neque hic omnium, quorum pretio res acquiſita eſt, ſed pupillorum tantùm habetur[n] ratio. Et ſanè, ſi indifferenter, vel in cauſam nouæ acquiſitionis vel extructionis, vel conſeruationis veteris rei credidiſſe, ſatis eſſet ad prælationem: non tam exactè crediti cauſas pluribus exemplis tractaſſet Iuriſconſultus[o], quæ etſi non reſtringant: declarant tamen regulam, quaſi omnino ad reparationem, & non ad nouam extructionem, credi voluerit. Eſt & aliud inter hæc priuilegia diſcrimen, videlicet, quòd vt quis mereatur inter chyrographarios creditores prælationẽ, ſatis ſit, quòd ob reſtitutionem ædificiorum crediderit. refecerit autem, nec ne, dominus, qui in hoc mutuum ſumpſit, non intereſt, nec creditoris curæ hoc incumbit[p]. Ad prælationẽ verò in hypotheca, oportet impẽſum eſſe ad refectionem:
96 nec ſatis eſt, in eam cauſam creditũ eſſe, † alioqui locũ non haberet ratio prælationis paulò ante dicta. Neq; enim huius creditoris pecunia alijs ſaluam feciſſet totius pignoris cauſam. Quæ ratio cõcernit, nõ id quod abſq; effectu, in ſola eſt deſtinatione: ſed illud tãtum, quod in rei veritate eſt. vnde & de in rem verſo actio nomen ſuum[q] habet. Rurſus aliud adhuc diſcrimen eſt. nã ſi res obligata, in quam vt impẽderetur creditum eſt, & impenſum quoque, non extet: neceſſe eſt, extincta re, hypothecam extinctam eſſe[r]. & ſic de prælatione fruſtra certari. At hic priuilegium inter chyrographarios creditores adhuc manet[ſ], tanquam à principio ſemel rectè quæſitum, quod ex ſecuto euentu non debet extingui. Vt enim actio perſonalis rem non ſequitur[t]: ita nec priuilegium inter perſonales actiones. Quo ſpectat & illud, quod ad actionem negotiorum geſtorum dandã, non obeſt, quòd res in quam aliquid vtiliter eſt impenſum, ab eo qui abſentis negotia geſsit, aliquo caſu ſit perempta[u]: nec ſimiliter actioni de in rem verſo hoc[x] oberit.

a l. interdum. cũ l. ſeq. qui pot. in pigno.
b l. creditor qui ob reſtitutionem. ſi certũ petatur. l. quod in nauem. l. quod quis nauis. de priuileg. credit.
c l. prima, in quib. cauſ. pig. tacit.
d d. l. creditor. qui ob reſtitutionem.
e d. l. qui nauem. et l. quod quis nauis. de priuileg. credit.
f Alciat. ad l. creditor.
g Salicet. in fi. d. l. interdũ.
h l. vlt. verſic. illud. C. de indut.
i l. præfec. de offic. præſid.
k l. 2. de ædific. priuat.
l l. centra. de legat. 1.
m in l. huius. qui potior.
n d. l. idemque eſt.
o in d. l. interdum. cum l. ſequent.
p Alciat. aduer. Iaſ. in d. l. creditor qui ob reſtitutionem. per l. vlt. de exercit.
q l. 3. ſed ſi ſic. de in rem verſo.
r l. ſex. quibus modis pigñ. l. cum principalis. de reg. iur.
ſ Philip. Dec. & Alciat. ad d. l. creditor. qui ob reſtitutionem. argumen. l. ſciend. §. ſi. ĩ. qui ſatiſdare cogant.
t l. 1. §. ſi heres. ad Trebell.
u l. ſed an vltro. §. 1. de nego. geſt.
x l. 3. §. vnde. de in rem verſo.

Et

Et quamuis hic inter antiquiores controuerſum ſit, quibus credito-
ribus, cauſa crediti poſterioris creditoris, eũ præferat, an ijs tantum, qui ge-
neralem & tacitam hypothecam habent, an verò etiam ijs qui ſpecialiter
côuentam habent: † nô dubitabimus tamen hic Azonem ſequi, cui hoc po- 96
ſterius placuit, & ex verbis I.C.[ti] facile eſt intelligere, his[a] ſcilicet: *Si na-*
uis fuit obligata (ecce hic ſpecialem nauis obligationem factam, vel certè
non excluſam.) *Et ad armandam eam, vel reficiendã credidero.* & rurſus iſtis[b]:
Si quis in merces obligatas crediderit. Et ſanè ratio prælationis vniformis eſt,
& eadem (nempe conſeruatæ rei obligatæ) ſiue anteriores creditores ſpe-
cialiter, & expreſsè: ſiue generaliter & tacitè, cum alijs bonis habuerint
eam rem obligatam. Porro mulieri in dote † non præfertur creditor, cuius 97
pecunia res empta aut refecta eſt[c]. Quamuis non deſint, qui putent[d] eam
cedere creditoribus anterioribus, expreſſam hypothecam habentibus:
quibus tamen præfertur, vt iam diximus, is qui in refectionem credidit.
Et hæc ſibi conſtare non videntur. ſed repugnare regulæ vulgari. Si
vinco vincentem te, vinco & te[e]. ex qua videretur, quòd cum mu-
lier vincat eos, qui crediderunt in refectionem (et quidem etiam ante-
quam dotem daret) & hi vincant creditores anteriores, etiamſi ex-
preſſam habeant hypothecam, videretur vtique & hos victura mulier,
ex dotis priuilegio. Quod etiam plærique[g] admittunt, quaſi non pleno
iuris articulo conſummaſſet hæc Iuſtinianus (quod aſſerit tamen[h]) niſi
& eis prætuliſſet mulierem, qui expreſſam habent hypothecam, tem-
pore priorem. Adde quod ratio fragilitatis ſexus muliebris, aliaque à
Iuſtiniano conſiderata in illa ſua noua conſtitutione, æquè militant
aduerſus expreſſas hypothecas, atque aduerſus tacitas anteriores. Nec
multum mouere debet, quod dici ſolet: Lex tibi ſuum, non tuum de-
negat auxilium: quaſi iniquum videri poſſit, quòd creditores anterio-
res, pacti expreſſam hypothecam, fruſtrarentur hic ſua cura & proui-
dentia. Nam vtique, eò quòd ipſi ſibi pararunt, minimè fruſtrantur, ni-
mirum iure hypothecæ, de qua ſola ſibi proſpexerunt, eamque con-
ſeruant. Prælationem verò non ſunt pacti, neque paciſci potuerunt[i],
ſed ea tota legis eſt opus, legiſque inuentum & beneficium, regulari-
ter ſic conſtitutum, vt illud ex tempore metiamur, & interdum ex cau-
ſis credendi. Quod eo magis ferendum eſt in muliere, cum ita hac
prælatione gaudeat, ſi probet ſe dotem verè intuliſſe. Confeſſum au-
tem eſſe maritum, quòd dos ei data ſit, ad hanc prælationem, ex mul-
torum ſententia non ſufficeret. Cur ergo inuidendum erit mulie-
ri, ſi cùm non poſſet, conſeruandæ ſuæ dotis cauſa, fideiuſſores aut
pignora accipere[k]: Iuſtinianus tantum illi fauerit, vt omnibus præfer-
ret, cùm & publicè interſit, mulieribus ſaluam eſſe dotem[l]: ſuiſque pe-
percerit maritus, vxoris dotem diſtrahens aut diſsipans. Et cùm ita ſit
concluſum hoc beneficium, vt ſoli mulieri detur, alijs autem nullis ce-
dere poſſit, & nec ad hæredes quidem transmittere, alios quàm e-
iuſdem matrimonij filios, quamuis tacitæ hypothecæ priuilegium non
mulieri, ſed actioni de dote tributum tranſeat ad quoſcunque dos tranſit
& actio[m]: cediqúe poſſit, ſicut & fiſci priuilegium, quod eſt ſolius hy-
pothecæ tacitæ, actioni inhæret, & cum ea ceditur. Cùm autem iſte arti-
culus de prælatione mulieris ex cauſa dotis, ad hanc rem pertineat: viſum
eſt paulo plenius excutere, quod obiter attigi, veram numeratio-
nem dotis probari debere. † Quod quamuis controuerſum ſit, magis 98
tamen, quod dixi, ſequendum putaui[n]. propterea quòd ipſe Iuſtinia-
nus

a d. l. interdum.
b d. l. huius.
c l. aſsiduis cum auth. quo iure. C. qui potior. in pign.
d Angel. & Salic. in d. l. aßiduis.
e l. de acceßionibus. de diuerſi. & temporalibus præſcript.
f Salic. in d. authent. quo iure.
g Ludo. Gomeſius, & alij, quos receſet in §. fuerat. Inſtit. de act. verſi. 28.
h in d. l. aßiduis. verſic. & ideo quod antiquitat.
i l. ſcripturas. C. eod. tit.
k l. 1. & 2. C. ne fideiuſſo. doti dentur.
l l. 1. ſolut. matrim.
m l. vnica. §. illo procul dubio. C. de rei vxor. actio.
n cum Iaſ. & Sex. ad d. §. fuerat. Ludo. Roma. ad l. 1. ſomat. aduerſ. Barth.

nus [a] beneficiũ à ſe primo inuentũ ſic reſtrinxerit, *ſi tamen re ipſa fuerint* (ſcilicet res dotales) *parti mariti data* [b], neq; audiã ſi hic dixeris, quòd exceptio ni nõ numeratæ pecuniæ, quæ ex perſona debitoris cõpetit alijs creditoribus, nõ ſint longiora tẽpora ſtatuta, quàm ipſis met debitoribus excipientibus.
99 † atq; ita exceptionẽ dotis non numeratæ, qua ex perſona mariti vtantur alij creditores, eiſdem finibus & temporibus eſſe concluſam, quibus cõcluderetur, ſi ipſe maritus aut hæres eius, aduerſus vxorem eiuſue hæredes vteretur. Ideoq; lapſis exceptionis temporibus, præſumi dotẽ datam, quæ non poteſt allegari non data. Nam certè exceptio illa non numeratæ dotis, non tendit directò aduerſus prælationem: ſed potius aduerſus fundamẽtum prælationis, videlicet aduerſus reſtitutionem dotis. Cùm enim de ſola prælatione quæritur, iam præſupponitur reddi quidem dotẽ debere: ſed ſolũ dubitatur de ordine, & an præ cæteris omnibus creditoribus, dos mulieri reddi, & ſalua eſſe debeat. Lapſo ergo tempore, opponẽdo exceptionem non numeratæ dotis, vincet mulier, in illo articulo, cui directò potuiſſet illa exceptio obijci: nempe vt obtineat ſibi adiudicari dotis reſtitutionem. Nec audietur maritus, hæreſue eius, ſi excipiat, quo pacto reddetur dos quæ data non eſt. Sed hic nondum obtinet mulier id, de quo principaliter quærimus, videlicet prælationem ex ſingulari beneficio ordinis. nam dotis reſtitutio ſic poteſt ei adiudicari, vt communi iure cum cæteris creditoribus hypothecarijs dotem conſequatur: vel eam partem, quam ferent mariti facultates. Prælationem verò non obtinebit, quantumuis tempora proponendæ illius exceptionis lapſa ſint: niſi ad intentionem ſuam fundandam, ipſa alleget & probet dotem re vera marito eſſe datam. tum ita demũ Iuſtinianus hoc priuilegium mulieri conceſſit: & meritò potuit illud, contra communes iuris regulas, à ſe datum reſtringere, quibus vellet modis & conditionibus. nihil hic militante exceptione non numeratæ dotis, quæ in hoc ſolùm tendit, ne quæ dicitur nõ accepta eſſe dos reddatur: non autem ad hoc pertinet, quo modo aut quo ordine reddatur. Accedat quòd qui militiæ comparandæ cauſa marito credidit, mulieris doti præfertur [c]: ſed ita demum, ſi veram numerationẽ probet per ſcripturam: adeo quod hic per teſtes facta probatio, ad id non ſufficeret. Aequum eſt ergo, vt mulier quæ non tam de dote conſequenda certat, (quæ ei in ſecuro eſt, lapſis temporibus excipiendi) quàm de prælatione & ordine cùm anterioribus creditoribus, probet dotem verè datam, idq; quocunq; modo vel per teſtes, vel inſtrumenta. & hactenus de prælatione ex cauſa crediti.

Succedat nunc vulgata ratio prælationis ex tempore, ad quam aliquando conſideramus, non hoc tempus quo conuentio de pignore aut hypotheca eſt inita: ſed illud potius quo obligatio debiti principalis cœpit efficax eſſe.
100 † Veluti ſi quis mutuum accepturus de hypotheca conuenerit, quam priuſquam pecuniam accipiat, alij obliget, à quo pecuniam accipit: hic illo poſtea numerato erit potior [d]. cuius fundamentum eſt in eo, quod qui mutuum ſibi ſtipulatus eſt, efficere poteſt, vt non obligetur, non accipiendo promiſſam pecuniam [e]: & ſic abſtinendo tantùm à receptione, quã non omittit in alterius cuiuſquam damnum aut iniuriam, ſicut erit, ſi nõ ſola abſtentione efficere queat ne in obligationem cadat: ſed alio aliquo adhuc accedente, quod per eum fieri deberet [f]. Veluti qui ſortem debet & vſuras, poteſt ſorte ſoluta, præſcindere curſum vſurarum. non tamen ob id ſequitur, quòd ſi ſortis obligatione ſub vſuris contracta, aliam contraxerit obligationem ſub eadem hypotheca: quòd poſterior creditor, quoad ſortem iam creditam, præferatur priori, quoad vſuras poſtea currẽtes: aut

a in d. l. aſsiduis. verſic. cũ enim in perſonalibus. in fine.
b cũ Fulgo. ad l. ſi cui. quæ eſt penul. C. de non num. pecun.
c in authen. de equalitate do. §. his conſequens.
d l. j. verſi. alia cauſa eſt. l. potior. in prin. qui pot. in pig.
e l. qui pecuniam. §. ſi certũ petat. l. pot. qua res pig. & d. l. potior. in §. princ.
f l. Lucius. qui po. in pigno. & ibi Fulgoſ.

quòd in vſuris prior creditor potior eſt. † inſpecta origine obligationis, 101 ex qua manârunt & vſuræ, velut vna obligatione, ſed præſtationibus multis méſtruis aut annuis. Sicut & in teſtaméntis, ſi quis legauerit alicui, quicquid ab eo ſibi debitum eſt, quamuis teſtamenti verba referantur ſolùm ad præſentia [a]: vſuræ tamen poſtea currentes videntur remiſſæ [b]. Et ſi quis ita promiſerit, niſi calendis Maijs Stichum dederit, dare decem ſub hypotheca: eamq́; medio tempore alij in aliam cauſam obligauerit, nemo hic dixerit, poſteriorem creditorem eſſe potiorem. attamen fuit in poteſtate debitoris efficere vt non caderet in obligationem principalem dandorũ decem, cui hypotheca annexa eſt. ſed id non effeciſſet ſola omiſsione aut abſtentione: ſed Stichum (quamuis ad illum, in ſola cõditione poſitum, non eſſet obligatus) in tempore dare debuiſſet [c]. His autem & illud eſt affine, contracta inter aliquos pace, & ſeruari promiſſa, ſub pœna cum hypotheca aliqua: ſi hæc eadem hypotheca, bene conſtante adhuc pace, alij conſtituatur: & deinde violetur pax, videri quoque hic poſſet, quòd potior eſſet poſterior creditor, cùm fuerit in poteſtate debitoris non incidere in obligationem pœnæ, cui hypotheca eſt annexa: & quidem abſtinẽdo tantùm à violatione pacis. Sed hoc negari poſſet [d], hic in debitoris eſſe poteſtate, quin potius neceſsitaté appellare deberet: nam hoc poſſe dicimus, cuius & contrarium poſſumus, citra cuiuſq; iniuriam. hic verò debitor violare pacem nõ potuit, igitur neceſſe habuit non violare: nõ autẽ in ſua poteſtate. Nam quæ facta lædunt exiſtimationẽ & verecundiam noſtram, ea nec nos facere poſſe dicimur [e]. Quòd verò alij [f] poſtremũ hoc exemplum aliò referunt, videlicet quòd nõ fuerit in poteſtate debitoris efficere, vt non incideret in principalem obligationẽ, quamuis fuerit in eius poteſtate, nõ dare locũ hypothecariæ obligationi: non ſatis exactè reſponſum eſt, ſi principalem obligationem conſtituas, non in pacis obſeruatione, ſed in pœna violatæ pacis: ita quòd huic pœnæ conditionaliter promiſſæ, dicamus acceſſiſſe hypothecam. Et eſt quoque, vti non habet debitor in ſua poteſtate principalem obligationem effugere, veluti conductione facta: & præferatur tamen, qui in pignoris conuentione eſt poſterior [g].

a l. ſi ita ſcriptũ. de condit. & demonſt.
b l. Aurelius. §. legatum. l. vl. §. Caio. de liber. lega.
c Fulgo. ad d. l. Lucius.
d cum Fulgo. ad princ. d. l. potior.
e l. filius. de cõdit. inſtit.
f Alberi. ad d. l. potior, referens Dynum conſi. 3.
g d. l. potior. §. ſi colonus.

At vbi iam fundamenta principalis obligationis ſic ſunt iacta, vt ipſe creditor pro ſuo ſolius arbitrio non ſe poſſet eximere, neq; eam effugere: nõ erit his potior, cui poſteriore tempore in eadem re hypotheca eſt conſtituta, etiã ſi huius obligatio præſens ſit, † & omnino pura: quod tribus exem 102 plis, creſcẽte ſemper dubitatione, demonſtrat pulchrè Africanus [h]. Primò quidem in obligatione, ex die & ad diem contracta. Vt ſi quis conduxerit balneum ex kalendis proximis, ſub aliqua hypotheca, quam ante eas kalendas alij in aliã cauſam conſtituerit, nemo hic dicet, nõ præferri in hypotheca locatorẽ pro mercede cõductionis: quãdoquidẽ obligatio cõtracta eſt, ceſſitq́; dies eius, licet nõdum venerit: Vnde & actionẽ ante diem eſſe natam, receptior eſt ſententia [i], licet exceptio obſtet. Secundò in obligatione contracta ſub conditione, quod meritò dixeris amplius eſſe, & dubitabilius [k]: cum eius obligationis, non tantùm non venerit adhuc dies; ſed nec ceſſerit, & fortaſsis nunquam cedet, deficiente conditione [l]. Sed quia fundamenta obligationis, quoad conuentionem, ſunt contracta, & ſic iacta, vt non ſit pœnitentiæ locus: nec ſe poſsit promiſſor ſuo arbitrio ab obligatione extricare. ſi conditio euenerit, dicimus creditorem in hypotheca huiuſmodi obligationis eſſe potiorem ijs, qui pendente adhuc conditione, eandem hypothecam, in aliud præſens debitum, purè acceperunt. nam ſimul atque conditio exiſtit, perinde habetur, ac ſi

h in l. qui balneũ. qui pot. in pig.
i Alcia. ad l. cedere diem. in §. annot. verſic. in ſecunda ſpecie ratio. ſ. de verb. ſig.
k ea. l. qui balneũ. verſi. amplius etiã ſub cõditiõe.
l d. l. cedere. in ſi.

illo

illo tempore, quo ſtipulatio eſt interpoſita, eſſet facta ſine conditione [a], & ſic paria ſunt purè ab initio eſſe contractam: vel ſub cōditione, & eam eſſe purificatam, vel euenıſſe [b]. Sed nondum hic pertigimus ad extremam dubitationem, nam ſtipulationis conditionalis effectus tranſmittitur ad hæredes: nec eſt neceſſe, viuo ſtipulatore atq; promiſſore, conditionem euenire [c]. Dubitabilius ergo eſt tertium Africani exemplum, in legato conditionali [d], cuius nec ceſsit nec venit dies: & vt fortè eueniat aliquando conditio, id tamen non eſt futurum viuo adhuc legatario: quo præmoriente, legatum caducum fit, nec ad hæredem tranſmittitur [e]. Adde quòd etiam ſi viuo legatario conditio legati euenerit, nō tamen retrotrahitur legatum: perinde quaſi ab initio purè eſſet relictum [f]. quod & ipſum prælationi, in iure hypothecæ, plurimum aduerſari videtur. Attamen & hic reſpondit Africanus, ſi hæres eius legati nomine conueniſſet de pignore, (cum etiā conditionalis legati nomine ſ cauendum ſit) & quidem rei ſuæ (cum hæreditarias res legatarij, hodiè ipſo iure, ſatis obligatas habeant [b].) eandemq; rem, ſuſpenſa adhuc conditione, alij obligauerit: potior erit legatarij con-
103 ditio. † Nec eſt quod hic dicas eiuſmodi legatum, per accedentem ſtipulationem, contra ius caduci eſſe confirmatum: nam hæc ſtipulatio non trahit legatum, ſed à legato in ſua iura trahitur: ita, vt ſi pendente conditione legatarius deceſſerit, æquè euaneſcat ſtipulatio, vt legatum [i]. Quod rectè perpendit hic Angelus ſibi obſtare, in eo quod tentauerat reſpondere, ad illud poſterius, (videlicet in legatis conditionem non trahi retro:) quod, inquam, hic Africanus non ſit locutus de nudo legato in ſtipulationem deducto, aut ab hærede promiſſo, ſtipulante legatario, ſub eadem cōditione: quodq; conditio illius promiſsionis retro trahatur. Sed hic impertinens eſſe putauerim, an retro trahatur conditio, nec ne: neq; enim hic inquirimus, à quo tempore verè vel per fictionem iuris cœperit hypotheca obligari: ſed hoc tantū, cum iam eſt obligata multis, quis in ea ſit potior. Quod dicimus pendere ex ordine conuentionis, etiam ſi hæc non traxerit ſecum præſentem ſtatim obligationem, dummodo futuræ aliquando obligationi ſic fuerint iacta fundamenta, vt ipſe debitor ſe extricare non poſsit.

Porro ſi debitum principale purum ſit & præſens, hypotheca autem ſub
104 conditione cōtracta: † ſi quidem propoſito rei nomine, aut demonſtratione eius facta à notis & qualitatibus, quæ iam inſunt: veluti ſi ſub conditione debitor obligauerit hominem Stichum, fundum Titianum, vel equum, quem à Sempronio emit, hic iam potior erit creditor alio, cui eadem res poſtea purè, & in cauſam præſentis debiti, erit obligata [k]. Si verò obligatio facta ſit, non proprio, ſed appellatiuo nomine, & deſignatio à qualitate quæ nondum ineſt, ſed aliquando ineſſe, vel ſemper abeſſe poterit: & interim alij obligetur, hunc dicam potiorem [l]. Veluti ſi cum domino locatore conuenerit colonus, vt inducta in fundum, illata, & ibi nata, i. inducenda, inferenda, ibi naſcitura (vt demonſtrant ſequentia verba, *antequam inducat*) pignori ſint pro penſionibus: alijq; interim, antequam inducat rē
105 aliquam, obligauerit: hic erit potior. † quia domino locatori, nec ea, nec vlla alia res fuit obligata, antequam induceretur, ex ſola conuentione: ſed eo ipſo quod inducitur, cœpit obligari. Ita vt inductione & illatione (tanquam cauſæ effectū hypothecæ conſummanti) magis quàm nudæ conuentioni (quæ nullas peculiariter res afficit) vim huius obligationis tribuere oporteat. Quantumuis enim ſic conuenerit, quod tamen non induxit colonus, non erit obligatū. Et vt poteſt quædam ex ſuis nunquam inducere: ita quoq; poteſt alijs prius obligata, cū nexu eius pignoris aut hypothecæ, inducere.

a l. potior. verſi. videamus an idē. qui pot. in pig.

b l. neceſſario. §. quòd ſi p̄t deū. de peric. & cōmo. rei vend. l. nihil. de manuſc. furor. in princ. l. ſi à reo. §. ſub diuerſis. de fideiuſ.

c §. ex conditionali. Inſtit. de verb. oblig.

d ea. l. qui balneū. verſi. ſed & ſi hæres.

e l. vnica. §. ſi aūt aliquid ſub cōditione. verſi. quod ſi in medio. C. de caducis tollend.

f l. j. §. ſerui. & ibi Bart. ad Sylla.

g l. hæc ſtipulatio. vt lega. no. ca.

h l. j. C. cōmun. de lega. & fideicommiſſ.

i l. j. §. ſi quis ſub cōditione, vt lega. no. caue.

k l. gregem. §. ſi ſub condit. verſi. ſed ſi præſens ſit debitum. de pigno.

l l. potior. §. ſi colonus conuenit. qui pot. in pig.

duçere. Et contra quoq; licet non ita conueniſſet, quod tamen induxerit,
hypothecæ nomine, eſſet obligatum tacitè, ex omnium ferè hactenus re-
cepta opinione. De qua tamen plurimum dubito: & ſi fas ſit dicere, nihil
dubitans contrarium omnino veriſsimum eſſe firmiter † credo, cum ſolo 106
Fortu. Garſia [a]. Neq; enim otioſum eſſe putauerim, quòd tacitam hypothe
cæ conuentionem Iuriſconſultus conſtituerit [b], in vrbanis habitationibus
locatis: quaſi ruſtica prædia ex profeſſo excludens. Et rurſus, domo loca-
tâ, traditum eſt [c] nec ſcientiã domini locatoris requiri, vt inducta obligen-
tur: multò minus ergo requiretur conuentio. At in ruſticum prædium in-
ducta, obligari dicũtur [d] voluntate dominorũ, id eſt, cõuentione expreſſa:
† vt quæ voluerint, & ſicut voluerint, atq; cõuenerint, obligẽtur. Fruſtra 107
enim, quod ibi de voluntate dominorum dicitur, referres ad ipſam illatio-
nem rerum. nam nihil eſt, quod in conductum prædium non poſſes infer-
re, niſi quod exceptum eſt, & de quo eſt cautum ne inferatur [e]. Adde, vbi-
cunq; fit mentio obligationis inductorum, & illatorum in prædium ruſti-
cum conductum: ferè legimus [f] hoc eſſe additum, quod ea inducta ſint pi-
gnoris iure. quaſi dicas, non ſimpliciter & nudè inducta eſſe: ſed expreſſa
conuentione facta, vt pignori eſſent. Qua ferè ſola poteris diſtinguere ac
diſcernere, cum pluribus eodem titulo res eſt obligata, an vtriq; in ſolidũ,
an pro partibus obligata ſint. Ac deniq; nihil eſt quod euidentius cõmunẽ
errorem ſubuertat, quàm reſponſum Neratij [g]: quo cum hoc ſolùm dixiſ-
ſet, quæ in vrbana prædia conducta illata ſunt & inducta, videri pignori eſ-
ſe, quaſi id tacitè conueniſſet: ſtatim ſubiecit, *In ruſticis prædijs contra ſer-
uatur*: Neq; hæc differentia vrbanorũ prædiorum à ruſticis, ratione caret.
nam legiſlatores magnam vbique curam extenderunt ad ædes & ædificia,
quæ refici mandarunt, & præſidibus hoc iniunxerunt, ne publicus deforme
tur aſpectus [h]; vnde viciſsim quoq; æquum eſt, vt cum tutiſsimo refugio æ-
dium conductores illis vſi ſint: dominis quoq; in ſecuro eſſe penſionẽ con
ductionis. quia in re vbiq; prælationem eis dari videmus. At in ruſticis præ
dijs omnis fauor in contrarium trahit, & in partem colonorum, fauore agri
culturæ, inclinat. Vnde videmus vſuras in agricolis alia lege moderatas [i]:
& vix eſt vt friuola eorum expreſſa conuentione obligentur. certè pro iu-
dicato capi non poſſunt [k]. Et fit plerunq;, vt inquilinus in ædes conductas
inferat plus, quàm pro neceſsitate, videlicet pro ſua cõmoditate & digni-
tate. colonus verò in ruſticum prædium ea ferè infert, quæ ei & eis, quorũ
opera in agricultura vtitur, ſunt neceſſaria.

Refert quoq; non parum, quomodo res, quæ in obligationem incidit, &
circa quam de prælatione diſceptatur, acquiſita ſit. † Cum fiat interdum, 108
vt qui diuerſo tempore hypothecam bonorum debitoris contraxerunt, in
poſtea quæſitis cõcurrant. Itaq; ſi res obligata nondum fuerit in dominio
debitoris, imò nec in rerum natura, cũ obligaretur, ſed potentia tantùm, &
fundamento tantùm acquiſitionis iacto, tunc inſpicimus cui creditori res
prius ſit obligata [l]. Verbi gratia, qui iam in ſuo dominio habet ancillã, obli
gat alicui eius partum nondum æditum, at ne conceptũ quidem: ſed qui, ſi
aliquando naſcatur, iure gentium erit eius cuius eſt ancilla, hic ſi eundem
partum, adhuc antequam naſcatur, vel iamiam æditum, obliget quoq; alij:
aut ſi cum in ſuo dominio fundum haberet, eiúsve vſumfructũ, (quod de an
cilla data opera addere omiſi, eo quòd homo in fructu nõ ſit [m]) obligauerit
fructus naſcituros, & poſtea quoq; alij: his caſibus prior creditor erit po-
tior. † Vt & ille, cui res eſt obligata ab eo cui tantum debebatur: etiam ſi 109
illam ſibi poſtea traditam, ſuamq; factã, alij obligauerit [n]. Ac ſimiliter, ſi bo
næ fidei

a in l. item quia. de pact.
b in d. l. itẽ quia. de pact.
c in l. certi iuris. verſic. quã do aut dom. C. de locat. & conduct.
d in prin. d. l. certi.
e l. videamus. §. inter conductorem locat.
f in l. j. de ſaluia interdic. in l. debitor pactus eſt. de pign. in l. ſi nõ inducta. C. in quib. cauſ. pig. tacit.
g l. eo iure. in quib⁹ cau. pig. tacit.
h l. præfect. 3. de offic. præſi. l. ad curatore. de dam. infect. l. 3. C. de operibus public.
i in authent. ad hæc. C. de vſur.
k l. executores. l. pignorum gratia. cum authent. ſeq. C. quæ res pig.
l l. potior. §. ſi de futura re. q pot. in pig.
m §. in pecudum. Inſtit. de rerũ diuiſ.
n l. 3. §. cũ ex cauſa. qui potio. in pig.

256

næ fidei poſſeſſor duobus, diuerſo tempore, rem ſic poſſeſſam obligauerit: prior erit potior [a], neq; concurrent ex confirmatione iuris pignoris vtriq; eodem tempore facta: cum ſcilicet dominiũ debitori ſuperueniret [b]. nam etiam, cum bonæ fidei tantũ poſſeſſor eſſet, & nondum dominus, habuit ius obligandi, & ſtatim aliquẽ ſecum effectum traxit ſic cõſtituta hypotheca [c].

Sed ſi quis nullo præſenti, acquiſitionis futuræ, iacto fundamento, obligauerit alicui quæcunq; habiturus eſt, & alij poſtea eadem, vel etiam ſpecialiter fundum aliquem, ſub conditione, ſi in ſuum dominium peruenerit,
110 hic nunc ambo concurrent in † pignore [d]: cùm vtriq;, eodem momento acquiſitionis factæ, cœperit obligari. Nec iuuerit, quòd alter conuentione prior ſit, cum vtriuſq; hypotheca in effectu ſit conditionalis, eaq; cõditio, ad vtriuſq; commodum, eodem momento eueniat: & ſic neuter eſt altero prior re ipſa. Non etiã iuuerit priorẽ tempore, quòd pretium acquiſiti fundi ſoluerit debitor, ſuis nummis, priori creditori obligatis: (cum & mutua pecunia in generalem obligationẽ veniat [e]) Nam hoc ſolum meritò nihil facit, ad ordinem & prælationem in pignoribus: cum nec ad pignoris cauſam faciat, hoc eſt, cum res empta ob hoc ſolùm (ſi non conueniſſet de hypotheca omnium acquirendorum) obligata non eſſet creditori, quod pecunia, qua eſt empta, fuerat ei obligata: Hic enim non obtinet argumentũ
111 † ſurrogationis [f]. quod alijs locis [g] latè eſt examinatum.

Porrò fiſcum in acquiſitis à debitore, poſt ſuam & alterius hypothecam, non cõmuni iure cũ illo concurrere: ſed ſpeciali iure præferri ab Vlpiano
112 reſponſ. [h] eſſe videtur. † Cui cũ manifeſtè aliud Sceuolæ reſpõſum [i] repugnare videatur, varijs modis & coniecturis antinomiæ illius cõciliatio tentata eſt. Vno quidẽ modo [k], qđ in Vlpiani reſponſo prius cõtraxiſſet fiſcus, quàm priuatus creditor cum debitore. At in Sceuolæ reſponſo clariſsimũ eſt, poſteriore loco fiſcum contraxiſſe. eoque ſpectare rationem Vlpiani reſponſo additam, *Præuenit enim cauſas pignoris fiſcus*: ita vt ex ratione legis ſtricta, deſumatur quoq; ſtrictior eius interpretatio. At cur ſic non eſſet, etiam in tunc poſſeſsis à debitore bonis, potior fiſcus? & quare ſolum, in re poſtea quæſita, diceretur potior? Sed nec eſſet, ſi ſic intelligas, vllũ fiſci priuilegium (quod tamen Vlpianus videtur ſignificare voluiſſe) in rebus quæſitis poſt vtriuſq; hypothecam. Et non immeritò, nam cum vtriuſq; hypotheca quoad acquirendas res, ſit (vt dicimus) conditionalis, & eodem momento vtriq; creditori conditio eueniat, ſimul atq; acquiſita eſt res: videntur in effectu fiſcus & priuatus ſimul hypothecam accipere, & concurrere. In quo temporũ cõcurſu, fiſcus ſingulari beneficio, dum alter ſe nõ probat priorem, vincere creditur. Alio modo reſpondent plerique omnes [l], quòd fiſcus, in rebus poſt vtriuſq; hypothecam debitori quæſitis, cedat ei, qui duplici ratione eſt potior: videlicet priuilegio cauſæ & temporis. non ceſſurus vtiq;, ſi ſolo tempore conuentionis contenderet alter ſe potiorẽ. nam, vt dixi, potius videntur in tempore concurrere, ſi rẽm ipſam, & contractã cum effectu hypothecam, ſpectemus. Cui opinioni lubentius accederem, ſi certò perſuadere mihi poſſem, in Sceuolæ reſponſo ſe iam creditricem, quæ de ordine cum fiſco certat, priuilegio cauſæ crediti fuiſſe munitam.
113 Nam quamuis tutelæ inſit tacita hypotheca in bonis tutoris [m], † non dixit tamen Sceuola, Titium quem debitorem conſtituit, fuiſſe tutorem. qui potuit tutoris hæres eſſe, vt ibi interpretatur Accurſius [n]. Ob id ni fallor, ne conuentio hypothecæ cum ipſo tutore, cuius bona tacitè obligata ſunt, videretur fruſtra eſſe facta, quæ cum hærede eius fruſtra non fit: huius enim bona, niſi ipſe obligaſſet, nõ obligarentur tacitè [o]. Nec addit Sceuola, Seiæ

a l. ſi nõ dominus. qui pot. in pig.
b l. rem alienã. in princ. de pig. act.
c l. ſi ab eo. l. ſi inter. ſ. ſ. de pignor.
d l. idẽq;. §. ſi tibi. qui pot. in pig.
e l. pen. §. vlt. de pignor.
f d. §. ſi tibi, in fi.
g ad l. ſi cũ. §. qui iniuriarum. ſi quis caut. l. ſi cũ dotem. in fi. ſolu. matri. l. pater. de adimen. lega.
h l. ſi is qui. de iure fiſci.
i l. vlt. in prin. qui pot. in pig.
k ab Accur. in d. l. ſi is qui.
l cum Accurſ. ad d. l. vlt. in princ.
m l. pro officio. C. de ad. tutor.
n in glo. j. d. l. vlt.
o arg. l. Paulus. de pignor.

z

creditricis tutelam fuiſſe geſtá, quæ potuit pupilli hæres eſſe. Ad hæredem
a Fulgo. in d. l. vlt. per l. ex pluribus. de admin. tut. autem non tranſit † pupilli priuilegium [a]. Ac deniq; non dixit Sceuola ac- 114
cepta eſſe pignora in cauſam tutelæ; ſed in cauſam iudicati & cõdemnatio
nis factæ ex tutela. In quam quidem cauſam iudicati, quamuis pignora ca-
pi poſſent, non tamen inuenitur ei annexa tacita ex iure hypotheca. Imò
potius contrarium, quòd ſcilicet oporteat bona eſſe poſſeſſa, & ex cauſa iu
b l. nõ eſt mirũ. de pig. act. dicati, præcedẽte decreto apprehenſa, antequam erunt pignori [b]. Et licet
vetus hypotheca, in cauſam tutelæ dici poſſet adhuc durare, de illa tamẽ a-
pud Sceuolam nõ eſt quæſitũ, ſed de hypoteca iudicatæ pecuniæ: quæ ſola
cõuentione eſt cõtracta. & poſſunt eiuſdem rei nomine cõcurrere plures
obligationes: quarũ altera tacitã à iure hypothecam habeat, altera non ha
beat. Quod autem tertio loco diuinatur, Sceuolam voluiſſe fiſcum cedere
priuato, in earũ tantùm rerum hypotheca, quæ prius priuati creditoris hy-
pothecam, ſed ante fiſci hypothecã eſſent quæſitæ: nimirũ profectò reſtrin
git ſui reſponſi hæc verba, *Poſt priorem obligationem*. Quæ abſq; vlteriore li
mitatione poſita, videntur cõprehendere non hoc tantùm tẽpus, qđ inter
duas priuati & fiſci hypothecas eſt medium: verùm etiam omne illud quod
priorẽ hypothecam, & ex conſequenti quoq; poſteriorem fiſci, ſecutũ eſt.
Relictis ergo his diuinationibus, inſpiciamus † potius formã obligationis 115
hypothecæ vtriq; factam: an in illis inueniri poſsit aliquid diuerſum, quòd
tãtæ diuerſitatis cauſa fuerit in reſponſo Sceuolæ: qui ſemper ſolet, ſecun
dùm ea quæ ꝓpoſita eſsẽt, reſpondere. Et profectò ſtatim illud occurrit, à
c in fi. d. l. vlt. ſolo, ni fallor, Saliceto cõmonſtratũ obiter [c], qúod Titius Seiæ obligaue-
rat, nõ tantũ oĩa ſua bona præſentia, ſed ea quæ habiturus eſſet: fiſco verò
obligauit ſolùm oẽs res ſuas, quarũ appellationẽ eo tempore, & ante nouã
d in l. vlt. C. quæ res pig. Iuſtiniani [d] cõſtitutionẽ, ſolùm eæ continebantur, quæ tẽpore obligationis
ſuæ erãt. Cur ergo mirũ videri debet, quòd reſpõderit præferri Seiã in bo-
nis, quæ tẽpore ſuæ hypothecæ, Titij debitoris fuerũt. Nã in illis prior fuit
tẽpore, & ſtatim efficax fuit hypotheca ſimulatq; eſſet cõtracta. Et ſimili-
ter in reb⁹ poſtea quæſitis, quia has ſolas Seia habuit obligatas, nõ fiſcus: ſic
vt non tã potior, quàm ſola inueniretur, in illarũ rerũ hypotheca: quamuis
e d. l. vlt. C. quæ res pig. dubitandũ non ſit, quin futura veniant hodie in obligationem generalem:
f l. 3. C. de priuileg. fiſci. † non quidem ſolùm in expreſſam [e], ſed in tacitam fiſci [f]. 116

CONTRA QVEM DETVR HYPOTHECARIA ACTIO.

SVMMARIA.

1 *Hypothecaria actio cõpetit cõtra quẽcunq; poſſeſſorẽ.*
2 *Hypothecaria tenetur qui dolo poſſidere deſijt.*
3 *Negans ſe poſſidere, ſi mendacij cõuincatur, transfertur ab eo poſſeſsio in actorem.*
4 *Creditor extraneum poſſeſſorem hodie non cõuenit, niſi excuſſo debitore eiúſue hæredibus, ꝓmiſſoribus, fideiuſſoribus, &c.*
5 *Adiudicationis vocabulum, an conueniat hypothecariæ actioni?*
6 *Aliud eſt hypothecã adiudicari, quàm pign⁹ addici.*
7 *Creditor qui ſemel adiudicatã ſibi habet hypothecã, ſi poſſeſsione hypothecæ ceciderit, quomodo iterum agat hypothecaria.*
8 *Exceptio rei iudicatæ, non obſtat iterum agenti hypothecaria.*
9 *Sententia nouat priorem contractum.*
10 *Sententia in plures lata, non ſinguli inſolidum, ſed pro parte conueniuntur.*
11 *In cõtractibus nõ repullulat noua cauſa agendi poſt ſententiam, vt in actionibus in rem.*

g l. pignoris. de pignor. POSTVLAT nunc ordo vt hoc tractemus, *Contra quem detur hypothecaria actio*. Et dubium non eſt, quin, cum in rem ſit [g], competat con-
h l. ſi fundus. §. in vendicatione. eod. tit. tra quemcunque † poſseſsorem [h], ſiue is ſit ipſe debitor, ſiue hæres eius, & 1
i l. 2. C. de hered. act. l. 2. C. ſi vn⁹ ex plurib. hære. vnus ex multis hypothecam ſolus poſsidens [i], ſiue denique tertius aliquis,
vel à debitore, vel ab alio quocunque cauſam habens, dummodo non
ab hæ-

ab hærede, ſub beneficio inuentarij, à quo qui emit ſtatim ſecurus eſt,
actione creditori ſeruata aduerſus legatarios alióſque creditores chyro-
grapharios, & in hypotheca poſteriores[a].
2 Tenet & enim hæc actio, qui dolo poſsidere deſijt, † ideoq; pro poſſeſ-
ſore habetur, vſqueadeo, vt nõ excuſet eum quantumlibet magna diligen-
tia, recuperandæ poſſeſsionis gratia facta[b]. cum interim bonæ fidei poſſeſ-
ſores qui ſimili fide poſsidere deſierunt, nulla etiam diligentia recuperan-
dæ poſſeſsionis facta excuſati ſint, vel hoc ſolo, quod non poſsideant.
Poteſt enim qui hoc iudicio eſt conuentus dicere quod non poſsideat, pe
3 riculo tamen transferendæ poſſeſsionis, ſi mendacij poſset argui, † exem-
plo rei vendicationis[c]. Imò & latius hic patet via inueniendi mendacij, vi
delicet, quòd ſi poſſeſſor, fortè primus creditor, hypothecaria conuentus,
neget rem de qua agitur, eius eſſe debitoris, à quo ſibi actor dicit obligatã:
ſi poſtea cõuictus mendacij, velit confugere ad anteriorẽ hypothecã, & il
lius iure ſe tueri: debet prius transferre poſſeſsionẽ in agentẽ, & deinde ab
eo petere[d]. Et quamuis olim extraneum quemlibet poſſeſſorem cõuenire
potuiſſet creditor recta via[e], hodie tamen nõ poteſt, nõ excuſſo debitore
4 eiúsve hæredib⁹, ſpõſoribus, fideiuſſoribus[f]. &c. † Si tamẽ debitor eiúsve
hæres hypothecam teneat, tunc vt olim de hac agere potuit creditor: etiã
ſi idoneum debitorem conuenire potuiſſet[g]. Ita & hodie poterit[h], imo &
vnã actionem cũ altera cumulare[i]. Deniq; hypothecaria actio interdum
contra illum cõpetit, qui nec poſsidet, nec dolo poſsidere deſijt: nõ quidẽ
ſolum obligato nomine, quod non poſsidetur[k], & nullo ſaltem modo ab
ipſo debitore: verùm etiã interdum in ſubſidiũ, ſi res obligata ſit vſucapta[l].

Finem huius capitis nunc facerem, niſi huc pertineret quæſtio Martia-
no[m] propoſita, Creditor hypothecã ſibi per ſententiam adiudicatã quem-
admodum habiturus ſit? Cuius vim & terminorũ ſignificationem, ne igno
remus, hoc in primis conſtat, (de quo aliquando ſcio dubitatum[n]) an voca
5 bulum adiudicationis ſatis conueniat hypothecariæ actioni? † Et quid ni?
cùm ipſe Iuriſconſultus dicat hypothecam creditori adiudicatã, cur quod
hic dicit à iudice factum, non poſſet petere creditor? Nec eſt quod exiſti-
mes hypothecam quidem, id eſt, ius illud incorporale, ſiue nexum pigno-
ris adiudicari creditori, & declarari, quòd ei competat: ſed nõ rem ipſam
hypothecatam & obligatam. Nam quòd Martianus ipſam rem obligatam
vocauerit hypothecam, id ſequentia ſatis demonſtrant, cum dicit, domi-
nium hypothecæ non vendicari: quod indubiè intellexit de dominio rei
obligatæ. Meminiſſe tamẽ hic oportet aliud eſſe hypothecam adiudicari,
6 quàm pignus addici. † Hoc enim cum factum eſt, poſſet creditor domi-
nium vendicare: nam in ſolutum pro toto debito videtur accepiſſe[o].

Poſtremò, quod in quæſtione ſubiũgitur, *quẽadmodũ habiturus ſit*, nõ erit
referendum ad executionem iudicati: quaſi quæras, quemadmodum ſit ſen
tentiam executurus: hoc enim quærentem non remiſiſſet Iuriſconſultus
ad veterem actionẽ hypothecariam, quæ eſt ad exordium nouæ litis, (quæ
res à parata iudicati cauſa plurimũ diſtat[p]) ſed intelligenda eſt quæſtio, de
remedio actionis ac genere iudicij, quo hypothecã recuperet: ſemel quidẽ
ſibi adiudicatã, imò & traditã, ſed à poſſeſsione eius cecidit creditor ante-
quam ei ſolutũ eſſet. An, inquam, hic dabitur ei rei vendicatio, quaſi adiudi
catio ſemel ei facta, ius ſuũ ſic auxerit, vt nunc vendicare poſsit? An rur-
ſus hypothecaria erit agendum, in quo videretur obſtitura exceptio iudi-
cati? Ad hanc igitur ſic intellectam quæſtionem reſpondet Martianus,

a *l. vlt. §. licentia. & §. ſed nec aduerſus emptores. C. de iure delibe.*

b *d. §. in vendicatione. verſic. ſi verò dolo.*

c *l. vlt. de rei vendic.*

d Authẽ. itẽ poſſeſſor. C. qui poti. in pign.

e *l. eſt in arbitrio. C. de act. & oblig. l. perſecutione. C. de pigno.*

f *Authẽt. ſed hodie. C. de act. & oblig. Authẽt. hoc ita. C. de pigno.*

g l. mulier. qui po. in pig.

h *§. ſed neq; verſic. l. cõtra principales tamen. in Authen. de fideiuſſ.*

i *d. §. ſed neq;. Salic. ad d. l. mulier. Fran. Cremenſ. ſingulari. 162.*

k *l. ſeruus. §. incorporales. de acqui. rer. do.*

l *Accurſ. Bar. Salice. ad l. ſ. de diſtr. pign.*

m l. ſi fundus. §. creditor. de pigno.

n *à Lud. Roma. conſil. 245. verſi. ad tertium.*

o *l. à diuo Pio. §. ſi pignora. §. ſi poſt addictum pignus. C. de re iudica.*

p *l. minor. 25. annis cui fideicõmiſſum. de minor.*

non rei vendicatione ſed hypothecaria eſſe agendum,† & ſi agenti obij- 7
ciatur à poſſeſſore, præſertim eo cũ quo ſemel cauſa acta eſt, & qui victus
eſt,exceptio rei iudicatæ: hanc poterit repellere replicationem, quod ſe-
cundum ſe ſit iudicatum. Vnde videtur, quòd etiam ex ea ſententia, quæ
pro actore lata eſt, oriatur exceptio rei iudicatæ: qua ſummo iure repel-
latur iterata actio: ſiue in rem fuerit actum,ſiue in perſonam. Placuit enim
ſingulis controuerſijs ſingulas actiones, vnumq́ue iudicati finem,ſuffice-
re: † ne aliter litium modus multiplicátus, ſummã & inexplicabilem face- 8
ret difficultatem, ſi diuerſa pronunciare contingeret[a]. Quæ quidem ratio
indifferenter obtinet,ſiue vicerit ſiue victus ſit actor. Et quòd alio loco di
citur[b], euidenter eſſe iniquiſsimum, proficere rei iudicatæ exceptionem
ei contra quem eſt iudicatum: hoc non tollit reo victo exceptionem. ſed
agenti, eandemque litem iteranti, dat replicationem: & quidem doli mali
vt videtur. cum hoc dicatur iniquiſsimum eſſe, nõ quod omnino exceptio
ei detur, ſed quod ſic detur, vt ei proficiat[c]. Vbi ergo non proficeret ei,eo
quòd actor, etiam ſi non poſſet veterem actionem iterum in iudicium de-
ducere: habet tamen aliud remedium, quo quod in condemnatione eſt
conſequatur. Vt in perſonalibus actionibus iudicati[d], ibi exceptio rei iu-
dicatæ retinebit ſuas vires: nec inuenitur ibi quicquam additum de repli-
catione[e], quam & ibi dari nõnulli[f] admittunt,quamuis id verba legis non
patiuntur, quæ habent iteratam actionem rei iudicatæ exceptione repelli,
condemnatione ſemel facta. Cui applaudit & illud quod dicitur[g], priorẽ
cõtractum iudicati actione ſic nouari,† vt curſus vſurarum anterioris con 9
tractus poſt ſententiam inhibeatur. Et rurſus illud, quod ſententia aduer-
ſus plures dicta, obligationem diuidat[h]: ſic videlicet, vt nec ex priore con
tractu agere poſsit creditor cũ quolibet eorũ inſolidum: ſed neceſſario ex
cauſa iudicati ſingulos,pro parte dimidia,conuenire poſsit, & debeat[i]. † In 10
actionibus verò in rem, vbi legimus obſtare exceptionẽ rei iudicatæ, inue
nimus additũ quòd ea illi datur replicatione, eo quòd ſecundum actorem
iudicatum ſit[k]. Hac ſcilicet ratione (ſi Cumano credimus[l]) quod niſi hic
eadem actio poſſet repeti, proficeret exceptio rei iudicatæ ei cõtra quem
iudicatum eſt. Semel enim executione iudicati facta, & poſſeſsione a-
miſſa, non poſſet iterum executioni mandari, & noua poſſeſsio auferri,
virtute ſententiæ prius dictæ, quàm hæc poſſeſsio acquireretur. cùm hæc
ex vinculo obligationis bonæ fidei (quod fortius ſit, quàm ſolum iudicis
officium) ſemel facta condemnatione & executione, (veluti ex actione
venditi) ſi poſſeſsio iterum ad condemnatum perueniat, non modò non
poterit ſententia rurſus executioni mandari: ſed nec eodem genere iudi-
cij agi in perſonam, ſed res vendicanda erit[m].

Et profectò, in cõtractibus nõ ſic repullulat noua agendi cauſa, poſt ſen
tentiã ſemel dictã,† & executioni mãdatã, nõ inquã noua cõuentio aut no- 11
ua obligatio ex qua iterũ agatur, ſicut in actionibus quæ ſunt in rem. Quas
cum pariat aduerſarij poſſeſsio[n], non mirum videri debet, ſi noua poſſeſ-
ſio nouam pariat actionem: & reus abſolutus, quia non poſsidebat, iterum
conueniri poſsit, ſi cœperit poſsidere[o]. Semper enim qui rei dominus eſt,
rei vendicationem: & qui ſub pignore creditor eſt, hypothecariam
habet, potentia, quæ deducitur ad actum, quotieſcunque
inuenit ſibi poſſeſsionem abeſſe: dum adhuc
dominus vel creditor eſt.

(†‡†)

AD QVID

a l.ſingularis. de except. rei iudic.
b in.l.euidenter. de excep. rei iudic.
c Raph. Cuma. ad d.l.euidenter.
d l.actori.C.de reb.credit.
e vt in l.4.in fi.C.depoſ.
f Fulgoſ. ibi.
g in l.vlt.C.de vſur.rei iudica.
h l.j.C.ſi plures vnic. ſent.
i l.ſi mãdato Titij.§.Paulus.3. manda.
k vt in l.ſi à te.§.ſi quis fundũ. de excep.rei iudi. & d.§.ſi creditor. in d. l.ſi fundus.
l ad d.l.euidenter.
m glo. ad authẽ.ſacramẽta puberũ. C.ſi aduer.vẽdi.
n l.vnic.C.de aliena.mut. iudicij ca.fact.
o l.ſi à te hereditatem. in prin. de excep.rei iudic.

AD QVID COMPETAT HYPOTHECARIA ACTIO.

SVMMARIA.

1 *Hypothecaria in hoc datur, vt index declaret rem obligatam, ac ob id poſſeſsionem relaxandam.*
2 *Debiti ſolutio nõ eſt in petitione actionis hypothecariæ, licet facultatẽ habeat poſſeſſor ea ſeſe liberare.*
3 *Mudæi admonitio in actione hypothecaria benè inſtituenda.*
4 *Fructuum ratio quomodo habeatur in actione hypothecaria.*

AD QVID competat hypothecaria actio, ex eodem fonte cuius in ſuperiore capite meminimus, facile eſt videre: nempe quod, cum in rem ſit, tendat in hoc, vt iudex dicat & declaret creditori rem eſſe ob-
1 ligatam: ac proinde poſſeſsionem ei relaxandam[a]. † exemplo earum quarumlibet, quæ in rem ſunt, quibus petitur declaratio iuris, quod actor ſibi dicit competere[b]. Ferè tamen obtinuit, vt oculos adijcientes ad illud, quod eſt in his actionibus poſtremum, & vltimus ſcopus: petant rem ſibi reſtitui, & poſſeſsionem relaxari. Vnde meritò dixit Iuriſconſultus[c], quòd hæc actio, quamuis in rem ſit, ſolam tamen poſſeſsionem
2 aduocat. Debiti autem ſolutio, non debet in petitione † eſſe, cum ad illam non obligetur poſſeſſor, quamuis facultatem habeat ſic ſe liberare,
3 ſi debitum offerat[d]. ſi quis tamen ſic dictauerit actionem, † vt poſſeſſor vel debitum reddat, vel eo quod detinet cedat, inueniet quo ſe defendat[e]. Sed non ſuaſerim, quòd ſciens prudenſque actionem ſic concipiat: neq; etiam poſſeſſori, vt eam partem petitionis quæ eſt ſoluendæ pecuniæ imprudentius eligat, aut vltro ſolutionem offerat. nam ſic non liberabitur à rei vendicatione, ſi hanc ei intendat verus dominus, refuſo eo quod creditori eius ſoluit[f]; nec ab hypothecaria actione aliorum creditorum[g], etiam qui in pignore potiores ſunt. Neque enim poterit dicere ſe non poſsidere rem obligatam, cuius æſtimatio ſibi abeſt. Neque ſe emiſſe à primo creditore, quippe qui non rei ſed litis æſtimationem ſoluit. Quod fit euidentius, ſi magni pretij res pro modico debito fuerit obligata. Securius ergo fuerit, ſi cedi ſibi actiones curauerit poſſeſſor à creditore, cui debitum offert[h], vel quod emat potius à creditore vendente iure ſuo[i].
4 Sed & fructuum ratio in hoc iudicio interdum habenda eſt[k], † videlicet omnium à lite conteſtata perceptorum: quod omnibus iudicijs commune eſt, ſiue in rem ſint[l], ſiue in perſonam. Antecedentis verò temporis fructus non veniunt in hanc actionem, niſi vel poſſeſſor qui eos percepit fuerit malæ fidei: ſic vt eos ſuos non fecerit, vel niſi ab ipſo debitore ſati eſſent, ſic vt fundamentum aliquod hypotheca in illis inuenerit: antequam debitor fundum obligatum deſijſſet poſsidere, ſiue denique adhuc extent fructus. horum enim omnium indifferenter rationẽ habebunt, ac de ſolis bona fide conſumptis, non teneri, alio loco[n] latius diximus.

a *Fulgo. ad d. §. in vendicatione. Bar. ad l. rem alienam. de pig. act.*
b *l. Põponius. §. ſi & is. de procurat. l. licet. de petit. here. l. et ex diuerſo. §. j. de rei vẽdic. l. ſicuti. §. ſed ſi quærat. ſi ſeru. vendic. l. ſi inter te & me. de except. rei iudic.*
c *in l. ſi cum venditor. de edicto.*
d *Salic. ad d. §. in vendicatione, per l. vlt. C. de his qui in prio. cre. loc. ſucce.*
e *l. 2. in fi. C. ſi vnũ ex plu. hered.*
f *l. ſi creditor. de pig. act. l. ſi creditor. quib. mo. pig.*
g l. creditori. §. ſi quãdo non reſtituebat. qui pot. in pigno.
h *l. mulier. qui pot. in pig.*
i *l. ſ. C. ſi antiqui credit.*
k d. §. in vendica. verſi. interdum.
l *l. certũ. C. de rei vendica.*
m *l. cum fundus. ſi certum petatur.*
n *ad. §. cum prædium. l. ſ. de pigno.*

QVID IN HYPOTHECARIA ACTIONE PROBANDVM SIT.

SVMMARIA.

1 *Probandum in actione hypothecaria, inter actorẽ & debitorẽ conueniſſe, talem rem fore hypotheca.*
2 *Probandum quoque eſt debitum pro quo acceſsit hypotheca.*
3 *Vendicans omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe cenſetur.*
4 *Probanda eſt poſſeſsio rei conuenti, vel quod dolo deſijt poſsidere.*
5 *Probandum eſt ius debitoris qui hypothecam conſtituit, ab eo qui hypothecaria agit.*
6 *Hypotheca omniũ bonorũ præſentium & futurorũ, vulgò inſcribitur omnibus inſtrumẽtis Notariorũ.*

7 *Iudex non audit debitorem excipientem rem ſe obligare non potuiſſe.*
8 *Fulgoſij rationes à Mudæo reiectæ.*
9 *Hæres improbè reſiſtit geſtis à defuncto.*
10 *Si agatur aduerſus alium poſſeſſorem, quàm qui cauſam habet ab eodem à quo creditor, probatio exactiſſima requiritur.*
11 *Si poſſeſſor titulum & cauſam habeat ab eo à quo creditor, quid probandum creditori, controuertitur.*
12 *Rationes diuerſarum opinionũ à Mudæo expenſæ.*
13 *Zaſij rationes imbecilles oſtenſæ à Mudæo.*
14 *Poſſeſſor titulam ſuæ poſſeſsionis edere non debet.*
15 *Poſſeſſori neganti eam in bonis debitoris fuiſſe, obijci poteſt dolus proprius ex Saliceti ſententia.*
16 *Creditor cum creditore agens, priorem ſe eſſe probare debet.*
17 *Fiſcus agens, aduerſarium onerat probatione temporis ſuæ hypothecæ.*
18 *Fiſcus ſi agat iure communi, non ex priuilegio, onerandus eſt ſtrictioribus probationibus: ex ſententia Mudæi.*
19 *Hypothecaria non tendit ad reſcindendam alienationem factam, ſicut Pauliana actio.*
20 *Quod ſpeciali iure eſt conſtitutum in liberis, quorũ parens fiſci rationibus factus eſt obnoxius, non eſt trahendum ad conſequentiam in cæteris.*
21 *Partes iudicis in actione hypothecaria.*
22 *Iudicia omnia eſſe abſolutoria, quomodo intelligendum.*
23 *Abſoluendus eſt qui rem reſtituit, æquè vt qui nõ poſſidet.*
24 *Sententia abſolutoria, quomodo proſit ad probationem reſtitutionis vel ſolutionis.*
25 *Cauens ſe ſoluturum, abſoluitur à iudice, ſed cauere debet fideiuſſoribus datis, etiam ſi immobilia poſſideat.*
26 *In condemnatum iudex quandoq; ſuum officium extendit.*
27 *Litis æſtimatio aduerſus debitorem fit quatenus vere debet.*
28 *Retentionis commodum ſolùm datur poſſidenti, nõ hypothecaria agenti.*
29 *Poſſeſſor oblato debito liberatur hypothecaria act. imò & à ſententia cõdemnatoria executione.*
30 *Lis æſtimatur pluris, quãdo pluris creditoris intereſt: veluti cum pigneraticia tenetur debitori.*

QVID IN hypothecaria actione probandũ ſit, magis inuolutum eſt varijs opinionibus, de quo, vt ordine dicamus, viſum eſt aliquot articulis totam hanc rem decidere: vt quæ comperti iuris ſunt, à controuerſis diſtinguamus.

Imprimis contra quemcunque agatur, probandum erit, quod inter agentem & debitorem conuenerit, vt ea res hypothecæ nomine eſſet obligata[a]. † Adderem hic, quòd ſufficere poſsit ſic eſſe conuentum, cùm 1
pro curatore debitoris, vel negotiorum eius geſtore, quod ipſe poſtea ratum habuit[b]. Necnon, quòd oporteat hypothecam rectè eſſe contractam[c]: ſed regredi nolo ad aliud caput, de contrahenda hypotheca.

Probandum quoque eſt debitum, cui hypotheca acceſsit[d], † & in initio 2
cauſæ alienandum. Aliter ſanè quàm in rei vendicatione, cuius cauſa remota (id eſt, titulus ex quo res eſſet debitoris) non eſt neceſſariò alleganda. ſed qui ſimpliciter vendicat, omne ius ſuum videtur deduxiſſe in iudicium: † cum non niſi ex vna cauſa res potuerit eſſe ſua, ſed benè ex plu 3
ribus cauſis obligata[e].

Probanda igitur eſt poſſeſſio Rei conuenti, vel quod dolo poſsidere deſierit[f], † vel potius id erit curandum, vt in exordio litis reſpondeat 4
reus, an poſsideat, nec ne. Ac cum varia ſint, ad quæ Rei defenſionem declinare contingit, videlicet non deberi agenti: non eſſe ei conſtitutam hypothecam: non ritè ab eo, cui ius fuit conſtituendi, conſenſu creditoris alienatam eſſe, & ſimilia: meritò admonendi ſunt aduocati[g], ne ſic totam curam ad illud ſolùm extendant, de quo præcipuè contenditur: vt non cautè quoque prouideant, ne qua particula iuris agentis, ei ad plenè fundandam actionem neceſſaria, mueniatur neglecta: & nõ allegata, vel non probata.

Allegandum eſt contra quemcunque poſſeſſorem agatur, ius debitoris, qui hypothecam conſtituit: † nec ſatis eſt in genere illud probare, 5
quolibet tempore eum habuiſſe: ſed probari debet, de eo ipſo tempore quo hypothecam conſtituit[h]. Quod Iuriſconſultus reſtringit[i] ad hypothecam ſpecialiter obligatam. addens non idem eſſe in generali, qua quis obligat quæcunq; habet & habiturus eſt. Quam tamẽ diuerſitatem, ſi velimus ex vero fundamẽto cognoſcere, nõ cõſtituemus in hac ſola forma obligationem;

a l. ante omnia. de probat.
b *l. ſi inter. in prin. de pign.*
c *l. cũ vitioſè. de pigno.*
d *Bart. ad l. rem alienam. de pig. act.*
e *l. & an eadẽ. §. actiones. & ibi glo. ad verba, ex qua. & Rapha. Cum. de except. rei iudic.*
f d. §. in venditione. in prin.
g *vt ab Alex. conſil. 138. in 2. volum.*
h *d. l. ante omnia. de proba. l. ſi ſuperatus. de pig.*
i in l. & quæ nondũ. §. quod dicitur. de pigno.

tionem: quaſi tanti referat, ſpecialiter an generaliter hypotheca ſit con-
tracta[a]. Nam ſi quis antiquitus obligaſſet omnes res ſuas, generalis qui-
dem ea obligatio fuiſſet, ſed probari debuit, de quacunque re actum eſſet,
quod tempore conuentionis ea in bonis debitoris fuiſſet. quandoquidem
talis obligatio non comprehendebat, ante nouam Iuſtiniani conſtitutio-
nem[b], res futuras. Ideoq; hypothecā ſpecialem Iuriſconſultus, hac in par-
te, non oppoſuit cuilibet hypothecæ generali: ſed illi, quæ quotidie ſolet
inſcribi cautionibus. hoc eſt, illi qua quis obligat omnia ſua præſentia &
6 futura: † quæ tam eſt quotidiana in omnibus publicis & ſæpè quoque pri-
uatis ſcripturis, vt quidam[c] tradiderit, notarium eam clauſulam velut ſo-
litam apponi, poſsit apponere ſuis inſtrumentis, quamuis nominatim à
contrahentibus non ſit mentio habita[d]. Appoſita tamen parum in hac
regione prodeſſet, ſaltem quoad immobilia, quæ coram notarijs non
poſſent hypothecæ dari. Hæc autem obligatio eorum quæ quis aliquan-
do habiturus eſt, quodammodo conditionalis[e] eſt, ita vt ipſa conditio
obligationem non remittat ad aliud tempus: eademque ratione fiet, vt
aliquando ſpecialiter contracta hypotheca probare non oporteat, quod
ea fuerit in bonis debitoris tempore obligationis. Vtputa ſi quis fun-
dum aliquem obligauerit, hac addita conditione, ſi quando in ipſius do-
minium peruenerit[f].

Sed quando contra debitorem agitur, allegari tantùm, non etiam pro-
bari debet ius eius in hypotheca conſtituenda: atq; ipſam conuentionem,
velut confeſsionem quandam eius[g], ſequetur in hoc iudex, negantém-
7 que debitorem non audiet: nam improbè reſiſteret, † ſi id ipſe negare
nunc vellet, quòd cum rem hypothecæ daret, confeſſus eſt, & vt ſuam
obligauit: in cuius conſequentiam nunc debet, cum poſsit, poſſeſsione
cedere[h]. Nec memini legere cui hic articulus non placeat, præterquàm
quòd Fulgoſius[i] potenter impugnet illum, duabus potiſsimum rationibus.
Videlicet, quòd hæc actio ſit in rem, & aduerſus debitorem agatur, non vt
debitorem, ſed vt poſſeſſorem[k]. Non implet ergo actor ſuam intentionē,
niſi probet ſe ius hypothecæ habere: quod an habeat, nec ne, pendet ex iu
re debitoris: Quare & hoc probandum eſſe videtur. Accedat, quòd cum
res aliena eſt pignori data, ita demū actio hypothecaria datur, ſi dominium
poſtea debitori acceſſerit, eaque adhuc tantùm vtilis[l]. Quamdiu ergo do
minium ei non acceſsit, ſed poſsidet, nulla dabitur actio, & ne vtilis qui-
8 dem. Sed hæ rationes non conuincunt. † Nam præter hoc quod prioris
fundamentum perquàm debile eſt, & controuerſum: videlicet, an in rem
agenti, aduerſus eum qui cauſam habet ab actore, referri poſsit quæſtio
dominij, cùm ſint qui id non putent[m]. Hoc certè conſtat ita ſeruari
in perſonalibus actionibus, veluti commodati[n], depoſiti[o], pignorati-
cia[p], & ſimilibus: Nunc autem hypothecaria actio, quamuis in rem ſit,
eam tamen ex pacto naſci dixit Iuriſconſultus[q]. Meritò ergo, hac in par-
te, ſimilis erit actionibus in perſonam. vt ſcilicet à debitore non refera-
tur creditori quæſtio, an iure res ei obligata ſit, cùm turpe eſſet debi-
tori hoc profiteri, quòd in pignore creditorem decepiſſet[r]. Idque e-
tiam ex eo ſuaderi poteſt quod Iuriſconſultus[s] in formulis allegationum,
quibus vti conſueuerunt in hoc iudicio, promiſcuè dixerit, *Si non ante mihi
pignoris iure res ſit obligata*, (quibus verbis ſignificari videtur, id quod eſt in
veritate) *& ſi non conuenit, vt ante mihi res ſit obligata, &c.* ad ſolam hoc re
ferens cōuentionē. Sed & in ijs actionibus quæ ſunt in rem, apertè cōſtat[t]
leuioribus aliquādo probationibus vnū poſſeſſorem, quàm alium ſuperari.

a *Fulgo. ad d. §. quod dicitur.*
b *in l. vlt. C. quæ res pig.*
c *Nic. Boër. deciſ. 182. partis 2. nu. 54.*
d *arg. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. & ibi Bart. de Aedilit. edict.*
e *arg. l. Stichū qui meus erit. de legat. j.*
f *l. ſi fundus. §. aliena. de pignor.*
g *arg. l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pact.*
h *d. l. rem alienam. in fi. de pig. act.*
i *in d. l. ante omnia. de probatio. & in l. ſi inter. §. ſi debitor. de pigno.*
k *arg. l. de eo. §. vlt. ad exhiben.*
l *d. l. rem alienam. & l. ſi Titio. de pign.*
m *Pau. Caſt. ad l. penul. de condi. inſtit.*
n *l. ita vt ſi fur. cōmod.*
o *l. j. §. ſi prædo. depoſ.*
p *l. ſi pignore. §. ſi prædo. de pig. act.*
q *in l. ſi tibi decē. §. de pignor. de pact.*
r *Fulg. in d. l. ante omnia.*
s *in l. creditor qui prior. in prin. qui pot. in pig.*
t *ex l. eum qui. §. ſi potiri. de publicia. l. nā poſtea. §. vlt. de tut. et ration.*

Quòd verò additum eſt, ita demum conualeſcere hypothecam rei alienæ,
ſi dominium ſuperueniat debitori: id ita accipiendum eſt, vt tunc conua-
leſcat omni ex parte, ſecundum naturam veræ actionis in rem, quæ genera
liter competit etiam hypothecaria aduerſus quemcunque poſſeſſorem [a].
Non autem quod vt aduerſus debitorem cōpetat, debeat dominium ei ſu-
perueniſſe: qui non excuſabitur ab hypothecaria actione, quin faciat nūc
quod poteſt (.i. poſſeſsionē ad creditorē transferat.) etiam ſi prius fecerit,
aut facere tentauerit, quod nō poteſt: nempe rem obligare cū non poſſet.

a d. l. rem alienā. in prin.

Hæredis par hic eſt cauſa & cōditio, cum ipſo debitore [b]: vt qui & ipſe
reſiſteret improbè geſtis à defuncto [c]. † præſertim, quæ poſſunt exitum in- 9
uenire, ſi ipſe velit eſſe ratum: quamuis non tam ſolido iure, neq; tam ge-
neraliter confirmetur hypotheca & hypothecaria actio, aduerſus quoſ-
cunq; poſſeſſores, quando dominus rei obligatæ ſucceſsit in ius debito-
ris, quàm cum ediuerſo debitor ſucceſsit in ius domini [d].

b d. l. ſi Titio. de pigno.
c l. heredē. l. ex qua perſona. de reg. iur.
d d. l. rem alienam.

Quando verò agitur aduerſus alium poſſeſſorem, qui non habet cauſam
dominij, aut ſuæ poſſeſsionis, ab eodem à quo creditor habet cauſam hypo
thecæ: hic omnium iudicio exactiſsima probatio requiritur, † nempe quòd 10
debitor fuerit dominus rei obligatæ, vel ſaltem quòd eam in bonis ſuis ha-
buerit, tempore conſtitutæ hypothecæ [e]. Videlicet, vt quibus probationi
bus debitor vinceret poſſeſſorem, ſi cum eo rei vendicatione, aut publicia
na actione contenderet: illis ipſis creditor eum vincat hypothecaria actio
ne. Ac proinde ex Saluiano interdicto agēti, facilior eſt probatio: in quo
hoc ſolùm ſpectamus, ān hypothecā poſsiderit debitor tēpore obligatio-
nis, & poſſediſſe quidē omnino debet, an autē ſuum poſſederit, nihil ei re-
fert. Contra verò ad Seruianā actionē, oportet vt ſuum, vel quod in bonis
ſuis habuit, obligauerit: ſed an poſſeſſum à ſe, nec ne, nihil hic refert [f].

e d. §. quod dicitur. & l. ſi ab eo. & l. ſi ſuperatus. de pignor.
f Pau. Caſt. ad d. l. rem.

Quando autem agitur aduerſus eum qui titulum & cauſam habet ab eo-
dem, à quo & creditor: † hic iam venimus ad illud quod cōtrouerſum eſt, 11
& in varias partes iactatum. Non enim defuerunt [g], qui in poſſeſſore con-
uento, diſtinguerent titulum lucratiuum ab oneroſo: ea ſcilicet ratione,
quòd cum debitorem, qui ipſe obligauit, dixerimus improbè reſiſtere, ſi
ipſe negaret ſe ius obligandi habuiſſe, eique doli explicationem obſtare [h]:
Ita quoq;, hæc eadē exceptio obſtet ſingulari ſucceſſori titulo lucratiuo [i],
At certè hoc tunc ſolum obtinet, quando ſingularis ille ſucceſſor actionē
intenderet: non ſi ſe defenderet, tunc enim indiſtinctè dolus authoris ob-
ijci ei non poſſet [k].

g Cy. et Bar. ad l. cū res. C. ſi alie. res pig. dat. ſit.
h d. l. ſi inter. §. ſi debitor. de pignor.
i arg. l. apud Celſum. §. de authoris. de diuerſ. & temp. præſcript.
k l. an vitium. in princ. & §. ex facto. de diuerſis & temp. præſcript.

Hac igitur diſtinctione reiecta, ad alterum extremum erit confugien-
dum, videlicet, vt ſiue lucratiuum, ſiue oneroſum titulum habeat à debito
re poſſeſſor, vtroq; caſu æquè facilem conſtituamus probationem: atq; ſi
cōtra ipſum debitorem eiúſve hæredem ageretur: vel vt vtroq; caſu æquè
difficilem, atq; ſi cum eo ageretur, qui à debitore nō habet cauſam. Et hoc
certè pleriq; omnes ſecuti ſunt: illud verò pauci ſed celebres [l]. Expenda
mus ergo eorum rationes & fundamenta. † Tertius (inquit Zaſius) poſ- 12
ſeſſor qui cauſam habet oneroſam vel lucroſam, nō poteſt referre quæſtio
nem dominij creditori, pignus hypothecaria actione perſequenti: quia
repellitur iſte tertius argumento relationis, paribus terminis ſeruatis. Vt ſi
objiciat tertius poſſeſſor creditori, quòd debitor non potuit ei obligare,
vtetur relatione: ergo non potuit tibi vendere vel donare ſi non fuit do-
minus. Sed profectò † hoc relatorio argumento non rectè vtetur credi- 13
tor, nec bene retorquet in poſſeſſorem, non ſolùm ob id, quòd venditio-
nis & oppignorationis multū diuerſa cauſa ſit, cum poſsit aliena res vēdi &
ſcienti

l Salic. ad l. rem alienam. & ad d. l. cum res. Zaſi. ad. §. item Seruiana. Inſtitut. de actio.

ſcienti, dummodo furtiua non ſit [a]:ira vt confirmetur omninò dominium
emptori, ſi quando illud venditori poſtea obuenerit [b]. Pignori verò dare
non poſsit, & minimè quidem ſcienti, cui, non quoad actionem, ſed quo-
ad ſolam retentionem, confirmaretur dominio ſuperuenienti debitori [c]:
verùm etiam ex eo, quòd quamuis poſſeſſor & creditor ab eodem habeāt
cauſam, intrepidè tamen obijciat poſſeſſor creditori, non eſſe ei iure rem
obligatam, nihil per hoc ſuo iuri detrahens. Fac enim rem eſſe prius em-
ptam, aut ex cauſa donationis, permutationis, vel alia acceptam, quàm ob-
ligatam. Quis hic negabit potiorē eſſe cauſam poſſeſſoris? atqui ordinem
obligationis & venditionis deberet, vt mox dicetur, ipſe creditor proba-
re, idque ei nondum ad victoriam ſufficeret, niſi & probet, debitorem ius
habuiſſe conſtituendi hypothecam eo ipſo tempore: quod ſi non præſtet,
vincet poſſeſſor, vel ex ſolo poſſeſsionis commodo, creditorem, ſcilicet
vendicante debitore dominium, & non probante, manet ſuo loco poſſeſ-
ſio [d]. Aut ſi is ſit poſſeſſor, qui à debitore publiciana ſuperari poterat, tunc
quoque vincet creditor, ſi hoc ſaltem probet, quòd tempore obligationis
debitor eam rem in bonis habuit [e], quòd ſi neutrum probet creditor, non
audietur contendens adipiſci poſſeſsionem, quam poſſeſſor iam habet, &
tenet. At inquies: alienum, & fortè mala fide poſsidet. quid tum poſtea? ti-
14 tulum ſuæ poſſeſsionis edere non compellitur [f], † neque magis ei obeſſe
debet, quòd adeptus ſit eam rem à debitore, quæ dicitur obligata, quàm ſi
nullum omninò titulum ſuæ poſſeſsionis, aut autorē diceret, imò fortè nec
haberet [g]. Quòd ſi fortè ipſe creditor allegauerit, & probare velit, quòd
poſſeſſor à debitore habeat cauſam, nihil efficit, niſi quòd hoc doceat,
quòd non licuiſſet autori, à quo poſſeſſor cauſam habet, excipere de iuris
ſui defectu: ſed an propterea non licebit huic ſingulari ſucceſſori, cui poſ-
ſidenti iam diximus non nocere dolum autoris? Et vt paucis finiam, credi-
tor, ſi vincere volet, in iure ſuo confirmando, & non in poſſeſſoris iure in-
firmando, in relatorio argumento fiduciam omnem habere debet [h]. Quod
perpendens diligenter Salicetus, paulo acutiore ratione opinionem ſuam
confirmare niſus eſt. Nempe, quòd tertio poſſeſſori, qui cauſam à debito-
re habet, nunc neganti rem in bonis debitoris fuiſſe: obijci poſsit dolus,
15 non quidem ſui tantum autoris, ſed & ſuus proprius. † quaſi nunc impro-
ba neget, quod paulo ante videtur confeſſus cùm emeret, donatum acci-
peret, vel ex cauſa permutatiōis ab ipſo debitore, vt à domino. Sed hic iam
fallitur, tum quod ipſe poſsit, vt diximus, ſure emiſſe ab eo qui nō iure ob-
ligauit: tum etiam, licet quis ab aliquo emat, vt à domino, vel ſperans eſſe
dominum, non empturus, ſi ſciret, non eſſe dominum, vt nō poſſet poſtea
hoc in iudicio negare [i], & ab alio quem poſtea reſciuit meliore iure eſſe
dominum, eandem rem adhuc emere. Poſtremò, quemadmodum ſi cre-
ditor cum creditore certet de pignore, priorem aut alioqui potiorē pro-
16 bare ſe debet, qui vincere volet, † ſicque non ſuperabit poſſeſsorem, qui
ab eodem debitore cauſam habet, niſi probet prius rem ſibi obligatā, quæ
poſseſsori ſit vendita aut donata, etiamſi fortè vtrunq; eodem die inuenia-
tur eſse factum. Non enim probaret ſibi iure obligatam eſse, ſi non pro-
bet, prius eam obligatam, quàm venditam, aut donatam [k]. Aut ſaltem ante-
quam ex cauſa venditionis, aut donationis tradita eſset [l]: non tamen debe-
bit creditor vtrunque tempus, videlicet, tam venditionis alij factæ, quàm
ſuæ hypothecæ probare. quod plerunque ei impoſsibile eſset, ſed proban-
te eo tempus ſuæ hypothecæ, ſi nō probet poſseſsor aliud præcedens tem-
pus ſuæ emptionis, creditor hac in parte vincet [m]. Quicunq; enim funda-

 men-

a l. rem alienam. l. ſi in emptione. §. idem. ſi emptor. de contrah. empt.
b l. ſi quis alienam. de act. empti.
c l. 1. in verb. difficilius. de pigno.
d §. commod. Inſtit. de interdict.
e l. ſi ab eo. de pig.
f l. cogi. de pet. here.
g Bald. ad l. de rebus. in fi. C. de donat. propter nup.
h l. ſi ſuperatus. de pig.
i gloſ. l. 1. ad verb. à non domino, & ibi Angel. de public. act.
k d. l. de rebus.
l l. vlt. §. Lucius. de do.
m Bald. & Faber. in d. l. de rebus.

mentum intentionis ſuæ conſtituit in tempore, hoc ei probandum eſt [a].

a Accurſ. & Barthol. ad l. cum actum. de nego. geſt. Bart. & alij ad l. non ſolum. §. ſed vt proba. de no. ope. nun. Bal. & Sali. ad l. vlt.

b Bartho. ad d. §. quod dicitur. Ang. & Fulg. ad d. l. de rebus.

c l. 1. C. de iur. fiſci. lib. 10.

d dño Matheo Gribald. ad l. non puto. de iur. fiſci.

Sed hinc excipiunt plerique [b] omnes fiſcum, putantque poſſeſſorem, ad-
uerſus quem agit fiſcus, eo onere grauari, vt ipſum probet ſe accepiſſe em-
ptum, donatum, aut ex alio quolibet titulo, priuſquam is à quo accepit, fi-
ſci rationibus obligaretur [c]. † quod quamuis & hoc tempore argumentum 17
iſtud latiſsimè tractantibus [d] viſum ſit, dubitauerim tamen ſequi. Et cum
vtatur fiſcus iure communi, vbicunque non inuenitur tributum ei ſingu-
lare priuilegium, requirerem manifeſtiorem aliquam probationem † ad il- 18
lud, quod nunc tractamus, præſertim tam generaliter aſſumptum, vt quiſ-
quis quocunq; titulo poſsederit, quod à debitore fiſci eſt nactus, ipſe de-
beat probare ſe accepiſſe, priuſquam is fiſci fieret debitor. Neque ſatis ar-
gumenti eſſe puto in ea conſtitutione, quæ ad id citata eſt, ac ſola ab om-
nibus citatur, cùm in ea mentio fiat ſolius donationis, & quidem in libe-
ros factæ à patre, tam egeno, vt nunc fiſcus qui cæteris creditoribus ſolet

e d. l. 1. C. de iure fiſci.

præferri, debeat perquirere bona quondam eius debitoris, nunc verò ab
alijs poſſeſſa, ex quibus ei ſatisfiat. Adde quod non ſatis conſtet, eo loco
agi de hypothecaria actione fiſco competente, magis quàm de reuocato-
ria. Ad hanc enim potius, quàm ad hypothecariam ſpectare videntur hæc
verba: *Quod citra fraudem creditorum geſtum eſt, non reſcinditur*. nam ad hy-
pothecariam nihil facit, an fraude, an abſque fraude alienauerit debitor,
quod ſuis creditoribus erat obligatum. neq; tendit ea actio ad reſcinden-
dum alienationem, ſicut Pauliana reuocatoria. † Et vt demus hypotheca- 19
riam quoq; actionem fiſci ibi ſignificari: hoc tamen conſtat, quod ibi do-
natio, non venditio facta ſit, in coniunctiſsimam perſonam, nempe in ipſos

f l. data. de donat.

liberos collata, quales donationes non ſolent fraudis ſuſpicione carere [f]:
maximè, quando euentus reſpondet, & conditio, ſiue tenuitas facultum e-
ius, qui diceretur donaſſe. idipſum quoq; hoc facit veriſimile. Quamuis er-
go hoc caſu ad diluendam fraudis ſuſpicionem iniuncta eſſet liberis do-
natarijs neceſsitas probandi perfectam donationem fuiſſe, priuſquam pa-
ter donator obligaretur rationibus fiſci, idque ſingulari iure ſic eſset con-
ſtitutum, in fiſci fauorem, coniuncto aliquo odio ſuſpectæ donationis col-
latæ in liberos ipſos, an hoc mox æquo iure putabimus trahendum in con-
ſequentiam ad alios † quoſcunque poſseſſores, & ex quocunq; titulo poſ- 20
ſidentes, vt & his omnibus, quantumuis diſsimiles caſus ſint, dicamus ſimi-
lem neceſsitatem probandi imponi? præſertim, cùm in illa conſtitutione

g in d. l. de rebus. in verbo. ſi non prius.

non ſit dictum negatiuè (ſicut alio loco [g]: *ſi non prius eas ſibi donatas probent*)
ſed affirmatiuè: *Si priuſquam fiſci rationibus pater veſter obligaretur, perfectam
donationem prædiorum feciſſe fuerit probatus, &c.* Eſto igitur, quòd hic poſ-
ſeſsores (ſcilicet liberi ex donatione paterna poſsidentes) ſic effugerunt
periculum, ſi hoc probent, vt non reſcindatur quod geſtum eſt citra frau-
dem, cuius omnis ſuſpicio ſic erit diluta: ex eo tamen non ſequitur, quòd ſi
id non probent, ſtatim donatio debeat reſcindi. Quin etiam in his verbis
dictæ conſtitutionis, *perfectam donationem*, dici poſſe conſiſtere præci-
puam vim, quaſi dicas, quòd non qualiſcunque donatio alijs ante facta ex-
cludat fiſci actionem: ſed ea demum, quæ perfecta inuenietur traditione.
nam cum in finibus promiſsis ſtat donatio, ſi antequam tradatur res do-

h d. l. vlt. §. Lucius. de donat.

natarij, obligetur alij, rectè erit conſtituta hypotheca [h].

Nunc verò omnium poſtremo videamus, *Quæ in hoc iudicio hypotheca-
riæ actionis partes erunt iudicis.* † Et profectò, ſi reus conuentus confeſtim 21
reſtituat rem obligatam creditori, vel ſoluat pecuniam ei debitam, ab-
ſoluendus [i] eſt, vel ex ſola illa generali regula, quæ habet, Omnia iudicia
eſſe

i d. §. in vendicatione. verſ. ſi verò poſsid.

22 eſſe abſolutoria[a], † nimirum potentia, hoc eſt, in reo eſſe ſitum, vt poſsit abſolui, ſi non expectata condemnatione faciat quod petitum eſt. quam quidem regulam tametſi plerique[b] omnes intelligant de abſolutione ab obſeruatione iudicij, ſiue ab inſtantia iudicij: malim tamen pauciores[c] meliora docentes hic ſequi: Videlicet, quòd reus vltro id faciens, antequam condemnetur, veniat diffinitiuè poſt litem côteſtatam abſoluẽdus à petitione agentis, quod ſi ante litem conteſtatam feciſſet, iudicium ſuſcipere non debuiſſet[d]. Quemadmodum is, qui non poſsidet, abſoluitur (vel ipſo Accurſio teſte[e]) per diffinitiuam ſententiam à petitione agentis. ſaltem addita cauſa: quia non poſsidet, ne putetur ex defectu iuris agentis ſic eſſe iudicatum[f]. Et certè æquè eſſet abſoluendus, qui rem reſtituit,
23 & qui non poſsidet, † dixit Iuriſconſultus[g]. Hi autem abſoluuntur diffinitiuè à petitione agentis: ergo & illi ſic abſoluendi ſunt. Idque recta ratio exigit, videlicet, quod is qui rem poſsidet, & eam reſtituit, debeat ab illo abſolui, in quo fuiſſet condemnandus, ſi cùm poſsideret, non reſtituiſſet. Condemnaretur autem ad reſtitutionem, & ab eo quod in actione eſt:
24 ab illo ergo nunc abſoluatur. † Poterit enim documenta habere ſententiæ abſolutoriæ pro ſe latæ, cùm fortè reſtitutionem vel ſolutionem ſemel à ſe factam probare non poſſet[h]. Neq; aliud puto voluiſſe Theophilum[i], cùm diceret, quòd debeat iudex liberatum ab actione dimittere, & pudori eius parcere: nec ob id condemnare, quòd lis cum eo conteſtata ſit, eo tempore quo fuit in cauſa condemnationis. Sed nec multum eſt ponderis in eo fundamento, quo alij in contrariam partem mouentur: Videlicet, quòd ſolutio tollat funditus obligationem, ita vt ipſo iure actio in perſonam deficiat, quaſi ob id non inueniat abſolutio iudicis à quo liberet, & à quo reum abſoluat. Nam à petitione, non ab obligatione abſoluit iudex. & quid refert, an reus nunquam re vera fuerit obligatus, an verò iudici probatum non ſit, eum obligatum eſſe? hoc tamen caſu definitiuè, à petitione, & non ab inſtantia tantum iudicij, abſolueret iudex. Idipſum ergo & tunc faciat, cùm pendente iudicio, ſoluit reus, deſijtque deberi quod petitũ eſt. Alioqui ſi veram abſolutionem reſtrinxerimus ad eas tantùm actiones, quæ ipſo iure competunt, ſed exceptione eliduntur: per quam exiguus erit earum vſus, & nec is poſſet abſolui, qui ante acceptum iudicium ſoluiſſet.

Sed etſi poſſeſſor non reſtituat rem, caueat tamen ſe reſtituturum, cùm fortè longius abſit, æquè abſoluitur[k], exemplo rei vendicationis in qua idem ſeruatur[l], de qua cùm dictum ſit, quod cum fideiuſſore cauere de-
25 beat, † profectò nec hic in hypothecaria actione (quæ & ipſa in rem eſt) aliter aut minus erit cauendum, ita vt nec eum excipiamus, qui euidentiſsimè locuples eſt, quandoquidem offerens reſtituere iam ſe ſuo iudicio ipſe condemnet. Neque hic verſamur in præambulis litis, vt in cautione ſiſtendi iudicij cauſa, vbi cum adhuc incertum eſt, quis erit iudicij exitus, abſoluetur an condemnabitur reus, parci ſolet poſsidentibus immobilia.

Eſt quoque vbi in condemnatum adhuc debet iudex extendere of-
26 ficium ſuum, † in æſtimanda litẽ: Videlicet, ſi victus poſſeſſor rem non reſtituat[m]. quæ quidem æſtimatio non vno ſemper modo fit. Nam ad-
27 uerſus debitorem non pluris æſtimatur, quàm quanti verè debet: † pluris enim creditoris nunquàm intereſt: Imo ſi quid amplius ex pignore, eiuſve occaſione, ab alio quàm debitore conſecutus eſſet, totum hoc debitori reſtitueret[n]. quomodo ergo exigeret à debitore, quod ab alijs exactum

a in §. vlt. Inſtit. de perpet. & temp. act.
b Barth. P. Caſtrenſ. Alex. Iaſo. ad l. iuſiurandum. & ad pecunias. §. vlt. de iureiurand.
c Fulgo. hic. & in d. §. vlt. l. iuſiurandũ. & Faber in d. §. vlt. de perpet. & tempor. actionib.
d l. ſi reus paratus. de procurat.
e in d. §. in vendicatione. in gloſ. ad verba. abſolui debet.
f Fulgo. in princ. d. §. in vendicatione.
g in d. §. in vendicatione.
h Faber in d. §. vltim. de perpetu.
i in d. §. vlt. de perpet.
k d. §. in vendicatione. verſic. ſed ſi velit.
l §. etſi in rem actum. Inſtit. de offic. iud.
m l. ſi inter. §. ſi res pignora. de pig.
n l. ſi pignore. de pig. act.

13-8-E-38

INDEX COMMVNIS TRIVM TRACTATVVM, DE SOCIETATE, DE EMPTIONE ET VENDITIONE, ITEM DE PIGNORIBVS ET HYPOTHECIS.

Cuius numerus prior, verſuum diſtinctionem: poſterior verò, paginam deſignat. Ex literis porrò adiectis: A, titulum pro Socio: B, titulum De Empt.& vendit. vnà cum tit. De Action.empti & venditi: C, verò titulum De Pignoribus & hypothecis ſignificat.

AB abſurdo argumentum in iure frequens. nu. 2. pag. 77. A.
Ablatiui, ſoluta pecunia, conditionē in contractu faciunt. nu. 2. pag. 97. B.
Inter abſentes per epiſtolam contrahitur hypotheca, & per nuncium. nu. 15. pag. 27. C
Abſenti ſi renuncietur, an interſit ſciat an ignoret renunciationem. nu. 22. pag. 14. A
Abſoluendus eſt qui rem reſtituit, æquè vt qui non poſsidet. nu. 23. pag. 141. C
Acceptilatio debiti, item compenſatio ſoluit hypothecam. nu. 62. pag. 115. C
Acceſsiones aliæ, veluti ſi quid per alluuionem adiectum fuerit prædio obligato, an id quoque obligationis hypothecæ cōmodo cedat. nu. 23. pag. 18. C
In Acceſsionibus prędici debet de morbis ac vitijs vt in principali. nu. 5. pag. 34. B
de Acceſsionibus conuentis aut citra conuentionem debitis. 186.
Acceſsionum dubia conuentio refertur ad tēpus contractus, vt in principali. nu. 12. pag. 36. B
Non ſolùm quæ principaliter venduntur, verùm etiā quæ in acceſsionem veniunt, integra & non vitioſa tradi debent. nu. 7. pag. 169. B
Quædam permittuntur acceſſoriè, quæ non principaliter. nu. 35. pag. 91. C
Accidentalia contractuū quæ ſint. nu. 19. pag. 51. B
Accreſcendi ius locum habet in legatis, ſi à teſtatore non ſit prohibitum. nu. 2. pag. 54. A
Accreſcendi iuri locus non eſt in contractibus. nu. 3. pag. 54. A
Vacans pars in teſtamentis accreſcit, non in contractibus. nu. 1. pag. 77. A
Accurſius à Mudæo notatus. nu. 47. pag. 77. C. & nu 8. pag. 2. C
Defenſus Accurſius contra Fulgoſium. nu. 2. pa. 135. B
Accurſius in hoc reſponſo non ſatis ſibi conſtans, an ſi furtum ipſa venditione cōtrahatur, valeat nec ne venditio. nu. 2. pag. 28. B
Accurſ. exēpla de pactis transformātibus in cōmodato & depoſito nō conueniunt. nu. 5. pag. 56. B
Accurſij exemplum maximè dubitabile de inuectis, quæ in partem debiti obligantur. nu. 18. pag. 35. C
Accurſij lapſus volentis reſtringere hanc conditionem, vt creditor pignus inſolutum habeat iuſto pretio ſi ad diem non ſolueretur, ad contractū mutui tantum. nu. 36. pag. 92. C
Diuiſio materiæ de Actionibus empti & vēditi. nu. 2. pag. 107. B
Differentia inter actiones in rem & perſonales. nu. 1. pag. 31. C
Actionis nomen nunc exprimendum non eſt. nu. 5. pag. 66. A
Vlpianus quadruplicem actionem dat debitori ad pignus recuperandum. nu. 24. pag. 59. C
Actio empti an ſtipulatione pœnali nouetur. nu. 6. pag. 272. B
Actio empti & venditi flexibilis eſt in omnem partem æquitatis quæ circa contractum initum concurrit. nu. 6. pag. 184. B
Actio ex empto ad alium finem inſtituitur quàm ſtipulatio duplæ. nu. 3. pag. 221. B
Actio ex empto ſæpè locum habet, cùm non eſt locus actionibus ex ſtipulatione duplæ vel rem habere licere. nu. 2. pag. 220. B
Actio ex empto ſubinde ſubſiſtit, etiam ſi clariſsimū ſit contractum eſſe nullum. nu. 9. pag. 282. B
Actio ex empto ad omnia vtilis eſt quę æquum eſt alteri ab altero præſtari. nu. 2. pag. 199. B
in Actione ex empto ratio habetur dominij quod venditori obuenit poſt venditionem. nu. 4. ibid.
Actio ex empto quoad vacuæ poſſeſsionis traditionem latius patet, quàm ex ſtipulatione emptioni adiecta, vt vacua poſſeſsio tradatur. nu. 1. pa. 137. B
in Actione ex empto non venit quod omnino extrinſecus intereſt. nu. 38. pag. 253. B
Actio ex empto ſæpè excedit ea de quibus cōtrahendo cogitatum eſt. nu. 3. pag. 132. B
Quomodo diſtinguatur actio ex empto & actio redhibitoria. nu. 10. pag. 158. B
Actio ex vendito aliquando datur, vt ſeruitus imponatur. Item condictio incerti & indebiti. nu. 2. pag. 148. B
Actione ex vendito non repetitur res vendita, quamuis actionē ex empto repetatur pretium prærogatum ſub nomine intereſſe. nu. 3. pag. 273. B
Quæ veniant in actionem ex vendito. nu. 1. pag. 273.
Actio ex teſtamento perpetua eſt. nu. 10. pag. 179. B
Actio ex ſtipulatione pœnali, & actio ex vendito, inquantum cōcurrunt altera alteri obſtat, ſed non eodem modo. nu. 1. ibidem.
Concisis lectis venditis, antequam tradantur, per iniuriā ab ædili cedi debet emptori actio legis Aquiliæ. nu. 32. pag. 193. B
Quomodo quædam conſequamur actione familiæ erciſcundæ, quæ non actione negociorum geſtorum. nu. 7. pag. 97. B
In Actione de peculio inſpicitur tempus ſententiæ, quantum tunc eſt in peculio. nu. 4. pag. 122. B
Actio de peculio reſpicit tempus condemnationis. nu. 1. pag. 51. A
Actione de peculio ſolidum non perſequimur. nu. 1. pag. 48. A
Actionem præſcriptis verbis in quibuſdam magis eluceſcere, quàm actionem ex contractu, quando ſimul concurrunt. nu. 46. pag. 76. B
Actio præſcriptis verbis an locum ſemper habeat adiecto pacto, alteri nominato contractui. num. 4. pag. 66. A
Actio præſcriptis verbis an cum rei vēdicatione concurrat. nu. 28. pag. 70. C
Actio præſcriptis verbis concurrit cum actione ex empto. nu. 5. pag. 47. B
Actio præſcriptis verbis quando competat. nu. 47. pag. 76. B
Actio pro conſumptis fructibus competens, tantùm vtilis eſt. nu. 10. pag. 14. C
Actio pro ſocio & cōmuni diuidūdo quomodo conueniant.

neniant. nu.1. pag.27.A

Actio pro ſocio generalis, durante ſocietate exetceri non poteſt. nu.3. pag.65.A

Magna eſt vicinitas actinnis æſtimetoriæ & redhibitoriæ, & ſantantia in vna parit exceptionem rei iudicatæ in altera. nn.9. pag.163.B

Actio quanro minoris ganaralitar propoſita, ineludit redhibirionam, ſi appareat iudici emptoram ob tale vitium emptutum non fuiſſa. nu.10. pa.163.B

Actio radhibitoria ſax tm̃ durat mẽſib. attamẽ effectũ eius poſt ſax manſes pniaris cõſequi p æſtimatoriã, ſi ad nihilum ꝓtium deducere poſsis. nu.12. p.163.B

Actio vtilis ax contractu prncuratoris quandoq; datur ſine ceſsione, ad exemplum inſtitoriæ actionis. nu.16. pag.10.B

Actiones celſę, perieulo & ſumptn cedantis exercentũ, qñ contractꝰ in cuius implementum ceduntur, gratia alterius tantùm inirus aſt: vel ſi culpa cedentis imputari poſsit. nu.14. pag.287.B

Actioni ex ampto naturalitar ineſt, vt res tradatur, & præſtatur. nu.1. pag.132.B

Actionis ex empto in euictionis materia tria ſunt capita. nu.3. pag.240.B

Dari actionẽ ex ampto, ſi emptnr poſſeſſnrio iudicio da ſeruitute victus ſit, licet ſtipulatin fundum liberum tradi nondum commiſſa ſit. nu.1. pa.151.B

An in caſu quo duæ cõpatũt actiões vtraq; ſepatĩ poterit inſtitui, an varo cõiungi debaãt. nu.3. p.124.B

Actiones quæ prouaniunt ex diſpoſitione legis, facilius tranſeunt in ſingularem ſucceſſorem, quàm quę prouaniunt ax conuentione. nu.38. pag.194.B

Cur in actionibus redhibitorijs iudex habet ratinnẽ pratij raſtituandi, atiam ſi ab emptore id petitum non ſit. nu.8. pag.127.B

Ne actiones inciparent ab hæreda ant contra hæredes contemplatione tantùm ſtipularionum, conſtituit antiquitas. nn.64. pag.234.B

In ſocietata cur ipſo iure non communicentur actiones ſicut ras. nu.3. pag.4.A

Quomodo agi poſsit vt probaĩ vel improbetur quod actum eſt. nu.12. pag.114.B

An compelli poſsit actor vtrãq; actionem cnniungere, quandn duæ ſimul competunt. nu.4. pa.124.B

Quod actum eſt poſſe ſtatim probari vel improbari quibuſdam eaſibns. nu.10. pag.114.B

Non omnis adiectio vel detractio nouum ius inducit, nec omna ſtatutum ius municipala, nec reſeriptum ius ſingulare. nu.3. pag.5.B

Adiactio non poteſt hypotheca obligari, quamuis illi rectà ſoluatur. nu.5. pag.32.C

Aliud eſt bypothecam adiudicari, quàm pignus addici. nu.6. pag.133.C

Adiudicationis vocabulum an conueniat hypothecariæ actioni. nu.5. pag.133.C

Adminicula contractui cohærentia. nu.42. pag.75.B

Qui adminiſtrationem publicã ſuſcipit, dabat mũdas ſeruara deo, legi, & principi manus. nu.2. pag.91.B

Qui vt aduana vãdidit, per retentionẽ pretij cogi poteſt imminãte euictinne vt ſatiſdet. nu.9. pa.217.B

Qui ædium dominus non eſt, non potaſt ſtipulari à vicino da damno infecto. nu.3. pag.170.B

Aequitas in ſociatata aſt dafinita. nu.2. pag.76.A

Aes pro auro pignori datum, item æs pro auro ſtipulanti promiſſum, contractus valet: venditum non æquè. nu.7. pag.15.B

Aaſtimatio nõ ſemp trãsfart dominiũ. nu.12. pa.33.A

Etiã ſi ęſtimatio tãpore euictionis decreuerit infra pretium conuantũ, tòtũ tamen patitur. nu.5. pa.244.B

Aaſtimatin quanti plurimi pręſens, & aſtimatio quãti plurimi res aliquãdo fuit, differũt. nu.27. pa.266.B

Res q̃ nunq̃ fuit, quomodo æſtimei. nu.15. pa.262.B

Affactata & captata non ita proſunt vt vltro nbuenientia. nu.3. pag.57.A

Snla affirmatio facti aliquando venditorẽ ignorãtem teneri ad axterna damna. nu.1. pag.168.

Africani teſponſum explicatũ à Fulgo. in. l. cũ poſtulaſſem. verſ. cum ergo. de dam. infec. nu.36. pa.21.C

Si agrimanſnr ſalſum modũ dixarit, dacepto vẽditori datur actio ex vandito ad reliquum pratij, amptori verò decepto condictio pecuniæ quam ſupra verũ modum dedit. nu.7. pag.184.

Alciari opinio à communi recaſsit. nn.4. pag.118.B

Alc. ratio cõciliãdæ antinomiæ in errore cauſæ q̃ impedit dnminij tranſlationem. nu.4. pag.31.B

Alciati ſententia probata Mudæo. nu.50. pa.77.C

Alienario fnndi à traditione æſtimatur, non à venditione celabrata. nu.1. pag.95.B

Alienatio impeditũ, qñ irreuocabilis ea eſſet, ad exemplũ manumiſsionis ſarui in fraudẽ facta. nu.8. p.83.B

Quid antiehreſis Iuriſcõſultis appellet, ꝓ qno vulgò parperam lectum eſt antiphonam. nu.48. pa.77.C

Antinomia implacabilis in. l. ſad & ſi quis. §. vlt. cũ. l. ſeq. da vſufr. cum hac. l. nu.3. pag.115.B

Aequitas ſcripta præualet iura ſcripto. nu.4. pa.115.B

Conciliatio antinomiæ iſtius. l. Iulianus. in varſi. ſi verò ſciens reticuit. cum. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. hoc tit. nu.20. pag.165.B

Annus quo durat actio quãto minoris vtilis eſt, tunc incipit currera cum emptot vitium cognouerit. nu.17. pag.165.B

Apparitor ſi viliori pretio res vendiderit, item curator bonis datꝰ, quomodo taneãtur. nu.36. p.204.B

Apparitor qui exequens iudicatũ res pignori captas vandit, de euictione non tenetur, ſed debitor. nu.35. pag.204.B

Si aquæductus pro certa annua penſione ad ſundum aliquem aſt conſtitutus, iſte pro ea panſione intelligitur obligatus. nu.3. pag.154.B

Arra datur quandoqua vt probatio contractus ſit expeditior. nu.5. pag.46.B

Arra in pecunia numerata cnnſiſtens, cedit in partem pretij. nu.6, pag.46.B

Arra ſi data ſit non vt cederet in partem pretij, an ſepatatur. nu.7. ibidem.

Ex arrali pacto naſcitur parſnnalis actio ex empto & vendito. nu.4. pag.45.B

Arræ datæ ſi amittantur, vel duplicatæ reddantnr, an etiam præſtandum aſt quod intaraſt. nu.3. ibid.

Arræ diuerſimode accedunt ad contractũ. nu.2. ibid.

Arbitar inter alios indicãdo, alterius ius mutare non poteſt. nu.6. pag.141.B

Arbiter electus, tacitè etiam conſentire poteſt in compromiſſum. nu.2. pag.25.A

Quando arbitar communi diuidundo emptori integrum fundum adiudicat, venditnr de parte tantùm vendita cauara debet da euictione, de reliqua verò de dolo malo. nu.3. pag.140.B

Arbitratoraa & arbitri qui dicantur. nu.6. pag.75.A

Arbitrio aliano quid & quomodn aliquid cnmmitti poſsit. nn.1. pag.72.A

Arbitrio emptoris aut venditoris pretij definitin cõmitti non potaſt. nu.2. pag.72.

Legatum arbitrin alieno atq; etiam legatarij committi poteſt. nu.3. pag.72.A

Quam diu de iniquitate arbitrij conqueri liceat. nu.4. pag.76.A

Arbitrium quando prauum dicatur. nu.1. ibidem.

Arbitro in contractibus iniquum arbitrante, an ab eius arbitrio recedere liceat. nu.1. pag.73.A

Arbitro non arbitrante in contractu, an deficiat contractus.

Arbitrorum dno ſunt genera. nu.1. pag.74.A

Si ex ſententie arbitrorum quis locare aut vendere teneatur, an pœna committatur ſi poſt venditionem non tradat, ent poſt locationem non patiatur frui. nu.5. pag.109.B
Argumentum ſurrogetionis locum non habet in prælatione pignorum. nu.111. pag.131.C
Argumēti à defectu eius quod præſupponendum eſt vſus frequens eſt. nu.2. pag.22. A
Ex effectione ſalſe non tenetur venditor, quando emptoris non intereſt. nu.4. pag.177.B
Propter aſſeuerationem tenetur venditor ignorans quento minores, ſed non ad id quod extrinſecus. nu.4. pag.167.B
Auaritie creditorum & ertes prauæ. nu.23. pa.87.C
Auocare poſſeſsionem rei obligatæ proprius eſt ſcopus hypothecariæ actionis. nu.7. pag.2.C
Axioma compendioſè continens prælationem creditorũ, & quid in ee ſpectandum. nu.84. pag.128. C
Azonis & Ioanuis contentio circa portionum æqualium diſtributionem in ſocietate: Fulgoſij ſententia in hoc articulo. nu. 4. 5. pag.19. A
Azonis diſtinctio in re furtiua, & vi puſſeſſa re ſoli. nu.4. pag.69.B

B.

Baldi ratio à Mudæo probata. nu.8. pag.69.B
Bartholi error contra expreſſum text. nu.7. pa.137.B
Beneficium ne quis condemnetur vltra quàm facere poteſt, cui competat. nu.2. pag.49.A
Beneficium ne quis condemnetur vltra quàm facere poteſt, tempus ſententiæ reſpicit. nu.1. pag.53.C
Beneficium ne quis condemnetur vltra quam poteſt, doli non culpæ replicatione tollitur. nu.2. ibid.
Qui habent beneficium ne cõdemnentur vltra quàm facere poſſunt, cauere debent de reliquo ſoluendo cum erunt locupletiores. nu.5. pag.122. B
Cauere debet qui vtitur beneficio, ne condemnetur vltra quàm facere poteſt. nu.3. pag.51.A
D. Bereugarij Fernandi ratio de precario. nu. 7. pag. 56. B
Bis idem exigi non poteſt. nu.4. pag.26.A
Bone quando ex delicto publicentur. nu.1. pa.59. A
Bone fides non includit diligentiam. nu.1. pag.283.B
Bona fides reſpectu domini & reſpectu creditoris collata. nu.40. pag. 23. C
Aliquando quis non dicitur bona fide egiſſe, niſi & diligenter egerit. nu.3. pag. 284.
Bonæfidei emptor, an fructus reſtituat vtili Seruiana. nu.9. pag.14.C
Bonæfidei & ſtricti iudiciorum differentia. num. 2. pag. 75. A
Bonæfidei iudicia alia ſpecialia, alia generalia. nu. 1. pag. 42. A
Bonæfidei poſſeſſor percipiendo fructus fit eorum dominus, non tamen firmo conſtantique dominio. nu. 18. pag.16. C
Bonæfidei poſſeſſor qui rem obligauit, ſi hypothecaria conuentus velit excipere rem ſuam non fuiſſe cum obligaret, reipſa dolum admittit: atq; ob id replicatione doli repellitur. nu.25. pag.10.C
Is qui à bonæfidei poſſeſſore fundum pignori accepit, habet Seruianam. nu.17. pag.148.B
Ratio boni & æqui tàdem poſtulat proportionem in toto & in parte. nu.41. pag.75.C

C.

Cæſaris conſtitutio de immobilibus non acquirendis monaſterijs, nõ extendit ſe ad pignorationes. nu.5. pag.44.C
Cambia ad contractus innominatos refert Fulgoſius. num. 10. pag. 4. B
Cambia mercatorum an ad permutationem, an ad emptionem referantur. nu.7. pag.4.B
Cambia vnde traxerint originem. nu.8. pag.4.B
In Cambijs difficiles incidunt iuris quæſtiones. nu. 11. ibidem.
Carolus Quintus Cæſar vetuit quædam genere cambiorum. nu.9. ibid.
Caroli Molinæi ſententia. nu. 51. pag. 256.B
Caſum fortuitum quis probare debeat. num. 2. pag. 33. A
Caſu probato an probari debet dolum aut culpam abfuiſſe. nu.3. ibidem.
Caueri debet in omnibus iudicijs bonæfidei arbitrio iudicis. nu.1. pag.25.A
Cauens ſe ſoluturum abſoluitur à iudice, ſed cauere debet fideiuſſoribus datis, etiam ſi immobilia poſſideat. nu.25. pag.141.C
Qui cauit de ſoluendo, parate executione vrgeri poteſt. nu.4. pag.51.A
Cauendum eſt de euictione ſecundum ſtilum loci vbi res vendita eſt, non vbi ſita eſt. nu.1. pa.211.B
Si cautio de euictione minus continet quàm ex empto peti poſſet, id ex actione ex empto ſuppleri poteſt, ſi plus, id ex ſtipulatione rectè petitur. nu.2. pag.211.B
Ad quæ vtilis ſit cautio de euictione, quæ etiam ſi nõ promiſſa ſit, debetur. nu.9. pag.209.B
Quando cautio præſtanda eſt dandæ pecuniæ, vbi dies venit non cautio ſed pecunia petitur. nu. 21. pag. 245.B
Aliter cautio petitur in iudicijs bonæ fidei, aliter in ſtrictis iuris iudicijs. nu.3. pag.208.B
Cautio pro ſecuritate creditoris peti poteſt in obligatione hypothecaria conditionali, & qua actione. nu.30. pag.40.C
Cautio quæ doloſo patrocinaretur, non eſt dicenda cautio, ſed captio. nu.8. pag.213.B
Nulla cautio quantumlibet amplè concepta liberat doloſum venditorem. nu.15. ibidem.
Explicatio cautionis, ſi venditor pactus ſit quòd nolit aliqua actione teneri. nu.12. ibidem.
Explicatio cautionis qua venditor promittit litem in ſe ſuſcipere ſuis ſumptibus. nu.17. pag.214.B
Explicatio cautionis qua vẽditor ſtipulatur ne de euictione teneatur. nu.6. pag.212.B
Explicatio cautionis per ſe ſuosq; non fieri quo minus emptori habere tenere liceat. nu.3. ibidem.
Superfluis cautionibus non eſt vtendum, neque quiſquam eis onerandus. nu.8. pag.209.B
Cautionis vſus pro indemnitate. nu.6. pag.18.C
Si cautũ ſit de euictione, non per hoc ſublata eſt actio ex empto de euictione. nu.10. pag.210.B
Dupliciter quis dicitur cauſam defendere. nu. 20. pag. 215. B
Quid res cauſa appelletur. nu.2. pag.33.B
Cur Celſus mortuo Sticho agi permittat cum eo qui illum debet, cùm venditor morte Stichi liberetur. no.10. pag.103.B
Si quis certum & incertum vna ſtipulatione ſeu interrogatione ſtipulatus fuerit, an duplex actio cõpetat. nu.12. pag.67.B
Actiones ſibi ceſſas emptor ſuo periculo & ſumptu ſuſtinebit. nu.13. pag.287.B
Ceſsio omnium actionum generaliter permiſſe eſt remiſsiuè. nu. 2. pag.4 A
Ceſsio omnis iuris & actionis facit vt vltimus emptor ſui authoris authorem de euictione conuenire poſsit. nu.41. pag. 194.B
Ceſsio ſimulata cenſetur ob exiguitatem pretij. nu. 2. pag. 41.B
Ceſsio bonorum ſpecies mortis eſt. nu.4. pag.56. A

Ciceronis locus elegans ad interpretationem legum frequentioris vſus gratia latarū. nu.6.pag.44.C.
Ciceronis locus in oratione pro Quintio Roſcio explicatus. nu.2.pag.74.A.
Ciceronis locus in oratione pro Quintio explicatus. nu.2.pag.56.A.
Cic.locus in oratione pro Quintio. nu.5.pag.44.A.
Cic. locus in oratione pro Roſcio explanatus. nu.6. pag. 31. A.
Cic.locus explicatus. nu.1.pag.48.A.
Ciuili obligationi ex re iudicata accedit fideiuſſor, non illi in qua naturalis eſt ſublata per pactum de non petendo vel iuſiurandum. nu.20. pag. 36.C.
Clauſula generalis in fine contractuum appoſita, an mutet naturam obligationis. nu. 8. pag. 45.A.
Collegia ſine authoritate ſuperioris cur reprobentur. nu.1.pag.1.A.
Collegiū & ſocietas in quo differant. nu.1. pag.1.A.
Colonus partiarius in quo diſtet ab eo qui nummis colit. nu.5. pag.32. A.
Partiarius colonus damna an ferat. nu.3. pag. 34. A.
Colonus partiarius ſocius eſt. nu.4. pag.32.A.
Plus operatur reſtitutio chirographi pignoratitiis, q̃ ipſius pignoris reſtitutio. nu.36. pag.109.C.
Quicquid cōmodi vel incōmodi fortuitò accidit in pignore, id omne ad debitorē ptinet. nu.2.pa.93.C.
Commune mihi cum alio, an meum, & quatenus ſit. nu.5. pag.64. A.
Communio omnis ſocietas nō eſt. nu.1.&.5.pa.23.A.
Communio teſtamento imperata, ex cauſis diſſolui poteſt. nu.11. pag.12. A.
Si cōmunis prędij ꝓ indiuiſo portio pignori obligetur, diuiſio ſecuta nō cōcernit creditorē. nu.4.pa.141.B.
Si cōmunis prędij portio ꝓ indiuiſo vendita ſit, quid tradi debeat à véditore qui ad iudicium cōmuni diuidundo prouocatur. nu.1. pag.139.B.
Cōmunis res quā per vnū alienari poſsit nu.3.pa.63.A.
Compenſatio in ſocietate an admittatur in lucro & damno. nu.8. pag. 16.A.
Compenſatio quæ fit in l.ſi duorum.de act.empti. nō eſt ſimilis compenſationi qua pecuniæ debitæ cōpenſantur. nu.14. pag.182.B.
An condemnatus contra executionē poſsit obijcere pretium ſolutum non eſſe. nu.10. pag.127.B
Cōpromiſſum ſpecies tranſactionis eſt. nu.5.pa.74.A.
Si in Titiū & ſeiuū cōpromiſſum fuerit, Titius ſolus ſententiam dicere non cogitur. nu.2. pag. 93.B.
Conceſſa ad tēpus, poſt tempus cenſentur prohibita: & prohibita ad tempus, poſt illud cenſentur permiſſa. nu. 20. pag. 104. C.
Concludi in hypothecaria ad ſolam declarationem competentis iuris hypothecæ, vt in rei vendicatione id declarationē dominij. nu.37. pag. 42.C.
Condictio certi ex omni cauſa & ex oī obligatione cōpetit, qua certum petitur. nu. 6. pag. 118.B.
Condictione furtiua ſolus fur conuenitur & hæres eius. nu.5. pag. 142. B.
Condictio indebiti ceſſat, cū creditor ſuum recepit, licet non ab eo qui debebat. nu.5. pag.118. B.
Condictio ob cauſam non habet locum in contractibus nominatis. nu.2. pag.273.B.
Cōdictio ob cauſ.nō cōcurrit cū actiōib. ex cōtractu noīato, ſed bene cōdict.ob turpē cauſ.nu.9.p.156.B.
Condictio ob turpem cauſ. ex alia cauſa datur q̃ actiones cum eadem concurrantes. nu.10. pa.157.B.
Nemo condicit rem ſuam, niſi à fure aut malæ fidei poſſeſſore. nu.8. pag.141.B.
Conditio diuiſionem impedit. nu.3. pag. 97. B.
Turpis, inhumana, & reprobata conditio venditioni adiecta non valet. nu.9.pag.27. B.
Conditio, item pœna indiuiduam faciunt obligationem. nu.55. pag.112.C.
Conditio poſtquam euenerit, retrotrahitur ad tempus contracti negocij. nu.3. pag. 20. B.
Conditio, *ut ſua quaq; die pecunia ſoluta eſſet*, an eadem ſit cum hac, *ſi qua pecunia die ſua ſoluta nō erit*. & quis effectus harum conditionum. nu.12. pag. 66. C.
Conditio pro impleta habetur, ſi p eū ſtet quo minus impleatur qui adimplere eā tenetur. nu.3.pa.47.B.
Cōditio viduitatis in teſtamento adſcripta legato, an cenſeatur repetita in codicillis, in quibus idem repetitur legatum. nu. 9. pag.63.B.
Res vendita ſub conditione, ante conditionis euentum deterior fit periculo emptoris, ſed tota perit periculo venditoris. nu.9. pag. 179.B.
Ex cōditionali obligatiōe quō ex pacto quādoq; agatur ante conditionis euentum. nu. 9. pag. 67. B.
Conductio ad hæredē tranſmittitur. nu.7.pag.45.A.
Conductio vectigalis, an differat ab emptione emolumentorum vectigalis. nu.15. pag.2.B.
Conductore mercedem non ſoluente, poteſt locator à locatione recedere. nu. 10. pag.12.A.
Cur conductori fiat remiſsio penſionis ob ſterilitatē, non emptori. nu.6. pag.132. B.
Conductores iuris publici pœnā nō ſoluenti, appoſitam ſibi exigunt. nu.9. pag. 198.B.
Si cōfeſſoria agatur ratione ſeruitutis, vel agatur de finib⁹, nō ptinet ad hāc ſtipulationē. nu.39.p.229.B.
Qui cōfeſſoria condēnatur ſeruili cautione onerat, ſecundū cōmunē opinionē: qđ tamē nōnulli reſtringūt ad ſolā ſeruitutē oneris ferendi. nu.13.pa.147.
Si p cōfeſſoriā euincatur vſusfructus rei emptę, cōmittitur ſtipulatio velut partis euicta. nu.38.pa.229.B.
Confirmatio pignoris vel hypothecæ fit ex æquitate legis. nu.13. pag.6.C.
Cōfuſiōe debito ſublato, extīguit hypothecæ obligatio, & qđ de fideiuſſoria obligatiōe. nu. 66.p.115.C.
Cōiuncti quales ſint, *illi & illi fundum do lego*, controuerſum eſt. nu.11. pag.61. C.
Qualis requiratur connexio inter pactū & contractū, cuius cohęrentia pactum veſtiatur. nu.41.pa.74.B.
Conſenſus creditoris expreſſus requiritur in alienat. pignor. non ſufficit illum ſcire & pati venditionē. nu.21. pag. 104.C.
Cōſenſus quō inter cōtrahētes declaret. nu.14.p.10.B
Occaſio conſenſus præſtiti in renunciatione pignoris inſpici debet. nu.17. pag. 103.C.
Conſenſus maximē declaratur rebus ipſis & factis. nu. 11. pag. 9. B.
Conſenſus ſolius tutoris an ſufficiat ad pignoris remiſsionem. nu.3. pag. 99. C.
Conſenſum creditoris ſequi debet effectus venditionis, donationis, vel alterius contractus, non ſimulatio. nu.27. pag.105.C.
In conſequentiam multa veniunt quæ non directò venirent. nu.4. pag.40.A.
Conſolidatio vſusfructus cum proprietate, prodeſt creditori. nu.24. pag.18. C.
Conſortiū voluntariū quod dicatur. nu.1. pa.36.A.
Conſtituti clauſula ad futura bona non pertinet. nu. 4. pag. 3.A.
Conſtitutum non inducit prioris obligationis nouationem. nu.43. pag.110.C.
Conſtitutum veri poſſeſsionē gignit. nu.4.pa.52.B.
Si ex fundo centū iugerū vēditor decē vendat eis nō deſignatis, & cōſtituat ſe nomine emptoris ea poſsidere, an emptor quieq̃ poſsideat. nu.29.pa.248.B.
Quæ frequentioris vſus gratia in conſtitutionibus referuntur, non reſtringunt conſtitutionem. nu. 6. pag. 83. C.
Licet contrahentibus inuicē circumſcribere, & quatenus ex Mādati conſideratione. nu.8.pag.48.B.
Contrahentes quando præciſē ad implendum contractum cogantur. nu. 45. pag.75.B.

Quod contrahitur tanquam à nuncio, ratum haberi à domino non poteſt, quod autem tanquam à procuratore, rectè. nu. 17. pag. 11. a.
An in contractibus taceri aut diſsimulari quid poſsit quod expreſſum impediturum erat contractum. nu. 10. pag. 49. a.
An contractu acceptilatione ſublato, duret pactum. nu. 24. pag. 70. a.
In Contractu innominato reuocabiliter informari actionem ex pacto. nu. 22. pag. 70. a.
Res potius, quàm nomen Contractus inſpici debet. nu. 13. pag. 40. a.
Contractus arralis proprius eſt contractus, licet acceſſorius ad alium contractum. nu. 1. pag. 45. a.
Contractus claudicare non debet. nu. 4. pag. 45. a. & nu. 2. pag. 111. a.
Contractum quandoque claudicare in minore 25. annis, & eo qui cum procuratore colludēta cōtraxit. nu. 8. pag. 113. a.
Contractus pignoris ſimulata emptione tranſit in vſurarium contractum. nu. 2. pag. 59. a.
Contractus innominatus ſi ex altera parte adimpletus ſit, an pacto formetur, Berengarij ſententia. nu. 20. pag. 69. a.
Contractus quandoque commiſcentur. nu. 6. pa. 4. a.
Contractibus innominatis pacta adiecta an forment actionem. nu. 20. pag. 69. a.
In Contractibus an dominium tranſeat, antequam ex altera parte adimpleatur. nu. 10. pag. 69. a.
In Contractibus nō repullulat noua cauſa agēdi poſt ſententiam, vt in actionibus in rē. nu. 11. pag. 134. c.
Contractus vt cenſeatur mixtus, partim venditionis, partim donationis, an neceſſe ſit exprimi verbū donationis. nu. 3. pag. 41. a.
Contractu reſoluto, datur vendicatio, etiam contra emptorem. nu. 8. pag. 54. a.
Contractum emptionis ex vno latere conſtare in pupillo vendente. nu. 7. pag. 112. a.
Contumacia tutoris & procuratoris pupillo ac domino non nocet. nu. 2. pag. 39. a.
Conuentio hęc cum debitore inita, ſi intra certū tempus pecunia ſoluatur, pign⁹ reſtitui, quid operetur. nu. 12. pag. 84. c.
Conuentio nō efficit vt quid deperdatur ab eo quod iure alioqui competeret. nu. 4. pag. 60. a.
Conuentio pro locatore interpoſita non extenditur à contrario ſenſu ad vtilitatem conductoris. nu. 10. pag. 19. a.
Sola Conuentio in rebus à colono inferendis non facit res hypothecæ eſſe pro penſione, niſi accedat inuectio aut inductio. nu. 105. pag. 129. c.
Ex Conuentione inutili etſi non naſcatur efficax obligatio, talis tamen naſcitur, quæ proſit debitori ad liberationem. nu. 28. pag. 11. c.
Vt conuentionalium ſtipulationum tot ſunt formæ, quot genera rerum contrahendarum, ita & pactorū. num. 45. pag. 5. a.
Cratitius ſeu concratitius paries quis dicatur. nu. 1. pag. 38. a.
Credens ſub vſuris præfertur etiam quoad vſuras illi creditori, cui poſtea eadem res obligata fuit ante diem obligationis vſurarum venientem. num. 10. pag. 128. c.
Creditor an pignus quandoque vendere poſsit, antequam per actionem hypothecariam eius nactus ſit poſſeſsionem. nu. 28. pag. 19. c.
Creditor aliquando dicitur poſsidere, aliquando eſſe in poſſeſsione. num. 4. pag. 133. a.
Creditor cenſetur procurator debitoris in vēdendo pignore. nu. 10. pag. 66. c.
Creditor contra pacta vēditionis faciens, an furti teneatur. nu. 8. pag. 65. c.
creditor chirographum pignorationis reddens debitori, remittit ius pignoris. num. 35. pag. 109. c.
creditor cum creditore agens, priorem ſe eſſe probare debet. nu. 16. pag. 139. c.
creditor conſentiens alienationi poteſt modum præſcribere alienationi, quo hæredem debitoris excludat. nu. 11. pag. 101. c.
creditor conſentiens hypothecam ſibi conſtitutam alij obligari, quid hic operetur conſenſus. num. 14. pag. 102. c.
creditor conſentiēs intra certū tēpus alienari pign⁹, tempore illo elapſo, debitor vendere non poterit, nu. 19. pag. 104. c.
creditor conſentiens ſimpliciter alienari pignus, an ſi debitor donauerit, videatur ſibi præiudicaſſe. nu. 18. pag. 103. c.
creditor debitori mandat actionem ad ſuperfluū pretij ex vendito pignore prouenientis ſuo periculo. num. 45. pag. 76. c.
creditor extraneum poſſeſſorem hodie non cōuenit, niſi excuſſo debitore, eiuſve hæredibus, ſponſoribus, fideiuſſoribus, &c. nu. 4. pag. 133. c.
creditor etſi actionem perſonalem in iudicium deduxerit, & obtinuerit, reū, fideiuſſores, aut mādatores eius condemnari, nihilominus hypothecaria actio adhuc ſupereſt. nu. 68. pa. 116. c.
creditor fraudem committens circa venditionem, de euictione tenetur. nu. 33. pag. 72. c.
creditor habens generaliter omnia futura obligata, concurrit cum eo cui fundus hac conditione cū in dominium debitoris perueniſſet, ſpecialiter obligatus eſt, cùm neuter altero prior ſit tempore. nu. 110. pag. 131. c.
creditor hypothecaria agit ad rem, qui nomen habet obligatum, agit ad id quod eſt in nomine. num. 22. pag. 51. c.
creditor ipſe non poteſt euincere pignus venditum. nu. 34. pag. 72. c.
creditor non debet probare rē debitoris fuiſſe quando cum debitore agit, ſecus ſi cum alio poſſeſſore pignoris. nu. 26. pag. 10. c.
creditor non tenetur de euictione pignoris à ſe venditi, ipſe tamen euincere non poteſt. num. 12. pag. 200. a.
creditor pignus tradens fideiuſſori, cenſetur illi ius ſuum vēdere, ac ob id liberatur pignoratitia actiōe. nu. 12. pag. 2. c.
creditor poſsidens pignus non releuatur ab onere ſatiſdandi, quaſi immobilia poſsideat. nu. 51. pa. 78. c.
creditor pro conſeruatione ſui pignoris poteſt ſoluere vectigal. nu. 6. pag. 58. c.
creditor quando tacito conſenſu cēſeatur ius pignoris remiſiſſe. num. 24. pag. 104. c.
creditor qui ſemel adiudicatam ſibi habet hypothecam, ſi poſſeſsione hypothecę ceciderit, quo modo iterum agat hypothecaria. nu. 7. pag. 134. c.
creditor qui prius in poſſeſsionem miſſus eſt, nō præfertur alijs. nu. 7. pag. 133. a.
creditor quomodo ſibi proſpicere poſsit, ſi hypotheca in re aliena conſtituta fuerit. num. 24. pag. 9. c.
creditor ſi euincatur pignus venditum, ſemper conſequitur debitum: ſed an etiam vſuras? & quid ſi excedant duplum, quod ob euictionem promiſit. nu. 39. pag. 74. c.
creditor ſi ſciuerit pignus alienum vel hypothecam, non confirmatur hypotheca ex ſuperuenienti dominio. nu. 27. pag. 11. c.
creditor ſi conſenſerit venditioni, eaque venditio reſoluta fuerit, retinet ſaluum ius pignoris. nu. 25. pag. 108. c.

creditor ſi vendiderit ius obligationis, manet tamen hypothecaria actio in ſuo robore.nu.70.pa.117.c.
creditor tabulis venditionis pignoris ſubſcribens,ius pignoris remiſiſſe credendus eſt.nu.23.pag.104.c.
creditor vendendo pignus & cauendo de euictione, ſi duplam promittat, grauat debitoré.num.31.pag.71.c
creditor vendens pignus, & contra morem regionis promittens duplum,in cautione de euictione, non grauat debitorem.nu.38.pag.74.c.
creditor vendens pignus, de euictione non tenetur, niſi cauerit promiſeritve, ſed pignus ſibi obligatũ eſſe,& creditorem ſe eſſe præſtare tenetur, atque etiam cæteris creditoribus potiorem. num. 32. pag. 71.c
creditor vendens pignus pro debito, deſinit habere ius pignoris in ea re.num.38.pag.109.c.
creditor vendens pignus cum dilatione pretij ſoluendi,facit id vel cum onere ſuo, vel creditoris. num.43.pag.76.c.
creditor vtens proteſtatione,quòd ſaluo iure pignoris conſentiat venditioni,ſeruat ius ſuum pignoris. num.26.pag.105.c
Creditor ſi per fideiuſſorem tanquam tertiã perſonã fraudem faciat legi commiſſoriæ,nihil agit. nu.19. pag.86.c
creditor verè poſſidet pignus, & non debitor, niſi quod attinet ad vſucapioné continuandam. nu.5. pa.133.B.
quando creditor aliquid aliud in ſolutum accipere cogitur,debitor euictionis fideiuſſorem dare debet, ſi poteſt.nu.4.pag.216.B
poſterior creditor credens in refectionem, an præfertur quibuſuis creditoribus.nu.96.pa.126.c.
prior creditor etiam auocat pignoris poſſeſsionem à poſteriore creditore, qui hypothecaria actione agendo illud conſecutus erat.nu.82.pag.121.c.
prior creditor,ſi in cõuentione non ſit expreſſum vt pignus diſtrahat,non ob id postponetur alteri creditori,cui hoc expreſſe cautũ fuit.nu. 90.pa.123.c,
creditorem poſſe pignus ex pacto ſua autoritate debitori auferre.nu.3.pag.64.c
duo creditores pignus ſimul ementes, an inuicé cenſeantur remiſiſſe ius pignoris.nu.25.pag.105.c.
creditores qui credunt in conſeruationem rei prius obligatæ,ex priuilegio præferuntur alijs creditoribus.nu.94.pag.125.c
creditori non tantum ſolui debet ad pignoris liberationé,ſed etiã alij voluntate eius.nu.52.pa.112.c.
qui in priorum creditorum locum ſuccedant. nu. 73. pag.118.c
crimen ſtellionatus non infamat,nec habet pœná ordinariam.nu.3.pag.59.c
culpa faciendi præponderat culpæ omiſsionis.nu.78. pa.235.B
culpa quid ſit.nu.1.pag.68.A
culpa,an caſu fortuito capere nó poſsit emptor, nihil refert.nu.13.pag.261.B
culpa leuiſsima in committendo comparatur leui culpæ in omittendo. nu.5.pag.69.A
culpa magis venditorem concernit,quàm emptorem. nu.4.pag.284.B
culpa non dolus per ſuperuenientem caſum fortuitũ excuſatur. nu.6.pag.178.B
curator furioſi loco domini eſt.num 2. pag.58.A.

D

Quando venditor ſciens emptorem ignorantem decepit,etiam externa damna inde manantia præſtat. nu.18.pag.165.B
Damna quæ ſocius ſocio præſtet.num.1.pag.48.A.
Damna in ſocietate quæ cõtingere,& quomodo poſſint.nu.1.pag.34.A
conueniri poteſt, vt nullam partem Damni vnus ſocius ferat, lucrum tamen commune ſit.nu.10.pag. 20.A
Damnum fatale nemini imputatur. num. 1. pag. 33.A
Damnum ruina ædium ſuarum datum reſarcire non debet à quo ſtipulatum non eſt de damno infecto, num.2.pag.170.B
an venditor,ſi res vendita in qua damnum datum eſt, antequam tradatur,interijt, teneatur cedere actiones damni dati.num.30.pag.192.B.
de Damnis quæ dolo vel culpa venditoris in re vendita contingunt, venditor tenetur, de illis quæ alius dederit, actionem cedere debet.num.29. pag. 192.B.
Debiti ſolutio non eſt in petitione actionis hypothecariæ,licet facultatem habeat poſſeſſor ea ſeſe liberare.num.2.pag.135.c
Debitor an à creditore rem ſuam pignoratam emere poſsit.num.10.pag.32.B
Debitor interdum agit contra creditorem, ve ſolutionem accipiat.num.2.pag.131.B.
Debitor inuitus non mutat ſuum debitorem actionis pignoratitiæ.nu.44.pag.76.c
Debitor ſi poſt venditionem inueniatur pignus adhuc poſsidere,ſimulata cenſetur venditio, antinomia hac in parte à Mudæo conciliata. num.28.pa. 105.c
Debitor vel eius hæres non debent in lucro verſari cum iniuria creditoris. num. 32. pag. 108. c.
Debitor vtens gratuita pecunia, an poſsit creditor de fructibus rei pignoratæ vſuras ad modum legitimum retinere.num.56.pag.79.c
Debitore in mora exiſtente, poteſt creditor petere poſsidere pignus.num.8.pag.45.c.
Debitore per ſententiam abſoluto à debito, ſoluitur hypotheca.nu.63.pag.115.c
quando Debitum aliter ſolutum eſt, quàm debebatur, datur condictio indebiti. num. 3. pag. 149.B
ſi Debitum principalé purum ſit hypotheca ſub conditione, præfertur tamen hic creditor poſteriori, cui eadem hypotheca purè eſt obligata. num.104. pag.129.c
Debitum ſi ſoluatur pro quo res conuentione tantum eſt obligata, liberatur pignus ipſo iure.nu. 19. pag.8.c
an Debitum ciuile tantùm in cõſtitutum deducatur. num.21.pag.36.c
Decepto emptori ſuccurritur dupliciter, & redhibitorio iudicio & æſtimatorio. nu.6.pag.157.B.
Deceptus in pignore accepto,perſonalem actioné ſtatuam habet. num.5.pag.60.c.
Decipere inuicem contrahentibus permiſſum eſt. nu. 6.pag.19. A
quid contineatur ea promiſsione,qua venditor emptorem promittit defendere ſuo ſumptu. num. 5. pag.135.B
quouſque cauſa debeat eſſe defenſa,& an ſufficiat emptorem tempore ferendæ ſententiæ ſolum non adfuiſſe, vt non committatur ſtipulatio. num. 80. pag.236.B.
Decimæ ex fructibus naturaliter acceptis,hoc eſt,expenſis non deductis, ſoluendæ ſunt. num. 4. pag. 22.A
Delictum in dubio non præſumitur. num. 6. pag. 29.A.
ex Delicto ſerui dominus tantum conuenitur,in quantum

tum peculium factum eſt locupletius. num. 1. pag. 141.B
qui ex Delicto tenentur, non habent beneficium moderationis dupli. num. 54. pag. 257.B.
Deliberans de hæreditate adeunda, nihil hæreditariũ diſtrahere poteſt. num. 5. pag. 83.B
quo tempore Denunciari debet. num. 69. pag. 234.B
in cauſa appellationis Denunciari primum poſſe. nu. 70. pag. 234.B.
quæ pœna ſit emptoris non denunciantis. num. 71. pag. 234.B
quando Denunciatio requiritur, non ſufficit ſciantia eius, cui ea fieri debebat. num. 13. pag 151.B.
cui fieri debeat Denunciatio, an domino, an procuratori, pupillo, an tutori: & quibus, ſi pupillus tutores non habeat. num. 63. pag. 234.B
Denunciatio hæc ex conſuetudine fit per apparitorem curiæ vbi lis mota eſt, & per literas iudicum. num. 61. pag. 233.B.
quibus caſibus Denunciatio venditori fieri non debeat. num. 75. pag. 235.B
etiam ſcienti venditori Denunciatio fieri debet. nu. 60. pag. 233.B.
quid ſi emptor qui non denunciauit, contra venditorem probare velit, rem non potuiſſe euinci. nu. 72. pag. 235.B.
Deportatio ſucceſsit in locum interdictionis aquæ & ignis. nu. 2. pag. 59. A
qui occluſas res in Depoſitum accipit, non excuſatur, ſi ſe ignoraſſe eas dicat. num. 3. pag. 176.B
Deſtinatum pro facto non habetur. num. 1. pag. 42. A
Dicta à promiſsis diligenter diſtinguenda. num. 6. pa. 48.B
ſi quis dicto alterius fidens decipiatur in contractu, qua actione agat: veluti ſi dolus dederit cauſam cõtractui. num. 7. pa. 48.B
Dies interpellat pro homine. num. 9. pag. 286.B.
Dies inſcriptus priuatæ ſcripturæ, non facit fidem de tempore in præiudicium aliorum creditorum. nu. 16. pag. 27. C.
Differentia obſeruanda inter naturalem obligationem, quæ ciuili obligationi quandoque fuit coniuncta, & eam quæ ſemper ſola fuit. num. 22. pag. 37. C.
Diligentia in ſocietate qualis à ſocio præſtanda ſit. num. 10. pag. 16. A.
Diligentia qualis præſtanda ſit à negotiorum geſtore. num. 11. pag. 17. A
Diligentia qualis in ſocietate præſtanda ſit. num. 2. pag. 32. A
Diminutio vel augmentatio pretij pertinet ad pacta reformantia contractum. num. 6. pag. 62.B.
Diſſenſus in acceſsione non vitiat contractum. nu. 4. pag. 34.B
Diuiſio ſpecies eſt alienationis, ideoque minores ad eum prouocare non poſſunt. nu. 30 pag. 227.B.
Doctorum diſputatio de emptione, an ſit iuris gentium. num. 1. pag. 5.B.
Doli actio quando competit in ſubſidium pignoratitiæ. num. 20. pag. 8. C.
Dolo aſcribendum eſt, ſi quis nolit perſequi, exigere, aut percipere quod poteſt. num. 64. pag. 81. C.
qui Dolo noluit ſatiſdare, nõ poterit deducere quod antea ob particulares cauſas præſtitit, ſecus ſi ſine dolo. nu. 27. pag. 247.B.
Dolus autoris etiam ſingulari ſucceſſori nocet, qui prætendit cauſam lucratiuam, ſi velit agere, non ſi velit excipere. nu. 6. pag. 156.B
Dolus facit actionem prius dari, quàm aliàs daretur. num. 10. pag. 282.B
cur Dolus non æquè annullet ſtricti iuris cõtractum, vt bonæ fidei. num. 6. pag. 282.B.
Dolus ſemper facit caſum incertum, & quando ex dolo læſio ſeu intereſſe naſcitur, locum non habet moderatio dupli. num. 26. pag. 166.B.
in caſu l. ſi ſeruus, de act. empt. ſolum requiri, vt abſit dolus & culpa venditoris.
cur Dolus vno caſu magis annullet contractum, quàm altero. num. 5. pag. 281.B.
quando Dolus dicatur cauſam dare contractui, & quando in eum incidere. num. 4. pag. 181.B.
Dolus ſiue det cauſam contractui ſtricti iuris, ſiue incidat in ipſum ſolum, præbet exceptionem. nu. 2. pag. 281.B.
Dolus ſi dat cauſam contractui bonæ fidei, annullat ipſum: ſed ſi incidat tantùm in talem contractum, præbet ſolùm exceptionem. num. 1. pag. 281.B.
Dolus præponderat culpæ. num. 7. pag. 200.B.
Dolus tutoris an noceat pupillo. num. 14. pag. 283.B
Dolus venditoris in quibus emptori non noceat. num. 13. pag. 283.B.
Dolus ex caſu certo facit incertum, & facit aliud eſſe obiectum. num. 55. pag. 257.B.
etiam in eo genere contractus in quo euictio regulariter non debetur, puta in donatione, dolus facit, vt donator ad omnes ſumptus teneatur in re donata à donatario factos. num. 53. pag. 257.B.
Dolus in ſocietate præſtatur. num. 1. pag. 30. A.
Dolus in ſocietate quomodo punitur. num. 1. pag. 28. A.
Domini de parlamento rectè emere poſſunt prædia à ſubditis. num. 6. pag. 91.B.
Dominium cum omni ſua cauſa in alienationem transfertur. num. 1. pag. 33.B.
Dominium non acquiritur ipſo iure etiam ex ſolo titulo vniuerſali. nu. 2. pag. 4. A
ex ſolo titulo emptionis eccleſiæ acquiritur dominium. nu. 1. pag. 268. B
Dominium non transfertur in emptorem, niſi pretium ſoluerit emptor, aut aliàs ſatisfecerit. nu. 2. pa. 98. B
in Dominij translatione opus eſt conſenſu & voluntata contrahentium, etiam quoad eandem cauſam. num. 2. pag. 14. B
Dominus ex contractu ſerui petit ſolidum, & conuenitur peculio tenus. nu. 7. pag. 119. B
Dominus quomodo ex ſocietate ſerui teneatur. nu. 2. pag. 43. A
quo ſenſu accipienda verba: quòd Dominus integrã actionem ex empto habeat, contra Curtium Iuniorem. num. 8. pag. 119. B
ſi Dominus nummos quos ſeruus ſurripuerat conſumpſit, exiſtimans eos peculiares, quæ actio detur. nu. 7. pag. 143. B
an Dominus agere poſsit ex contractu procuratoris, ſinè ceſsione. nu. 1. pag. 122. B
res Domino perit. num. 2. pag. 42. A.
qui Domum vendidit, ſi ante traditionem vicinæ ædes ruinam minentur, ſtipulari debet de damno infecto. num. 1. pag. 170. B
Domus combuſta ſi vendatur, an emptio teneat, diſtinguit Paul. nu. 1. pag. 23. B
Domus obligari poteſt ſine ſuperficie. num. 34. pag. 21. C.
ſi vendita Domus antequam tradatur minetur ruinã, venditor vicino ſtipulanti de damno infecto cauere debet, vt vacuam poſſeſsionem tradere poſsit. num. 5. pag. 170. B
Donatarius non agit de euictione, niſi à promiſsione donatio inceperit, vel res donata & tradita ei ſit cũ omni iure & actione donantis. nu. 40. pag. 149. B.
Dona

Donatarins, ſi ceſſæ ſibi ſint omnes actiones occaſione rei donatæ competentes, agere ſimilitet de euictione poterit. num. 52. pag. 232. B.
cur Donatio omnium bonorum præſentium & futurorum. item ſtipulatio non valeat æquè vt hypothecæ obligatio. nu. 10. pag. 5. C
Donatio olim genus contractus non fuit, ſed modus acquiſitionis. num. 4. pag. 8. A
quando Donatio incipit à promiſsione, præſtatur euictio. num. 35. pag. 228. B
ſi in inſtrumento donationis cauſa mortis, generalia verba executiua à notarijs addi cōſueta ſcripta ſint, an ex illis donatio habenda ſit tanquam inter viuos donatio. nu. 11. pag. 58. A
en Donatio cenſeatur ipſius rei, an pretij, quod deeſt ad verum rei valorem, ex coniecturis æſtimandum. nu. 4. pag. 41. B
quare id quod Dominus vendito ſeruo donauit cedat emptori, & quod ſeruus acquiſiuit poſt venditionem, aliter ex re domini, maneat apud venditorem. num. 28. pag. 192. B
an in Dote cauta non numerata, priuilegio prælationis vtatur mulier, contrariæ Doctorum ſententiæ. nu. 19. pag. 36. C.
Dote promiſſa, nō ſoluta, quomodo liberetur gener. nu. 4. pag. 78. A.
quando prædium datum eſt in dotem æſtimatum, agi poteſt ex empto, vt liberum tradatur. num. 1. pag. 155. B
Dotis futuræ nomine ſi plures res hypothecæ futuræ deſignatæ fuerint, & quædam ante dotis dationem alienatæ fuerint, tranſeunt cum onere. num. 16. pag. 35. C
conſtante matrimonio, Dos commutari poteſt, vel ex re in pecuniam, vel ex pecunia in rem. num. 33. pag. 91. C
an Dos commutari conſtante matrimonio poſsit, ſub hac conditione, ſi ad diem pecunia non ſolueretur. num. 34. pag. 91. C
Dos incerta noſtro arbitrio definienda permitti poteſt num. 4. pag. 73. A
Dos non recidit ad onus ſociorum, niſi nominatim ita conuentum fit. num. 3. pag. 70. A
Dos quibus caſibus mariti lucro cedit viua vxore. num. 3. pag. 61. A
Dos etiam à ſocio vniuerſorum bonorum communicanda eſt. nu. 1. pag. 60. A
ſocietate ſoluta vbi maneat Dos cōmunicanda. nu. 2. pag. 60. A
Dos, finita ſocietate, quo redeat. nu. 3. pag 78. A
Dos in ſocietate communicata, ſi mariti lucro cedat, an ſocijs cedet. nu. 1. pag. 60. A
Dos ſuas regulas habet. nu. 2. pag. 78. A
in Dubio præſumitur quis proprio, non alieno nomine emiſſe. num. 4. pag. 71. A
in Dubio facienda eſt interpretatio aduerſus eū qui vult acquirere. num. 10. pag. 33. A
moderationem Dupli meretur tantùm qui ſeruum alienum bona fide vendidit, ſecus qui dolo. num. 52. pag. 257. B

E

Eadem numeratio quandoque liberationem & obligationem operatur. num. 6. pag. 110. B
Eccleſia ac pauperes acquirunt ipſo iure dominium rerum quas alienans habet, non etiam futurarum. nu. 5. pag. 3. A
Eccleſiæ & alijs quibuſdam ex ſolo titulo, ſine traditione acquiri dominium. num. 4. pag. 104. B
Edictum Aedilitium non ad ſola mancipia & iumenta vendita pertinet. num. 1. pag. 157. B
Edictum Aedilitium ignorantem vēditorem obligat. num. 5. pag. 157. B
Effectus pignorum ad tria membra redigitur, quæ variè iterum ſubdiſtinguuntur. num. 1. pag. 93. C
Effectus reſpondere debet ſuæ cauſæ. num. 22. pag. 191. B
Eligere poſſumus, vtrum cum exercitore ſeu domino nauis, an cum magiſtro præfecto agere velimus. nu. 27. pag. 202. B
qui tanto tempore canonem ſoluit, vt neſciat ex quo prædio illud ſoluat, oſtendere debet fundum emphyteuticum, aut omnia eius prædia cenſebuntur emphyteutica, ſecundum pleroſque. num. 7. pag. 196. B
prædium Emphyteuticum pro canone annuo eſt obligatum. nu. 5. pag. 154. B
ſi quis Emphyteuticum prædium emit, canonē quamuis à ſe non promiſſum non ſoluat, impediri poteſt à domino directo vti frui. num. 2. pag. 154. B
contractus Emphyteuticus recipit pacta quæ formāt actionem. nu. 19. pag. 69. B
Emphyteuticus contractus, ſiue Emphyteuſis propriū nomen, & naturam aſſumpſit ab emptione & locatione diſtinctum. nu. 12. B
Emptio à permut[illegible] originem cepit, habetq́; multum cum ea ſimilitu[illegible]is num. 1. pag. 3. B
Emptio à permutatione quomodo dinoſcenda. nu. 3. pag. 3. B
Emptio conſenſu perficitur. nu. 1. pag. 6. B
Emptio rei quæ eſt apud hoſtes an valeat. num. 7. pag. 22. B
veterum Iuriſconſultorum dubitatio in quibuſdam ſpeciebus, an Emptio & venditio, an vero locatio & conductio eſſent. nu. 23. pag. 2. B
Emptionis verb. ex lege 12. tab. omnem alienationem complectitur. num. 9. pag. 2. B
Emptionis & venditionis nominibus veteres promiſcuè vſi ſunt. Alciat. hac in re ratio inſufficiens. nu. 8. pag. 1. B
Emptionis propriè & ſtrictè accipienſ in conuentionibus hominum, ſtatutis, & nouis conſtitutionibus. nu. 10. pag. 2. B
in his quæ pondere, numero, & menſura conſtant, quādo emptio cenſeatur perfecta. num. 52. pag. 77. B
Emptio vnius rei à pluribus facta, an ſocietatem inducat. nu. 3. pag. 23. A
in Emptione & venditione plerunque actio vtrique eſt, alteri empti, alteri venditi. nu. 3. pag. 107. B
in Emptione non licet paciſci ne dominium vel vſucapiendi conditio tranſeat in emptorem. num. 3. pag. 55. B
Emptio vt probetur, probari debet pretium. num. 4. pag. 40. B
hæc Emptio, erit tibi emptus quanti à teſtatore eſt emptus, conditionalis cenſetur, & cur. num. 2. pag. 43. B
Emptio imperfecta non parit obligationem, neque dominij translationem, nec vſucapionem. num. 12. pag. 16. B
domus ſi vendatur in qua fuit incendium, valet Emptio, ſi vel media pars ſalua ſit. nu. 11. pa. 22. B
in Emptione & venditione ſpectandus eſt conſenſus contrahentium, non eorum quibus obligatio quæritur & actio. nu. 1. pag. 17. B
ſi res cum certa pecuniæ quantitate ex altera parte detur, an emptio & venditio ſit dicenda, an permutatio. nu. 4. pag. 3. B
Emptio & venditio quandoque mutuo ſimilis eſt. nu. 17. pag. 2. B
ſi duobus Emptio fundi ſit legata, ei qui partē pretij

ſoluit

ſoluit, altero emere nolente, pars fundi tradēda eſt. nu.14.pag.128.B
Emptor ad pretiū obligatur in genere, ideo caſu fortuito non liberatur. nu.14.pag.261.B.
Emptor ante traditionem non fit rei emptæ domin⁹. nu.1.pag.130.B
ſi Emptor alij ſic vendiderit, vt de euictione non teneatur, & ne de pretio quidem, an re euicta, ſecundo emptori committatur ſtipulatio primo emptori. num.55.pag.233.B
an in arbitrio ſit Emptoris, an conductorem repellere velit, an retinere, & venditorem cogere, vt cedat actionem ad penſionem. num.25.pag.191.B
Emptor bonæ fidei eſt, qui emit ab eo, quem putat ius vendendi habere, veluti procuratorem vel tutorem eſſe, ita tamen, vt cum eo non colluſerit. num.3.pag.84.B
Emptor colonum cogere non poteſt, vt in conductione permaneat, nec fiſcus ex publicatione ſucceſſor. nu.13.pag.189.B
Emptor euictionis litē debet venditori denunciare, etiamſi aliter certus ſit. num.14.pag.151.B
ſi Emptor litem motam venditori non denunciat, nō poteſt de euictione agere. num.3.pag.197.B
Emptor poteſt agnoſcere bonam fidem, ita vt non cōtra contendat, expectanda tamen eſt ſententia. nu.12.pag.222.B
ſi Emptor ſciens prudensq; peremptoriam exceptionem omiſerit, non habet regreſſum contra venditorem. num.86.pag.238.B
ſi ab iniuſta ſententia Emptor non appellauerit, regreſſum non habet contra venditorem. num. 87.pag.238.B
quamuis Emptor poſſeſſionem rei emptæ per Seruianam obtinere poſſit, non eo minus committitur ſtipulatio rem habere licere. num.19. pag.224.B
Emptor de ſoluendo pretio non præſtat cautionem, niſi ita conueuerit, vel vergat ad inopiam. num. 7. pag.274.B
Emptor hæres alterius emptoris, re neutri tradita, duas habet actiones, vnam ad rem tradendam, alteram ad id quod intereſt rem traditam non eſſe. nu.2.pag.124.B
an Emptor nōdum ſoluto pretio cedere poſſit actionem ex empto. num.16.pag.128.B
vt Emptor agat, nō ſatis eſt obtuliſſe pretium, ſed debet ſoluiſſe. nu.2.pag.126.B
ſi Emptor poſſeſſionem fundi nactus, ipſum coluerit, & fructus perceperit, hoc ipſo vſuras pretij nondum ſoluti ſoluere debet. num.9.pag.189.B
Emptor qui non ſeruauit ſumptus quos fecit iure retentionis, re euicta, non poteſt petere à venditore. nu. 18.pag.214.B
Emptor qui à venditore ſtipulatur fundum dari, non cenſetur venditor ad dominium ſeſe obligaſſe hoc ipſo. nu.2.pag.97.B
Emptor qui ſubornauit aduerſarium, vt ſic cogere poſſit venditorem ad ſatiſdandum repellitur. nu. 10.pag.218.B
ſi Emptor qui vendicauit, & victus eſt, ſaluam adhuc habet Publicianam, aduerſus omnes, non eſt commiſſa ſtipulatio. num.18.pag.223.B
ſi Emptor qui vendicauit, & victus eſt à venditore monitus fuit vt potius Publiciana vteretur, non eſt cōmiſſa ſtipulatio. num.17.pag.223.B
Emptor rei emptæ poſſeſſionem propria autoritate apprehendere non poteſt. num.2.pag. 131.B
quando emptor vero domino ſuccedit, & ſic ſibi quodammodo ſine iudicio euincit, agit ex empto, etiam ſi nondum denunciauerit. num. 74.pag. 235.B
quando primus Emptor nihil ſibi iuris in re vendita reſeruauit, agere non poterit, niſi ipſe ille qui ab eo emit, fuerit condemnatus. num.48.pag.231.B
quando primus Emptor ſibi aliquid iuris in re vēdita reſeruauit, agere contra ſuum autorem poterit, ſimulatq; is qui ab eo emit, fuerit condemnatus. nu. 47.pag.231.B
Emptor ſi compromiſit, & victus ſit, non committitur ſtipulatio, & an tunc detur actio empti. nu.13.pag. 222.B
Emptor ſic debet ſoluere pretium, vt nummos emptoris faciat. nu.6.pag.274.B
Emptor vt agere poſſit de euictione, cauſa debet eſſe defenſa. num.77.pag 235.B
Emptor vt nomine ſeruitutis agat, debet eam ignoraſſe. num.12.pag.151.B
ſi Emptor victus ſit Seruiana, aut hypothecaria actione, commiſſa eſt ſtipulatio efficaciter, poſtquam res euicta iure creditoris eſt vendita, non ante. num.31. pag.227.B
Emptio rei alienæ dominium nanciſcitur, vſucapione completa, non à vero domino, aduerſus quem vſucepit, ſed ab eo qui vſucapiendi cauſam præbuit. nu.5.pag.104.B
an Emptor ſua culpa iniuſtè à iudice damnatus regreſſum habeat cōtra venditorem. nu.85.pag.2[illegible].B
Emptor quandoque cogitur rem emptam ſibi, auferre à venditore. nu.1.pag.131.B
an Emptor ſponte offerre debeat pretium, vt agat ex empto. nu.5.pag. 126.B
Emptor rem à venditore, ſi ad eum poſſeſſio rei venditæ poſtmodum peruenerit, vendicare poteſt, etiā ſi pretium ſolutum non ſit. num.12.pag.128.B
Emptor rem ſuam emens, ſi iuſſerit alij tradi, nō trāſfertur dominiū huiuſmodi traditiōe. nu.3.pa.30.B
an Emptor ſciens vitium, ſtipuletur illud abeſſe, an vēditor promittens teneatur. nu.12.pag.49.B
Emptor ſibi ſumpſiſſe rem e[illegible]ptam quantum ſatis eſt ad traditionem, quando intelligatur, in l. qui pēdentem. nu.3.pag.131.B
ſi Emptor ſit in mora recipiendi, non tenetur amplius venditor ad cuſtodiam. num.4.pag.170.B
ſi probabitur, doceat Emptor, quod vitio cognito rē emere noluiſſet, redhiberi poteſt, etiamſi æſtimatorio iudicio ab initio fuerit actū. nu.8.pag.163.B
Emptor ſolus ſi ſciat alienum eſſe, an venditor teneatur ex vendito. num.6.pag.29.B
cur victus emptor per iniuriam iudicis, præſente venditore regreſſum habeat. num. 83.pag.236.B
licet Emptori cedere liti notorie iniuſtæ. num.73.pa. 235.B
quod Emptori obijcitur, quo minus rem habere liceat ex perſona emptoris, ad venditorē non pertinet. num.42.pag.230.B
primum Emptorem, etiam ſi nihil iuris reſeruauerit, agere poſſe, ſimulatque res ab eo cui ipſe vendidit fuerit euicta, Fulgoſius ſenſit. num. 49. pag. 231. B
ſi ab emptore res ſit ablata iudicio communi diuidundo inſtituto ex cauſa pignoris aut hypothecæ, non eſt commiſſa ſtipulatio. num.26. pag. 225.B
quid ſpectandum ſit, ſi mixtim ad emptoris & venditoris perſonam pertinet quod obijcitur, quo minus rē habere tenere liceat. num.43.pag.230.B
Romani veteres ereptionem, non emptionem eſſe arbitrati ſunt, ſi à ſubditis prouinciarum præſides emerent. num.3.pag.91.B
Errans non amittit dominium. num. 28. pag. 202 B
Error communis omnium interpretum. num.62.pag. 82. C

Error contrahentium impedit conſenſum,ita vt nihil actum cenſeatur. nu.1.pag.13.B
Error ac diſſenſus in corpore vitiat emptioné. nu. 5. pag.15.a
Error in acceſsionibus non vitiat contractum, quoad rem principalem. nu.14.pag.16.B
Error in nomine,ſi de corpore conſtet,non vitiat vẽditionem.nu.12.pag.16.a
Error in ſexu vitiat emptionem. num.10.pag.16.a
Error in ſubſtantia vitiat emptionem. nu.6. pag.15.B
Euentus ſtultorum magiſter.nu.8.pag.19.A
Euicta fundi parte,eius ratio initur inſpecta quantitate totius fundi cum venderetur,non cum pars euinceretur.nu.31.pag.248.a
quamuis re euicta non plus ex pretio repetere poſsit emptor quàm numerauit, ratione tamen eius quod intereſt plus conſequi poteſt.nu.28.pag 130.B
quomodo agatur,quando res euicta eſt iure ſingulari. nu.36.pag.228.B
an re ab arbitro cómuni diuidundo alteri adiudicata, data emptori partis ſuæ æſtimatione, tota res dicatur euicta,an pars tantum.num.27.pag.225.B
rei Euictæ æſtimatio ſi multum decreuerit, nunquam tamen minus pretio numerato recuperat emptor. num.29.pag.267.B
in materia euictionis ſimplum intelligitur pretiũ ipſũ conuentũ, cui tantum adijcitur per ſtipulationem dupli nu.13.pag.243.B
ſi Euictio prouenerit culpa aut dolo iudicis,eius periculum ad venditoré non pertinet.nu.81.pag.236.B.
caſus vbi ipſe qui Euincit de euictióe tenetur. nu.65. pag.234. B
ſufficit tantum eſſe defenſam, vt emptor agere poſsit de euictione,tametſi ab emptore defenſa non ſit. nu.79.pag.235. B
emptor de Euictione agens,nec eandem rem, nec aliã æqualis æſtimationis petere poteſt. num. 8. pag. 241.B
poſt litem motam ante ſententiam agi poſſe, vt de euictione ſatiſdetur,falſum eſt,& legibus contrarium. num.7.pag.217.B
plenius aliquando de Euictione agit hæres emptoris, quàm ipſe emptor.num. 66.pag.234.B
in his regionibus de Euictione promittitur cum generali hypotheca omnium bonorum.nu.2.pa.216.B
aliquibus caſibus dr euictione ſatiſdandum eſt.num.2. pag.216.B
quando de euictione agitur actione ex empto ad pretium numeratum agitur, & ſi quid forté amplius actoris intereſt.nu.2.pag.140.B
quando ſimpliciter dicitur agi de euictione, intelligitur actione ex empto,niſi ſubiecta materia aliud ſuadeat.num.1.pag.240.B
interdum is cui ablata res eſt, de euictione non agit,nec autor ſuus cum autore ſuo. num. 50. pag. 232.B
qui pretij eſt particeps,de euictione tenetur. num.21. pag.201.B
in Euictione fundi vſusfructus pro parte dominij eſt. num.50.pag.77.B
quando periculum eſt euictionis, quia prædium eſt obligatum,ſtatim agi poteſt,ſed ſi ex defectu dominij euinci poſsit,non ante agitur,quàm veré ſecuta ſit euictio.nu.2.pag. 155. B
ſimplo reſtituto ex cauſa Euictionis agit quidem creditor ad vſuras,ſed repellitur exceptione ex bono & æquo.num.42.pag.76.c
imminente Euictione ſatiſdatio obtinetur nó niſi per exceptionem & retentioné pretij.nu.8.pa.217.B
an imminente Euictione véditor ſatiſdare debeat de euictione aduerſus illum tantum qui parat euincere, an veró contra quoſcunque.num.11.pag.218.B
quando in limine contractus imminet Euictio, ſatiſdandum eſt.nu.6. pag.217.B
periculum Euictionis & redhibitionis commune eſt omnibus ſocijs,re per vnum vendita. num. 2. pag. 62.A
emptor qui in cauſa Euictionis obtinuit, an à venditore ſumptus quos in litem fecit,petere poſsit. nu.19. pag.214. B
non augetur quantitas Euictionis, ſi res fiat ante euictionem melior aut maior.nu.33.pag.250.B
ſeruo manumiſſo Euicto, iuris patronatus ratio non habetur.num.46.pag.255.B
quamuis prædium Euictum,ſit diluuione ante euictionem diminutum,non ob id minuitur euictionis obligatio.nu.32.pag.249.B
an eorum nomine quæ quæri poterant per ſeruum, puta hæreditates, ſeruo euicto, venditor vltra duplum teneri non debeat.num.50.pag.256.B
ſi res Euincatur, tria ſunt remedia, actio ex empto, ſtipulatio duplæ.& ſtipulatio rem habere licere. num.1.pag.220.B
qui vt procurator vendit, euincere nó poteſt. nu.22. pag.201.B
qui conſentit venditioni,euincere non poteſt. num. 16.pag.200. B
qui conſentit venditioni, an Euincere poſsit. nu.53. pag.89.B
ſi euincatur vſusfructus, perinde agitur ac ſi res euicta eſſet.nu.1.pag.149. B
Excommunicatione an ſoluatur ſocietas. num.5.pag. 59.A
Explicata verba Celſi,Incertum rei exiſtimandum. in l.ſi iactum.hoc tit.num.17.pag.262.B
Exceptio facilius datur quàm actio.nu.14.pa.222.B
Exceptio compenſationis petitioni ſimilis eſt. nu.10. pag.200. B
ſublata aut omiſſa Exceptione compenſationis remanet actio. nu.9.pag.200.B
Exceptio doli illi competere non poteſt, qui ipſe in dolo eſt.num.5.pag.181.B
Exceptio competens aduerſus actionem principalem, etiam datur aduerſus hypothecariam. nu.3.pa.31 c
Exceptio de iure tertij non excluſiuo iuris agentis,nó eſt recipienda. num.81.pag.121.c
Exceptio etiam ad ſingularem ſucceſſorem interdum tranſit.nu.16.pag.13.a
Exceptio hypothecaria quę ſit,item replicatio.nu.83. pag.121.c
Exceptio nõ numeratæ dotis quanto tempore obijci poſsit,ſi de prælatione agatur.nu. 99.pag.127.c
Exceptio rei iudicatæ non obſtat iterum agenti hypothecaria.nu.8.pag.134.c
Exceptio qua emptor ſe tuetur contra venditoré vendicantem rem venditam, & actio qua contra venditorem,qui rem venditam euicit, emptor experitur,ad diuerſos fines tendunt, ideoq́ue ſublata exceptione,non tollitur actio.nu. 8.pag.200.B
Exceptio formata & non formanda parit condictioné indebiti. num.18.pag.129.
an agenti communi diuidúdo obijci poſsit Exceptio præpoſteri ordinis quod prius non vendicauerit. num. 25.pag.225.B
Exceptiones quandoque inſtar actionum eſſe. nu. 13. pag.36. B
quæ ſit vis huius exceptionis,in foro pretium ſolutũ non eſſe.nu.6. pag.127. B
Exceptiones quæ ſunt de apicibus iuris fideiuſſor poteſt omittere. num.24.pag.225.B
quando expreſsio eorum quæ tacité inſunt,aliquid operatur,& quando non.num.5.pag.13.B

Ex empto

Ex empto actio latius patet, quàm ex vẽdito, quamuis communia quædam habeat capita.nu.5.pag.107.B
Executores teſtamenti,an rem ipſi emere poſſint, quã teſtator vendi mandauit.nu.16.pag.90.B
Excuſſio principalis debitoris an ſit neceſſaria, antequam ad nomen debitoris veniatur.nu.23.pa.51.C
Extraneus dotans,pacto ſibi cauere poteſt dotem ſibi reſtitui ſoluto matrimonio; pater verò per ſtipulationem.num.32.pag.72.B

F

ad Factum quod deſcendit ex lege præciſè cogi poſſumus.num.2.pag.208.B
qui cum Factore abſentis contrahit, ipſum ſuo nomine conuenire poteſt,ſecundũ Caſtr.nu.33.pa.203.B
Factores,quos vocant,licet ſcripſerint ſe eſſe debitores, ſuo nomine conueniri non poſſunt. num.32.pag.203.B
Falſi iudicium,publicũ an priuatũ ſit.nu.5.pa.41.A
ob Falſa pondera adhibita criminales etiam actiones dantur.num.9.pag.185.B
Feſtiua ac conuiuialia exempla Accurſij & aliorum, ad l.ea quæ commendandi.hoc tit.nu.2.pag.18.B
Feuda fundi eccleſiæ, pupillorum, aut minorum non alienantur,niſi cum ſolennitate.nu.11.pag.27.B
Fideiubens apud creditorem pro debitore à quo ſciuit rem ſuam eſſe obligatam,cẽſetur conſentire hypothecæ,atque ita conualeſcit hypotheca, & quid in hærede fideiubentis dicendum.num.21.pa.29.C
Fideiubens pro euictione ſuæ rei, an videatur alienare.nu.22.pag.29.C.
qui Fideiubet pro ſeruo,plenius obligatur,quàm dominus ſerui.num.2.pag.122.B
qui promittit fideiubere,nondum eſt fideiuſſor. nu.3.pag.7.B
is qui cum pluribus alijs pro euictione fideiuſsit, in ſolidum repellitur ab euictione.nu.19.pag.201.B
Fideiuſsionis vtilitas.num.1.pag.49.A
ratio, cur plenius obligatur qui Fideiuſsit pro ſeruo aut filiof.q̃ dominus aut pater. nu.6.pag.122.B
Fideiuſſor euictionis ſimilem rem præſtando lõgo interuallo poſtquam tempore ſibi aliter proſpexit, nõ liberatur.num.10.pag.242.B
Fideiuſſorem euictionis an quis dare teneatur.nu.49.pag.76.B
Fideiuſſor ante diem ſoluens non agit ante diem cõtra debitorem.nu.9.pag.18.A
nouo iure excutitur prius debitor,fideiuſſor, mandatorq́; ac ſponſor, antequam pignorum poſſeſſores conueniantur.num.19.pag.68.C
Fideiuſſor cur non poſsit emere pignora debitoris à creditore diſtracta,ſed luere tantum. num.9.pag.88.B
rationes diuerſitatis alij alias ponunt inter Fideiuſſorem euictionis,& venditorem, cur hic ſimilem rem præſtãdo nõ liberetur,ille liberetur.nu.21.pa.242.B
Fideiuſſor quatenus de culpa hic teneatur, & quatenus creditor,reiecta aliorum ſententia. num.14.pa.3.C.
Fideiuſſor ſi pignora emat,potius quàm debitori luat dolo malo facit,num.17.pa.200.B
Fideiuſſor ſi ſoluerit pro debitore, an credi debeat ſoluiſſe,veluti in pretium emptionis pignoris in caſu Sceuolæ.nu.16.pag.86.C.
ſi Fideiuſſor ſua culpa iniuſtè damnatus eſt,regreſſum non habet contra principalem. num.84.pag.237.B.
quomodo intelligendũ ſit,quòd dominus in eadẽ oĩa obligatur,in quæ fideiuſſor,minus tamen condemnetur.num.3.pag.122.B
Fideiuſſori ſeu defenſori an competat beneficium, ne condẽnetur vltra q̃ facere poteſt.nu.1.pag.49.
Fideiuſſori euictionis denunciandum nõ eſt. nu.68.pag.234.B
Fideiuſſoria obligatione extincta,cur duret pignoratitia,in reſponſo Africani.nu.67.pag.116.C.
an ſicut pignora,ſic quoque fideiuſſoriæ obligationes ſequantur emptorẽ noĩa remiſſiuè.nu.39.pa.194.B.
alia diuerſitas in propoſito obſeruata à Muſæo inter venditorẽ & fideiuſſorem euictiõis. nu.12.pa.243.B
vt Fideiuſſores dotium dari prohibentur,an etiam ita hypothecas,vide diſtinctionem.num.12.pag.33.C
in cauſam dotis cur potius pignora quàm fideiuſſores dentur.num.24.pag.88.C
pluriũ Fideiuſſorũ ſingulæ ſunt obligatiões, ac ob id vnus ſuã partem ſoluẽdo liberatur. nu.56.pa.113.C
Fidem de pretio nemo habere cogitur:& quidẽ etiam non poſſunt.nu.8.pag.98.B
magni refert Fides habita fuerit de pretio, an nõ, cũ rem traderet venditor.nu.9.pag.99.B
Fides de pretio habetur ex quacunque dilatione emptori data.nu.6.pag.98.B
an ſola traditione rei cenſeatur fides de pretio haberi.num.7.pag.98.B
hendiadoi Figurata locutio.num.7.pag.10.A
cautela qua filio ſpurio per patrem prouidetur per cõtractum ſocietatis.num.2.pag.5.A
Filiofam.aut ſeruo ſocietatem contrahente, pater vel dominus ſocius non eſt.num.1.pag.81.A.
Filius emancipatus ſcribens obligationem paternam, quæ continet hypothecam ſuæ rei, an ſibi præiudicet, antinomia conciliata. num.23.pag.29.C
Filiusfamilias an opus habeat paterno conſenſu ad defenſionem in iudicio,vt ad actionem.num.3.pag.115.B
Filiusfamilias procuratorem ad cauſas agendas non dat,niſi ad eas quas ipſe mouere poteſt.num.2.pag.115.B
Filiusfam.vt paterfam.tenetur ex contractu. num.1.pag.124.B
Finis vtriuſque actionis empti & venditi. num.4.pag.107.
Finis in quem ſocietas contrahitur diligenter expendendus & inſpiciendus eſt.nu.1.pag.7.A
ſatis eſt fines demõſtrare ad oculũ,nec neceſſe eſt nominare confines.num.3.pag.195.B
in quæſtione finium non agitur de portione fundi.nu.40.pag.229.B
Fiſco hypothecas vendente cur creditores ſilentio amittant hypothecariam actionem. nu.22.pa.104.C
Fiſcus agens aduerſarium onerat probatione temporis ſuæ hypothecæ.num.17.pag.140.C
Fiſcus in acquiſitis poſt ſuam & alterius hypothecam, an præferatur. Vlpianus & Sceuola contraria videntur ediddiſſe reſponſa,num.112.pag.131.C
Fiſcus ſi agat iure communi,non ex priuilegio, onerãdus eſt ſtrictioribus probationibus,ex ſententia ſu dæi.num.18.pag.140.C
Fiſcus non præfertur reipub. aut priuato tempore priori.nu.92.pag.124.C.
Florentina lectio.nu.11.pag.35.B
Flumen publicum vice cenſorum fungitur. num.12.pag.179.B
ſi pars magna vnius agri vi fluminis adijcitur alteri agro,& tam diu adhæſerit, vt ipſius arbores in eum fundum radices egerint,illi acceſsit.nu.11.pa.179.B
dictio Forte,quando in ratione legum ponitur, indicat rationem non eſſe præciſam. num.49.pa.256.B
Formulæ pactionum, de renunciatione modi agri faciendi, multum diuerſæ.num.58.pag.78.B
Fratri à fratre conuento, an competat beneficium,ne vltra quàm facere poſsit,condemnetur. num.3.& 5.pag.49.A

Frater fratrem alere debet.num.4.pag.49.a
Fraus ab induſtria multum diſtat.num.9.pag.49.a
Fraus & dolus magna cognatione coniunguntur. nu.1. pag.6. A
Fructus alij naturales,alij ciuiles.num.3.pag.22.A
Fructus à bonæ fidei emptore ſati ao veniant in obligationem pignoris à debitore conſtituti.num.20. pag.17.c
Fructus bona fide percepti imputantur in diminutionem ſumptuum in eodem fundo factorũ, quamuis non gratia fructuum,ſed ad vtilitatem fundi facti ſint.num.16.pag.182.a
Fructus fundi venditi pendentes cedunt emptori.nu. 14.pag.36.B
Fructus ex alieno prædio percepti quandoque ſupputantur in vſuram pecuniæ datæ.num.13.pag.10.B
Fructus & partus futuri rectè emuntur, ac generaliter in obligationem deducuntur. num.2.pag.20.B
Fructus futuri ſi venditi fuerint,atq; nõ naſcantur, ao actio ex empto detur.oom.4.pag.20.B
Fructus in obligationem veniunt vel tacitè vel expreſſe:item expreſſe veniunt vel per ſe & ſeorſim, vel acceſſoriè.ou.21.pag.17. c
an Fructus petantur iure actionis,ao officio tantùm iudicis.nu.3.pag.157.B
Fructus tacitè obligari locatori pro penſione conductionis,atque etiam creditori qui prædium obligatum habet,nõ tamen peculiũ ſeruorũ. nu.6.pa.13.c
Fructus futuri vt vendi poſſunt, ita et obligari, etiam qui tertio aut quarto anno naſcentur,& quæ via talis hypothecæ,pulchra inueſtigatio. num.22. pag. 17.c
Emptor bonæ fidei non poteſt hypothecaria conueniri da conſumptis fructibus,ſed tantũ prædij noie. nu.1.pag.12. c
an habeat emptor facultatẽ percipiendi fructus,intelligitur de poteſtate propinqua.nu.22.pag.275.B
Fructus perceptioni paratos pro perceptis haberi.nu. 2.pag.188.a
Fructus omnes poſt perfectum contractum ad emptorem pertinent.nu.4.pag.188.a
an Fructus qui cura & cultura venditoris poſt venditionem,antequam fundum traderet,prouenerũt: cedant emptori.nu.3.pag.188.a
quare fructus dotalis prædij ſoluto matrimonio teſti tuendi pro rata temporis diuidendi ſint, nec inſpicitur tempus perceptionis ſeu collectionis. nu.21. pag.191.B
ſi ante venditionem per conductorem omnes fructus ſunt percepti,penſio quamuis nondum ceſſerit emptori non debetur.ou.18.pag.190.a
ſi poſt Fructus perceptos conductor expellitur, penſionem debet integram illius anni. num.19. pag. 190.B
Fructuum extantium quatenus ſit reſtitutio facienda, item quatenus conſumptorum in pignoretario Fulgoſij.na 8.pag. 15.c
cur Fructuum acquiſitio bonæ fidei emptori proſit,vt ipſi liberentur iure hypothecæ, non tamen vſucapio prædij.nu.4.pag.12.c
Fructuum obligationi ineſt conditio non tantum ea, ſi naſcantur,ſed,ſi naſcantur debitori qui obligauit eos:& quis huius effectus.nu.19.pag.16.c
Fructuum ratio quomodo habeatur in actione hypothecaria.nu.4.pag.135.c
perceptio Fructuum & vſurarum præſtatio cohæret, ſed non neceſſariò. nu.2.pag.276.B
onus Fructuum promiſſorum ex fundo empto,nõ ſequitur emptorem.nu.1.pag.153.
commodo Fructuum qui emptoris fiunt,etiam ſi nondum res tradita ſit,opponitur onus functionum & rei venditæ periculum. nu.5.pag.189.B
Fruſtra dictio ad effectum refertur. oum.6. pag.11.A.
qui ſeruum Fugitiuum aut furem vendiderit,quomodo teneatur.nu.5.pag.167.B
quomodo teneatur qui aſſeuerauit ſeruum non eſſe fugitiuum ignorans. nu. 5.pag.167.B
expenſa Fulgoſij ſententia, ſi res euincatur cauſa emptoris,non curari an euinci potuiſſet ex præcedẽte cauſa venditoris.oum.45.pag.230.B
Fulgoſij acuta inueſtigatio ac diſtinctio. num.20.pa. 39.B
Fulgoſij conciliatio reſponſorum Pauli & Modeſt. num.18.pag.7.c
Fulgoſij ſententia etiam latius extendit reſponſum Iuriſconſulti Papio. etiam ſi nulla pars domus ſuperfuerit.nu. 5.pag.24.B
Fulgoſ.fatetur legum contrarietatem.nu. 9.pa.16.a
conciliatio communis reſponſorum Pauli & Modeſtini à Fulgoſio impugnata.num. 16.pag.7.c
Fulgoſij rationes à Mudæo reiectæ. ou.8.pa.137.c
omnis Fundi vna eſt ſubſtantia,ſed qualitates diuerſæ.num.1.pag.180.a
quælibet pars Fundi, fundus dici poteſt, ſi fundi animo dominus eam habeat.no.7.pag.174.a
quando plures Fundi vnica venditione ex vnico pretio venditi ſunt,modus deficiẽs in vno ſuppleri poteſt ex altero:ſecus,ſi pluribus venditionibus & diſtinctis pretijs.nu.1.pag.181.a
quando fundi venditi pars aliqua defuit, aliter tenetur venditor, quàm ſi aliqua pars euicta ſit: hic enim bonitatis ratio habetur,ibi non. num.3. pag. 180.a
Fundum intelligi debere venditum vt certum corpus,& non ad menſuram.in §.ſi Titius.l.Iulianus. de act.empt.nu.2.pag.176.a
ex duobus Fundis altero legato, cenſetur & iter ad illum legatum, ſi alio non pateat aditus : an idem ſi alter venditus fuerit.num.3.pag.34.a
ſi Fundus iugerum centum venditus ſit, & cùm amplior eſſet, quod amplius fuit euictum eſt, præſtare debebit venditor. num.13.pag.174.a
quod Fundus pratum ſit,vinea vel ſylua, rei qualitates ſunt, ſed adeò ſubſtantiales, vt ſi in ipſis erratum aut diſſenſum ſit, in ipſo corpore erratum vel diſſenſum videatur.num.2. pag.180.a
quando fundus venditus eſt ad menſuram, pro deficiente menſura non tenetur venditor etiam ſciens. num.4.pag.177.a
ſi Fundus vt certum corpus venditus eſt, alluuio pertinet ad emptorem,ſi ad menſuram,ad venditorem antequam menſuretur.num.3.pag.176.a
Fur ſemper in mora eſt. num.5.pag.29.A
à Furibus rem ementes amittunt pretium rei,ſi dominus rem agnitam petierit.num.1.pag.84.a
Furem non eſſe ſeruum nõn præſtat venditor, niſi ſciuerit : fugitiuum non eſſe, etiam ignorans. num.1. pag.159.B
qui ſeruum Furem vendit ignorans, omninò non tenetur:at qui fugitiuum vendit, tenetur : & quæ ſit eius rei ratio.num.7.pag.167.B
ſi alienot ſeruus venditus ſit,præſtare eum debet venditor furto noxaque ſolutum.num. 2.pag.159.
aliud eſt præſtare ſeruum furto noxaque ſolutum, aliud præſtare non eſſe furem.num.1.pag.158.a
ſi res vendita & nondum tradita per furtum perierit, vendicatio & condictio cedi debet. num. 33. pag. 193.B
Furioſi curator an ſocietati furioſi renunciare poſſit. nu.4.pag.2. A
quod ex Futura ſucceſsione obuenturum eſt, an, & quomodo obligari poſsit.num.7.pag.55.c

G.

Gageria quid ſit in conſtitutione Innocentij, eaque à Mudæo explicata. nu.54. pag.78.c

Genet non tenetur ad computãdum in ſortem dotis fructus poſſeſsionum. nu.55. pag.79.c

Generalis hypotheca omnium bonorum quando cõplectatur futura. nu.5. pag. 4. c

Generalis hypotheca omnium bonorum, quoad futura eſt conditionalis. nu.7. ibidem.

in Generali obligatione quædam tacitè inſunt, quę ſi exprimantur ipſam vitiant. nu.8. pag.5.c

Aliter in ſpecialibus quàm generalibus cauẽdum eſt. nu.2. pag.26.A

Generalis promiſsio libertatis non extenditur ad ea quæ tempore contractus euidenter apparent. nu.11. pag. 151. B

Vis propria genitiui caſus in reſtrictione conſiſtit. nu.5. pag.173.B

Grege obligato an obligata cenſeãtur capita ab hære de debitoris ſubſtituta vel adiecta. nu.26. pag.19.c

H.

Hæreditas nõdum adita repræſentat defunctum. nu. 35. pag. 193. B

Hæreditas vni ſociorum obueniens ſtatim non eſt cõmunis, ſed communicanda. nu.2. pag.57. A

Hæreditate vendita, emptori venditor tradere debet quicquid quandocunq; ex ea hæreditate ad ipſum perueniet, vel dolo eius ſit quo minus perueniat. nu.3. pag. 199. B

qui Hæreditatem vendidit, non deſinit eſſe hæres. nu. 23. pag. 129. B

Quomodo hæreditatis à ſeruo aditę vel adeundæ ratio habeatur in euictione. nu.41. pag.253. B

Pro hęreditaria portione inſtitutionis, videtur etiam facta ſubſtitutio. nu.26. pag.130.B

Quomodo ex iure hæreditariæ ſucceſsionis plures ſubinde concurrant obligationes & actiones de eadem re & in eadem perſona, ſic etiam interdum vt altera alteram non tollat nec minuat. nu.1. pa.122.B

Hæres apud ſe ſeruat inſtrumenta rerum legatarum. nu.50. pag.196.B

Hæres cohęredi diligentiam & culpam quam præſtet. nu. 2. pag.68.A

Hæres cui ex iudicio familiæ erciſcundæ pignus obuenit, ſi cohæredi ſolnerit portionẽ dabiti, cur non debeat cauere indemnem illum fore aduerſus illum qui pignori dedit. nu.13. pag.3.C

Hæres damnatus quid vendere Titio, ſi vẽdiderit neque tradiderit vel de euictione cauerit, an ex teſtamento ad hæc agere poſsit. nu.1. pag.108.B

Hęres eius qui pro euictione fideiuſsit exceptione repelli non poteſt, ſi ex ſua perſona euincat. nu. 14 pag. 200. B

Si hæres falſa perſuaſione ductus exiſtimauerit ſe damnatum vendere, & vendiderit, an cum eo agi poſsit. nu.7. pag.110.B

Cur hæres fideiuſſorit minus repellatur exceptione ſi euincat, quàm fideiuſſor. nu.18. pag.200.B

Hæres im.pbè reſiſtit geſtis à defuncto. nu.9. pa.138.C

Hæres ſocij qoomodo vſuras præſtet. nu.5. pa.47.A

Hæres ſocij tenetur actione pro ſocio. nu.1. pa.53.A

Socij hæres ex ſocietate damnatus infamis non fit. nu.5. pag.25. A

Socij hæres inchoata explicare debet. nu. 3. ibidem.

Socij hæres quomodo ex ſuo facto teneaſ. nu.4. ibid.

Socij hæres quomodo ex ſuo facto teneatur. nu. 2. pag. 31. A

Hæres non tenetur ob ſeruitutẽ fundi legati, niſi legatus ſit vti optimus maximus eſt. nu.3. pag.149.B

Hæres venditoris ſolum repellitur ab euictione quatenus ſucceſsit. nu.20. pag. 201. B

Hæres vna perſona eſt cum defuncto. nu.3. pag.50.A

Vis obligationis & effectus actionis nonnunquam decreſsit in hærede. nu.15. pag. 200. B

Hæredis mentio in contractibus an primum tantùm, an etiam collateralem hæredem contineat. nu. 9. pag. 45. A

Fundum vendidit quis emptori, qui ante traditionem decedit duobus relictis hæredibus, an ſingulis pro parte competat actio. nu.1. pag. 96. B

Ex duobus hæredibus qoorum alter paratus eſt ſoluere pretium fundi, alter non, quomodo parato conſuletur. nu.6. pag.97.B

Si venditor plures relinquat hæredes, ſingulis denunciandum eſt. nu. 67. pag.234. B

Res in horreo recluſæ traduntur traditione clauium. nu.1. pag.104. B

Hypotheca conſtituitur decreto iudicis & vltima voluntate. nu.1. pag.24.C

Hypotheca conſtituitur hac verborum forma, *hæc res tibi ſit hypotheca*, demonſtrando certam vt in cæteris in rem actionibus. nu.6. pag.25. C

Hypotheca non facit mandatum non eſſe gratuitum. nu.13. pag.34.C

Vt hypotheca conſiſtat neceſſe eſt rem in bonis fuiſſe conſtituentis. nu.1. pag.56. C

Hypotheca malè conſtituta ab initio, an confirmari poſsit, & quo modo. nu.1. pag.4. C

Hypotheca minus idonea ſi à defuncto conſtituta ſit, poteſt officio iudicis cogi hæres ad prę̃ſtandã idoneam. nu.23. pag. 9. C

Hypotheca & pręcedit & ſequitur principalẽ obligationem vt fideiuſſor. nu.14. pag.34.C

Hypotheca in quam ſuccedit poſterior creditor, an ſit eadem numero cum hypotheca prioris creditoris. nu.76. pag.119.C

Hypotheca legalis à conuentionali differt in reſtitutione ſumptuum facienda. nu.41. pag.25. C

Hypotheca ob legatum conditionale conſtituta, ſi pendente cõditione alij conſtituatur purè, potior eſt tamen legatarius tanquam prior creditor. nu. 103. pag.129.C

Hypotheca omnium bonorum includit futura cum præſentibus, ſed non venditio aut donatio. nu. 3. pag. 25. C.

Hypotheca omnium bonorum præſentium & futurorum, vulgò inſcribitur omnibus inſtrumentis notariorum. nu.6. pag.137. C

Hypotheca pro vno debito conſtituta, quandoq; ad aliud ab eodem debitũ porrigitur. nu.9. pag.32.C

Hypotheca pro hypotheca in ſubſidium cõſtitui poteſt. nu.10. ibidem.

Hypotheca pro ſorte conſtituta, quandoque porrigitur ad vſuras. nu. 8. ibidem.

in Hypothecis abſque traditione conſtituitur ius in re, facilius quàm in alijs rebus traditionem requirentibus, & quæ ſit cauſa. nu.2. pag.24. C

Si duo pariter de hypotheca pacti ſint, an pro portione debiti partes cenſentur obligatæ, an pro dimidijs cenſeantur pacti. nu.7. pag.60. C

in Hypothecis melior eſt conditio primi occupãtis. nu.9. pag.62. C

Hypothecaria actio adeò in rem eſt, vt nihil habeat perſonalis actionis admixtum. nu.24. pag.30.C

Hypothecaria actio quandoque principalis eſt, quandoque acceſſoria. nu.2. pag.1. C

Hypothecaria aliquando vendicatio dicitur. nu.29. pag. 19. C

Hypothecaria actio competit creditori, hæredibus eius, & ei cui nomen debitoris in ſolutum datum, vendi-

venditum, aut ex alio quolibet titulo ceſſum eſt. nu. 72. pag. 118. C
en Hypothecaria agatur ante diem obligetiunis. nu. 33. pag. 41. C
Hypothecaria formula æmula eſt actionibus pignoratitijs. nu. 1. pag. 1. C
Hypothecaria conuenti, etſi excipere poſsint rem in bonis debitoris non fuiſſe, non tamen ipſe debitor conuentus, vel eius hæres hac exceptione vtetur. nu. 22. pag. 9. C
Hypothecaria ſtricti iuris eſt. 16. & Prætoria, & quæ Fulgo. hic ſententia. nu. 15. pag. 3. C
Hypothecaria in hoc datur vt iudex declaret rem obligatam, ac ob id poſſeſsionem relaxandam. nu. 1. pag. 135. C
Hypothecaria actio competit contra quemcunque poſſeſſorem. nu. 1. pag. 132. C
Hypothecaria in quẽcunq; datur poſſeſſoré, quamdiu ius debitoris durat in pignore. nu. 16. pag. 3. C
Hypothecaria tenetur qui dolo poſsidere deſijt. nu. 2. pag. 133. C
Hypothecaria nõ tendit ad reſcindendã alienationẽ factam ſicut Pauliana actio. nu. 19. pag. 140. C
Hypothecaria quãdo cumulari poſsit cum perſonali actione. nu. 9. pag. 2. C
Hypothecariæ actioni præſcribitur decennio aduerſus creditorem præſantem, quæ præſcriptio longè alia eſt ab vſucapiona prædij. nu. 13. pag. 14. C
Quatuor formæ contrahendæ obligationis hypothecariæ. nu. 24. pag. 51. C

I.

Interpretationes Iaco. de Aretio multum amicas eſſe veræ ſententiæ Iuriſconſultorum. nu. 1. pag. 176. B
Illata in prædium ruſticum non obligantur, niſi expreſſa conuentione: in vrbanum verò, tacita conuentione. nu. 107. pag. 130. C
Imaginaria venditio nulla eſt. nu. 1. pag. 17. B
Etiam ſi in rem vẽditam iam extinctam aliquid impenſum ſit, peti poteſt. nu. 6. pag. 281. B
de Implemento contractus emptionis & venditionis magis tractari ſub tit. de act. empti, quàm hoc titulo. nu. 1. pag. 95. B
Si inauratũ quid vendatur quod venditor putet aurũ eſſe, valet venditio. nu. 8. pag. 15. B
Incerti condictione agi ad liberandum quandoque. nu. 8. pag. 110. B
Incertitudo pretij quandoq; ſuſtinetur in emptione. nu. 3. pag. 43. B
Inducta & illata in partem ædium conductarum ſunt priori locatori obligata. nu. 53. pag. 112. C
Induſtria puniri non debet. nu. 3. pag. 48. A
Infamia irrogatur ſocio condemnato. nu. 4. pa. 31. A
Informare ſiue formare actionem quid ſit. num. 1. pag. 65. B
Iniquitatem probare debet qui de illa conqueritur. nu. 3. pag. 76. A
Iniuria quæ fit emptori, non debet authorem contingere. nu. 21. pag. 215. B
Nemini iniuriam facit qui ſuo iure vtitur. num. 8. pag. 182. B
Inquilino habitatio, vel colono patientia vtẽdi fruendi ſua conductione ſi quis paciſcatur, quę vis huius exceptionis. nu. 18. pag. 38. B
Inquilinus vel colonus ſi rem fecerit deteriorem, an actio à venditore emptori cedi ſufficiat. num. 19. pag. 39. B
Inſtitori an ſumptus præſtandi. nu. 3. pag. 38. A
Quando dicatur res eſſe integra, vt ab emptione recedatur. nu. 3. pag. 52. B
à Iudice interdictio bonorum ob fugæ ſuſpicionem fieri poteſt. nu. 4. pag. 83. B
Interdictio bonorum fit vel à lege vel à iudice. nu. 3. ibidem.
Is cui bonis interdictũ eſt nihil rectè vẽdit. nu. 1. ibid.
Non oĩs actio ex interdicto poſſeſſorio quæ cõpetit in venditoré, cõpetit in emptorem. nu. 1. pa. 135. B
Interdictum de loco publico fruendo cui detur. nu. 11. pag. 46. A.
Interdictũ de precario reſtitutoriũ eſt. nu. 8. pa. 136. B
Intereſſe ſemper extra rem eſt, extrinſeca ſcilicet rei vtilitas. nu. 7. pag. 259. B
Quomodo æſtimãdum ſit creditoris intereſſe vt ante diem hypothecaria agere poſsit. nu. 36. pag. 42. C
Definitio eius quod intereſt. nu. 19. pag. 263. B
Diuiſio eius quod intereſt. nu. 8. pag. 259. B
Pretium conuentum, valor rei, & id quod intereſt, diſtincta ſunt. nu. 6. ibidem.
Quomodo intelligendum, id quod intereſt non poſſe excedere duplũ in caſibus qui habent certã quantitaté vel naturam. nu. 21. pag. 165. B
Id quod intereſt hic variat, peti tamen non poteſt vltra duplum, ſiue ſemel ſiue ſæpius pro eo agatur. nu. 14. pag. 243. B
An id quod intereſt aliquando excedatur à pretio cõuento, ſic quòd emptor minus conſequatur q̃ pretium quod prærogauit. nu. 9. pag. 259. B
Illud quod intereſt in obligationem, actionem, condemnationem, & taxationé, velut in ſubſidium venit, ſi res non tradatur. nu. 5. ibidem.
Id quod intereſt plerunq; difficilem habet probationem. nu. 2. pag. 278. B
Aliquando etiam rationem haberi eius quod extrinſecus intereſt. nu. 26. pag. 265. B
Hæreditas per ſeruũ acquirenda non eſt intereſſe extrinſecum. nu. 25. pag. 264. B
Eius quod intereſt ſolius affectionis gratia ratio in iure habetur, & quando. nu. 7. pag. 163. B
Si ob vitia ſerui quod intereſt emptor conſecutus ſit actiõe ex empto, an eo poſtea euicto deduci debeat de ſumma condemnationis factæ ob euictionem. nu. 4. pag. 160. B
An ſi vltra modum præſcriptum interſit, maiores vſuræ peti poſsint. nu. 7. pag. 277. B
Seruo euicto quid veniat in ratione eius quod intereſt. nu. 39. pag. 253. B
Intereſt hoĩs hominé beneficio affici. nu. 28. pa. 71. B
Interitu rei obligatæ ſoluitur pignus, & etiam mutatione. nu. 39. pag. 110. C
Ex interuallo de reſtitutione prædij pupilli, poſt acquiſitionem ſcilicet, ſine decreto non poteſt conuaniri. nu. 4. pag. 96. B
Intellectus verborum, *Itaque cauere debet per te non fieri quo minus vtar*, in l. 3. §. ſi iter. de action. empti. nu. 4. pag. 145. B
Intellectus verborum, *Traditio planè & patientia inducit officium prætoris*, in l. j. de ſeruitu. prædior. ruſticor. contra Accurſium. nu. 3. ibidem.
Quomodo intelligẽda verba, *Tempus quo vinum venit*, l. 3. §. ſi per venditorem. hoc tit. nu. 11. pag. 286. B
Quomodo intelligendum quod alibi dicitur, Inſpiciendum tempus quo vinum petitur, vel tempus accepti iudicij. nu. 8. ibidem.
Improbata interpretatio Accurſij ad l. ex empto. §. redhibitionem. de act. empti. nu. 9. pag. 158. B
Interpretatio verborum, *Cum ex empto agitur*, in. §. offerri. d. l. Iulianus. nu. 11. pag. 128. B
Interpretatio verb. l. ex empto. §. vlt. hoc tit. *Deducto eo quod præſtitũ eſt litẽ æſtimari*. nu. 25. pag. 146. B
Interpretatio verborum, *Eam rem quam vendidit*, in. §. offerri. l. Iulianus. nu. 22. pag. 129. B

Inter-

Interpretatio verborum, *Nondum eſt ex empto actio*, in l.Iulianus.§.offerri. nu.9. pag.127.B

Interpretatio verborũ, *Penſiones et cedere qui locauerat*, in l.Iulianus.§.ſi fructibus. nu.11. pag.189.B

Interpretatio verborũ, *Quod poſsit venditor vti lege ſua*, in l.ſi & per emptoré.de act.empti. nu.5. pa.285.B

Interpretatio verborum, *Quòd ſi ignorans non prædixerit, non tenetur*, in d.§.j.l.ſi ſterilis. nu.4. pag.152.B

Interpretatio verborum, *Sciens tenetur ex empto*, in l.ſterilis.§.j. nu.3.ibidem.

Interpretatio verborum, *Si minor eſſe cœperit, damnũ emptoris erit*, in l.euicta re.2. de euict. nu.37.pa.253.B

Interpretatio verborum, *Si partem pretij offerat*, in d.§.offerri.l.Iulianus. nu.13.pag.128.B

Interpretatio verborũ, *Si prædij venditor non dicat de tributa*, in l.ſi ſterilis.§.j.de act.empti. nu.1. pa.152.B

Interpretatio eius, *Qui ſcit ſe ſeruum alienũ vendere omni modo teneri*: improbata opinio Alc.nu.66.pa.257.B

Interpretatio verborum, *Venditor quaſi pignus retinere poteſt*, in d.§.offerri.l.Iulianus. nu.19. pag.129.B

Iubens an & quomodo contrahere dicatur. nu. 2. pag. 50. A

Iudæi in ſocietatem aliorum qoomodo admittantur. nu.4. pag.1.A

Iudex non audit debitorem excipientem rem ſe obligare non potuiſſe. nu.7. pag.137.C

Iudex ex officio rationem pretij nó ſoluti habere nó poteſt, ſi nó ſit oppoſita ea exceptio. nu.7.pa.127.B

In condemnatum iudex quandoque ſuum officium extendit nu.26. pag.141.C

Quando varia eſt iuris ſcripti pœna, Iudex imponere poteſt quam velit. nu.10. pag.185.B

Iudicia omnia eſſe abſolutoria, quomodo intelligendum. nu.22. pag.140.C

Iudicia quæ inter ſocios ſtante adhuc ſocietate cadant. nu.4. pag.55.A

Iudicij ſignificatio latior eſt quàm actionis. num. 8. pag. 274.B

Quãdo per ſtatutum oportet compromittere, eadem hic eſt vis arbitriorũ & iudiciorũ. nu.15. pa.222.B

Iudicis nullę ſunt partes in voluntarijs contractibus. nu.1. pag.75. A

Partes Iudicis in actióe hypothecaria. nu.21.p.140.C

Iudicis officium ad illud ferè pertinet quod poſt contractam principalem obligationem ex æquo & bono ſuperuenit. nu.11. pag.274.B

Quæ in ſolo iudicis officio conſiſtunt, extincta ſunt pronunciato iudicio principali, ſed quæ iure actionis petuntur ſeorſim adhuc peti poſſunt. num. 4. pag. 137. B

An ue authoritate iudicis emptor induci poſsit in poſſeſsionem rei venditæ, ſi venditor qui tenebatur ſatiſdare per fideiuſſores vel pignora non ſic ſic ſatiſdet. nu.23. pag.246.B

Quomodo intelligendum ſit, in iudicium non deducí ſutura. nu.24.ibidem.

Iudicium ex empto multum eſt generale, vt etiam ea comprehendat quæ venditorem ex iure prætorio præſtare æquum eſt. nu.8. pag.157.B

Iuramentum in litem non permittitur, niſi cótra eum qui in dolo eſt, & euidenti contumacia non faciendi iudicatum. nu.6. pag.163.B

Si iuratum ſit pecuniam non deberi, ſoluitur hypotheca. nu.64. pag.120. C

Ex venditione iuris quod habet venditor in re, ſequitur bene poſſeſsio vacua & vſucapio, quando virtute illius véditionis ſit traditio certa, nempe ipſius rei, non ſi incerta, nempe ipſius iuris. nu.5.pa.196.B

Qui vendidit quicquid ibi iuris Semproniani fuit, excipere debet ſi quid cognitum habet non eſſe Semproniani iuris. nu.6. ibidem.

Ius accreſcendi vel non decreſcendi in contractibus, an locum habeat. nu.3.pag.92.B

Ius accreſcendi in quibus cótractibus locum habeat. no.12. pag.94.B

In legatis ius accreſcendi non niſi volentibus obuenit. nu.15. pag.128.B

Ius proprietatis reſtrictæ ad vitam, ab vſufructu non multum diſtat. nu.6. pag.101.B

Iuris præſumptiones & fictiones nituntur æquitati. nu.6.pag.116.B

Iuſiurãdũ nó impedit arbitriũ reſcindi. nu.5.pa.75.A

Qui ius habet patronatus nó cenſetur habere ius æſtimabile, ſed qui perdit ius patronatus, cenſetur ius æſtimabile perdere, ſecũdum Caſtren. & Curtium. nu. 45.pag.255.B

Qui ius ignorat in culpa eſt, ſed non in dolo. nu. 2. pag. 284. B

Iuſta hæreditas quæ dicatur. nu.2. pag.5.A

L.

Lapidicinas in emptione fundi excipiens, de apparentibus intelligendum venit. nu.15. pag. 37.B

Legalis hypotheca tacitè contrahitur & inter abſentes, imo de hypotheca ne cogitantes quidem. nu. 14. pag.27. C

Legari ſeruo cómuni quomodo poſsit. nu.1.pa.54.A

Legata ignorãtibus etiam acquiruntur. nu.2.pa.23.A

Si res ab hærede empta legata ſit & euincatur, agere poteſt de euictione legatarius, ceſsis ab hærede actionibus. nu.51. pag.232.B

Qui rem purè legatam emit, an renũciet legato.nu.8. pag.207.B

Qui rem ſibi ſub conditione legatam ignarus emit, eueniente conditione legati, ex empto repetet pretium. nu.2. pag 204.B

Quando ad certum diem legatum relictum eſt, ante diem legatarius iure ciuili non ſit dominus. nu. 7. pag. 206. B

Iacente hæreditate legatarius neque verè neque fictè dominus eſt rei legatæ. nu.36. pag.193.B

Non perinde eſſe ſi rem legatam teſtator vendat legatario, aut vendat alteri tertio. nu.5.pag.206.B

Quod rei legatæ adijcitur à teſtatore poſt teſtamentum factum, ſit legatarij. nu.8. pag.186. B

Qui rem ſub códitione legatam ſciens emit, eueniente conditione non repetit. nu.9. pag. 207. B

Legati dãna in legatióe paſſa recuperãt. nu.7.pa.35.A

in Legatis ſufficit pręſtare ré qualis eſt.nu.1.pa.134.B

in Legatis agi poteſt de euictione antequam res euincatur, non item emptione, & quæ ſit ratio diuerſitatis. nu.13. pag.210.B

Sola rei venditæ traditione nó eſt ſatisfactum obligationi venditionis. nu.14. pa.210.B

Quamobrem ſeruo legato vulnerato ante aditam hæreditatem cedi debet actio, legatario occiſo non item. nu.34. pag.193.B

Legatum vniuerſale non ad tẽpus teſtamenti, ſed mortis refertur. nu. 2. pag.70. A

Legatorum actio ſic diuiſa eſt, vt ſi vnus non ſoluẽdo efficiatur, id alios non grauet. nu.3. pag.62.A

Prout varie concurrunt emptio & legatum, varia datur actio. nu.4. pag.205. B

in Legatis ſi cautio euictionis ſit interpoſita, an ſopiatur actio ex teſtamento. nu.12. pag.210. B

Legatum ſub conditione, ſi hæres tabulas teſtamenti exhibere nó volt. peti tanq̃ purũ. nu.20.pa.245.B

Leonina ſocietas etiam eſt, cum vnus totum damnum ſuſtinet, & lucri exiguam tantùm partem percipit. nu.19.pag.22.A

Leonina ſocietas damnata. nu.18. ibidem.

Leges

Leges quandoque non ſolùm in futurum quid prohibent, ſed etiam præterita reſcindunt. nu.3. pa.83.c
Titulo debet congruere Legis interpretatio quæ ſub eo eſt poſita. nu.15. pag.102. c
in Legibus potiſsimũ inſpiciendum eſt, quid principaliter quæratur & definiatur. nu.23. pag.215 a
Verba legum ita componenda vt notabilior ſit deciſio, & de caſu magis dubio. nu.25.pag.88.c
Multo liberior eſt quẽ lex eximit ab cui atione, quàm quẽ eximit cõuentio contrahentiũ. nu.9. pa.113.B
Lex pro pacto ſeu conuentione accipitur. num. 1. pag. 111. a
Vbi lex reſiſtit contractui, non tenet hypothecæ acceſsio. nu.2. pag.31.c
L. adeo. verſic. ſed ita demum. ff. pro ſocio. intellectus. nu. 6. pag. 45. A
Conciliatio. l. vlt. C. de furt. l. rei communis. ff. pro ſocio. l. qui ſeruum. in fi. de obliga. & actio. nu.4. pag.208. A
Conciliatio. l. ſi rem venditam. de præſcript. verb. cũ l. ſi margaritam. ff. pro ſocio. nu.1. pag.207. A
L. etiam. §. licet. verſi. cæterum. ſolu. mat. intellectus. nu.3. pag.53. a.
Interpretatio l. euicta re vẽdita. §. ſi ſeruum. de euict. nu.3. pag.159. B
Explicata verba Neratij. §. vlt. l. ex empto. de action. empti nu.15. pag.244. B
Interpretatio l. ex mille. ff. de euict. nu.28. pa.247. B
In reſponſo Celſi in l. fi. de cond. ob cauſ. dat. cur plerique putent non eſſe emptionem venditionemq́; nu.8. pag. 102. B
Interpretatio acuta reſpõſi Scæuolæ in l. fi. ff. in quib. cauſ. pig. tac. cont. nu.8. pag. 94. c
Intellectus l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mandati. nu.6. pag.37. A
Explicatio quæſtionis motæ in verſi. vnde quæritur. d. §. offerri. l. Iulianus. nu.24. pag.129. B
L. lege obuenire. de verb. ſig. intellectus. nu.1. pa.5. A
Explicata l. multum intereſt. C. ſi quis alt. vel ſibi. Et communis ſententia à Mudæo aduerſus Fulgoſ. defenſa. nu.18. pag.11. B
Reſponſum Pauli in l. naturalis. in princ. de præſcrip. verb. in ſpecie contrarium Celſi reſponſo ibi. l. fio. de cond. ob cauſ. dat. enucleatũ. nu 3. pag.100. B
Intellectus l. obligationum ferè. §. fi. de oblig. & act. nu.2. pag.26. A
In l. petens. C. de pact. quidam duplex pactum conſtituunt. nu.14. pag 68. B
L. ſciendum. de verb. ſig. intellectus. nu.10. pa.46. A
Intellectus l. ſi cum fundum. §. ſera. de contrah. empt. contra Accurſium nu. 8. pag.132. B
L. 2. de liber. inſtit. intellectus.
Explicatio argumẽ. l. ſi duorum. de actio. empti. nu.7. pag. 181. B
Species facti in l. ſi ſeruus. §. ſeruum. de actio. empti. nu.2. pag.117. B
L. negocia abſentis. in fi. de nego. geſt. intellectus. nu. 9. pag.16. A
Interpretatio. §. cum per venditorem. in l. ſi ſterilis. hoc tit. nu.20. pag. 253. B
In l. ſi in emptione fundi. hoc titu. cur interpretatio fiat contra emptorẽ non contra venditorem. nu. 5. pag. 18. B
Explicatio l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. collata cum. §. præterea. Inſtit. de inutil. ſtipulat. num. 4. pag. 14. B
In l. quæſitum. hoc titulo. quæ appellentur pignora. nu. 34. pag. 41. C
Interpretatum reſponſum Celſi in l. cum vẽderes. de contrah. empt. nu.6. pag.150. B
L. ſi patruus. C. commu. vtr. iudi. intellectus. nu. 5. pag. 71. A
L. vlt. C. pro ſocio. intellectus. nu.3. pag.58. A
Exemplaria vulgaria in l. Titius hæres. de act. empti. perperam habẽt copulam (&) ibi, fundum Sempronianum & quidquid, &c. nu. 2. pag.195. B
Liberari non poteſt qui nihil debet. nu. 2. pag. 51. A
Liberi hominis venditio an valeat. nu. 4. pag.26. B
Liberi homines an dentur pignori. nu. 26. pag.52. c
Liberi in poteſtate exiſtẽtes an obligari poſsint, quẽadmodum vendi in extrema famis inedia. nu. 25. pag. 52. c
Libertus mei liberti, meus libert' nõ eſt. nu.3. p.15. A
Limites ſeu quinque pedes, quorũ legibus. XII. tab. non erat præſcriptio, non cedunt in modum agri. nu.4. pag. 185. B
Lis æſtimatur pluris quãdo pluris creditoris intereſt, veluti cum pignoratitia tenetur debitori. nu. 30. pag. 142. C
Litis æſtimatio aduerſus debitorem fit, quatenus vere debet. nu. 27. pag. 141. C
Non ſolum lis ſignificanda eſt victori, ſed interpellandus eſt vt aſsiſtat liti: & an libellus litis motæ ei mitti debeat. nu. 59. pag. 233. B
Lis inſtituta cum tutore vel curatore finito officio, cum eadem inſtantia transfertur in quondam pupillum vel adultum, ſicuti iudicati executio poſt dictã aduerſus eos ſententiam. nu.20. pag.203 B
Lites minuendæ ſunt. nu.1. pag.38. A
Litis conſorti nihil denunciandũ eſt. nu.76. pa.235. B
Littora maris non cedunt in modum, neq; viæ publicæ. nu.2. pag. 185. B
Littorum nulla eſt venditio, neque ea cedunt in modum agri venditi, ripæ vero cedunt. nu. 6. pa. 26. B
Locatio & conductio prædij multò diſtat ab emptione & venditione fructuum. nu.15. pag. 2. B
Locatio iuris alicuius, habet in ſe vim ceſsionis tempore conductionis durante, ſic vt cõductor cenſeatur eſſe factus procurator in rem ſuã, quod in aliarũ rerum locationibus aliter ſe habet. nu. 8. pa.198. B
Locator præſtando ædes æquẽ commodas inquilino, liberatur euictis prioribus ædib. nu. 32. pag. 90. c
Quando omnia bona locatoris ſunt pro firmitate cõductionis obligata, non poteſt per emptorem colonus expelli. nu 16. pag. 190. B
Improbata regula Accurſij, Lucra non attendi ſed damna. nu. 22. pag. 264. B
Quales debent eſſe in ſocietate lucri & damni partes. nu.3. pag.9. A
an Luci publici & paſcua publica cedant in modum agri. nu.6. pag.185. B
Lucra & damna etiam poſt mortem ſocij communicanda ſunt. nu. 2. pag. 56. a
Lucrorum & damnorum communicatio debet eſſe in ſocietate. nu. 1. pag. 8. A
Paria non ſunt damnum incurrere & lucrum non capere. nu. 3. pag. 26. A
Non poteſt lucrum cum damno cõpenſari, niſi vtrinque ſit acceptum. nu.19. pag.183. B

M.

Mala fides emptoris iure authent. obſtat vſucapioni longi temporis. nu. 11. pag.85. B
Malæfidei emptor is dicendus eſt, qui ſcit procuratorem nõ recte mãdata exequi. nu.12. pag. 86. B
Mancipium venditum cum pacto iniectionis manuum, an poſsit abduci renitente emptore. nu.4. pa.64. c
Mandans quod mandauit ipſe exequi poteſt. num. 1. pag. 30. A
Mandatarij hæres, mandatarius quoque eſt. num. 6. pag. 25. A

Manda-

Mandatarius exactæ pecuniæ vſuras præſtat. num. 2. pag. 47. A
Mandatarius habet ſemper modum ſineſc̃ne pretij à lege præſcriptos, vt ſcilicet optima cõditione rem domini vendat. nu. 9. pag. 85. B
Qui generale mandatum omnium bonorum habent, hypothecæ obligant res alienas. nu. 12. pag. 59. C
Mandatũ nõ ex implemẽto naſcitur, ſed ex ſuſceptione. nu. 5. pag. 43. A
Si dominus rem vẽdi mandauerit non definito certo pretio, atq; procurator minoris rẽ vendat q̃ alioqui valeat, an tranſeat dominium. nu. 8. pag. 85. B
Quãdo marit⁹ de dote agat & excipiat. nu. 8. pa. 156. B
Maritus ſi diuidat rem dotalem, illa ſola pars dotalis manet quæ ipſi ex diuiſione obuenit. num. 7. pag. 141. B
Maritus quam diligentiam in rebus dotalibus præſtet. nu. 4. pag. 69. A
Maſſa ex materia duorum dominorum conflata communia eſt. nu. 1. pag. 81.
Menſuræ mentionem non ſemper venditionẽ ad menſuram facere, ſed addi quandoque pretij declarandi gratia. nu. 54. pag. 77. B
Si ager ad menſuram venditus ſit ante admenſurationem quod per alluuionẽ accreuit, non cedit in modum, nec auget pretium. nu. 8. pag. 179. B
Quando vnus certus fundus vẽditur, adiectio mẽſuræ potius demonſtrãdi q̃ reſtringẽdi cauſa facta videtur ſecus quãdo plures fundi ſunt vẽditi, diuerſę quantitatis & vni ſoli adijcitur menſure. nu. 10. pa. 174. B
Ob deficientem menſuram nunquam irrita eſt venditio. nu. 1. pag. 171. B
Aliud eſt ſi cũ expreſſione certæ menſurę donatus ſit fundus, aliud ſi venditus. nu. 8. pag. 174. B
An quod ſupra menſuram in vẽditione expreſſam inuenitur, cedat emptori. nu. 3. pag. 173. B
An ratione eius quod ſupra menſuram inuẽtum eſt augendum ſit pretium. nu. 11. pag. 174.
Mercatori pecunia ad partem honeſti lucri recipiendam dari poteſt etiã iure canonico. nu. 11. pa. 20. A
Mihi & Titio ſi emptus ſit fundus, an duo emptores eſſe cenſeãtur, an verò vnus. nu. 6. pag. 93. B
Mihi & Titio ſit emptus fundus, an Titius ratam habere venditionem poſſit. nu. 5. ibid.
Si mihi & Titio vendatur certa quantitas vini, olei, aut ſaccari, an Titij perſona pro ſuperuacua habeatur. nu. 9. ibidem.
Si militiam vẽdens ſalariũ præteriti tẽporis acceſſurũ dixerit actionem extraordinariã ad id perſequendum cedere debet. nu. 3. pag. 187. B
Militibus interdicta negociatio & negociatoribus militia. nu. 3. pag. 90. B
Minor ẽn renũciet beneficio reſtitutionis in integrũ. nu. 9. pag. 113. B
Rem emens à minore ſine decreto iudicis, aut rem aliam contra leges, malæ fidei eſt. nu. 2. pag. 84. B
Miſſus in poſſeſſionem quatenus recuperet ſumptus & quatenus bonæ fidei emptor. nu. 37. pag. 12. C
Modus vſuris neceſſario fuit ponẽdus. nu. 6. p. 277. B
Si vendito integro fundo vt certo corpore, vẽditor minorem modum dixerit, nullam habet actionem. nu. 1. pag. 184. B
Si quis ignorans affirmauerit modum maiorem quàm ſit, tenetur. nu. 2. pag. 176. B
Dupliciter intelligitur modus rei venditæ. num. 1. pag. 172. B
Quid in modum venditi fundi cedat. nu. 1. pag. 185. B
Quod vnius fundi modo ſupereſt verè eſt emptoris, cum hac tamen conditione vt ex eo ſuppleatur ſi quid modo alterius fundi deſit. nu. 15. pag. 182. B
Id quod amplius eſt in modo agri q̃ dictum ſit, nõ ad cõpẽdiũ vẽditoris, ſed emptoris eſt. nu. 12. pa. 174. B
Si vẽditor maiorem modũ dixerit fundi vẽditi, ignorans quod accedit per alluuionem, liberat venditorem & cedit in modum: ſecus ſi ſciens maiorem modum dixerit. nu. 7. pag. 178. B
Si fundus vẽdatur vt certũ corpus, an modũ quẽ venditor dixerit præſtare debeat. nu. 56. pag. 78. B
Modi qui pertinẽt ad diſſolutionem pignoris. nu. 37. pag. 109. C
Modi quibus pignora & hypothecæ tollũtur, ad duo genera referri poſſunt. nu. 44. pag. 111. C
Modus non ſuſpendit obligationem vt conditio, & quæ ſit ratio. nu. 2. pag. 46. B
Monetæ inuentio & inſtitutio eſt ex iure gentium. nu. 2. pag. 5. B
Definitio moræ. nu. 1. pag. 284. B
Mora debitoris non inſpicitur cum creditor eſt in mora. nu. 2. ibid.
Mora & factũ creditoris nõ accipientis debitũ, impedit alienationem pignoris. nu. 14. pag. 67. C
In cõtractibus bonæ fidei qui diem habet & pœnam, an mora purgari poſſit. nu. 3. pag. 271. B
Ex ſola mora non conſiderari id quod extrinſecus intereſt. nu. 23. pag. 264. B
Propter moram non præſtat venditor quod extrinſecus intereſt, neq; etiam emptor. nu. 19. pag. 165. B
Propter morã in ſoluẽdo pretio factam nõ amittuntur fructus, ſed officio iudicis debẽtur vſuræ. nu. 6. pag. 189. B
Tempus moræ in æſtimatione quanti plurimi quomodo inſpiciatur. nu. 7. pag. 285. B
Vltima mora debitoris nocet, ſi nihil ea in re dolo decerit creditor. nu. 6. ibid.
Quãdo vno tempore circa idem creditor & debitor ſunt in mora, vnius mora cum alterius mora compenſatur. nu. 3. ibid.
Quãdo ex interuallo creditor & debitor ſunt in mora, vltima mora nocet. nu. 4. ibid.
Morte cur ſoluatur ſocietas. nu. 1. pag. 24. A
Dictio, Mox, cum interuallo aliquo intelligitur. nu. 5. pag. 41. B
Mudæi admonitio in actione hypothecaria bene inſtituenda. nu. 3. pag. 135. A
D. Mudæi cõiectura in reſpõſo Pauli, & vera reſponſorum Modeſtini & Pauli interpretatio. nu. 21. pa. 8. C
Mudæi conſideratio in conciliatione Celſi & Pauli. nu. 9. pag. 102. B
Mudæi diſtinctio in re furtiua vendita. nu. 3. pa. 28. B
Mudæi explanatio reſpõſi Scænolæ. nu. 115. pa. 132. C
Mudæi elegãs obſeruatio ex Cumano. nu. 9. pa. 58. B
Mudæi diligens & acuta obſeruatio in verbis Scænolæ. nu. 15. pag. 85. C
Noua ratio Mudæi cur fructuum vſucapio liberet ab hypothecaria, non tamen prædij vſucapio. nu. 17. pag. 15. C
Mudæi paraphraſtica interpretatio reſponſi Marcelli in l. ſicut. §. ſuperuacuum. quibus mod. pig. & hypotheca ſolui. nu. 30. pag. 106. C
Mudæi rationes quibus Sozini argumẽtis reſpondet pro defenſione ſentẽtiæ Iaſonis. nu. 7. pag. 8. B
Mudæi reſponſio ad præcipuum Berengarij argumentum. nu. 10. pag. 58. B
Mudæi reſponſio ad aduerſariorum rationes de traditione fundi facienda, quãdo venditio facta eſt vt conductum habeat emptor. nu. 63. pag. 81. B
Mudæi ſententia in l. ſi nõ fuerint. pro ſocio. nu. 9. & 14. pag. 20. A
Alc. rationes nõ cõcludunt Mudæo. nu. 18. pa. 51. B
Regulæ à Mudæo traditæ, quibus diſcernuntur emptio & locatio, cum ſtatuam aut annulum fieri conuentum eſt. nu. 14. pag. 2. B

Rationes diuerſarum opinionum à Mudæo expenſæ. nu.12. pag.138. C
Improbata à Mudæo Lorioti ſententia. num. 30. pag. 268. B
Aſſerta à Mudæo communis opinio contra Fulgoſium. nu.28. pag.226. B
Improbata à Mudæo opinio Fulgo. ſi conuentū ſit ne de euictiõe ſecūdus vēditor teneat. nu.57. pa.233. B
Doctorum cõmunis error à Mudæo detectus. nu.38. pag.73. B
Mudæus Berengarij rationi non accedit, & cur. nu.8. pag. 57. B
Mudæus Fortunio Garſia adhærens à recepta recedit opinione in tacitis-hypothecis. num. 106. pag. 130. C
Mudæus communiorem ſentētiam tutiorē arbitratur. nu.6. pag.24. B
Mudæus communem opinionem impugnat ab eaque recedit. nu.22. pag.87. C
ex Marcelli reſponſo in l. Titius. de pignor. act. communem opinionem non probari oſtendit Mudæus. nu.26. pag.88. C
In reſponſo Scæuolæ ponendam eſſe negationem putat Mudæus. nu.17. pag.86. C
Mudæus à communi opinione de pignoris luitione recedit, ſoluens in contrarium adducta. num. 7. pag. 45. C
Mulier an ſuccedat ſocio vectigaliū. nu.12. pa.46. A
Mulier dotem dando, ſi promittat ſoluere tributa, quæ vis pacti. nu.25. pag.70. B
Mulier obligare hypothecæ poteſt, item conſentire obligationi per alium factæ in rem ſuam. num. 8. pag. 58. C.
Mulier ratione dotis præfertur cæteris creditoribus etiam expreſſam hypothecam habentibus nu. 97. pag.126. C
Mulier vt gaudeat priuilegio prælationis ex cauſa dotis, probare debet veram numerationem. nu.98. pag. 126. C
Mulieris vocabulum varium eſt. nu.11. pag.16. B
Mutatione iudicij, veluti ſi dominus in ſe illud transferat, ſoluitur hypotheca. nu.64. pag.115. C
Differentia in mutatione rei legatæ quæ fit viuo adhuc teſtatore & quæ poſt mortem, à Mudæo obſeruata. nu.33. pag.21. C
Mutiana cautio quando præſtetur. nu.6. pag.145. B
Cum dantur decem mutua vt nouem reddantur, decimum quod ſupernumeratur donari videtur. nu. 10. pag.63. B
Contractus mutui eſt ſtricti iuris, non bonæ fidei. nu. 7. pag.282. B
ex Mutuo certo loco dari promiſſo arbitraria datur, quæ non mutat genus actionis. nu.23. pa.70. B

N.

Natura rei impedimento quomodo ſit, vt pater filio obligetur, vel e diuerſo. nu.2. pag 82. B
Natura vt nihil facit fruſtra, ita nec ars quæ naturæ eſt imitatrix. nu.3. ibidem.
Naturali obligationi accedit fideiuſſor. nu.1. pa.121. B
Naturalia contractus accedunt ad contractum formatum, & inſunt contractui authoritate legis. nu.15. pag.50. B
Naturalia duplicis generis ſunt, interna ſcilicet & externa. nu.16. ibidem.
Diligenter cauendum ne ſubſtantialia cum naturalibus confundamus. nu.17. pag.51. B
Negans ſe poſſidere, ſi mendacij conuincatur, transfertur ab eo poſſeſſio in actorem. nu.3. pag. 133. C
Cur in negatorijs actionibus ſit cauendum, *per te non fieri, &c.* nu.5. pag.145.
Negotiorū geſtor debitum alienū cum vſuris ſoluēs, an repetat vſurarum vſuras. nu.78. pag. 120. C
Negotiorum geſtor poteſt emere pignora debitoris, ſed non fideiuſſor. nu. 49. pag.111. C
Qui negociandi cauſa domum aut villam diruit, ex Senatuſconſulto duplum præſtat fiſco. nu. 8. pag. 26. B
Nepos cum patruo admittitur Iure repræſentationis, ſed non ſi teſtator vſus fuiſſet dictione proximi. nu.6. pag.60. B
Nihil agere & nõ recte agere, quandoq; eadem ſunt, quandoque diuerſa. nu.24. pag.37. C
Quod nihili eſt, vtique etiam minoris eſt. num. 11. pag.163. B
Nobiles non decet negociatio. nu.5. pag.36. A
Nomen habere obligatum, & pignus pignori eſſe acceptum, multum differunt. nu.21. pag.50. C
Nomina ipſo iure inter hæredes diuiduntur.
Nomine in ſolutum dato, vendito, aut aliàs ceſſo, etiam hypotheca adhærens ceſſa cenſetur. nu.7. pag. 32. C
Nouatio non fit, niſi hoc agatur. nu.2. pag.66. A
Nouatio quando in dubio præſumatur. nu.3. pa.67. A
Nouatione non extinguitur legatū debitori factum. nu.77. pag.120. C
Noxalis actio competit aduerſus poſſeſſorem ſerui, ſed litis exitus nõnunquam ſpectat ad alium. nu.6. pag. 143. B
Numerus rerum accedentium ſi præſcriptus eſt, in eo conſiſtet emptor, etiam ſi plures res eodem loco eſſent. nu.7. pag.35. B
Cur in nummis diuerſum receptum ſit conſiderari, ſcilicet id quod extrinſecus intereſt. nu. 24. pag.264. B
Nunciū ſeu epiſtolam mittens, ſi illū poſtea pœniteat ac reuocet, an tamen valeat contractus ac venditio: Mudæi elegans inueſtigatio. nu.20. pag. 12. B
Nuncius an in hoc mitti debeat, an verò ſufficiat illum caſu voluntatem alterius contrahentium ſcire, atq; deinde alteri ſignificare. nu.19. pag.11. B
Per nuncium vel epiſtolam ipſi contrahimus, procurator verò noſtro nomine ipſe contrahit. nu.15. pag. 10. B

O.

Oblatio quæ verbo tantùm fit quid operetur, & ea quæ reipſa fit, tam extra iudicium, quàm in iudicio. nu.46. pag.111. C
Sola oblatione alterius ſatiſdationis non tollitur pignus. nu.41. pag.110. C
Si duobus res ſit obligata, ſinguli inſolidum agant, an pro parte. nu.8. pag.61. C
Obligationi fructuum ineſt tacita conditio, ſi naſcantur. nu.16. pag.15. C
Sub obligatione generali, an cenſeatur cõprehendi et ipſa pecunia quam dat creditor debitori, pro qua obligat ſe & ſua omnia. nu.9. pag.56. C
Obligatione generali continētur bona futura, etiam ſi id non exprimatur. nu.5. pag.55. C
Obligatione generali nõ continētur ea quæ quis ſpecialiter obligaturus non fuiſſet, niſi alia nulla habuiſſet debitor. nu. 6. ibid.
Obligationi generali quæ cõtineātur. nu.1. pa.54. C
In obligat. generali oium bonorū ſiue tacita ſiue expreſſa, veniunt etiam futura. nu.116. pag.132. C
Obligationi generali ſimiles ſunt generales cõceſſiones, priuilegia, mandata, diuiſiones, remiſſiones generales, & venditiones. nu.2. pag.54. C
Obligatio generalis & vniuerſalis, an pro eodem accipiantur.

cipiantur. nu.3. pag.54.C
Obligatio hypothecæ cur non referatur inter obligationes quæ conſenſu contrahuntur, cum tamen hypotheca etiam conſenſu contrahatur. num. 4. pag. 25. C
Obligatio principalis interdum pura eſt, vt etiã hypothecæ obligatio, interdum altera pura, altera conditionalis, interdum vtraque conditionalis. nu. 23. pag. 37. C
Cui non acquiritur obligatio principalis, illi nec hypothecaria. nu.4.pag.32. C
Cui non eſt ſpes acquirendi obligationem principalem, illi non debet quoque eſſe ſpes hypothecariæ acquirendæ. nu. 6. ibidem.
Obligatione tabernæ quæ merces cenſeantur obligatæ. nu.27. pag.19. C
Obligationes quæ ex lege veniunt, præciſe implendæ ſunt. nu.19. pag.245.B
in Obligationibus conditionalibus & contractibus, etiam informari actionem. nu.8. pag.66. B
Obligationum cauſas quomodo Paulus dixerit pactione immutari poſſe, in l. nec ex prætorio. de reg. iuris. nu.4. ibidem.
Obſcuritatem tolle ex antecedentibus & conſequentibus contractus. nu.7. pag.19.B
Obſcuritas pacti illi nocet, qui ſuæ intentionis fundamentum ex verbis obſcuris accipit. nu. 6. ibid.
Improbata interpretatio & cenſura Odofredi ad l. ſi duorum. de action. empti. nu.3. pag.181.B
Ab œconomo eccleſiarum nemo emere poteſt qui ipſi cognatione aliqua iũctus eſt. nu.15. pag.89. B
Officium iudicis quo minuitur vel ſcinditur pretium ſeruit actioni, non autem eſt nobile. nu.7.pag.31.B
Officium perpetuum in prouincia gerentes rectè ibi contrahunt. nu.4. pag.91.B
Vendens vel locans ex officio publico, ipſe hoc emere vel conducere non poteſt: imò punitur in quadruplum. nu.1. pag.90. B
Ex publico officio vendentes vel locantes, an id publicè & bona fide emere vel conducere poſsint. nu.2. ibidem.
Qui ſine dolo & iuſto errore egrediuntur limites proprij officij, non tenentur. nu.11. pag.88. B
Generale eſt, vt in contractibus omiſſa ſuppleantur ex illis quæ fieri conſueuerunt. nu.5. pa. 216.B
Omiſſa promiſsio quæ fieri conſueuit, pro facta habetur. nu.3. pag.158. B
Omiſsio eius quod quis intelligit ſe facere debere, dolum in ſe habet. nu. 26. pag. 246.B
Operæ ſeruorum, vecturæ nauium & iumentorum, ciuiles perceptiones vocantur, & poſt venditionem emptori præſtandæ ſunt. nu.26.pag.192. B
Operæ & induſtriæ incerta eſt æſtimatio. num. 7. pag. 19. A
Operarum æſtimatio an in ſocietate fiat. num. 2. pag. 18. A
In oppignoratione res ipſa afficitur, in venditione tantùm perſona obligatur. nu.2. pag. 27. B
Oppugnari non debet quod geſtum eſt. num. 3. pag. 28. A
Oratio ambigua aduerſus venditorem interpretanda venit, quia in eius poteſtate fuit legem apertius dicere. nu. 4. pag. 18. B
De ordine creditorum non eſt diſputãdum, niſi plures creditores concurrant in eodem pignore, & inter ſe de pignore certent. nu. 80. pag. 121. C
Ordinem inter creditores dat ipſa lex, non cõuentio contrahentium. nu.74. pag.119.C
Ordo penſionum debitarum efficit vt interpretatio fiat pro venditore in pignore diſtrahendo. nu. 11. pag. 19. B

P.

Pacta circa venditioné pignorum varia. nu. 6. pa.65.C
Pacta debitoris fauore interpoſita, actionem creditoris limitant & reſtringunt: diſtinctio in his Alciati. nu.3. pag.65.B
Pacta deformatiua contractum deducunt ad ſpeciem conuentionis improbatæ. nu.1. pag.59.B
Pacta de fructibus pignorum fiunt dupliciter, vel vt cum debito compenſentur, vel cum vſuris. nu. 46. pag. 76. C
Pacta duriora & inhumana an informent actionem, veluti ſi ſeruus vendatur ne manumittatur. nu.27. pag. 71. B
Fundamenta contrariarum ſententiarum, an pacta incontinẽti facta ſtipulationi inſint. nu.13. pag.68.B
Pacta informare actionem etiam in quaſi cõtractibus. nu.6. pag. 66. B
Pacta executiua quæ fiunt de poſſeſsione rei obligatæ auctoritate propria. nu.2.pag. 64.C
Pacta ex interuallo facta, an alijs acceſſoriè obligatis proſint. nu.5. pag.66.B
Pacta de vendendo pignore ex interuallo poſſe interponi. nu.7.pag.65.C
Pacta pignorum quadruplicis generis. nu.1. pa.64.C
Pacta in traditione apposita quæ neque rem neque traditionem reſpiciunt, an actioné pariant. nu.40. pag. 74. B
Pacta quæ tacitè inducunt pignoris remiſsionem, veluti ſi creditor conſentiat alienationi pignoris. nu. 10. pag.100.C
Pacta quæ damnum inferunt actori, an forment ſiue informent actionem. nu.30. pag.72.B
Pacta quæ detrahunt, limitant, ac reſtringunt, obligationem, an informent. nu.2. pag.65.B
Pacta reſolutiua verbis directis concepta, an in ipſo contractu fieri debeant, an verò ex interuallo appoſita eandem vim habeant, contrariæ doctorũ ſententiæ à Mudæo enucleatæ. nu.7. pag.53. B
Pacta reſolutiua ad diſtractum potius quam contractũ pertinent. nu.1. pag.52.B
Pacta reſolutiua etiam ex interuallo fieri. num. 5. pag. 53. B
Pacta reſolutiua varia ſunt. nu. 6. ibid.
An ex pactis informantibus præter actionem ex ipſo contractu, etiam detur præſcriptis verbis. nu. 44. pag. 75. B
Ex pacto de reuendendo, an res redeat ipſo iure, ita vt rei vendicatio competere poſsit, an verò ſola perſonalis actio detur. nu.26. pag.70.C
Ex pacto de reuendendo res reſtituta manet eiuſdem naturæ cuius ante fuerat, patrimonialis vel hæreditaria ſcilicet, &c. nu.27. ibid.
Pactio ſuper hæreditate quando valeat. num. 2. pag. 269. B
Non eſſe ſuperuacuam diſputationem ac inquiſitionem, duret ne an extinguatur contractus ex pacto reformante. nu. 3. pag. 61. B
Pacto etiam diminuente obligationem formari actionem, ex Mudæi ſententia, quando incõtinenti apponitur. nu.31. pag. 72. B
an Pacto effici poſsit vt intra certum tempus ſors non ſoluatur vel pignus redimatur. num. 37. pag. 92. C
ex Pacto in bonæ fidei contractu appoſito an duplex actio naſcatur, præſcriptis verbis ſcilicet & ex contractu. nu. 29. pag. 71. C
ex Pacto, vt refuſo pretio res reſtituatur à creditore in pignoris venditione appoſito, an actio detur debitori ſeu domino pignoris ſine ceſsione. nu.25. pag.69. C
Pacto de reſoluendo contractu inito quomodo ſuc-

curratur aduerſus nolentem recedere à priori contractu. nu.15. pag.64. B
Varia pactorum nomina ab effectu petita. num. 28. pag. 51. B
Materia pactorum in empt.& vendit.triplicis generis eſt. nu.13. pag. 49. B
Pactum à creditore in vendendo pignore appoſitum, vt refuſo pretio recipere rem liceat,quid operetur. nu.22.pag.69.C
Pactum adiectum contractui, informat actionem, etiã ſi adiectum pactum tendat ad alterius generis contractum. nu.8. pag.65.A
Pactum non natura contractus adiectum, vitiat contractum. nu.2. pag.55. B
Pactum de alendis liberis aut filiabus dotandis, quam vim habeat. nu.3.pag.60. B
Pactum de ingredienda poſſeſſione pignoris, an ſine iudice poſſit exerceri. nu.30.pag.68.C
Pactum legis commiſſoriæ conſuetudine non firmatur. nu.10. pag.84. C
Pactum legis commiſſoriæ etiam in generali obligatione pignoris prohibetur. nu.8. ibidem.
Pactum legis commiſſoriæ etiam iuramento non firmatur. nu.9. ibidem.
Pactũ legis cõmiſſoriæ quando improbatũ in vniuerſum ſit in pignoribus. nu.38. pa.92. C
Pactum legis cõmiſſoriæ ex interuallo appoſitum, nõ ſemper facit ceſſare fraudis ſuſpicionem. num. 21. pag. 86. C
Pactum legis cõmiſſoriæ ex interuallo contractui pignoris adiectum, prodeſſe ad exceptionem & retentionem vulgò creditum eſt. nu.20.ibidem.
Pactum legis cõmiſſoriæ generale eſt, conſtans varijs formis ſub conditione,ſi ad diem non ſoluatur pecunia. nu.1. pag.82. C
Pactum legis commiſſoriæ non ſolùm prohibitum eſt in pignoribus, ſed quibuslibet alijs rebus debitoris. nu.5. pag.83.C
Pactum legis commiſſoriæ prohibitum inter creditorem & debitorẽ,an prohibeatur etiam inter debitorem & fideiuſſorem. nu.13. pag.85.C
Pactum legis commiſſoriæ reprobatum in pignoribus, non habita vlla diſtinctione cauſæ debiti. nu. 4. pag. 83. C
Pactum legis cõmiſſor. in pignoribus reprobatũ eſt, tam directum quàm indirectum. nu.2.pag.82.C
cur Pactum legis cõmiſſoriæ toleratur potius in fideiuſſore, quàm creditore. nu.18. pag.86. C
Pactum legis commiſſoriæ, vt ſi ad diem pecunia non ſolueretur, dominium vtile maneret apud debitorem directò tranſeuntem ad creditorem, etiam improbatur. nu.11.pag.84.C
Pactum lucrandæ dotis tacitam conditionem habet, ſi vxor præmoriatur. nu.2.pag.61.A
Pactum illud firmum eſt,ne dominium tranſeat in emptorem antequam pretium ſolutum ſit, quamuis dilatio ſoluendi concedatur. nu.2.pag.100.B
Pactum in diuiſione appoſitum,vt quiſq; in rebus ſibi addiuiſis ſuſcipiat euentum planè liberat ab euictione. nu.10.pag.213.B
Pactum in emptione ne dominium tranſeat in emptorem, non valet. nu.1. pag.100. B
Pactum in emptione vt tranſeat vſucapiendi conditio in emptorem, prodit malam fidem contrahentium. nu.7. pag.101.B
Pactũ in venditione adiectũ, ne res creditoribus emptoris obligetur,aut ne cui obligetur quàm vni creditorum, an iure ſubſiſtat. nu.21. pag.68. C
Pactum in rem,tranſit ad quemcunq; ſucceſſorem, nõ autem pactum in perſonam. nu.9. pag.65.C
Pactum in reſponſo Pauli in l. lecta. ſi cert. petat. informat non reformat contractum. no.6. pag.66.B
Pactum,modus,& lex venditioni dicta,differunt à cõditione. nu.1. pag.46.B
Pactum, ne à ſocietate intra certũ tempus recedatur, an valeat. nu. 3. pag. 11.A
Pactum, ne à ſocietate vnquam recedatur, non valet. nu. 2.pag. 81. A
Quæ ſit huiuſmodi pacti vis, ne à ſocietate intra certum tempus recedatur. nu.4. ibidem.
An valeat pactũ ne emptor vel poſſeſſor tributa empti prædij ſoluat. nu.26. pag.70.B
ſi Pactum ſit, ne in caſu euictionis venditor pretium reſtituat, an valeat. nu. 11. pag.213.B
Pactum, ne liceat pignus vendere vel hypothecam,an ſeruari debeat. nu.16. pag.67. C
Pactum promiſſæ euictionis interpoſitum tẽpore donationis, cur non valeat. nu.39. pag 74.B
Pactũ quod reformet cõtractũ quale ſit. nu.1.pa.61.A
Pactum quod ineſt contractui limitat conſenſum contrahentium,vt impediat obligationem naſci in plus quàm ab initio eſt conſenſum. nu.12. pag.63.B
Pactum,ſi meliorem conditionem attulerit quis, quid efficiat. nu.30.pag.71.C
Pactum transformans facit aliud genus contractus. nu.1. pag.55. B
Pactum,vt liceat rem aliquam debitoris creditori habere ſi ad diem pecunia ſolueretur, prohibetur, & tacitam continet hypothecam. nu.7.pag.93.C
Pactum, vt niſi intra certum tempus pecuniam mutuã ſolueret, ceſſurum ſe hypothecæ: quid operetur. nu. 28. pag.28.C
Pactum,vt pignus pro debito ſoluatur, quatenus tolerari poſſit. nu.30. pag.90.C
Pactum,vt poſſit pignus dari in ſolutum creditori inuito, non improbatur. nu.29. ibid.
Pandectæ Florentinæ Piſis olim fuerunt, eas conſuluit in dubia lectione Bartholus. nu.16. pag.67.C
Pandectarum compoſitores notati à Mudæo. nu. 1, pag. 117.B
Partiarij coloni cõtractus,morte coloni finitur.nu.6. pag. 32. A
Partiaria pecora quæ dicuntur. nu. 7. ibid.
An parti integrali rei euicta, iſtæ ſtipulationes cõmittantur. nu.9. pag.221. B
Quid partis ædificij nomine hic appelletur, an etiam ſolum ſiue area nu.2. pag.23. B
Particularis ſolutio inuito creditore admittitur, ſecundum Ale.ſententiam. nu.5.pag.97.B
Partus ancillę tacitę acceſsionis iure obligatur.nu.7. pag. 13. C
Quomodo partus ancillæ in euictiõe ratio habeatur. nu.49. pag.253.B
Pater an neceſſariò cogatur filiam dotare,& qualis ſit ea neceſsitas. nu.34. pag.73.B
Pater ex ſocietate filij peculio tenus tantùm, an ſemper conueniatur. nu.1. pag.50.A
Pater iure ciuili diſſoluit ſponſalia filiæ ſuæ ea etiam inuita. nu.35. pag.73.B
Pater quomodo ex ſocietate vel tutela filij tenetur. nu.4. pag.43. A
Si Pater vẽdat rem aduentitiã filijfa.cõſultũ eſt vt emptor accipiat fideiuſſorẽ euictionis. nu.5.pa.217.B
Inter patrem & filiumfamilias non ſubſiſtit emptio. nu.1. pag.82. B
Patris in filia dotanda vel dote deneganda libertas à Iuriſconſulto obſeruata, in l.adoptiuum. §.j. de iure dot. nu.36. pag.73. B
Vendito fundo patrimoniali, & ex eius pretio alio empto, an emptus patrimonialis cenſeatur. nu.4. pag.10. A
Paulus Iuriſconſultus recedit à Neruæ & Proculi

ſententia,

ſententia, in l. inſulam. qui potior. in pig. num. 75. pa. 119. c
Pecora paſcenda varijs modis dantur. num. 8. pag. 33. A
augmentum Peculij poſt vénditionem cedit emptori, ſi ſeruus cum peculio venditus ſit, niſi id augmentū ex re venditoris prouenerit. num. 27. pag. 192. B
Pecunia ad numerum danda eſt in emptione, alioqui ſi vt certa corpora, iam contractus erit innominatus. num. 7. pag. 44. B
Pecuniam in cauſam pignoris capi poſſe, & eſſe obligatam. nu. 28. pag. 53. c
Pecunia in emptione cur venditoris fieri debeat. nu. 5. pag. 101. B
Pecunia cæteras res æſtimat, ipſa verò non æſtimatur. num. 16. pag. 262. B
Penſiones fundorum venditorum à priuatis cedunt venditori: non idem in fundis venditis à fiſco, & quæ ſit ratio differentiæ. nu. 15. pag. 190. B
Penſiones prædiorum locatorum & venditorum, cui cedant. nu. 10. pag. 189. B
Penſiones quarum dies ceſsit fructibus pendentibus, qui partim ceſſerunt, partim non, pro rata temporis diuidi debent. num. 20. pag. 191. B
obligatio Penſionis ex contractu locationis cedit à principio, ſed exactio differtur, dum locator ex parte ſua ſatisfecerit. nu. 14. pag. 190. B
Penſionis vocabulo quid veniat. num. 32. pag. 41. c
ſententia Alberici de penſionibus fundi ab vſufructuario locati, quòd ſcilicet pro rata temporis diuidi debeant, etiam ſi decedat vſufructuarius antequam colonus fructus perceperit. num. 23. pag. 191. B
vt perfecta ſit emptio, debet res vendita eſſe certa. num. 4. pag. 195. B
Perſecutio pignorum in rebus inuectis illatiſque an fiat per incluſionem, & quomodo in cæteris fiat. num. 35. pag. 42. c
Perſonali actione ſublata, quomodo dicatur vincula pignoris durare apud Gordian. in l. intelligere. 4 C. de luit. pign. noua conſideratio Mudæi. num. 71. pag. 117. c
Perſonalis actio fundum non ſequitur. num. 12. pag. 189. B
imputare ſibi debet, qui ſe periculo ſubijcit. num. 1. pag. 74. A
Periculi ſuſceptio admiſſa & æſtimabilis eſt. num. 15. pag. 21. A
pactum in venditione, vt res periculo venditoris ſit, quale ſit, & eſt in conditionali venditione, vt emptoris ſit. num. 29. pag. 71. a
ſi quis emerit domum, vt cóductam habeat, donec ſoluatur, cuius ſit periculum. num. 62. pag. 80. B
Permutatio rerum venalium & æſtimatarum, an pœnitentiam admittat, ita vt à contractu recedi liceret, an potius vera venditio habeatur. nu. 2. pag. 3. B
in permutatione ſtatim à traditione transfertur dominium, non in emptione, &. quæ ſit ratio. num. 11. pag. 99. B
Permutatio vetuſtior eſt emptione, & cauſam habet ex mero iure gentiū: Emptio verò habet aliquid impoſititium à lege, nempe pretium. num. 5. pag. 4. B
Petitionis verbum ad actiones in rem pertinet. nu. 7. pag. 85. B
ſi Pignora obligata ſint, donec pecunia ſoluta, vel ſatiſfactum ſit, quid hæc verba operentur. num. 42. pag. 110. c
rit. de Pignor. &c. tres habet partes, & quæ ad ſingulas partes pertineant. num. 4. pag. 5. c
in pignore duobus conſtituto aliud eſt quam in legato duobus relicto. num. 12. pag. 62. c
in Pignore conuento non intereſt, an generaliter, an ſpecialiter bona debitoris pignori accepta ſint. num. 88. pag. 123. c
in Pignore conuento ſi quædam expreſſa ſint, deinde vniuerſa obligata, quid iuris ſit. nu. 89. pag. 123. c
in Pignore Prætorio prælatio ex ordine temporis non habet locum. nu. 85. pag. 122. c
in Pignore quod in cauſam iudicati capitur, illi potiores ſunt, qui reum habent condemnatum. num. 86. pag. 122. c
Pignori accipiens rem quam ſcit alteri obligatam, cēſetur pignus contrahi in eo tantum quod priorem obligationem excedit. num. 6. pag. 60. c
Pignori dari & vendi poteſt res communis. num. 7. pag. 64. A
an quantitas aut genus pignori detur. num. 7. pag. 25. c
Pignoris & ſolutæ pecuniæ an eadem ſit ratio quoad vſuras per retentionem conſequendas. num. 60. pag. 80. c
Pignoris obligatio re contrahitur, hypotheca verò conuentione. nu. 6. pag. 2. c
Pignoris obligatio ex euentu quandoque creſcit. nu. 5. pag. 94. c
an Pignoris obligatio coaleſcat, ſi pignoris dominus ſuccedat debitori, qui alienam obligauerat, Pauli & Modeſtini reſpóſa in ſpecie pugnátia. nu. 15. 16. 17. pag. 6. & 7. c
tacitam Pignorum obligationem reuiuiſcere quandoque cum principali actione. nu. 10. pag. 95. c
Pignus à creditore vendi ex conuentione poteſt, ſed non debet, niſi forma conceptæ obligationis id requirat. nu. 15. pag. 67. c
Pignus expreſſe obligatum pro eo quod ex tranſactione promittitur, an cenſeatur pro veteri debito obligatum. nu. 6. pag. 94. c
Pignus inidoneum non liberat debitorem. num. 33. pag. 228. B
Pignus pignori dari poteſt, etiam ſæpius in infinitum. num. 17. pag. 48. c
Pignus pignori datum redimere poteſt dominus à ſecundo creditore, & quæ iſtius vis ac vtilitas. nu. 18. pag. 49. c
ſi Pignus pignori datum ſit, denunciatio fieri poſsit, ne ſoluatur alij, quàm primo creditori. nu. 20. pa. 50. c
Pignus quandoque commodato ſimile, & eo nomine agi vel præſcriptis verbis vel commodati. nu. 19. pag. 49. c
Pignus ſemper reſtituendum debitori offerenti ſoluere quod debebat, item hæredi eius, ac etiam alteri creditori. num. 11. pag. 2. c
Pignus ſimpliciter conſtitutum, non in pecuniam tantum principalem vel ſortem, ſed etiam in vſuras cēſetur datum. num. 59. pag. 79. c
Pignus traditione conſtitutum continet tantum bona præſentia, non etiam futura, vt dominium in ſocietate omnium bonorum. num. 2. pag. 4. c
Pignus vel hypotheca ſola conuentione conſtans an ipſo iure tollatur pacto de non petendo, vel ſi pignus remittatur, an ſolùm per exceptionem. num. 2. pag. 98. c
quando pignus vendendum æſtimatur ex conditione quæ in conuentione eſt adiecta. num. 11. pag. 66. c
in vna eademque re, & ex vnica obligatione pignus non duplicatur. num. 29. pag. 106. c
differentia inter pignus, & hypothecam, item inter pignoratitiam & hypothecariā actionem. nu. 5. pag. 2. & pag. 3. nu. 15. 16. c
Pignoratitia actio de pignore dato in perſonam eſt, & propterea non egreditur perſonas inter quas contracta eſt obligatio. num. 10. pag. 2. c

in pignoraritia actione non duplicantur induciæ ex Zenoniane conſtitutione,& quid in conditionalibus obligationibus hypothecerum.nu.29. pa.39.c
Pomponij reſponſum quod ſequitur Vlpian. in ſpecie à Pauli & Papin.reſponſo diuerſum à Mudæo enucleatum.num.3.pag.61.B
Pœne in ſocietate adiecta an vtrinque ſit in obligatione.nu.6.pe.68.A
Pœne legato adiecta ouid debeetur.num.7.pa.68.A
Pœne nõ diuiditur,ſed tota debetur,ſi quicquam deſit ex eo quod ſub pœne promiſſum eſt. num.e. pag.271.B
Pœna legis commiſſoriæ cur emprioni magis opponi poſsit, quèm pectum pœnæ dupli. num. 10. pag. e78.B
Pœne quæ apponitur obligetione dandi, & in dendo conſiſtit, aſtrictior eſt alijs pœnis.num. 3. pag. e76.B
quæ Pœne in freudem vſurarum cenſeatur ediecta. num.4.pag.276.B
quamuis pœne committatur ei cui ne non intereſt,plerunque tamen opponitur loco eius quod intereſt, ergo ceſſat eius actio,quatenus quis conſecutus eſt quod intereſt, oppoſita dula mali exceptione.nu.3. pag.279.B
an ſi obligationi dandi ediecta ſit adminiculo obligetio feciendi,pœne iſti adiecta excedere poſsit legitimum modum vſuretum.num.4.pag.e79.B
Pœnalis actio an rei perſecutoriam tollat. num.2. pe. 28.A
Poliror quis dicetur, & quid ſit polire. num.1. pag. 3e.A
pro Popularibus ectionibus vt non accipitur fideiuſſor,ita nec hypotheca num.11.pag.33.C
Portiones diſpares in ſocietate conſtitui poſſunt.nu. 3.pag.19.A
Portiones in ſocietate quomodo conſtituentur.nu.1. pag.18.A
qui facere potuit vt poſſet,poſſe videtur. num.e.pa. 65.A
per liberam perſonem licet ecquiratur nobis poſſeſſio & dominium,non tamen ius hypothecæ. uu.tt. peg.26. C
Poſſeſsio rerum confiſcatarum ipſo iure non tráſſertur.nu.3.pag.37.A
quomodo intelligatur poſſeſsio vecua in L.2.§.vacue. ff.de act.empt.uu.1.pag.133.B
Poſſeſsioné ignorans non acquirit.nn.t.pag.t76.B
aliud eſt poſsidere,aliud in poſſeſsione eſſe. nu.e.pa. t33.B
qui deſijt poſsidere fine dolo & culpe abſolnitur actióe hypothecaria vt rei védicatióe. nu.31.pa.40.C
quod poſsideri nequit,euinci nequit.nu.30.pa.248.A
Poſſeſſor oblato debito liberatur hypothecerie actione,imò & à ſententiæ condemnatoriæ executione. num.e9.pag.142.C
Poſſeſſor rei obligetæ offerendo debitú,repellit creditorem eb hypothecaria actione.nn.50.pa.112.C
Poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſsionis adere non debet. nn.t4.pag.t39.C
Poſſeſſor rei obligatæ en ſi ſoluere paratus ſit debitú, cogere poſsit creditorem ed cedendas actiones cótra debitorem.num.51.pag.1te.C
ſi Poſſeſſor titulum & cauſam habeat ab eo à quo creditor,quid probendum creditori, controuertitur. num. 11.pag.138.C
Poſſeſſori neganti rem in bonis debitoris fuiſſe,obijci poteſt dolus proprius,ex Saliceti ſententia. nu. 25.peg.139.C
Prædium hodie non vſucapi triennio. num.5. pag. t3.C
Prædium en poſsidendum deri poſsit loco reditus annui,quoad ſors ſoluetur.num.53.pag.78.C
Prædium ſiue vrbanum ſiue ruſticum ex ſole contrahentium voluntate non cenſetur hodie obligatum, niſi ſolenniter coram magiſtratu fiat,etiam decreto ipſius interpoſito.num.25.pag.30.C
an Prædium præſtari liberum debeat, etiam ſi nihil cóndictum ſit. num.e.pag.149.B
quæ in Præfationibus conuenta ſunt, etiam in ſtipulatione cenſeri repetita.nn.16.pag.68.B
Prælatio ex tempore conſideratur,quo principalis obligatio cœpit eſſe efficax.num.100.peg.t27.C
in Prælatione creditorum inſpiciendum quoque eſt, quomodo bona ecquiſita ſint,de quorum prælatione egitur.num.108.pag.130.C
Reſpiciendum ad fundamentum principelis obligationis in Prælatione hypothecæ ad tempus cótractæ obligarionis,ſiue in diem, ſiue ſub conditione fuerit contracta obligatio.num.102.pag.128.C
ad Prælationem in hypotheca oportet impenſum eſſe in refectionem pignoris, neque ſufficit in eam cauſem creditum eſſe.num.95.pag.1e5.C
tria requiruntur,vt prior tempore reum condemnatú habens prælatione vtatur.nu.87.pag.t23.C
non nocet Præpoſteratio vnius generis iudicij cum alio,ſicut peritium vnius iudicij inter ſe. num. e3. pag.225.B
Præſcriptione tollitur hypothecaria ectio, item iureiurando.nu.40.pag.110.C
Præſcriptis verbis agere quid ſit.nu.6.pag.66.A
Præcaria poſſeſsio quá venditor retinat ab emptore, ſufficit vt vecua poſſeſsio tradita dicatur, & per eá & naturalis & ciuilis poſſeſsio transfertur. num.7. pag.136.A
vt venditor Precariam poſſeſsionem quem ab emptore retinuit,reſtituat: non datur actio ex empto. nu. 9.pag.136
ratio cur in precerio pactum,vt in certum tempus rem poſsidere liceat,non valeat.nu.6.pag.56.A
Pretij conuenti hic in actione ex empto ratio habetur,non veró veræ æſtimationis, quæ ſi ſuperet pretium conuentum,non nomine pretij, ſed vtilitetis, in hanc ectionem venit.num.4.pag.e40.B
Pretij augmentum an conferatur rectè in erbitrium alterius contrahentium:veluti vendo tibi rem cétum aureis,& quanti pluris eandem vendideris: & quid in re dotali eo modo æſtimata.num. 6. pa. 43.B
Pretium à mandante limitetum excludit conſenſum in minori pretio.num.5.pag.84.B
Pretium certum eſſe debet,& in pecunia numerata. num.1.pag.4t.B
Pretium de ſubſtantia eſt emptionis & venditionis. num.11.peg.2.B
Pretium in emptione an ſtatim in ipſo contractu remitti poſsit.num.4.pag.41.B
ſi Pretium in venditione ponat venditor, donationis cauſa,non exacturus,an emptio ſit,an donetio.nu.1. pag 40.B
Pretium omne ſolutum eſſe debet, vt treditione res fiat emptoris.num.5.pag.98.B
Pretium poſterioris venditionis quandoque dinoſcitur ex priori,queſi eodem pretio res vandita ſit. num.3.pag.40.B
Pretium operæ ertis eſt velementum, & quomodo hæc verbe intelligenda ſint. num.3.pe.32.A
improbeta opinio Bertoli,qui non ſoluto pretio rem vanditam venditori vere pignori eſſe puteuit. nu. 20.pag.129. B
Probanda eſt poſſeſsio rei conuenti, vel quòd dolo deſierit poſsidere in actione hypothecaria. num.4. pag.136.C

Proban

Probandum in actione hypothecaria eſt debitũ pro quo acceſsit hypotheca.nu.2.pag.136.C
Probandum in actione hypothecaria inter actorem et debitorem conueniſſe talem rem fore hypothecæ. nu.1.pag.136. C
Probandum eſt ius debitoris qui hypothecam cõſtituit ab eo qui hypothecaria agit. num.5.pag.136.C
Probatio amiſsionis pignoris cui incumbat, quando conuenit vt amiſsio pignorum liberet debitorem. num.3.pag.92.C
ſi agatur aduerſus alium poſſeſſorẽ quàm qui cauſam habet ab eodem à quo creditor,probatio exactiſsima requiritur.num.10.pag.138.C
Proconſules in prouincijs, vt prætores Romæ edicta proponebant.num.3.pag.65.A
Procurator à dño cõſtitutus vt rẽ certo pretio vẽdat, an eodẽ pꝛio rẽ ſibi retinere poſsit. nu.14.pag.89.B
Procurator ad vendendum datus etiam cauet de euictione,vel dominus.num.48.pag.76.B
Procurator damna in exequendo mandato paſſa,non reperit à mandatore.nu.4.pa.35.A
Procurator debitoris rectè paciſcitur domino liberationem, idque pactum domino prodeſt ad doli exceptionem in ſubſidium.num.7.pag.99.C
Procurator etſi ſolutionem accipere poſsit, non tamen gratis,vel alio recepto quàm debeatur, debitorem liberare poteſt.num.6.pag.99.C
Procurator domino ſtipulando, non acquirit domino, ſed bene tutor ſtipulando pupillo. num.7. pag.93.B
Procurator in rem ſuam paciſcitur remiſsionẽ pignoris num.4.pag.99.C
Procurator in damnum domini minoris rem vendẽs, non transfert dominium, ſed opus eſt vſucapione. nu.10.pag.85.B
Procurator omnium bonorum an pignus remittere poſsit. nu.5.pag.99.C
ſi Procurator minoris vendat quàm dominus mandauerit, domino rem vendicanti non obeſt exceptio rei venditæ & traditæ.num.4.pag.84.B
Procurator qui nomine alterius rem ſuam vendit, euincere eam non poteſt.nu.29.pag.202.B
Procurator qui nomine alterius rem vendit, quã poſtea comperit eſſe ſuam,non poteſt illam vẽdicare. nu.12.pag.89.B
Procurator quando renunciare poſsit.nu.2.pa.58.A
Procurator renunciat ſocietati,& tamen ei nõ renunciatur.nu.1.pag.58.A
Procurator ſi non profeſſus eſt procuratorio ſe nomine contrahere,ſuo nomine agit & conuenitur. num.25.pag.201.B
qui vt Procurator de euictione promiſit. ſuo nomine de euictione non conuenitur,contra opinionem cõmunem.nu.25.pag.201.B
vt maximè procurator ſuo nomine conueniri poſſet, liberari tamen deberet, cedendo actionem mandati contrariam aduerſus dominum, mandantem. nu.31. pag.203.B
improbata opinio eorum qui putant ex cõtractu procuratoris vtilem actionem domino dari,eo quod ſuper re domini contraxiſſe videatur. num.3. pag. 123.B
ex contractibus per procuratorem factis, de quib.inſtrumenta garantigiæ conſcripta ſunt,vel qui cõfirmati ſunt per voluntariam condemnationem, obligatio principaliter domino acquiritur.num.34.pa. 203.B
quomodo verum ſit, Procuratorem ementem teneri ad pretij ſolutionem.num.26.pag.202.B
quem vocet Iuriſconſultus procuratorem,in §.ſi procurator,l.Iulian. de act.empt.num.1.pag.122.B
Procuratorem in graui cauſa nemo conſtituere cogitur,niſi velit.nu.14.pag 12.A
Prohibito vno correlatiuorum,prohibetur & alterũ. num.4.pag.111.B
Prohibitus in teſtamento vendere,non cenſetur prohibitus oppignorare, ſecus ſi alienare ſit pħibitus. num.4 pag.44.C
inter promiſsionem pignoris & fideiuſſoris eſt differentia.num.5.pag.25.C
Promiſsio de vendendo an ſit venditio,ſi alter eã promiſsionem acceptet.nu.2.pag.6.B
Promiſsionem de vendendo ſi ſequatur rei traditio, an cenſeatur dominium translatum.num.6.pa.8.B
Promiſsio de vendendo tenet etiam non deſignato certo pretio ad exemplum legati. num.2.pa.40.B
Promiſsio de vendendo ſine definitione pretij valet, non venditio. num.4.pa.7.B
Promiſsio de vendendo non cogit promiſſorem precisè ad vendendum, ſed poſt moram ſuccedit obligatio ad id quod intereſt.num.5.pag.7.B
Promiſsio vendendi à venditione multum diſtat. nu. 14.pag.85. C
in ſimplici promiſsione comprehenditur perſona hæredis,ſed non extranei.num. 5.pag.212.B
ſi decem interroganti promittantur viginti, cur viginti non debeantur.velut ex cohærenti pacto.nu. 18.pag.69.B
ſi Proprietarius in ſua parte adhuc indiuiſa conſtituat vſumfructum,& poſtea ſequatur diuiſio, non mutatur vſusfructus conſtitutio num.5.pag.141.B
Publicatio bonorum quando ſocietatem ſoluat. nu.3. pag.59.A
Pupillaris actio quomodo creditorem faciat. num.6. pag.41. A
Pupilli priuilegium non tranſit ad hæredem. nu. 114. pag.132.C
à Pupillo infante, cui etiam alius tutor eſt qui autoritate præſtet, contutorem emere non poſſe Salicetus putat.nu.7.pag.87.B
Pupillo pignus capienti neceſſaria eſt tutoria autoritas.nu.1.pag.59.C
Pupillus an tacitè ſocietatem contrahat. num. 2. pag. 35.A
Pupillus ex communione,non ex ſocietate teneri poteſt.num.7.pag.24.A
ſi pupillus teneatur reuendere fundum ex pacto cum patre inito, an opus ſit decreto.nu.3.pag.95.B
Pupillus tutore autore an ſocietatem contrahat,num. 3.pag.35.A

Q

Qualitas adiecta verbo ineſt tempori verbi, ac ſecundum tempus verbi intelligenda eſt. nu.3.pag.41.B. num.37.pag.104.B
Qualitas prioris contractus intelligitur repetita in contractu,qui pacto reformatur.num. 8.pag.63.B
eius quod non eſt,nullæ ſunt qualitates. num.2.pag. 173.B
res ita vendi poteſt,vt Quanti pluris ab emptore vendatur,eius etiam dimidia præſtatur venditori.nu.5. pag.274.B
Quaſi contractus facile multiplicantur. num.2. pag. 43.A
Quæſtio pignoris vel hypothecę nihil cõmune habet cum proprietate prædij,aut dominio rei. num. 15. pag.15.C
Quæſtus appellatione non continetur hæreditas,legatum,donatio.nu.5.pag.10.A
inter hæc verba:Quanti ea res erit,& quanti eam rem eſſe apparet,nihil intereſt.num.5.pag.162.B

iuriſcon-

Iuriſconſulti his verbis, Quanti res eſt, & quanti væ-
nierit, promiſcuè vtuntur. nu. 13. pag. 164. B
omnis actio Quanto minoris, annalis eſt, nu. 16. pag. 165. B
validiſsimè à Mudæo expugnata diſtinctio illa dupli-
cis generis actionum Quanto minoris. num. 14. pa. 164. a
duas ſpecies actionis quanto minoris interpretes cur
diſtinxerint, alteram appellantes quanto minoris
res eſſet empta, alteram quanto minoris res eſſet.
nu. 2. pag. 161. B
diſtinctio illa actionum quāto minoris ab alijs impro-
bata, & quibus rationibus. num. 4. pag. 162. B
inter duas illas ſpecies quanto minoris quatuor notā-
tur ab interpratibus differentiæ. num. 3. pag. 162. B
confutata ſententia eorum qui actionem Quanto mi-
noris, alteram fecerunt ciuilem, alteram prætoriam.
num. 15. pag. 164. B
vis Quaſi pignoris conſiſtit in retentione, vis verò
pignoris in perſecutione per hypothecariam. nu.
21. pag. 129. B
vt Quaſi poſſeſsio ſeruitutis conſtituatur, eaque vſu-
capiatur, ab initio requiri ſcientiam domini vel poſ
ſeſſoris fundi, ſecundum Fulgoſium. num. 16. pag.
147. B
ex pretij quantitate nonnunquam deprehenditur vē-
ditàne ſit res an locata. num. 9. pag. 174. B
Quem de euictione tenet actio, eundem agentem re-
pellit exceptio. num. 6. pag. 199. B
Qui agere vult ex ſua perſona, prius implere debet cō
tractum. num. 1. pag. 125. a
Qui hypothecam dederit pro mutuo quod numeratū
non eſt, actione in rem repetit hypothecam, in qua
obtinet ſola probatione originis rei. num. 17. pag.
35. C
Qui iudicatum facere nolunt, quomodo coercendi.
num. 29. pag. 53. C
Qui promiſit die obligationis cedenta pignora in ſo
lutum dare, non contraxit legem commiſſoriam.
num. 39. pag. 92. C
Qui rem ſemel vendicauit, ex noua cauſa vendicare
non prohibetur. num. 25. pag. 38. C
Qui conſtituuntur ad lubitum principis in aliqua p-
uincia, pro perpetuis habentur. num. 5. pag. 91. B
Qui præponūtur adminiſtrationi rerum Eccleſiaſtica-
rum, eas obligare poſſunt. num. 11. pag. 59. C
Qui poteſtatem habent eum ſubditis, non rectè con-
trahunt: cauſa ex Cicerone relata à Mudæo. num. 1.
pag. 91. B
Qui in prouincijs officium gerunt, emere non poſ-
ſunt, neque eam ob rem principi ſupplicare: qui in
vrbe, rectè. num. 4. pag. 90. B
Qui vtile dominum, ſeu quaſi dominium habet, hypo
thecam conſtituere poteſt, ſuperficiarius, emphyteu
ticarius, vectigalis, & ſimiles. num. 3. pa. 57. C
Quicquid emptionem venditionemque recipit, etiam
pignorationem recipit. num. 1. pag. 43. C
Quid faciendum ſit, vbi alter alteri diffidit de adim-
plendo contractu emptionis & venditionis. nu. 4.
pag. 126. B
Quæ quotidiano vſui ſunt deſtinata, quomodo obli-
gata cenſeantur. nu. 10. pag. 56. C

R

Ratio cur alia tempora conſtituta ſint vſucapioni
prædij, alia præſcriptioni hypothecariæ actionis.
nu. 14. pag. 24. C
Ratio, cur mutatio rei noceat legatario & vſufructua
rio, non tamen creditori. num. 32. pag. 20. C
expenſa ratio Iuriſconſulti: *Quia non ex cauſa legati rem
habet.* in l. cui res. de act. empt. num. 3. pag. 205. B
Ratum haberi quandoque quod ſuo nomine geſtum
non eſt. num. 9. pag. 59. C
Re aliena pignori data & vendita, tenetur debitor vel
emptori, vel domino, vel ipſi creditori. num. 36. pa.
72. C
in Re aliena ſpecialis hypotheca non poteſt conſti-
tui niſi ſub conditione cum ſua erit. num. 6. pa. 4. C
an obligatio Re contracta poſsit reformari. num. 10.
pag. 63. a
Rei appellatio latior quàm pecuniæ. num. 4. pag. 54. C
Rei ſacræ vel religioſæ nulla eſt venditio. num. 5. pa.
26. B

S

Sagum quid ſit. num. 2. pag. 34. A
Salaria & ſtipendia quomodo in ſocietatem veniunt.
num. 2. pag. 37. A
Saliceti de penſionibus fundorum cui cedant ſenten-
tia latè explicata. num. 17. pag. 190. B
Saliceti diſtinctio probata Mudæo circa reſponſum
Marcelli, in §. quæritur. l. ſi creditor. de diſt. pig.
num. 18. pag. 67. C
Saliceti ratio à Mudæo expenſa. num. 5. pag. 21. B
Saliceti pulchra diſtinctionis Iuriſconſulti explicatio
deductione facta in quatuor membra. num. 4. pag.
87. B
non Satiſdans de dupla ſtatim condemnatur, perinde
atque ſi res euicta eſſet, ſed non cogitur ſoluere, an-
tequam auenerit euictio. num. 22. pag. 245. a
ad quid agatur contra non ſatiſdantem de dupla. nu
18. pag. 245. B
an non Satiſdans ſtatim condemnandus ſit quantum
aliquando intererit. nu. 17. pag. 244. B
Satiſfacere aliud eſt quàm ſoluere, etiam in conuen-
tionibus alijs. num. 5. pag. 98. B
Satiſfactum intelligitur venditori pignoribus, fideiuſ
ſoribus, vel expromiſſore dato. num. 4. pag. 98. a
Scienter emens domum exuſtam, non videtur à frau-
de excuſari. num. 3. pag. 23. B
Scienter emens domum exuſtam, venditore id igno-
tante, non habet beneficium. l. 2. C. de reſcin. vend.
num. 4. pag. 24. B
inter Scientes rem alienam non eſt commerciū, quan-
do contractus vergit ad crimen. num. 5. pag. 29. B
non refert, ſcripturàne, an viua voce contrahatur hy-
potheca. num. 13. pag. 27. C
Sententia abſolutoria quomodo proſit ad probatio-
nem reſtitutionis vel ſolutionis. num. 24. pag. 141. C
Sententia debet eſſe conformis petitioni. num. 4. pa.
259. B
Sententia eſt referenda ad acta. num. 44. pag. 230. B
Sententia eſt ſtricti iuris. num. 6. pag. 209. B
Sententia in plures lata, non ſinguli in ſolidum, ſed
pro parte conueniuntur. num. 10. pag. 134. C
Sententia nouat priorem contractum. num. 9. pag.
134. C
ex Separatis non rectè fit illatio num. 2. pag. 181. B
Sequentia demonſtrant, qualem quis ab initio animū
habuerit. num. 5. pag. 116. B
Seruiana datur, ſi quis poſſeſsione rei pignoratæ ceci
derit, ad exemplum Publicianæ. num. 2. pag. 56. C
Seruiana propriè competit pro inuectis & illatis, pro
penſione ædiū conductarum, hypothecaria & quaſi
ſeruiana pro quolibet alio debito. nu. 11. pag. 14. C
verus dominus Seruianam actionem rei ſuæ nomine
habere non poteſt. num. 10. pag. 26. C
Serui pro nullis ſunt iure ciuili. num. 1. pag. 43. A
ſi duo Serui pariter vno pretio vendantur, & al-
ter ante venditionem deceſſerit, an in ſuperſtite cō
ſtet

ſtet venditio. num.10.pag.22.B

R

Rei vendicationem dari ad rem repetendá, reſoluta venditióe, etiam ſi fides habita fuiſſet de pretio, ſecundum Fulgoſium, latius à Mudæo confirmatum, declaratumq;. num.6.pag.152.B
ſi cum debitore actum fuerit rei vendicatione, & ſuccubuerit, ſeruatur nihilominus creditori hypothecaria actio.num.69.pag.116.C
ſi quis rem emerit ſibi cum alio communem, pro parte tantùm ſubſiſtit emptio.num.6.pag.31.B
Rem tradi non vitioſam, nec deteriorem quàm vendita ſit.pag.157.B
omnium Rerum quas quis habere, poſsidare, vel perſequi poteſt venditio rectè fit. l. ſi in emptione. §. omnium.hoc tit.num.1.pag.25.B
Res alia ſi in alterius locum ſurrogetur, an ſurrogata etiam obligata cenſeatur. num.25.pag.18.C
Res aliena an vendatur. num.1.pag.27.B
Res aliena illata in domum conductam quando obligari poſsit.num.9.pag.45.C
Res aliena pignori data ſoluto debito qua actióe repetatur à creditore poſsidenre.num.29.pag.11.C
Res aliena ſub conditione obligata, ac deinde acquiſita, ſi antequam conditio extiterit, iterum alienetur, an confirmetur hypotheca.num.12.pag.6.C
Res communis obligata, ſi iudicio cómuni diuidúdo diuidatur, an ius creditoris duret in ſingulis partibus rei diuiſæ. num.42.pag.23.C
Res debita obligata, ſi poſtea acquiratur, prodeſt ad prælationem inter creditores, & quæ Fulgoſij hic ſit ſententia.num.11.pag.5.C
Res duobus in ſolidú non obligatur, niſi expreſſè hoc actum eſt.núm.10.pag.62.C
ſi Res ematur vna marca, aut vncijs aliquot argéti vel auri, an ſit venditio.num.8.pag. 44.B
Res empta venditaq;, quæ tempore contractus non erat in rerú natura, ſed putabatur eſſe.nu.9.pa.22.B
Res furtiua vendi non poteſt, & quæ talis habeatur. num.1.pag.28.B
Res futuræ in dominio alicuius, pluribus pignori obligari poſſunt, in quibus etiam ſpectatur prior tempore.num.109.pag.130.C
multum intereſt, Rem futurá quis emat, an verò ſpem tantùm.num.6.pag.21. B
Res hæredis, cùm legari poſsit, cur non & obligari. num.8.pag.5. C
Res in genere vendita an accipientia fieri debeat.nu. 4.pag.100.B
Res iudicata aut iureiurádo definita, pro veritate accipitur, & aſſumitur inde materia vtilis actionis ex eo contractu ſuper quo iudicatum vel iuratum eſt. num.7.pag.209.B
Res litigioſæ vt non venduntur, ſic nec obligátur hypothecæ.num.2.pag.43.C
Res obligata legata quomodo quandoq; ab hærede, quandoque verò à legatario luatur.in §.ſed etſi rem ſuam.Inſtit.de leg.num.3.pag.5.C
Res obligata ſi cóſenſu creditoris ſemel védatur, poſteaq; redimatur, an cēſeatur iterú obligata. num.8. pag.55.C
Res pecunia pupilli à debitore eius comparata, pupillo eſt obligata.num.93.pag.124.C
Res pignori obligata ſi mutetur, an extinguatur pignus.num.30.& 31.pag.20.C
Res quamuis ſit obligata pro tanta quantitate, vt non ſit veriſimile illá vnquam redimendam, non per hoc videtur exiſſe patrimoniú debitoris.nu.32.p.227.B
Res quæ nó eſt omninò prohibita vendi, ſed quibuſdam tantum, poteſt obligari.num.3.pag.43.C
Regula, quòd tot ſint ſtipulatióes, quot ſunt res, quo modo intelligenda veniat.num.15.pag.68.B
Res ſub códitione vendita, ſi anteq̃ conditio exiſtat tradatur, nó facit locum vſucapioni.num.8.pa.8.B
Res tota mutatur cum eius ſubſtantia mutatur. nu.7. pag.62.B
ſi Res vendita & tradita ad emptorem redierit, qua actione à venditore ab eo repetatur. nu.1.pag.199.B
Res vendita minori pretio quàm mandatú erat, ſi à domino petatur, an retineatur, ſuppleto pretio. num.6.pag.84.B
Illæ res védi poſſunt, quarú Iuregen. eſt cómerciú, ſed nó vbiq;, neq; ſemper, neq; oibus.num.3.pa.25.B
Res vni obligata poteſt alteri obligari, etiam ſi ſecundum creditorem non fecerit certioré prioris obligationis.num.2.pag.59.C
Res vt ab hærede vendator legata, quo modo dici poſsit etiam ipſa legata. in l. vxoré. §. agri. de leg.3. num.3.pag.108.B
facultati redimendi Rem reſtituto pretio an præſcribatur 30. annis. num.52.pag.78.C
Reformationé contractus fieri, integris oibus manétibus, nó poſt adimpletú contractú.nu.13.pa.64.B
an prior cótractus, ſi Reformetur pacto, extinguatur, an verò duret.num.2.pag.61 B
Regola, ſi vinco vincentem te, vinco vtique & ta. nu. 10.pag.105.B
Regulæ quibus ordo inter creditores breuiter explicatur.num.79.pag.121.C
ad Redhibitionem non ſolum agitur ex edicto Aedilitio, ſed etiam actione ex ſtipulatu & ex empto. num.7.pag.157.B
ſi fundus vti optimus maximus eſt, venditus ſit, & ſeruitutem debeat, an Redhibitioni locus ſit. num.7. pag.150.B
ob temerariam aſſertionem venditoris, Redhibitoria aliquando locum habet, qua alìàs non competeret. num.8.pag.150.B
Remiſsio debiti quod excedit quingentos ſolidos, debet inſinuari.num.60.pag.114.C
Remiſsio debitori facta, prodeſt & hæredi, & fideicómiſſario vniuerſali.num.8.pag.100.C
Remiſsio inutilis eſt quæ fit dolo vel metu. num. 58. pag.113.C
Remiſsiones iuris aut actionum ſtricti iuris ſunt, nec extenduntur ab vno ad aliud.num.56.pag.233 B
inutilis Remiſsio quandoq; pignus liberat: Accurſij hac in re exépla expéſa à Mudæo.nu.59.pa.119.C
in parte pro indiuiſo poſſeſſa ſi fiat remiſsio pignoris, reliqua pars nihilominus in ſolidú pignori manet ſubiecta.num. 9.pag 100.C
Remiſſo debito ſoluitur hypotheca, etiam ſi ea remiſſio fiat nudo pacto.num. 57.pag.113.C
Remiſsio pretij non reformat contractum, ſed liberat ab implemento.num.5.pag.62.B
qui à Repub. vel fiſco iura publica conduxit, in illis exigendis eadem habet priuilegia quæ Reſpub. vel fiſcus.num.7.pag.198.B
Renunciandi ſocietati cauſæ vnde ſubminiſtrentur. num.9.pag.12. A
Renunciare per ſe & aliú licet.num.1.pag.58. A
Renunciare ſocietati ſocio abſenti an domi manens poſsit, & quo modo.num.20.pag.13. A
Renunciari poteſt ſocietati nondum cœptæ.num.5. pag.57. A
Renunciatio ſocietatis intempeſtiua non liberat ſocium.num.2.pag.30. A
Societatis intempeſtiua renunciatio nunquam ꝓdeſt. num.7. pag.11. A
intempeſtiua Renunciatio ſocietatis quæ fit ante conuentum tempus.num.5.pag.11. A

Renunciationē ſocietatis quid impediat.nn.1.p.57.A
Renunciationes omnes ſtrictè ſunt accipieedæ,& babent in ſe donationis vim, quæ nunquam præſamitur.num.16.pag.103.C
Rerū cōmuniū quādo ſocietatē inducat.n.6.pa.63.A
Reſidui appellatione venit etiam rotū.nu.4.pa.94.C
Reſolutio contractus ſit reſtitutis ijs quæ alter alteri impleuit.num.14.pag.64.B
Reſolutio cōtract⁹ nō niſi re integra ſit.nu.2.pa.52.B
contractu Reſoluto qua actione repetatur res,cū ſcilicet emptor liberarur à ſolutiōe pretij.nu.5.pa.112.B
Reſponſa Iuriſconſultorum ad ea quæ frequenter accidunt,adaptantur.num.6.pag.169.E
contractu reſciſſo per in integrum reſtitutionem liberatur & alter contrahantium, qui reſtitutionem nō impetrauit.num.3.pag.111.B
ſi Res ſit euicta ſingulari iure reſtitutionis tenuius agitur,quàm ſi iure cōmuni euicta ſit.nu.34.pa.228.E
Retentio cur hic detur in re aliena pignori obligata, non tamen cum vitioſe pignus eſt conſtitutum.l.cū vitioſe.infr.eod.num.30.pag.11.C
Retentionis commodum ſolum datur poſsidenti, nō bypothecaria agenti.num.28.pag.141.C
en Retineatur poſſeſsio pignoris donec ſoluta ſit pecunia,quando conuentū fuit,vt certo tempore fructus pignoris in compenſationem debiti cederent. num.49.pag.77.C
Retrahenti conceditur tempus ſoluēdi principali emptori indultum.num.7.pag.18.A
Ripæ fluminum an cedant in modum agri. num.5.pa.185.B
Rixæ cauſam iuſtam præbent, cur etiam minor ad diuiſionem prouocare poſsit.num.12.pag.12.A

S

Seruitus aliquando neceſſario confunditur, & extinguitur,& iterum debet imponi.num.1.pag.148.B
cui Seruitus conſtituta eſt à bonæfidei poſſeſſore habet Publicianam.num.18.pag.148.B
an vt Seruitus per patientiam videatur tradita,requiratur ſcientia patientis.num.14.pag.147.B
non poteſt reticeri Seruitus,qua prædium venditum oneratū eſt:ſed nec qua melius eſt.nu.1.pag.148.E
Seruitus rei communis per vnum imponi non poteſt. num.6.pag.64.A
Seruit⁹ vſucapitur aduerſus ignorātē.nu.15.pa.147.B
Seruitute empta,ſi ea mihi conſtitui non poſsit (quod fundus meus à me interim euictus ſit, vel caſmare perierit)an nihilominus pretium ſoluere debeam. num.10.pag.260.B
qui debet Seruitutem, ad patientiam vtendi præciſè compelli poteſt,quamuis ſit facti.nu.12.pag.147.B
ob Seruitutem tenetur venditor, quanti minoris, etiamſi ignorauerit.num.4.pag.150.E
Seruitutes omnes perpetuam cauſam habere debent. num.13.pag.47.C
Seruitutes à iure pignoris multū diſtāt.nu.16.pa.48.C
Seruitutes ipſo iure non conſtitui ad tempus,vel ſub conditione,quomodo intelligendū.nu.15.pa.47.C
Seruitutes prædiales an obligari poſsint. num.12.pa.47.C.
Seruitutes precario concedi,quomodo intelligendū. num.14.pag.47.C
Seruitutes prædiorum non recipiunt veram traditionem vacuæ poſſeſsionis.num.1.pag.144.B
Seruitutes tranſeunt cum fundis, etiamſi nihil de ijs cautum fuerit.num.1.pag.34.B
Seruitutis prædialis nomine nunquam agitur de euictione. num.9.pag.150.E
Seruitutes vna cum prædijs tranſeunt & poſsidentur, & vicino prædio per venditionem conſtituuntur. num.2.pag.25.B
Seruo nulla actio eſt ex contractu,ſed domino tantū. num.1.pag.115.E
per ſeruum peculiotenus obligamur ignorantes, prohibentes,& inuiti.num.10.pag.12.B
an qui Seruum bona fide poſsidet,iubere eum adire hæreditatem poſsit.num.42.pag.254.B
Seruus à domino vendi nō poteſt, vt cum beſtijs depugnet.num.10.pag.27.A
Seruus bonæfidei poſſeſſori acquirit ex re ſua.num.3. pag.117.E
ſi Seruus ante euictionem manumiſſus ſit, quomodo teneatur venditor.num.43.pag.254.B
Seruus ex mandato domini contrahens,& illud excedēs domino non præiudicat: idem in procuratore ſpeciale mandatum habente. numero.2. pagina .17.E
Seruus cum peculio decem,venditus, hoc adiecto, ſe nihil adempturum,etiam ſi 15.peculium ſit debere. num.9.pag.35.B
Seruus fugitiuus amittit liberam adminiſtrationē peculij.num.9.pag.119.B
Seruus ſocius an ſocietati renunciet,an illius domin⁹. num.1.pag.14.A
quod Seruus ſurripuit,peculium non auget. num.2. pag.141.B
Significatio verborum: *Si appareat neque ſoluere neque dare.* in l.ſi duo.§.1.de conſtit.pecun. num.21.pag. 264.B
Simulatione aut fraude interueniente iuuādus eſt creditor qui conſenſit alienationi. numero. 31.pagina 107.C
Simulata venditio.num.2.pag.40.E
Simulata venditio quamuis non facilè præſumatur interueniente pretio,tamen etiā pretio interueniente ſimulata eſſe poteſt.num.2.pag.17.B
verbum Sincere, duplicem habet ſignificationē. nn. 8. pag.19.B
in Singulos annos decem,vel habitatione excepta,electio eſt debitoris. num.17.pag.38.E
Si alter minoris vendere aut locare ſe putet, alter verò pluris emere aut conducere,an ſubſiſtat contractus, & quid in ſtipulatione. numero 3. pagina 14 B
Si quis deſignauerit plures res hypothecæ futuras, & quaſdam antequam mutuam pecuniam acciperet,alienauerit, tranſeunt ſine onere hypothecæ. nu.15. pagina 35.C
Sozinus aduerſus Iaſonem obtinuit ſententiam in iudicio,& cur,Mudæus explicat. numero 12. pag. 9. B
Societate ad certum tempus contracta interdū rectè ab ea ante recedi.num.8.pag.12.A
Societate adhuc durante poteſt fieri diuiſio emolumentorum,& diuiſa ſocietate quoque res manere communes.num.1.pag.11.A
in Societate communicantur ſtatim res quæ contrahentium ſunt,non perinde quarum dominium poſtea acquiritur.num.2.pag.3.A
Societate manente an agatur pro ſocio. numero 1. pag.41.A
in Societate quid arbitrio ſociorum vel alterius cōmitti poſsit.
Societatem nemo ſuo hæredi paciſci poteſt.num.19. pag.13.A
Societatem quis contrahere poſsit. numero 3. pag. 1. A
qui Societatem adminiſtrat, lucrum quod facit cōmune eſt, damnum quod dat ipſe reſarcire cogitur.num.11.pag.182.B

Societati imputatur quicquid ob eam perit, etiam ſi ſocietatis non ſit.num.3.pag.42.A
ſimplex Societatis conuentio longè diſtat à ſocietate omnium bonorum.num.1.pag.9.A
Societatis iudicio aduerſus vnum ex ſocijs agi etiam poteſt.num.3.pag 38.A
Societatis iudicio etiā in initio agi poteſt.n.5.p.77.A
Societatis natura eſt, vt lucra & damna communia fiant.num.1.pag.52.A
Societatis omnium bonorum quæ ſit vis & poteſtas. num.1.pag.2. A
Societatis re contractæ quæ ſit poteſtas quoad bonorum communicationem.num.2.pag.9.A
differentiæ communionis & ſocietatis. nu.6.pa.24.A
Societatis varia genera.num.1.pag.70.A
Societas acceſsionū tātū cōtrahi poteſt.nu.9.pa.33.A
Societas ad emendum cenſetur perfectè contracta, etiam ante emptionem.num.1.pag.38.A
Societas alia contracta, alia incidens, alia conſuetudinaria,& harum differentiæ.num.5.pag.5.A
Societas alia voluntaria, alia hæreditaria.nu.4.pa.44.A
Societas arrogationi per omnia non comparatur. num.1.pag.4. A
Societas coiri non poſsit ſic vt vnus duas lucri, & vnam damni ferat,& econtra.num.1.pag.22.A.
Societas cum ſeruo contracta eo ſolo non ſoluitur, quia dominus ſeruo iuſſerit,vt ſocietati renunciet. nu.2.pag.15.A
Societas donationis cauſa an contrahatur. nu.2.& 5. pag.8.A
pactum de communicandis lucris & damnis duarum aut plurium negociationum per diuerſos exercitarum ſocietas dici non poteſt,ſed contractus innominatus.num.4.pag.9.A
Societas factis contrahitur & ſoluitur. num. 2. pag. 6.A
Societas in æternum non contrahitur. numero 5. pag.2.A
Societas morte finitur. num.1.pag.44.A
Societas nominum & obligationum quomodo contrahatur.num.4.pag.5.A
Societas non contrahitur niſi rei honeſtæ. num. 6. pag.2.A
Societas non præſumitur inter pupillum & tutorem. num. 4.pag.36. A
Societas nulla eſt,ſi vtrinque non fiat collatio vel operæ vel pecuniæ.num.1.& 6.pag.7.A
Societas omnium bonorum quando ſimpliciter contrahatur.num.1.pag.5.A
Societas plura genera contractuum concludere poteſt.num. 2.pag.65,A
Societas per nuncium,epiſtolam,aut aliud conſenſum exprimens contrahitur. num.3.pag.6.A
Societas quæſtus & lucri quid contineat. numero 6. pag.10.A
Societas quomodo actione ſoluatur. nu.1. pag.55.A
Societas quomodo voluntate ſociorum ſoluatur. num.2.pag.54.A
Societas quot modis interitu ſoluatur.nu.5. pa.54.A
Societas re & verbis quomodo contrahatur. num.1. pag.6.A
Societas renunciatione ſoluitur. num. 3. pag.55.A
Societas rerum publicarum ad hæredes tranſmitti poteſt.num.3.pag.44.A
Societas ſic contrahi non poteſt,vt ad ſocios, ſeu ſocietatem pertineat morientis vnius ex ſocijs hæreditas.num.3.pag.5.A
Societas ſimpliciter contracta ad quæſtum tantū pertinet.num.3.pag.10.A
Societas ſic contrahi poteſt, vt vnus tantùm operam conferat.num.1.pag.7.A
Societas ſoluitur ex ſola litis ſuper tota ſocietate inſtitutione.num.2.pag.55.A
Societas ſub conditione rectè contrahitur. num.2. pag.2.A
Societas ſuis regulis clauditur.num.1.pag.77.A
Societas varijs modis tacitè contrahitur. num.1.pa. 35.A
Societas vniuerſarum fortunarum etiam ad futura bona extenditur.num.1.pag.70.A
Societas vt ex rei communione inducatur, quid requiratur.num.4.pag.23.A
Socij arbitrio committi poteſt,vt partes lucri & damni,conſtituat.num.2.pag.9.A
Socij mei ſocius meus ſocius non eſt,& quare.num.2. & 4.pag.15.A
Socio per vnū ex ſocijs admiſſo,an alijs ſocijs in ſubſidium contra admiſſum detur actio. num.7. pag. 16.A
Socio quomodo reſtituendum ſit quod erogauit,aut cuius nomine ſe obligauit,ſtāte vel finita ſocietate. num. 2.3.pag.17.A
Socijs ſibi inuicem mandantibus, vt fundum aliquem emerent,poteſt vnus ſibi ſoli emere. num.3. pag. 30.A
Socij vnum iudicem adire debent.num.2.pag.38.A
Socio vno mutuum accipiente,an creditor contra alios rectè agat.num.1.pag.80.
quod vnus ſociorum facere non poteſt, hoc alios onerat.num. 4.pag.62.A
Socius an à ſocio mandatum alienandi habere cēſetur.num.4. pag.63.A
Socius an partem ſuam ante diuiſionem vendere poſſit.num.15.& 18.pag 12.A
Socius an diligentiā præſtare debeat. nu.3.pag.31.A
Socius an per ſocium acquirat & obligetur. num. 8. pag.64.A
Socius an prohibere poſsit in communem parietē tignum immittere,& quomodo ei ſuccurratur.nu.2. pag.38.A
Socius conferre debet quod pœnæ nomine acquiſiuit.num.4.pag.61. A
Socius damna perpeſſa à ſocio repetit nu.5.pag.35.A
Socius ex delicto ſocij quando pœnam præſtet.nu.3. pag.40.A
Socius in ſua parte alium ſibi aſciſcere poteſt ſocium, etiam breuiore tempore.num.6.pag.15.A
Socius mihi eſſe non poteſt, quem ſocium eſſe nolo. num.1.pag.15.A
Socius nolens acquirere extra ſocietatem, non amittit beneficium,ne conueniatur vltra quàm poteſt. num.1.pag.65.A
Socius omnium bonorum quod emit an commune faciat.num.2.pag.71.A
Socius plus parte ſua an alienare poſsit. num.1.pag. 63.A
Socius per ſocium acquirit quod per ſe acquirere nō poſſet.num.2.pag.6.A
Socius propriam pecuniam dando in creditum it, altero etiam ſocio diſſentiente. numero.7. pagina 72.A
Socius qui bonis ceſsit,non prohibetur nouam ſocietatem contrahere.num.3.pag. 56.A
Socius qui contra ſocietatis leges facit, ſocietatis iudicio conueniri poteſt,etiam ſi portionem ſuam in alium tranſtulerit.num.17.pag.13.A
ſocius qui pecuniam vel operam ponit, quomodo paciſci poſsit,& quo effectu, ne de damno teneatur.num.16.pag.21. A
ſocius quod emit, ſuum facit, licet ſocietatis iudicio communicare teneatur. numero 1.& 3. pag.71.A

Socius quod ex delicto acquirit, an & quomodo conferre debeat. num. 1. pag. 39. A
Socius quod ſoluit nomine ſocietatis, ex ſocietate recuperare debet. num. 1. pag. 17. A
Socius quod vendit & tradit, illius dominium transfert, vel vſucapiendi conditionem. num. 1. pag. 61. A
Socius rem communem reficiens, expenſas cum vſuris centeſimis recipit, aut dominium totius rei acquiritur ſocio vltra quadrimeſtre morante. num. 2. pag. 37. A
Socius rem quam emit ante communicationem, alienare poteſt. num. 6. pag. 72. A
Socius ſi commune pretium cum ſocio putatiuo diuiſerit, vero ſocio non tenetur, ſed putatiuus ſocius. num. 2. pag. 48. A
Socius ſocio quam diligentiam in rebus præſtet. nu. 3. pag. 68. A
Socius ſocio quomodo caueat. num. 3. pag. 26. A
Socius vnus qui alium ſolus admiſit, tenetur de facto ſocij ſic admiſsi alijs ſuis ſocijs. num. 5. pag. 15. A
Socius vnus quod a ſocio poſtea ſoluendo non effecto exigit, alijs communicare debet. num. 4. pag. 52. A
Solum immobile bello captum publicatur, non autem fit militum occupantium. num. 8. pag. 22. B
Solutum à ſocio ante diem ſolutionis quomodo recuperetur. num. 8. pag. 18. A
Sors per vnum ex ſocijs collata, altero operam tantum conferente, an in fine ſocietas diuidatur. num. 17. pag. 21. A
Sors quam quis in ſocietate habet, teſtamento legari vel donari poteſt: ſed hoc caſu legatarius aut donatarius ſocius non erit. num. 7. pag. 8. A
Spes præmiorum, item ſtipendia publica an obligari poſsint. num. 27. pag. 53. C
quod ſpeciali iure eſt conſtitutum in liberis, quorum parens fiſci rationibus factus eſt obnoxius, non eſt trahendũ ad conſequẽ in cæteris. nu. 20. pa. 140. C
paratus ſoluere, videtur pignus liberaſſe, & quis dicatur paratus. num. 45. pag. 111. C
Solui debet integrum debitum, & in proba moneta, ad hoc vt pignoris liberatio fiat. num. 54. pag. 112. C
Solutio debiti liberat pignus. num. 47. pag. 111. C
Soluitur pignus directo & in conſequentiam principalis debiti, idque vel expreſſè vel tacite. num. 1. pag. 98. C
cui ob defectum ſolutionis res auſertur, & publicè diſtrahitur, non prohibetur eandem emere. num. 10. pag. 198. B
ſi Statuto cautum ſit, vt qui cum alio rem communem habet, illi potius quàm extero vendat, an intelligatur, vt eodem pretio quo ipſe rem comparauit, an verò iuſto pretio. num. 4. pag. 40. B
qui Statu liberum vendit, qui ſub conditione dandæ pecuniæ iuſſus eſt liber eſſe, ſi minorem quãtitatem dixerit, tenetur emptori. num. 9. pag. 182. B
hæc verba, *Stillicidia vti nunc ſunt, ita ſint*, in venditione ædium appoſita, quid valeant. num. 3. pag. 18. B
cur emptor magis poteſt ſtipulari duplum, ſi res euincatur, quàm venditor duplum, ſi pretium nõ ſoluatur. num. 5. pag. 277. B
vltra duplum euictionis nomine emptor Stipulari aliquando poteſt. num. 22. pag. 215. B
quantumcunque venditor Stipulatus ſit, ne de euictione teneatur, ipſe tamen aut hæres eius euincere non poteſt, ſi tertius euincat pretium, ſemper reſtituere debet, ſi ſciuerit alienam, etiam in id quod intereſt, tenetur. num. 7. pag. 212. B
ſi Stipulatus ſit venditor, quòd ex certa cauſa reſpectu certæ perſonæ aut actionis nolit de euictione teneri. nu. 13. pag. 213. B
qui fundum ſtipulatur, intelligit dominium fundi. nu. 1. pag. 97. B
Stipulatio *annua, bima, trima die dari*, vna ne ſit, an plures, inter veteres dubitatum fuit. num. 13. pag. 66. C
Stipulatio aſſumit naturam principalium contractuũ, quibus adijcitur. num. 5. pag. 67. A
Stipulatio alij contractui adiecta quando nocet. nu. 4. pag. 67. A
circa commiſsionem iſtarum ſtipulationum de euictione quinque ſunt inſpicienda. numero 7. pag. 221. B
Stipulatio duplæ committitur ſecundum pleroſque, cùm ſententia lata eſt, ſecundum Fulgoſium, cum executio facta eſt. num. 6. pag. 221. B
quamuis Stipulatio duplæ interpoſita ſit vtilis, ſubinde tamẽ eſt actio empti, ſi ſeruus nõ ſit furto noxaq; ſolutus. num. 2. pag. 158. B
quamuis in ſtipulationẽ duplę inuariabiliter fiat relatio ad tempus contractus, non ita in actione ex empto. num. 35. pag. 252. B
quomodo differant, Stipulatio duplæ, & Stipulatio rẽ habere licere. num. 4. pag. 221. B
ſi ſecundo emptori euincatur res empta, an primo emptori contra ſuum autorem commiſſa ſit ſtipulatio. num. 46. pag. 231. B
non refert emptor ſuccubuerit agendo an defendendo ad hoc cõmittatur ſtipulatio. num. 16. pag. 222. B
re euicta actione præiudiciali committitur ſtipulatio. num. 37. pag. 229. B
ſi ex cauſa antecedente venditionem, rem habere non liceat, committitur ſtipulatio, ſecus ſi ex cauſa poſt ſequuta. num. 41. pag. 230. B
an ſufficiat, ne committatur ſtipulatio emptori supereſſe publicianam aduerſus poſſeſſorem, quamuis nõ aduerſus omnes. num. 20. pag. 224. B
Stipulatio habere licere committitur ſecundum pleroſq;, ſimul atq; venditor aut hæres eius controuerſiam mouere cœperit, ſed ſi alius non antequam ſententia lata ſit, & executio facta. num. 5. pag. 221. B
quomodo committatur ſtipulatio, ſi emptor victus ſit iudicio communi diuidundo. num. 22. pag. 224. B
vt committatur Stipulatio, res debet eſſe iudicio euicta. num. 11. pag. 222. B
vt committatur ſtipulatio, denunciatio litis facta debet eſſe venditori. num. 58. pag. 233. B
ſerui parte integrali euicta, quare non committitur Stipulatio. num. 10. pag. 222. B
Stipulatio habere licere, vt ſtipulatio rem ratam haberi, ſi ſæpius intereſt, ſæpius committitur. num. 29. pag. 229. B
vt iſtæ Stipulationes cõmittantur, res ipſa debet eſſe euicta, non eius acceſsiones. num. 8. pag. 221. B
Stipulatio inutilis ne conſtituti, nec pacti quidem vim habet. num. 3. pag. 8. A
coniuncta duorum ſtipulatio non eſt debilior ſimplici, aut alterius ſolius. num. 4. pag. 97. B
Stipulatio hæc, mihi & Titio decẽ, differt ab emptione hac, mihi & Titio fundus ſit emptus. &c. num. 4. pag. 93. B
Stipulatio naturam aſſumit legati conditionalis, ſuper quo interponitur. num. 12. pag. 27. C
Stipulatio pœnæ inter ſocios an nouationẽ inducat. num. 1. pag. 26. A
Stipulatio ſuper lege aut conſuetudine ſeruanda, conformis eſt legi vel conſuetudini. num. 2. pag. 60. B
Stipulatio ſuper ſocietate interpoſita conformat ſe ſocietatis contractui. num. 1. pag. 60. B
Stipulatio tripli aut quadrupli nõ nouat actionem ex empto. num. 24. pag. 216. B
in Stipulatione fundum dari, non contineri fructuum præſta-

præſtationem, veniunt tamen fructus acceſſoriè ex mora & lite conteſtata. num. 8. pag. 138. a
in Stipulatione *fundum tradi*, ſtatim poſt moram etiam non cœpto iudicio veniunt fructus tanquam interuſſe. num. 9. pag. 139.
in Stipulatione pœnali nõ inſpicitur, an interſit, neq; quatenus interſit. num. 2. pag. 279. B
in Stipulatione rem dari ineſt vacuam poſſeſſionem tradi, & quæ ſit eius rei ratio. numero 6. pag. 138. B
Stipulatione ſocietatis contractui adiecta, an pro ſocio, an ex ſtipulatu agendum ſit. num. 1. pagin. 66. A
an adiecta emptioni Stipulatione, *vacuam poſſeſſionem tradi*, ad fructus agi poſsit actione ex ſtipulatu, vel ad cætera, actione ex empto latè diſputatum. nu. 2. pag. 137. a
Stipulationi conditionali additum pactum purum an ſtatim formet actionem, non expectato conditionis euentu. num. 16. pag. 69. B
Stipulationum vis intelligenda eſt ſecundum naturã negotiorum ſuper quibus interponuntur. num. 3. pag. 97. B
ex Subſtitutione totam aliquando partem capimus, & ex inſtitutione non totam. num. 27. pag. 130. B
Suæ rei an emptio eſſe poſsit. num. 1. pag. 30. B
rei Suæ venditio valet ab eo qui in iudicio poſſeſſionis potior eſſet. num. 9. pag. 58. a
qui Suam rem emit, pretiumque ſoluit, condicit illud veluti indebitum errore ſolutum. num. 2. pag. 30. a
Subinde vbi ex ſtipulatione de euictione agi non poteſt, ſupereſt tamen actio ex empto. nu. 11. pa. 210. a
an in ſtricti iuris contractibus etiam pacta ex continenti appoſita inſint ex parte actoris ad actionẽ formandam controuerſum ab antiquo fuit. num. 10. pag. 67. B
in ſtricti iuris contractibus vſuræ ex pacto non debentur, ſed tantum in ſtipulationem deductæ. nu. 11. pag. 67. B
Subſtantialia contractus comprehendunt ea quæ ſunt de ſolennitate interim. num. 14. pag. 50. B
ad Subſtantiam venditionis pertinent pretium, res quæ væneat, & conſenſus contrahentium. num. 1. pag. 39. B
in huiuſmodi Sumptibus reſundendis venditor non eſt grauandus vltra duplum. num. 48. pag. 256. a
Sumptum profectionis an ſocius ſocio imputet. nu. 1. pag. 38. A
qui ad abſentem emendi cauſa profectus eſt, & res empta nõ traditur, Sũptus itineris in id quod intereſt imputari poſſe ſenſit Caſtr. num. 5. pag. 272. a
Sumptus ædificij quod in pignorato prædio conſtructum eſt, quomodo reſtituantur à creditore agente hypothecaria, Mudæi ratio. num. 35. pag. 21. & 39. pag. 22. C
Sumptus in erudiẽdo ſeruo facti poſt euictionem emptori ſunt reſtituendi, & quomodo eos ſumptus emptor conſequatur. num. 47. pag. 255. B
quomodo ſumptus in re diſtracta factos perſequi poſſimus. num. 1. pag. 280. a
etiam ſi res vendita non extet, ſumptus in eam facti peti poſſunt. num. 5. pag. 280. B
ſi Sumptus facti ſint tam magni, ob quos dominus rem cogeretur relinquere, illi non cenſentur vtiles eſſe. num. 4. pag. 280. B
Sumptus qui peti poſſunt ad probabilem modum facti eſſe debent. num. 3. pag. 180. B
appellatione ſumptuum non venit pretium fundi. nu. 38. pag. 22. C
quomodo intelligendũ, quod dicitur, non eſſe quem onerandum ſuperfluis cautionibus. nu. 10. pa. 147. B

T

quæ Tacitè inſunt, ſi exprimantur, non minuunt iuſ, ſed augent vel declarant num. 5. pag. 60. a
Tempus priori orationi inſertum, an repetitum cenſeatur in poſteriore. num. 60. pag. 79. a
quando inſpeciatur Tempus contractus. num. 10. pa. 286. a
arctior eſt temporis ratio, ſi dicatur, in diebus aliquid fieri, quàm ſi in diebus triginta. num. 59. pag. 79. B
Teſtibus ſumptus exhibendi ſunt. num. 2. pag. 38. A
ſi condemnatus aliquis ſit, vt rem Tradat ex actione empti, nec de venditione apparet, quaſi actiõe cautionem de euictione poſtulabit. nu. 5. pag. 209. B
ſi res empta non Tradatur, debetur exiſtimatio quanti plurimi res nunc eſt, etiam ſi excedant duplũ pretij conuenti: at ſi euicta ſit ea non præſtatur vltra duplum pretij cõuenti, & quæ ſit ratio diuerſitatis. num. 28. pag. 267. B
an ſeruo antequam Tradatur à venditore manumiſſo, emptori præſtandũ ſit, quòd libertũ ipſe nõ habeat. num. 3. pag. 269. a
qui Tradẽdo donauit, & donando tradidit, non cogitur eadem actionas, ſecus eſt in hærede à quo res aliena quam poſsidet legata eſt. num. 54. pag. 232. a
ſi res Tradita ſit obligata vel aliena, emptor agere nõ poteſt, antequam ſit euicta num. 3. pag. 134. B
quomodo intelligendum, poſſeſſionem traditam videri, etiam ſi precaria ſit, in l. emptorem. §. t. de act. empt. num. 6. pag. 136. a
an mitiùs Teneatur non Tradens, an non ſatisdans. num. 16. pag. 244. B
an ſatis eſt venditorem Tradere poſſeſsionẽ, ex quo procedere poſsit vſucapio. num. 3. pag. 133. B
an non Tradere liberum ſit emptori, ſi malit quod intereſt præſtare. num. 1. pag. 258. B
aliquando venditor nec tradere tenetur nec præſtare quod intereſt, ſed tantùm ad rem perſequandam actiones ſuas cedere. num. 3. pag. 259. B
re Tradita à maiore circunuẽto, an ſecurus ſit emptor. num. 11. pag. 114. B
ſi pluribus res obligetur, prior creditor potior eſt poſteriore, etiam ſi illi res tradita fuerit aliter quàm in venditione duobus facta. nu. 8. pag. 105. B
Traditio ad quam tenetur venditor, quomodo differt à traditione ad quam tenetur locator. num. 5. pag. 132. a
Traditio ad quam tenetur venditor, media eſt inter obligationes dandi & faciendi. num. 2. pag. 258. B
Traditio & vſucapio in dominij ratione æquiparantur. num. 9. pag. 8. B
Traditio facta ab eo cui bonis eſt interdictum, non transfert dominium, ſi ſciente fiat, non ſi ignoranti. num. 2. pag. 83. B
Traditio hypothecæ non iuuat poſteriorẽ creditorẽ. num. 18. pag. 28. C
Traditio pignoris non facit quem præferri alteri qui ex conuentione prius illud obligatum habebat. nu. 91. pag. 124. C
Traditio poſſeſsionis ad quam tenetur venditor, talis eſſe debet, vt nemo eam iure auocare poſsit. num. 2. pag. 134. B
ſola ſcriptura non fit traditio. numero 2. pag. 104. B
Traditio in dubio non fit animo transferendi dominij. num. 11. pag 33. A
Traditio ſeruitutum eſt continua patientia ea vtẽdi. num. 9. pag. 146. B
in Traditione rei quodlibet pactũ rectè apponi, quomodo reſtringatur ac intelligatur. num 37. pag. 73. B

Traditione rei acquiritur vſucapiendi conditio, ſi nõ ſit dominus venditor. num.1.pag.98.B
Traditione rei alienæ à vẽditore ſcienter facta ſit furtum in re mobili. num.9.pag.105.B
quomodo traditionem ſeruitutum quidam intellexarint, & diſtinxerint à patientia vtendi. num. 2. pag. 144.B
ſocietas cur ſine Traditione dominia rerum ipſo iura communicet & transferat. num.1.pag.3.A
In dubio interpretamur traditionem conformẽ venditioni, & ediuerſo. num.14.pag.175.B
quid ſeruo vendito ante traditionem imperare venditor poſsit. num.1.pag.171.B
ex Teſtamento etiam agi ad traditionem rei venditę, ſecundum Fulgoſ. num.1.pag.108.B
etiam poſt Traditionem factam & pretij ſolutionem, emptor contra venditorem agere poteſt, vt prædium liberet. num.3.pag.155.B
Tranſactione facta animo nouandi, quandoque rediri poſſe ad priſtinam obligationem ex doli cauſa. num.9.pag.95.C
Tranſactio pœnitentiam nec reſciſsionem admittit. num.4.pag.74.A
Transformantia pacta ſola actionem non pariunt, ſed quod ex contractu & pacto ſimul componitur. nu. 12.pag.59.B
Transformatio transformationis quandoque fieri poſeſt. num.13.pag.59.B
nullam fieri Translationem ex perſona Titij, cui acquirere non poſſum in me, aduerſus Bartholũ oſtendit Mudæus. num.11.pag.94.B
Translatio hypothecæ quomodo fiat, & quæ vis. nu. 13.pag.63.C
ſi emptioni adiecta ſit ſtipulatio, *fundum dari*, ea non importat Translationem dominij, licet verbum dari eam aliàs ſignificet. num.10.pag.139.B
apud omnes prouincias non eadem ſuis ratio Tributorum. num.6.pag.152.B
nulla eſt cauſa antiquior & maioris priuilegij, quàm ſoluendorum tributorum. num.6.pag.197.B
quando venditor aſſeuerat Tributũ minus eſſe, quàm re vera eſt, etiam ignorans tenetur. num.2. pag. 152.B
Tunc dictio, temporis extremitatem ſignificat. nu.1. pag. 56.A
Tutelæ ineſt tacita hypotheca in bonis tutoris eã adminiſtrantis. num.113.pag.131.C
Tutelam inuitus quiſque ſubire debet. num.3. pag. 43.A
Tutor an ipſa ſibi ſoluere poſsit. numero 2. pag. 86.B
Tutor & curator pignori obligare poſſunt rès minorum. num.10.pag.59.C
Tutor finito officio non tenetur. num. 24. pag. 301.B
Tutor qui à parente pupilli fundum emit, an ſibiipſi tradere illum poſsit, & an decreto ſit opus. num.2. pag.95.B
Tutor qui ſolus eſt, ſi palam ac bona fide emat, an valeat emptio. num.6.pag.87.B
Tutor rem pupilli emere non poteſt, & cur. num 1.pa. 86.B
Tutor rem pupilli emere poteſt, ſi contutorem habeat cuius autoritate emat. num.5.pag.87.B
Tutor rem pupilli à creditore pupilli, vt quilibet alius, emere poteſt. num.8.pag.87.B
Tutor remotus quando infamia notetur. num.5.pag. 31.A
Tutoris omnia bona tacitè ſunt obligata, pro adminiſtratione bonorum pupilli. numero 7. pagina 94.C

V

vtile eſt emptorem vtrunq; ſtipulari vt & Vacua & libera tradatur poſſeſsio. num.9.pag.133.B
venditor tenetur emptorem in vacuam poſſeſsionem inducere. num.7.pag.132.B
quomodo agatur, ſi Vacua poſſeſsio tradita non ſit, & quomodo ſi non libera. num.10.pag.133.B
an ſi Valor rei euictæ deuenerit actione ex empto, totum pretium conuentum peti poſsit. num.36.pag. 253.B
qui locauit Vaſa vitioſa ignorans, etiam ſi integra nõ affirmauerit, tenetur ad externa damna, ſecus ſi vendiderit, ſecundum communem opinionem. num.2. pag.168.B
in Vaſis venditis & locatis qualitas etiam venditis & euictis ius variat. num.5.pag.169.B
Vectigalis fundus quis dicatur. num.4.pag.57.C
Vel pro etiam. num.4.pag.4.C
ſi res Vendatur iuſto pretio, in genere ſcilicet, an cenſeatur vendi. num.4.pag.43.B
Vendens in fraudem creditorum rem alienat, atque transfert in emptorem dominium rei. num.7. pag. 83.B
Vendens rem duobus, falſi crimine tenetur, & grauius punitur, quàm qui duobus rem obligat hypothecæ. num. 4 pag.60.C
Vendens rem communem, an poſsit exercere pactum addictionis in diem, & ſi exerceat, an in totum, an in partem. num.8.pag.31.B
quando duobus rei vendita eſt, vter emẽtium potior ſit. num.6.pag.104.& num.11.pag.105.B
Vendicans, omne ius ſuum in iudicium deduxiſſe cenſetur. num.3.pag.136.C
Vendicare quis non poteſt quod alienatum eſt ab eo in cuius hæreditatem ſucceſsit. num.35.pag.72.C
rei Vendicatio non concurrit cum perſonali actione, niſi aduerſus furem. num.25.pag.69.C
qui Vendit tantùm ius quod habet in re, ſciens ſe nullum habere, creditor qui vendit pignus quod ſcit ſibi non obligatum, donans tradẽdo rem quam ſcit non ſuam, tenetur. num.16.pag.214.B
qui vendit vt creditor, non tenetur de euictione. nu. 2.pag.197.B
res Vendita poſt venditionem non poteſt à venditore fieri deterior. num.1.pag.169.B
ſi duobus res Vendita eſt, diſtinguendum eſt, an inter ſe iudicio contendant, an in tertium agatur. nu.7. pag.104.B
vnica Venditio an plures factæ ſint inſpiciendum, nõ ſolum in contrahenda, verum etiam reſoluẽda, &c. nu.12.pag.22.B
quando venditio cenſeatur facta ad menſuram. nu.53. pag.77.B
Venditio donationis cauſa minori pretio facta inter coniuges, an valeat. num.5.pag.42.B
Venditio ex pacto transformatur in contractũ, do vt des, vel facio vt des. num.4.pag.56.B
Venditio fieri poteſt hac conditione, vt ſi eius mẽſuræ fundus non tradatur, ex alio fundo eiuſdem menſuræ fundus ſeu fundi portio tradatur. num. 31. pa. 90.C
hæc Venditio, fundus ille ſit mihi & Titio emptus, quatenus valeat. num.1.pag.92.B
Venditio non eſt ſine re quæ væneat. nu.1.pa.20.B
Venditio prohibita ex fine in quem deſtinatur. nu.7. pag.20.B
Venditio rectè fit vt emptor fundum cõductum habeat, donec pretium ſoluat. num.61.pag.79.B
Venditio rei ex hæreditate an ne arguat aditionem in delibarante. num.6.pag.83.B

Venditio rei purè legatæ, facta ab hærede legatario ſubſiſtit, & quare. nu.6.pag.206.B
In venditione facta hac exceptione, *Si quid publici eſt eum nihil venit*, an contineatur quę in fiſci patrimonio ſint. nu.16. pag.37.B
Venditione per iudicem reſoluta manebit quandoq; ſaluum ius pignoris creditori, cuius duo exempla adfert Iuriſconſultus. nu.34. pag.108.c
Venditione reſciſſa ex l.2. C. de reſcind. vendit. an reſoluatur ius hypothecæ, cõtrariæ ſententiæ. nu.5. pag. 57. c
Quod poſt venditionem facto venditoris adijcitur, nõ cedit in modum. nu.7. pag. 186.B
Venditiones, quãti volueris, quãti æquum putaueris, aut quãti æſtimaueris, an valeãt. nu.5. pag.43.B
Venditionis verbum ex lege. x i i. tab. omnem alienationem complectitur. nu.12. pag.101.c
Quicquid vendito ſeruo accedit vel decedit, accedit vel decedit emptori. nu.3. pag.141.B
Si proteſtetur venditor bona fide de ignorata ſeruitute ſe nolle teneri, nõ tenebitur. nu.5. pag.150.B
Non à vi, ſed iudiciali impetitione venditor emptorem defendere debet. nu.4. pag.135.B
Non comparente venditore ad defenſionem, fit ex conſuetudine cõtra eum abſentem euocatio & ſolennis proteſtatio quæ inſcribitur actis iudiciarijs. nu.62. pag.233.B
Venditor an fructus demiſſos in fundo adhuc iacentes pignoris loco retinere poſſit. nu.4.pag.131.B
Venditor antiqua inſtrumẽta apud ſe ſeruat, & quam ob cauſam. nu.9.pag.196.B
Quocunq; tempore requiſitus venditor debet cauere de euictione. & quidem præciſè. nu. 1. pag.208.B
Quibus modis venditor coercetur ab euictione, eiſdẽ coercet & hæres eius & fideiuſſor. nu.13.pa.200.B
Venditor de dolo & culpa tenetur in acceſſione ve in principali. nu.6. pag.34.B
Etiam ſi venditor de euictione non teneretur, ipſe tamen euincere non poſſet. nu.11. pag.200.B
Venditor emptori oſtendere debet inſtrumenta ſeu tabulas fundi nu.8.pag.196.B
Venditor etiam ſi ſciat rem venditam eſſe alienam, tradere tamen tenetur. nu.52. pag.161.B
Venditor emptori tantùm tenetur de fructibus perceptis, & non de eis quos omiſit percipere. nu. 13. pag. 275. B
Venditor ex certa ſcientia rem vendens infra dimidium iuſti pretij, nõ tamen cenſetur partim vendere, partim donare. nu.1. pag.41.B
Venditor ex natura contractus ad ea tenetur, etiam ſi non repromiſerit. nu.3. pag.157.B
Si venditor fuerit in dolo, cõfeſtim cõtra eum agi poteſt, etiam ſi res nõdum euicta ſit. nu.5. pag.155.B
Si venditor hac forma verborũ vtatur, Sit tibi & Titio fundus venditus, &c. an emptor cogatur pluſquàm partem accipere. nu.10. pag.94.B
Venditor in generalibus verbis conſiſtens dum rem commendat, an teneatur. nu.11. pag.49.B
Si venditor in iudicio recuſet recipere pretium, ſufficit obtuliſſe verbaliter ſi extra iudicium, debet cõſignari & deponi. nu.3. pag.126. B
Si venditor inſulæ dixerit mercedem emptori acceſſurum, nihil præter actionem locati cedere debet. nu.2. pag.187.B
Venditor inuitus nõ debet cum emptore incidere in communionem. nu.8. pag.93.B
An venditor liberetur reſtitutione rei quæ euicta eſt. nu.9. pag.241.B
Venditor nõ liberatur tametſi res ex alia cauſa ad emptorem peruenerit. nu.4. pag.132.B
Venditor mitti poteſt in poſſeſſionem bonorum emptoris, & ſic rei venditæ cum alijs creditoribus, & an in re vendita præferatur alijs. nu.4.pag.273. B
Venditor non neceſſe habet rem venditam emptoris facere, ſed pignori datis rem afficere ita debet, vt poſſit Seruiana vti aduerſus quemcunq; poſſeſſorem pignoris vel hypothecæ. nu. .pag.28.B
Venditor ob renunciationem modi agri ab agrimenſore iniuſtè factam, ſi plus ſoluerit, an actionem ex empto habeat. nu.57.pag.78.B.
Venditor pignoris loco rem tenet, donec ei pretium ſoluatur. nu. 4. pag. 97. B
Venditor præſtare debet vt emptori rem habere liceat empti titulo. nu.1.pag.204.B
Venditor quæ commendandi cauſa dixit præſtare aliquando nõ debet. nu.4. pag.157. B
Venditor quamuis liberatus ſit a tradendo, cùm per eum factum non eſt quo minus tradat, mandare tamen debet actiones ſuas emptori. nu.12. pa.286.B
Vẽditor qui callidè tegit ſeruitutes, tenetur: quantũcunq; proteſtat[9] ſit ſe nolle teneri. nu.10.pa.150.B
Vẽditor qui ipſe anteq̃ traderet ad iudicium cõmuni diuidundo prouocauit, q̃d præſtet. nu.2.pa.140. B
Venditor qui patitur emptorẽ poſſidere rem emptã, tradidiſſe cenſetur. nu.3. pag.131. B
Venditor repromiſſione cauere debet ſana præſtare animalia quæ vendit. nu.2. pag.157.B
Duobus modis ſuccurritur emptori, ſi venditor rem vendicare velit. nu.5. pag.199. B
Venditor ſi rem habet, cogitur omnino tradere. nu. 18. pag.163. B
Venditor ſi rem tradiderit per errorem nõ ſoluto pretio, an cõdicere poſſit vt indebitũ. nu.17. pa.128.B
Venditor ſi res maiore vi ſibi eripiatur vel furto intercipiatur, actiones ſuas cedere debet. nu.7. pa.272.B
Venditor ſi ſciens celet ſeruitutes fundo debitas atq; ob id tempore per emptorem amittantur, tenetur ex vendito. nu.2. pag.34.B
Venditor ſolus ſi ſciat alienum eſſe quod venditur, an valeat venditio. nu.7. pag.29.B
Cur venditor tacens de tributo ignorans nõ teneatur. nu.5. pag.151.B
Venditor talem poſſeſſionem pręſtare debet emptori, vt iudicio poſſeſſionis retinendæ ipſe vincat alios: iudicio verò poſſeſſionis adipiſcendæ vel recuperandæ alij nõ vincãt ipſum. nu.3. pag.135. B
Venditor tenetur ad cuſtodiam rei, quàm diu emptor nõ eſt in mora recipiendi. nu.2. pag.280.B
Venditor tenetur de celata ſeruitute rei venditæ debita, ſi per non vſum eam emptor amiſerit. nu. 11. pag. 261. B
Venditor tenetur poſſeſſionem facere emptoris, ſed non dominium, ergo de euictione emptor nõ agit antequam dominium ſit euictum. nu.4. pag.134.B
Aduerſus venditorem doloſè obſcurum ſit interpretatio. nu.1. pag.18.B
Cur de ſe cauet venditor ſeruitutes. nu.11. pa.147.B
Argumenta quibus apparet vẽditorẽ ſeruitutum cauere nõ debere, *per ipſum non fieri, &c.* nu.7. pa.146.B
Communis opinio venditorem ſeruitutum cauere debere, & ſecundum eam interpretatus Iabolenus in l.pen. de ſeruitutib. nu.8. pag.146. B
Quæ actio detur venditori, ſi iniquis adhibitis põderibus ab emptore deceptus ſit. nu.3.pag.184.B
Cur venditori iniquis ponderibus decepto, magis detur condictio mercis, quàm emptori condictio pecuniæ amplius datæ. nu.5. pag.184.B
Cur venditoris & emptoris ignorantia requiratur in l.ſi duorum. de act. empt. nu.4. pag.181.B
Venditus vſusfructus vt nõ conſolidatur cum dominio, ita nec pignori datus. nu.11. pag.47.c
Si vendo alicui iugerum vnũ quod in maiore fundo

habeo cum alio communi & trado, dimidietatie tan tùm dominium tranſlatum eſt. nu.34. pag.252.a
Vendo fundum trium iugerum, perinde eſt ac vendo tria iugera fundi. nu.6. pag.173.B
Venena mala vendens, in leg. Cornel. de ſicar. incidit. nu. 11. pag. 27. B
Verba ambigua conuentionum interpretãda vt actus valeat potius quàm pereat. nu.27. pag.86. c
Verba enunciatiua quandoque inducunt diſpoſitionem. nu.20. pag.28. c
Verba in contractibus poſita ita intelliguntur vt aliquod augmentum operentur, & vt otioſa non ſint. nu.10. pag.35.a
Verba in contractu poſita ne otioſa ſint, ſit interpretatio pro venditore vel locatore. nu. 9. pag. 19. B
Verba, *Pactum conuentum*, excludunt tacitum pactũ, & quid Lorioto ſit pactum conuentum. nu.8. pa.26. c
Non tam verba quàm voluntas cõtrahentium ſpectari debet. nu.15. pag.175.a
Verborum proprietas non eſt ſtrictè ſequenda in hypotheca, ſed ſufficit quoquo modo intelligi conſenſum eſſe in hypothecam. nu.17. pag. 27. c
Verbum, pertinere, conueniens eſt ad hypothecam conſtituendam ex ſubiecta materia. nu.19. pa.28. c
An vidua defuncti mariti ſui bona pro dote tanquam pignora poſsideat. nu.5. pag.64. c
Viarum ſecuritas ad principem pertinet, fundus ad municipes, iuriſdictio ad eum cui caſtrum conceſſum eſt. nu.3. pag.185.a
Victor litis qui in cauſam iudicati pignora accepit. ea verè poſsidet: vt in illis tempore prior eſt, ita & potior. nu.6. pag.133.a
Cur ſi pro virgine mulier vendita ſit, actioni redhibitoriæ locus non ſit. nu.11. pag.158.B
Plenior vis vltimatum voluntatum quàm contractuũ, atque ita actionis ex teſtamẽto quàm ex empto plenior vis eſt. nu.4. pag.109. a
Quando res vitioſa vendita eſt, ſcientia & ignorãtia emptoris facit vt abſoluatur vel condemnetur venditor: venditoris verò ſcientia facit vt vel grauius vel mitius condemnetur. nu.1. pag.161. B
Viuentis non eſt hæreditas. nu.4. pag.270. B
Vltima voluntas pactis obſtringi non debet. num. 1. pag. 37. A
Cur Vlpianus fructuum tantùm maturorum mentionem fecerit, in. §. ſi fructibus. l. Iulianus. num. 1. pag. 188. B
Diſſolutio argumenti quod Vlpianus pro emptore attulit in l. ſi duorum. de act. empti. nu.17. pa.183. B
Vnica emptio quamuis ſit etiam plurium rerum, tamẽ vnius rei nomine emptor agere poteſt ſed non tam facilè venditor. nu.13. pag.23. B
Pluribus rebus vno pretio diſtractis vnica eſt venditio: ad ſingulas tamen ſeorſim agi poteſt. nu. 2. pag. 132. B
Erogata in honorem vnius ſociorum, veniunt in vniuerſalem ſocietatem. nu.2. pag.70. A
Si omne vinum quãtumcunque aſſet vno pretio vendatur, & ſi vinum vẽdatur vt in ſingulas amphoras pretiũ dicatur, quomodo differant. nu.55. pa.78. B
Voluntas & mens cõtrahentium in contractibus maximè ſpectanda. nu.10. pag.9. B
Vrbs ruinis ædificiorum deformari non debet. nu.1. pag. 37. A
Vſucapio ius pignoris aut hypothecę non extinguit. nu. 3. pag. 12. c
Vſucapio prodeſt ad acquiſitionem dominij prædij pignorati, non tantùm ad excluſionem actionis hypothecariæ. nu. 2. pag. 12. c
Error eſt, exiſtimere vſucapionem non currere aduerſus proprietarium, quàm diu vſusfructus ſeparatus eſt à proprietate. nu.12. pag.14. c
Vſufructu conſtituto alicui quoad viuet, an finiatur capitis diminutione. nu.51. pag.77. B
Vſufructuarius in fructibus nihil iuris habet, niſi ipſe perceperit, ſed percipiendæ penſionis ius habet ex ſuo contractu. nu.24. pag.591. B
Vſufructuarius non obligat rem in qua vſumfructum habet, ſed obligãti domino cõſentit. nu.7. pa.58. c
Vſusfructus an pignori vel hypothecæ dari poſsit, & qua ratione, quiſve vſus. nu.10. pag.45. c
Si ſeruus in quo vſusfructus tuus erat fundum emit, & antequam traderet finitus ſit vſusfructus, cui acquiratur actio ex empto ad fundum tradendum. nu. 2. pag.115. B
Si quis rem emerit in quo vſumfructum habet, valet emptio. nu.5. pag.31. B
An vſuræ aut pœna debetur antequam à venditore euictionis fideiuſſor datus ſit. nu.1. pag. 276.
Vſuræ ex pecunia quam vnus ſociorum fœnerauit, an ad alios ſocios etiam pertineant. nu. 1. pag. 62. A
Vſuræ pacto nudo promiſſæ debentur in pignoribus. nu.58. pag.79. c
Quomodo vſuræ poſsint deberi ex gratuita pecunia ſine ſtipulatione & pacto. nu.61. pag.80. c
Vſuræ ſi excedant duplum ob euictionem à creditore promiſſum, non cedunt creditori, authore Accurſ. nu.40. pag.75. c
Ratione incertitudinis & dubij euentus ſuſtinentur quædam pacta, quæ alioqui vſuraria viderentur. nu. 63. pag. 81. c
Diſpar ratio vſuratũ in mutuo & in depoſito. nu. 57. pag. 79. c
Non refert explicitè an implicitè modus excedatur vſurarum. nu.8. pag.277. B
Vſuras an ſocius ſocio præſtet. nu. 1. pag.47. A
A quo tempore emptor teneatur ad vſuras pretij, & an ex eo quod fructus percipit ex re empta.
Quas vſuras petet qui pretium prærogauit, ſi ſibi non impleatur contractus. nu. 4. pag. 271. B
Vna ratio qua donec ſoluatur pretium, pluſquam legitimas vſuras conſequi poſsimus. nu. 9. pag. 278. B
Venditor propter fructus quos fundo vendito excoluit antequam traderetur, vſuras pretij petere non poteſt. nu.8. pag.189. B
Cur principali actione ſopita repeti ea non poſsit ad vſuras ſicut ad cautionem. nu.4. pag.209. B
Vtilis actio varijs modis dicitur. nu.17. pag.7. c
Vxor conſentiens alienationi prędij dotis nomina ſibi obligati, cùm illud in dotem datur communi filiæ, & filia abſtineat poſtea hæreditate paterna, aduerſus filiam omnem actionẽ amiſit. nu.13. pa.101. c
Quomodo ad vxorem pertinet periculum euictionis prædij, quando æſtimatum datum eſt in dotem. nu. 7. pag.156. B
An vxores tutorum emere poſsint res pupillorum. nu.3. pag. 86. B

Z.

Zaſij rationes imbecilles oſtenſæ à Mudæo. nu. 13. pag. 138. c
Zenoniana conſtitutio in quibus actionibus in perſonam locum habeat. nu. 28. pag. 38. c
Lex Zenoniana explicata de plus petentibus. nu.26. pag. 38. c
Pœna legis Zenonianæ, an habeat locum in actionibus in rem. nu.27. pag. 38. c

LEGES EXPLICATÆ à Dn. Mudæo ſub tit. Digeſtorum

PRO SOCIO.

L. Actione. pag. 55
§. Diximus. 57
§. Item bonis. 56
§. Item ſcriptum eſt. 58
§. Publicatione. 59
§. Renunciare ſocietati. 58
§. Si in rem certam. 56
§. Si vnus. 59
L. Adeo morte. 44
L. Coiri. cum ſex.ll.ſeq. 9
L. Cum duobus. 30
§. Damna. 33
§. Quidam Sagariam. 34
§. Si in coeunda. 31
§. Venit autem. 30
L. Cum ſocietas. 24
L. Duo ſocietatem. 66
L. 3. Ea verò quæ in nominibus. 4
§. Cum ſpecialiter. 5
§. De illo. 5
§. Societas. 6
L. Hæres ſocij. 24
L. Idem eſt in colono. 28
L. In propoſita. 75
L. Illud quærendum. 80
L. Iure ſocietatis. 80
L. Meritò autem. 28
L. Mutius. 22
L. Nam cum tractatu. 23
L. Nemo. 24
L. Nemo ex ſocijs. 63
§. Illud quæritur. 65
L. Nulla ſocietatis. 24
L. Omne æs. 17
L. Pro ſocio. 25
L. Qui admittitur. 15
L. 2. Quia licet. 3
L. Quibus caſibus. 23
L. Quid enim ſi Neruą. 77
L. Quòd ſi eo tempore. 60
L. Quoties. 81
L. Rei communis. 28
L. Sed actione. 28
L. Sed etſi ex cauſa. 28
L. Sed nihilominus. 28
L. Si actum ſit. 27
L. Si conuenerit.cum.3.ſeq. 10
L. Si fratres. 35
§. Item Mela. 38
§. Idem Papinianus. 36
§. Idem reſpondit ſocius 37
§. Si plures. 38
§. Si quis ex ſocijs. 38
§. Si quis ſocietatem. 37
§. Socium vniuerſa. 39
§. Idem reſpondit ſocietatẽ. 37
L. Si hoc facto. 28
L. Si id quod quiſquam. 41
§. Idem Celſus. 42
§. Si filiusfamilias. 42
§. Si ſeruus. 43
L. Si ita Coita. 72
L. Si margaritam. 27
L. Si non fuerint. 18
L. Si quis ſocietatem. 71
L. Si quis à ſocio. cũ.l.ſeq. 26
L. Si ſeruus. 14
L. Si ſocietatem mecum. 8
L. Si ſocij. 17
L. Si ſocietatem. 70
§. Idem Maximinianus. 70
L. Si ſocius. 77
L. Si Titius. 48
L. Si vnus: 61
§. Si vnus ex ſocijs. 62
L. Societatem. 6
L. Societatem mecum. 73
§. Arbitrorum. 74
L. 1. Societas coiri. 2
L. Societas contrahitur. 6
§. In ſocietate. l. 1. 2
§. Societas autem. l. Societas contrahitur. 7
§. Donationis cauſa. l. Societas contrahitur. 7
L. Societatem mecum. 73
L. Socium qui in eo. 47
§. Socius cum reſiſteret. 48
L. Socius ſocio. 68
L. Veluti. 74
L. Verum eſt quod Sabino. 48
Verſic. Item videndum. 49
Verſic. Sed ſi hic fideiuſſor. 50
Verſic. Patri autem. 50
§. Id quod ſocius. 51
§. Id quod Socius. Verſic. Item videndum. 51
§. In hæredem. 53
§. Si cum tres. 52
§. Si ſeruo communi. 54
§. Societas ſoluitur. 54
§. Tempus. 52
L. Vnde ſi Neruæ. 75
L. Vt in conditionibus. 23
L. Vt ſit pro ſocio. 23

CAPITA SEPTEM à D. Mudæo explicata ſub tit. De contrahenda empt. & venditione.

1. *Cap. De vi & ſignificatione emptionis & venditionis.* 1
2. *Cap. Quomodo emptio & venditio contrahatur.* 6
3. *Cap. De reb[us] quæ veneũt.* 20
4. *Cap. De pretio.* 39
5. *Cap. De pactis inter emptorem & venditorem.* 46
De reſolutiuis. 52
De pactis transformantibus. 55
De pactis deformatiuis, & cæt. 59
De pactis conformantibus, & cæt. 60
De pactis reformãtibus. 60
De pactis informatiuis ſiue formãtibus actionẽ. 64
6. *Cap. De perſonis.* 82
7. *Cap. De implemento emptionis & venditionis.* 95

INDEX LEGVM A D. Mudæo explicatarum ſub eodem tit. De contrah. empt. & vend.

L. Alienatio. 33
L. Claubus. 104
L. Cũ manu ſata. §. Nemo. 100
L. Cum in venditione. 40
L. Domum. 23
L. Etſi conſenſu. §. Si rẽ meam mihi ignoranti. 30
L. Fiſtulas. §. Fundum. 95
§. Qui fundum. 96

L. Hæc

L. Hæc venditio. §. 1. l.ſi quis fundum. hoc tit. 42
L. Fundus ille. 98
L. In huiuſmodi. 17
L. In venditionibus. cũ.2.ſeq. & l.quid tamẽ. eo. tit. 13
L.2.Inter patrem. 82
§. Sine pretio. 31
L. Labeo ſcribit. 18
L. Non licet. 90
L. Nuda. 17
L.1. Origo emendi. 3
L. Qui à quolibet. 83
L. Qui officy. 91
L. Quod ſæpè in princip. 45
L. Quod vendidi. 96
L. Rem alienam. 27
L. Si aquæductus. cũ.2.ſeq. 33
L.Si ita diſtrahatur. §.qui vẽdidit. 97
L.Si in emptione, &c. 86
L.Si in emptione. §. omnium rerum. 25
§. Item ſi emptor. 28
L. Si ſciens. 82
L.Si quis donationis cauſa. 41
L. Vt res emptoris. 96

CAPITA QVAEDAM ſub tit. De act.empti & venditi. à D. Mudæo ordine explicata.

De fine actionum empti & venditi. 107
De perſonis. 114
Ad quę actio ex empto competat. 132
Rem tradi nõ vitioſam nec deteriorẽ quàm vẽdita ſit. 157
Vt res tradatur ad eum modũ quo vendita eſt. 171
Quid in modum aut menſuram vẽditi fundi cedat. 185
De acceſſionibus cõuentis aut citra cõuentionẽ debitis. 186
Vt habere rem emptam emptori liceat. 198
Vt de euictione caueatur. 208
De quo ſit cauẽdũ, ſiue quid in cautiõe de euictiõe veniat 211
Quõ de euict. cauendũ ſit. 216
Quando committatur ſtipulatio euictionis. 219
Ad quid committatur ſtipulatio quæ ſuper euictione interponitur. 236
Vt quod intereſt venditor præſtet. 258
De actione ex vendito. 273
Cõmunia vtriuſq; actionis capita, dolus, culpa, mora. 281
De culpa. 283
De mora. 284

INDEX LEGVM EXplicatarum ſub tit. De action. empti & venditi.

L.Bona fides. 110
L.Creditor fundum. 196
L.Creditor fundũ.§.prædiũ. 155
L.cui res.de act.empti. 204
L.Emptorem.§.1. 135
L.Ex contractu. 271
L.Ex empto. §.Etiam ſi ignorans. 159
L.In venditione. 153
L.Iulianus.in princip. 161
§.Idem Celſus. 139
§.Idem Papinianus reſpondiſſe ſe refert. 275
§.Item qui furem. 166
§.Offerri. 125
§.Prætereà ex vẽd. agẽdo. 280
§.Si fructibus. 188
§.Si procurator. 122
§.Si Titius. 176
L.Lucius Titius accepta pecunia. 271
L.Non eſt nouum. 123
L.Prædia. 278
L.Seruus quem à me. 141
L.2.Si in emptione. 171
§.Vacua poſſeſſio. 133
L.3.Datio poſſeſſionis.in prin. 134.
§.Si emptor. 137
§.Si iter. 144
L.Qui pendentem. 131
L.Quintus Mutius. 130
L.Si duorum.
L.Si heres teſtamen
L.Si in qualitate. 180
L.Si quis à me oleum. 183
L.Si ſeruũ quis.hoc tit. & l.Si ancillam.C.eod.tit. 268
L.Si quis fundum emerit. 151
L.1.Si res vendita.
§.Venditor. 149
L.Si ſeruum. in princip. 158
§.Si modus agri. 171
L. Si ſeruus in quo vſusfructus. 115
§. Seruo vendente. 121
§.Seruum tuum. 116
L.Si ſeruus tuus. 171
L.Si ſterilis.
§.Si prædy venditor. 152
L.Si tibi liberum. 148
L.Titius heres Sempronij. 194
L.Tenetur. in princ. 176
§.Sed ſi vas. 168
§.Si filiusfamilias. 114
§.Si locum. 169
L.Venditor domus. 170

¶ SVB TITVLO DE pignorib. & hypot. hæc capita explicantur.

De pig. & hypo. qualiter ea cõtrahãtur, & de pactu eorũ. 1
De pignorũ fructu, partu, cauſa, &c. §.2. l.1. 11
Quõ hypoth. contrahatur. 24
Pro quibus obligationib. res hypothecæ dari poſſunt. 30
Quæ res obligentur vel obligatæ intelligantur. 43
Quæ res oblig. intelligãtur. 54
Quis hypothecã cõſtituat. 56
Cui cõſtituatur hypotheca, & quatenus obligetur, &c. 59
De pactis pignorum & hypothecarum. 63
De pacto legis cõmiſſoriæ. 82
De vi. & effectu pignorũ. 93
Quibus modis pignus vel hypotheca ſoluatur. 96
Contra quem detur hypothecaria actio. 132
Ad quid cõpetat hyp.actio. 135
Quid in hypothecaria actione probandum ſit. 135

FINIS.

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina 85, 1977
Tel. 899.223